IV a 18

4. A. 16.

EPITOMES DELICTORVM, CAVSARVMQVE CRIMINALIVM, EX IVRE PONTIFICIO, REGIO, ET CÆSAREO,

LIBER PRIMVS,

Authore Do. Petro à Plaça à Moraça, vtriuſque Iuris Doctore clariſsimo, nunc primùm excuſus.

HVIC ACCESSIT MISCELLANEORVM quorundam tractatuum, libri Decretalium Quinti, & Noni Codicis, affinium titulis, Elenchus.

Cum Indice duplici, vno Regiarum Deciſionum hîc explicatarum, altero rerum ſelectiorum, locupletiſsimo.

LVGDVNI,

Apud Sebaſtianum Honoratum.

M. D. LX.

13.15 B 27

A D I L L V S T R E M,

Ac magnificentiſſimum, & iuris vtriuſque cõſultiſſimum Do. D. Licentiatum Didacum Birueſcam A. Muñ.uenes, Philippi Hiſpaniarum, Angliæ, Galliæq́; Regis in ſupremo Regis prætorio conſiliarium, à ſecretis arcanis, Regiíque à memoria digniſſimum, Petri à Plaça à Moraça Arenſis ex diui Iacobi Zebedæi collegio, in totius orbis celebratiſſimo Salmãticenſi gymnaſio, in Delictorum Epitomen ex iure Pontificio, Regio, & Cæſareo,

PRAEFATIO.

SOLERTES linearis picturæ artifices, Illuſtris admodum, ac ornatiſsime vir, priuſquàm coloribus penicillo ſuo rem abſolutè depingant, lineas quaſdam ad vmbram ducere ſolent, quibus ſuum ingenium experiri, etſi quod erratum animaduertant, corrigere atque emendare nullo famæ periculo poſsint. Quorum exemplo cùm iuris vniuerſi ſcientiam cognitu non tam difficilem, quàm à barbaris quibuſdam nunc fit hominibus, in artis formam rationémque redigere inſtituiſſem: ab ea primùm parte, lineam ducere volui, in qua ſi quicquam me promouiſſe docti iudicarent, facilè animum inducerem, in reliquas aliquid ingenium poſſe meum. Cùm ſuperiori itaque anno Salmanticæ in profeſſorum ordinem, ac numerum cooptatus eſſem, oblatúſque eſſet mihi prælegendus publicè Decretalium Quintus liber, hanc mandatam prouinciam,

vtcunque ſuſtinui. Cœpi autem tunc illic quædam adnotare ad meam memoriam, quæ mihi olim vſui fore exiſtimabam, ſi fortaſsis aliquando idem denuò prælegendi occaſio ſeſe offerret. Quod cùm à nõnullis auditoribus meis animaduerſum eſſet, mox à me ſedulò illi flagitare (ita vt fit) cœpêre, vt communicare velim, quæ regiſtris noſtris congeſſeram. Quod cùm conſtanter equidem recuſarem, quoniam confusè, ac nulla verborum cura, rerum tantùm capita complexus fueram, hac tandem ſpe eos ſubmoui, quòd ea opera, & labore, quem deſcribendis noſtris deſtinabant, publicatione ipſorum ſubleuaturum me ſponderem: qua pollicitatione præſenti quidem eorum flagitatione defunctus ſum, & ſpõtaneam in futurum ipſe mihi moleſtiam adſciui, & quaſi ex ſponſo nobiſcum agere cœperunt: eóque tandem pepulerunt, vt quæ adnotaueram, relegere, atque in lucem ferre poſſem, diſpiſcere inciperem. Confeſtim autem deprehendi (illuſtris, ac conſummatiſsime vir) multa à me nimis præcipiti ſtudio congeſta, ac effuſa eſſe, nec ſatis adhuc matura, vel expolita, vt in publicum prodire poſſent, non potui tamen diutius editionem premere: clariſsimi enim viri quotidiano veluti conuitio, eum edi libellum expetiuerunt: quos ſi nominarem, catalogo opus eſſet. Omitto aliarum vniuerſitatum, & conſiſtoriorum proceres, qui libellum hunc anxiè & petunt, & præſtolantur: laxauique vela ventis, & populari auræ expoſui, quæ tutius ſupprimi fortè potuiſſent, niſi quòd ex animo meo lectoris cuiuſque humanitatem

metior, qui, ſi quid hac in re erratũ eſt, vel neceſſitati, vel nimiæ erga amicos meos facilitati imputabit, cùm vix appoſita operi ſuprema manu ſinerem inuulgari. Cùm itaque viderem delictorum, cauſarúmque criminalium materiam interpretum præſertim impoſtura, nullam ordinis, aut methodi rationem habere: eiuſdémque explicationi multiplicibus, atque inexhauſtis commentariorum farraginibus plus tenebrarum quàm lucis accedere, & Regias Hiſpaniarum leges male ac perperam conſarcinatas, ad communem ſtudioſorum vtilitatem placuit, diffuſa ea in re, ac diſsipata ex operoſis illis confuſiſque, & ſine iudicio cõſarcinatis, Angeli, Hippolyti, atque aliorum centonibus, in quibus multa, quæ in primis ad rem pertinebant, omiſſa reperire licet, multa rurſus aliena, & ſuperuacanea aſſuta, ſed & non rara, abſurda pro veris, & paradoxa pro receptis, & vana ac inania pro momentoſis intruſa ſunt: docent enim doctores in ea materia implicita, & non neceſſaria, & forſan non vera. Siquidem in his plura congerantur, quàm digerantur, extra chartaceam molem ſpectabile nihil aſpicias. Qua Cæſarei iuris ignoratione nullo numero authores ſcripſerunt innumeri, quibus portentis ac funeribus iuriſprudentia confoſſa ſit. Nihil priſci characteris, nihil ſalis Romani, nihil Iuriſconſultorum ſucci, nihil antiquæ eruditionis, nihil germanæ iuriſprudentiæ ſupereſt in hac delictorum materia. Qua occaſione, & nos in eadem palæſtra luſuri certandi occaſionem nacti, ob animi ſyncerum votum, non omnino contemnenda, ad

eorundem delictorum examen publicè adnotaui mus, congeſtis iure communi legibus Hiſpaniæ rem hanc ad breuem Epilogum reduximus. Omittendo ſingula Quinti Decretalium libri Pontificum capita (exigit enim hic ſcribendi modus continui præceptoris induſtriam, quæ ſingula cuiuſq; capitis verba, gloſſarum, & commētariorum omnium partes diligētiſsimè explicet) idcirco aliam oportuit eligere viam, & iuris methodum, qua poſſem communia facere, quæ annis iam elaptis, clariſsime vir, publicè legendi munus ſubeundo, in hoc totius orbis Salmanticenſi celebratiſsimo gymnaſio dictaui: & quæ ipſe priuatim quandoq; laboraueram. Hac in re neceſſe mihi fuit quæſtiones quaſdam exponere in hac delictorum epitome, vt in publicum ſub tuo patrocinio prodiret. Cæterùm, quo noſtra ſtudia tuto in omnium conſpectu prodire poſsint, inſigni alicuius Herois tutela ipſo limine duxi præmunienda. Te verò, illuſtris vir, & ſtudiorum decus, & ornamentum multis titulis, ac nominibus ſelegi, cui labores hoſce noſtros dicarem, & tibi tanquam Apollini conſecrarem, iuris Cæſaræi, canonicæque philoſophiæ ſtudioſis, tam his, qui foro, quàm ſcholis operam dant, haudquaquam profuturos, hac qua potuimus diligentia impigrè nauando, vt publico prælo committerentur. Et in his edendis libris te ipſum patronum, ac tutiſsimum defenſorem ſelegi, & me tibi aſtrictum eſſe, non minimam meæ felicitatis partem eſſe duxi. Acceſsit prætereà communis patria omniúmque aliarum vrbium antiquiſsima

quiſsima Biruieſca, vbi gentilitia Biruieſcarum, Muñatonúmque familia, quæ te præclariſsimum, atque illuſtre tanti nominis progenuit ornamentum, comitante liberalitate, aliiſque inſignis nobilitatis titulis, quæque eum locum habuit, quem apud celebratiſsimas vrbes viri optimates ſemper habuerunt. Omitto etiam recenſere quo pectoris robore, recta iuſtitię trutina, altiſsimo conſilio, matura deliberatione, inuiolabili iudicio, exemplari vita, morum integritate, publicarum ac priuatarum rerum prudentia, Hiſpaniæ imperium moderaris. Tacebo nunc tolerantiam tuam in perſpiciendis vulgi erratis, quæ corrigi, & ad melioris vitæ frugem reduci poſſunt. Præteribo ferè reliquas eximias, illuſtris vir, dotes tuas, quæ cùm ſint inſigniter inſignes, non mirum ſi alia tuba, alióque præcone indigeant. Habes profectò quem imiteris integerrimum ſanè Ioannem Biruieſcam patrem tuum de Hiſpaniarum rege, & republica ita benemeritum, vt triginta annis regi conſiliarij officio functus apud reges inclytos, & catholicos, Fernandum, & Eliſabeth, eorúmque nepotem inuictiſsimum Carolum Quintum Maximum fuerit rei bene geſtæ nomen adeptus. Nec enim ignotum patrem tuum virum fuiſſe laudatiſsimum, prudentia, fide, dexteritate inſignem. Qui & prudentiſsimo, & inuictiſsimo Carolo Quinto à conſiliis fuit, eique ſæpenumero bello, & pace, pręclarã operam pręſtitit. Verùm hoc tuæ laudatiſsimæ familiæ peculiare eſt, omni virtute, & modeſtia integritate, & cãdore eſſe illuſtrẽ, quæ

inſignia, & in te, clariſsime vir, ita conſpiciuntur, vt ſi veritati locus ſit longo interuallo: omnibus corporis & animi dotibus patrem excedas. Nam & apud diuos principes noſtros Carolum Quintum, eiuſque ſpectatiſsimæ indolis Philippum vnicum lumen Hiſpaniarum regem, ob raram animi dexteritatem, prudentiam ſingularem, tuam admirabilem fidem ſumma in gratia ſummóque pretio, & fuiſti hactenus, & es hodie, aliiſque inſignibus, nominatiſsimis priuilegiis, aliiſque honoribus decoratus. Denique tua familia, tua virtute ad Pontificalem, alióſque honoris gradus veniſti. Principibus inſuper diuerſis, quod ſupremam prudentiam arguit, nullo interpollato tempore gratiſsimus ſemper habitus, ſic clariſsimo præſertim regi noſtro Philippo, qui virtute tua, & ſyncera fide ſæpius explorata, arduis ſemper negotiis te præfecit, ſuorúmque intimorum conſiliorum participem, veluti alterum Achatem delegit. Quòd ſi multa de te illuſtria prætereo, ne animi affectionibus plus tribuiſſe videar, illud ſilentio præterire nō poſſum, quòd in populares præcipuè egenos, & pauperes ita ſis liberalis, tanta erga eos pietate, & humanitate, imò & largitate profeſſus, vt iuſtę te patriæ delicium populares appellarint. Cuius cauſa non poſſum tibi & illis non vehementer gratulari: quibus tandem, ac tua humaniſsima fretus clementia, te ipſum vehementer, etiam atque etiam precor, vt hunc librum háſque noſtras lucubrationes, tuo illuſtri nomine tuæque authoritatis præſidio gratiores, ad omniū manus accedere permittas, ac ſub tuo ſinu

fouen

fouendas,ac tutandas ſuſcipe ſub tua perſpicaciſsima cenſura corrigendas, ſereno vultu, animóque benigno admitte, méque tibi obſequentiſsimum eſſe palam omnibus facias: Non quòd dignas eas tuo tanto nomine exiſtimem, ſed quòd animum in te rebus literarum addictiſsimũ ſemper cognouerim. Id autem, quicquid id eſt, in teſtimonium meæ erga te obſeruantiæ tibi tanquam principi in principiiſque rebus prudentiſsime occupatiſsime ſuppliciter dare dicaréque volui: non quia te dignum, ſed quia principum nobiliúmque virorum optime doctiſsiméque dignus es, qui præſtantiſsimis quibuſuis ornamentis, & muneribus, diu multa cum felicitate perfruare. Accipe igitur, vir illuſtris, grato, vt omnia ſoles, animo laboris mei quamlibet exiguam fœturam, vel ſaltim animi mei propenſionem: in hoc cognoſcas, qui ſi maiora potuiſſem, eram prõptiſsimo animo præſtiturus. Paruus omnino hic libellus eſt, ſed qui materiæ vtilitate nõ ſit diſpliciturus, & mei & collegij noſtri memor tuorum numero & clientelæ aſcribito. Bene vale, atque iterum feliciſsimè vale. Salmãticæ è collegio maiori diui Iacobi Zebedæi calendas Maias 1558.

IOANNES ZOBACVS IVRIS CIVILIS LICENTIATVS ET Illuſtriſsimi Comeſtabilis à conſiliis candido lectori ſalutem.

NVLLO vnquam ſeculo inuentus eſt (candide lector) qui negaret crimina oportere coërceri, potiſsimùm hac noſtra tempeſtate, in qua apud pleraſque nationes delictorum ſcelera pullulant, vt quos virtutis amor non allicit ad benefaciendum, eos ſaltim criminis reos pœnarum formido à delinquendo abſterreat, vt formidine pœnæ conuertantur, & reſipiſcant, ſicuti Horatius Flaccus cecinit lib. Epiſt. 1.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Atque etiã, vt qui nulli prodeſſe voluerunt, morte certè eorum reſpublica vtatur. Nec dum igitur, neceſſariũ eſt, vt & nocentes puniantur, ſed etiã iuſtiſsimum & in Repub. Chriſtiana bene inſtituta interdum vltimo ſupplicio afficiantur, atq; ideo factas eſſe leges vt earũ metu humana coërceatur audacia, quæ iniurias arceant, diſcordias tollãt, contumelias prohibeant, ſcelera & peccata, debita ſeueritate cõpeſcant, quæ deniq; pro meritorum diuerſitate, & bonis præmia, & malis iuſta ſupplicia inferant ad cohibẽda hominũ flagitia. Et hæc eſt iuſtitiæ pars nõ ſolùm inter noſtros, verùm etiã inter Barbaros, & cæteros qui moribus regũtur, homines, tantam vim habẽs, vt bonis præmia, cõtrà verò malis ſupplicia poſita eſſe videamus: honor enim & ſupplicium (vt dicebat Theophraſtus) fideliſsimi ſunt rerũ publicarum,

omn

omniſque humanæ ſocietatis cuſtodes. Atque ob eam cauſam pœnam ac beneficium Aſſyrios pro diis coluiſſe ſolitos arbitror, quod malefactorum vindicta homines, ad bene honeſteque viuendum promptiores euadere, impunitatis vero ſpe mortalium animos criminibus inniti cernerent. Ob quam cauſam non me latet, candide lector, clariſſimos viros doctoréſque nominatiſſimos in cauſarum criminalium libros partim ſummas eorum, partim commentarios ſcripſiſſe. Inter quos & Angelus, Hippolytus, Paulus Grilanus, Bonifacius, Gandinus, Thomas Gram. Lud. Carrer. Ioan. de Arno. Bernardus Diaz, Ioannes Igneus, Iacobus à Nobelo, Ant. Gomezius. Et pleríque alij, qui in eadem palaſtra luſi fuere alicubi, cauſare videntur hanc delictorum epitomen noſtrum Plaçam emiſiſſe. Item, & vetuſti in ſcribendo mores, qui ab aula reiecti ſunt, ſæpe tam faſtidioſè inculcantur, vt delictorum veritas tenebris confuſaneis multorum obſcuretur. Illi enim quamuis ingenij vbertate ſint inſignes, ordinẽ reſolutionum non vbiq; tenuêre: ita in ſingulis vel parum vilibus diſquirendis fatigantur, vt etiam quæ leuicula ſunt, centies ſæpe repetant: ſi interim taceam, quanta quámque intolerabili barbarie. Tu ergo quiſquis emunctioris ſis nare, politioribus literis aſſuetus, ſi Latinum agreſte, & didaſcalia phantaſticis, clara dubiis, mutila luculentis, Latina barbaris præferas, elaborabis in hac epitome eo ordine, & claritate, ea varietatum reſolutione, vt & breuitas cuiuſcunque delicti, & capitis delectationi ſit, & reſolutionum lumen cuilibet ſine magno labore accommodare poſsit: & quicquid vni eidémque materiæ conuenit elegantiſsimè tractat: & diffuſa ea in re ac diſsipata generatim deducit, generúmque veluti

membra

membra diſpertitur, & in ſuas quoque claſſes reijcit, regiarúmque legum intellectus accommodat, tam his, qui foro, quam ſcholis operam dant, maximè profuturos. Tibique prodit, candide lector, in lucem hæc cauſarum criminalium epitome eruditione referta, vtilitate fructuoſa, varietate iucunda, opus quidẽ incredibile. Hinc primo mirari conuenit, an ſolertiam hominis, an iudicij acumen, an œconomiæ rationem, an memoriæ vim, an variam & infinitam propè lectionem, an non hæc omnia, ſumma in hoc opere & ſingulari laude prædicanda? nónne arduum, & immenſum fuit, tot authores euoluere? tot ſcriptorum genera circumuoitare? Ex quorum veluti floſculis in morem apiculæ aliquid decerpas, ac delibes, quod ad opus abſoluendum conducat, tot ſcriptores excuſſiſſe veteres, nouos, Græcos, Latinos Philoſophos, Iuriſconſultos, Poëtas, Oratores, Hiſtoricos, Epigrammaticos, Comicos, Togatos, Theologos, nónne ſumma commendatione dignus, qui tam multa, tam varia, tam diuerſis in locis poſita mente complecti potuit? Illa verò tam diuerſa & veluti diſſipata membra in vnum corpus compegit, & certa ratione, ac pulchro ordine digeſſit: vt omnia inter ſe cohæreant acta rerum ſerie, nónne ſummi opus eſt artificis? Ut non modò commodius doceri ac percipi, ſed etiam facilius multò memoriæ comprehendi tenerique poſſit. Omitto recenſere, dum viua voce operis author docet, Rhetorúmque more tonat, & fulminat, quemcũque ſtylum voluerit imitari, idque potiſsimùm effari, quòd facilius intentionem ſuam exprimere etiam apud obtuſæ mentis homines poſsit. Opus igitur hoc digniſsimum alacri animo, quæſo ſuſcipias, lector optime, neotericorum more infinitis doctorum deciſionibus & conſilijs fartum, ſtabili te-

ſtium

ſtium & Accurſianarum gloſſarum baſi emolitum tanquam Diaphano enchiridio luſtrauit. Opus quidem eſt (ſi dicere auſim) fucatam multorum oſtentationem obumbrans, Arienſem patriam noſtram decorans, Hiſpaniam illustrans, diſciplinamque noſtram locupletans, & noſtrorum animos incitans, & diſputandi ſcholaſticis facilem admodum materiam miniſtrans. Tanta eſt enim, lector candide, huius ampla, profunda, & ſalebroſæ materiæ dignitas, & in forenſibus controuerſiis frequentia, & aſſiduitas, quod alterius quam authoris ſublime ingenium, & incredibilis memoria, vix eam explicuiſſet. Vnde eruditionis beneficio florem, & argutæ diſputationis merces retinebit, & metet. Fateor nihil hactenus legiſſe, quod me magis capiat, detineat, & oblectet. Difficilis eſt in primis materia, quam tractat, & rerum varietate multiplex. Vicit omnes ingenij ſui præſtantia difficultates. In ſalebroſis nuſquam offenditur, lumen affert obſcuris, dubia confirmat, quæ nodoſæ perplexitatis plena ſunt, ea diſſoluit & explicat: ſi qua latent, ſolers indagator eruit, & demerſam in profundo veritatem in apertam lucē affert: ab imo enim ad ſummum rem ita tractat, vt nihil omnino accedere, nec facti ſpecies aliqua fingi poſsit: cuius explicatio non ſtatim tibi occurrat. Debebunt hac cauſa authori cæteræ bonæ artes, quod ſua opera ſerijs iſtis, & grauioribus ſtudijs coniungat. Sed & nos & iuris ciuilis profeſſores maximè authori perpetuo addicti obnoxiique futuri ſumus. Quamobrem eidem plurimum debent patrij lares, vniuerſa Hiſpania, propria ciuitas, omniſque Iuriſconſultorum ordo: & ita futurum ſpero, huiſce labores placida mente ſint excepturi. Quod ſi ita fiet, propediem Regiarum conſtitutionum duos tomos, & alios

duos

duos delictorum libros tam his, qui foro, quàm ſcholis operam dant, maximè profuturos, editurum operis authorem polliceor: & per inuiolabile fœdus amicitiæ noſtræ eundem rogabo & obteſtabor, ne tam vtilia & tam frugifera opera à ſtudioſis diutius deſiderari ſinat, ſed in publicum emittat. Auſpiciis lectoris candidi libellus exit, & felici omine prodit. Æqui bonique conſule. Quòd ſi non ingratum te inuenerit, ſtimuli illi vice erit, vt in dies maiora moliatur. Secum verò, candide lector, præclarè actum putabit, ſi hunc fœtum, háſque ſuorum ſtudiorum primitias dignitati tuæ non diſplicuiſſe intellexerit, ad maiora animosè perget, breuíque Chriſto maximo duce ac auſpice, iuris Ciuilis & Canonici artem, quam iam diu multa cura conſcripſit, magno (vt ſpero) reipublicæ bono pariet. Vale humaniſsime lector, & authorem tua gratia dignum puta.

REGIÆ DECISIONES,

QVÆ IN HOC OPERE EXPLICANTVR, PRAETER ALIAS, quas paſſim, obiter tamen, adiecimus, vel ad iuris communis comprobationem, vel correctionem.

Ex Alphonſi Regis legibus, quas partitas Hiſpani vocamus.

LEx j.tit.ix.par.vij.pag.17.ad finem.
Lex viij.tit.vij.par.vj.pag.26.in princ.
Lex v.tit.vj.pag.3.& l.v.tit.vj.p.vij.pag.35.ad fi.
Lex ix.tit.iiij.par.v.pag.60.circa medium.
Lex xxij.tit.j.par.vij.pag.89.circa med.
Lex penult.tit.ix.par.vij.pag.106.circa med.
Lex xvij.tit.xxvj.par.ij.pag.66.col.ij.ad fin.
Lex vij.tit.xxxiij.par.vij.l.xiij.tit.xvj.par.iij.lex j.tit.xix.par.ij.l.vj.tit.xxxiij.par.vij.pag.116.poſt princ.
Lex v.tit.viij.par.vij.pag.155.ad fin.
Lex xxij.tit.j.par.vij.pag.214.circa med.
Lex ij.tit.xxxj.par.vij.pag.291. circa med.
Lex vij.tit.viij.par.vij.pag.313.poſt princ.
Lex xxij.tit.j.par.vij.pag.334.poſt princ.
Lex xij.tit.viij.par.vij.pag.341.poſt med.
Lex xxiiij.tit.j.par.vij.pag.397.in prin.itidē pag. 198. ad fin.
Lex xxij.tit.j.par.vij.pag.657.ad fin. Et rurſus pag.660.poſt med.& pag.662.in princ.
Lex xxij.tit.j.pag.671.poſt princ.
Lex fin.tit.xiij.& lex iij.tit.xv.par.iiij.pag.696.ad med.
Lex x.tit.iij.par.vj.pag.700.in princ.
Lex xxij.tit.j.p.vij.pag.756.ad fi.& rurſus pag.757.poſt med.
Lex xxij.ti.j.par.vij.pag.761.cir.med.762.poſt prin.& ante fi.
Lex xxij.tit.j.par.vij.pag.775.in princ.

Ex legibus fori.

Lex vij.tit.v.lib.iiij.fori.pag.27.poſt medium.
Lex iij.tit.j.foroiuzgo,pag.55.ad medium.

Lex

Lex iiij. tit. iij. lib. ij. fori, pag. 162. poſt med.
L. iiij. tit. de los homezillos. lib. iiij. fori, pag. 153. poſt princ.
Lex ij. tit. xij. lib. iiij. fori, pag. 328. poſt princ.

Ex ordinationibus regalibus.

Lex ij. tit. ix. lib. viij. ordin. pag. 12. in princ.
Lex ij. tit. ix. lib. viij. ordin. pag. 16. ad med.
Lex ij. tit. ix. lib. viij. ordin. pag. 18. ad med.
Lex ij. tit. ix. lib. iij, ordin. pag. 24. ad med. 25. in princ.
Lex ij. tit. ix. lib. viij. ordin. pag. 33. ad med.
Lex ij. tit. ix. lib. viij. ord. pag. 35. poſt med.
Lex ij. tit. ix. lib. viij. ord. pag. 37. in princ.
Lex ij. tit. ix. lib. viij. ordin. pag. 39. poſt princ. & pag. 40. ad med. 41. poſt princ.
Lex ij. tit. ix. lib. viij. ord. pag. 42. in princ.
Lex j. tit. xij. lib. vj. ord. pag. 45. in princ.
Lex iiij. tit. iiij. lib. vj. ord. ibid.
Lex xj. tit. xj. lib. iiij. ord. & l. xix. eiuſdem tit. & lib. pag. 54. in princ.
Lex xj. & l. xix. tit. de las encartaciones. lib. iiij. ord. pag. 57. ad finem.
Lex j. tit. ix. lib. viij. ord. pag. 61. in princ.
Lex ij. tit. ix. lib. viij. ord. pag. 62. in princ.
Lex iij. tit. viij. lib. viij. ord. pag. 72. in princ.
Lex xxiiij. tit. fin. lib. viij. ord. pag. 72. ad finem.
Lex v. tit. xij. lib. viij. ord. pag. 86. circa medium.
Lex xxxiij. tit. xiiij. lib. ij. ord. pag. 125. in princ.
Lex xv. tit. xiij. lib. viij. ord. pag. 154. ad fin.
Lex j. tit. iij. lib. v. ord. pag. 163. ad fin.
Lex xv. tit. ij. lib. iij. ord. pag. 161. poſt princ.
Lex ix. tit. ij. lib. iij. ord. pag. 163. ad fin.
Lex iij. tit. xiij. lib. v. ord. pag. 163. ad fin.
Lex xij. tit. xiij. lib. viij. ord. & lex xvj. tit. fin. eod. lib. lex vij. tit. vij. lib. viij. ord. pag. 328. ad med.
Lex xiij. tit. ij. lib. iij. ord. pag. 331. in princ.
Lex fin. tit. ix. lib. iiij. ord. pag. 336. ad fin.
Lex ix. tit. xiij. lib. viij. ord. pag. 395. ad med.
Lex xviij tit. de las penas. lib. viij. ord. pag. 401. ad med.

Ex aliis diuerſis legibus & pragmaticis.

Lex lxxxj. ſtyli. pag. 30. ad med.
Lex lxxxij. ſtyli pag. 34. ad medium.

Lex

Lex cxxxj.ſtyli.pag.39.in princ.
Lex lxxxv.ſtyli.pag.39.ad med.pag.41.in princ.
Pragmatica in cōuētu Hiſpalēſi lata, fol.41.pag.45. in prin.
Pragmatica lv.Toleti.pag.113.poſt med.
Pragmatica lv.Toleti. pag.130.poſt princ.
Pragmatica lv.in Pinciano conuentu lata, anno 1523. pag. 135.ad finem.
Pragmatica del aranzel real,quę incipit,del homizillo.pag. 160.in princ.
Pragmatica del aranzel. pag. 162. ad fin. cap. x. in capitulis prætorum. pag.162.ad fin.
Lex lxxvj.Tauri,pag.319.ad med.
Lex lv.Tauri,pag.399.ad med.
Lex lv.Tauri,pag.506.poſt princ.
Lex lxij.Tauri,pag.603.in princ.& 605.ad fin.
Lex ix.Tauri,pag.695.ad med.

Canones, qui principaliter in hoc Codice declarantur.

Ex Decretis,

Cap.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.pag.46.in princ.
c.inter cætera.x.q.iij.pag.54.in princ.
c.homicidium.de pœn.diſtin.j.pag.141.in princ.
c.homicidium.de pœn.diſt.j.pag.143.in princ.
c.ſi qua fœmina.50.diſtinct.pag.219.poſt princ.
c.ſi quis viduam.50.diſtinct.pag.266. in princ.
c.ſi quatuor.xxiij.q.viij.ibid.
c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.pag.280.in princ.
c.ſi quis cum duobus.& c.ſi quis cum matre. & c.vlt. xxxiiij. q.ij.pag.457.in princ.
c.paſce fame morientem.lxxxv.diſtinct.pag.499.in princ.
c.ſanè.c.inebriauerunt.xv.q.j.pag.532.poſt med.
c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij. pag.546.poſt med.
c.inter hæc.xxxiij.q.ij.pag.631.in princ.
c.prohibeantur.ij.q.j.pag.674.ad finem.
c.cùm multa.xv.q.viij.pag.678.ad finem.

Ex volumine Decretalium,

Cap.cùm pro cauſa.de ſentent.excom.pag.32.in princ.
c.ſi.de rerum permut.pag.51.in prin.itidem pag.54.in prin.
c.conquerenti.de offic.ordin.pag. 54. circa med.
c.j.de maled.pag.71.ad fin.
c.ad abolendam.de hæret.pag.84.in princ.

c.ad ſupplicationem.de renunt.pag.84.poſt med.
c.j.vt lite non cont.& c.literas.de reſt.ſpol.pag.168.in princ.
c.ſicut dignum.§.j.de homic.pag.154.
c.cum voluntate.de ſent.excom.pag.159.in princ.
c.ij.de cler. pugnan.in duello.pag.179.poſt princ.
c.ſignificaſti.de homic.pag.192.in princ.
c.ad audientiam.de homic.pag.195.in princ.
c.presbyterũ.de hom.& c.ad audientiã. eo.tit.p.215.ad med.
c.dudum.de præſumpt.& c.j.de ſcrutinio. pag.224.ad finem.
c.ſicut dignum.§.qui verò.de homic.pag.261.ad medium.
c.afferte.de præſumpt.pag.198.ad fin.
c.cauſam.in ſecundo.qui filij ſint legit.pag.301.poſt med.
c.j.de homic.pag.324.in princ.
c.j.de homic.pag.329.ad med.& 330.ad fin.
c.tua nos.de homic.pag.441.ad med.& rurſus 442.ad fin.
c.ſicut.de homic.pag.443.ad med.
c.ſi verò.in ij.de ſent.exc. pag.456.& pag.457.poſt prin.458.
c.ij.de homic.pag.495.ad fin.
c.interfeciſti.de homic.pag.497.in princ.
c.ij.de homic.pag.499.poſt princ.
c.à crapula.de vita & honeſt.cleric.pag.534.ad finem.
c.de cauſis.de offic.deleg.pag.584.in princ.
c.inter opera.de ſponſal.pag.592.circa med.

Ex libro ſexto Decretalium.

Cap.j.de cleric.coniug.lib.vj.pag.92.ad finem.
Regula, in pœnis.de reg.iur.lib.vj.pag.94.poſt med.
c.ij.de renunc.pag.178.poſt princ.
c.fin.de homic.lib.vj.pag.237.poſt med.Itidem pag.239.poſt princ.& pag.240.in princ.
c.felicis.de pœn.lib.vj.pag.254.in princ.
c.felicis.de pœn.lib.vj.pag.267.in princ.
Reg.ratihabitionem. de reg.iur.lib.vj. pag.278.in princ.& pag.281.poſt princ.
c.cũ quis.de ſent.exc.lib.vj.p.280.ad fi.& iterũ p.282.in prin.
c.j.de homic.lib.vj.pag.286.ad finem. 288.poſt princ.285.in princ.290.ante finem.
c.j.de homic. lib.vj.pag.291.ante fin.
c.j.de homic.lib.vj.pag.296.in princ.& ibid. poſt med.
c.j.de homic.lib.vj.pag.307.ad medium.

Ex Clementinis.

Clement.vnica,de conſang.& affin.pag.457.in princ.

Clementina vnica de homic.pag. 480.poſt princ.
Ex ſacris Biblijs.
Matth.c.19.pag. 420.ad med.
Eccleſiaſtes c.4.pag.469.circa med.
Ad Romanos c.14.ibid.
Luc.cap.10.Papi.ibid.

Index locorum aliquot vtriuſque iuris, qui obiter in hiſce commentariis explicantur.

Ex Digeſtorum voluminibus.

Lex,aut qui aliter.§.&cùm interdictum.ff.quod vi aut clàm. pagina 23.in principio.
lex,ſi pater.ff.quæ in fraud.cred. & l.ita autem.§.geſsiſſe.ff. de adminiſt.tut.pag.23.poſt med.
l.nunquam plura.ff.de priuat.delic.pag.32.ad med.
l.plerunque.ff.de iure dot.pag.62.ad finem.
l.quicquid calore.ff.de reg.iur.pag.65.in princ.
l.vltima.ff.de decur.pag. 85.in princ.
l.qui inceſtu.§.fi.&l.ſi maritus.§.ſi negauerit.ff.ſol.matrim. pagina 89.ad medium.
lex,cùm quidam.ff.de liber.& poſthum.pag.94.poſt med.
l.item apud Labeonem.§.ſi quis ſeruo verberato. ff.de iniu. pag.97.poſt medium.
l.ex hac.ff.ſi quadr.paup.fec.dic.pag.99.poſt medium.
l.æquiſsimum.ff.de vſufr.pag.113.ad fin.
l.j.ff.ad leg.Iul.de vi publ.pag.123.ad fin.
l.non ſunt liberi.ff.de ſtatu hom.pag.145. in princ.
l.j.§.diuus.verſic.quòd ſi claua.ff.de ſicar.pag.158. poſt med.
l.verum.ff.de furtis.pag.159.in princ.
l.quod reipublicæ.ff.de iniur.ibid.
l.item Mela.& l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil.pag.184.poſt medium,& ad finem.
l.item Mela.§.Celſus.ad leg.Aquil.pag.187.ad med.
l.ita vulneratus.ad l.Aquil.pag.190.ad fin.
l.vt ratione.la j.§.ſi ſeruus teſta.ff.ad l.Falc. p.196.ante med.
l.huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus.l. item Mela. §.Celſus. l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil.pag.197.in princ.
l.ſi quis in graui.§.peregrè.ad Syllan.pag.211.poſt med.
l.ſi qs mibi bona.§.pater Seio.ff.de acq.hær.p.227.poſt med.

l.Gracchus.ff.de adult.pag.250.poſt med.
l.non ſolùm.§.ſi mandato.verſic.Attilicinus.ff.de iniur.pag. 264.ante finem.
l.j.§.occiſorum.ff.ad Syllan.pag.313.ante finem.
l.j.ff.de parricid.pag.316.ante finem.
l.ſi quis aliquid.§.qui abortioni.ff.de pœn.pag.317.ad fin.
l.item ſi obſtetrix.ff.ad leg.Aquil.pag.318.ad finem.
l.iij.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.pag.320.poſt medium.
l.penult.ff.ad leg.Pomp.de parricid.pag.341.poſt med.
l.j.de parricid.ff.pag.351.ante finem.
l.ſcienter.ff.de parricid.pag.355.poſt princ.
l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſat.pag.351.poſt princ.
l.ſciendum.ad leg.Pomp.de parric.ff.pag.369.in princ.
l.ſi autem.ff.de ædil.edic.pag.417.ante fin.
l.ſi cum ſeruo meo.ff.de iniur.pag.453.poſt medium.
l.ſcientiam.§.ſed ſi defendendi.ff.ad l.Aquil.pag.454.ad fin.
l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure.pag.498.poſt medium.
l.diuus.ff.de offic.præſid.pag.502.poſt med.
l.ad beſtias.ff.de pœn.pag.583.poſt princ.
l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infam.ib.ad fi.
l.palàm.ff.de ritu nupt.pag.598.ad med.
l.mariti.§.qui quæſtum.ff.de adult.pag.599.poſt princ.
l.verùm.ff.de furtis.pag.600.poſt med.
l.j.ff.de offic.diuerſ.iud.pag.603.poſt med.
l.ſi vxor.§.j.ff.de adult.pag.606.ad finem.
l.qui accuſare.ff.de accuſat.pag.674.ante finem.
l.filio quem parer.ff.de liber.& poſthum.pag.680.ad fin.
l.hos accuſare.§.hoc beneficium.ff.de accuſat.pag.749.ad fi.

Ex Codice Iuſtiniani.

Lex,iuſtiſsimos.C.de offic.rect.prouinc.pag.15.poſt princ.
l.j.C.de famoſ.libel.ibid.ad fin.
l.nobilioris.C.de commer.& mercat.pag.20.ad fin.
l.ſi defunctus.C.de ſuis & legit.hæred.pag.29.poſt princ.
l.ſancimus.& l.pen.C.de donat.pag.59.ante med.
l.j.de famoſ.libel.C.pag.67.ad med.
l.j.C.ſi quis Imper.maled.pag.71.poſt medium.
l.iniuriarum.C.de iniur.pag.95.ante med.
l.ſi non conuirij.C.de iniur.pag.107.poſt princ.
l.ſeruus.C.de his qui ad eccleſ.confug.pag.139.poſt med.
l.pen.C.de poſthum.hæred.inſtit.pag.145.in princ.

Leum

l.eum qui.C.de ſicar.pag.154.poſt medium.
l.ſi vnquam.C.de reuoc.donat.pag.173.ad medium.
l.Gracchus.C.de adult.pag.259.poſt med.
l.vnica.C.de his qui paren.vel liber.occid.pag.341.poſt med.
l.j. & ij. C.quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare. pag.626.in princ.
l.cùm acutiſsimi.C.de fideicom.pag.680.ad medium.
l.placet.C.de ſacroſanct.eccleſ.pag.752.ad med.

Ex Inſtitutionibus.

§.fin.Inſtit.de exhæred.liber.pag.29.ante med.
§.fin.Inſtit.de pœn.temerè litig.pag.59.poſt med.
§.fin.Inſtit.de iniur.pag.104.ad med.
§.item lex Cornelia.Inſtit.de public.iud.pag.149.poſt med.
§.ope.Inſtit.de oblig.quæ ex delic.pag.668.ad med.
§.alia.de public.iudic.pag.341.ante finem.

Ex Authenticis.

§.j.verſic.ſancimus.in authent.de teſtib.collat.vij.p.20.ad fi.
Authen.vt cùm de appellat.cognoſc.§. aliud quoque capitulum.collat.viij.pag.27.ad medium.
§.fin.in auth.de ſanct.epiſc.collat.ix.pag.77.in princ.
§.fin.in auth.de armis.collat.vj.pag.124.ad med.
§.aliud quoque capitulum.in auth.vt cùm de appel.cognoſc. collat.viij.pag.317.ad finem.

Ex tribus libris Codicis.

Lex,ne quis.C.de dignit.lib.x.pag.20.ad finem.
l.j.C.vt armorum vſus.lib.xj.pag.129.poſt medium.

Ex Feudorum libris.

§.ſi quis ruſticas. & §.mercator. de pace tenenda, in vſibus feudorum,pag.128.in princ.
§.ad palatium. titulo,de pace tenenda, in vſibus feudorum, pag.135.in princ.
Cap.primo.§.ſi quis hominem,de pace tenenda, pagina 154. ante finem.
Cap.vnicum, quibus modis feudum amittatur, pagina 455. circa medium.
Cap.primo.§. ſi quis alium. de pace tenenda, pagina 498. poſt principium.

†† 3

FINIS.

TRACTATVVM SPARSIM AC INTERCISE DIGESTOrum nomenclaturam, ſequens pagella indicat.

DE iniuria, quæ verbis fit, maximè de ea, quæ veri criminis obiectione irrogatur, déque illius pœnis, iure Cæſareo, Regio, Pontificióque ſancitis, cum nouo detecto intellectu Regiæ conſtitutionis 2. tit. 9. lib. 8. ordin. regalium. Caput primum.

Adhuc inquiritur de æreis ſolidis, quibus conuitiator mulctandus eſt, circa eam Regiam conſtitutionem. Cap. 2.

Extat inſignis Valentini Imperatoris l. vnica. C. de famoſis libellis, quæ de his criminis reis agit. cap. 3.

De pœnis illius, qui Imperatori maledixerit, Romanóve Pōtifici, iure Cæſareo, Pontificio Regióve ſtatutis. cap. 4.

Perpenditur nouella Cæſaris conſtitutio in §. finali. in authent. de ſanct. epiſcop. collat. 9. quæ agit de geſtante habitum alterius in eius contemptum, teneatúrne iniuriarum actione. cap. 5.

De iniurijs, quæ facto fiunt, potiſſimum agitur, déque illarum pœnis iure Cæſareo, Regio, Pontificióve ſancitis. cap. 6.

Diſcutitur Marciani Cæſaris conſtitutio in l. denuntiamus. C. de his qui ad eccleſ. confugi. cap. 7.

De armis, déque ea deferentium pœnis, iure Cæſareo, Regio, Pontificióve ſancitis. cap. 8.

De homicidio commiſſo ante baptiſmum. cap. 9.

De homicidiorum pœnis iure Cæſareo, Regióve ſancitis. cap. 10.

Examinatur Caliſtini tertij pontificia conſtitutio, quæ de clericorum homicidiorū criminis reis agit, in c. cùm nō ab homine. de iud. c. 11

C. ſignificaſti. 2. de homic. & l. ita vulneratus. cum l. item Mela. ad l. Aquil. alio ſenſu, quàm qui vulgatus eſt, intelliguntur, de pluribus eundem hominem vulnerantibus, quædam notata ſcitu non indigna. cap. 12

Quis dicatur in iure letali vulnere affectus, & de vulneris letalis atteſtatione pleraque reſponſa veterum explicata, & alio ſenſu, quàm qui vulgatus eſt, intellecta. cap. 13.

C. Petrus. de homic. agen. de amicis, conſanguineiſve, & famulis dominorum contemplatione delinquentibus, quædam reſponſa veterum explicat. cap. 14.

Examin

Examinatur celebris Bonifacij octaui conſtitutio in c.fin.de homi. lib.6.cum nouo detecto intellectu plurium iurium de his, qui homicidium committi mandarunt, agentium.caput 15.

Perpenditur inſignis Alexandri tertij pontificis conſtitutio in c. ſicut dignum.§.illi etiam.de homi.quæ agit de pœnis auxilium, opémve ferentis, nouo ſenſu declarata.cap.16.

Declaratur §.qui verò.c.ſicut dignum.de homic.& l.1.§.perſuadere.ff.de ſeruo corrup.agentes de conſilium dantis pœna, iura hactenus non ſic intellecta.cap.17.

Exponitur pontificia conſtitutio in c.ratihabitionē.de reg.iur.& aliter elucidatur, quàm vulgò fieri ſoleat, agens qua afficitur pœna ille, qui delicto non dederat conſilium, nec auxilium, nec fauorem, ratum tamen habuit delictum commiſſum.cap.18.

De aſſaſinis, deque illorum pœnis, iure Cæſareo, regio, pontificióve ſancitis elucidatur elegans pontificia conſtitutio in cap.1. de homic. libro 6.cap.19.

Traduntur aliquot interpretationes ad l.1.C.de maleſic. & math. quæ aliter declaratur, quàm hactenus fuerit, circa veneficorum pœnas iure Cæſareo, Regióque ſancitas.cap.20.

Examinantur quæſtiones à Bart.traditæ in l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.& quædam adnotantur ſcitu non indigna circa pœnas proditoriè ac inſidioſe interimentis, iure Cæſareo, Regio, Pontificióque ſancitas.cap.21.

Traditur vera ratio decidendi, ad Conſtan.reſponſum.in l.vnica. C.de his qui parentes, aut liberos occiderunt, & ab exteris ignorantiæ nebulis perpenduntur pœnæ iure Cæſareo, regióve ſancitæ in parricidas, aliter intellecta, quàm hactenus à cæteris fuerit.cap.22.

De his qui mortem ſibi conſciuere, déque eorum bonis, quædam ex hiſtorijs adnotata, ſcitu non indigna, aliter elucidata, quàm vulgò fieri ſolet.cap.23.

Repetita quædam ex hiſtorijs, vnde originem traxit l.1.& 2.C. de Eunuch.déque Eunuchorum, & de illorum, qui propria voluntate pudenda vltrò ſibi abſciderunt, pœnis cum nouo & detecto intellectu iurium de ea re agentium.cap.24.

Quædam adnotata quo ad irregularitatem ex deformitate corporis, & mutilatione membrorum ex hiſtorijs, aliquot repetita ſcitu non indigna.cap.25.

De homicidio caſuali quædam non inconcinnata.cap.26.

Traditur breuis & circumſcripta interpretatio Bart.in l.reſpiciendum.§.delinquunt ad fin.ff.de pœnis.cap.27.

Extat elegans Clementis quinti conſtitutio in concilio Viennenſi in clementina vnica, de homicid. agens de his, qui ad neceſſariam vitæ defenſionem aliquem interimunt, ſint ne immunes à criminis pœna. Caput 28.

Reſponſum Clementis 5. in concilio Viẽnenſe in clemen. vnic. de homic. nouo ſenſu declaratum eſt, & quædam adnotata ſcitu non indigna. Caput 29.

De ebriorum pœnis, quædam veterum reſpõſa adnotata. Cap. 30.

De his, qui incumbentes ſomnio deliquerunt, déque illorum pœnis. caput 31.

De delictis puerorum, déque illorum pœnis iure Cæſareo regióve ſancitis. Caput 32.

L. ad veſtras. ff. de pœnis, aliter intellecta, quàm hactenus à cæteris fuerit. Cap. 33.

Priuilegium Cardinalium circa criminis reos liberandos aliter declaratum, quàm hactenus à doctoribus fuerit. cap. 34.

Ordo eccleſiaſticus poſt delictum commiſſum, ac perpetratum aſſumptus quando liberet quem à iuriſdictione ſecularis iudicis. ca. 35.

C. de bannitis, & an immunis ſit ab homicidij pœna, qui bannitum interemerit. cap. 36.

Perpenditur, an fides à iudice data criminis reo, ob delicti manifeſtationem teneatur. cap. 37.

De abolitionibus. cap. 38.

De homicidiorum tranſactione circa intellectum l. 22. tit. 1. par. 7. caput 39.

Diocletiani & Maximiani, Cæſarum conſtitutio in l. de crimine. C. de his qui accuſare non poſſ. cap. 40.

De filijs illegitimis necem vindicãtibus circa eandem regiam ſanctionem 22. tit. 1. par. 7. cap. 41.

Adhuc inquiritur circa l. 22. tit. 1. par. 7. circa quam ſalebroſæ iuris ſpecies inter tranſactionum ſpineta declarantur. cap. 42.

Rurſus agitur an & amico maxima amicitia coniuncto immunis accuſandi necem amici competat. cap. 43.

Bart. ſententia in l. ſeruos. ff. de accuſ. ex legum artium pomerijs elucidata, & ab impudentibus multorum nugulis liberata. cap. 44.

De prælatione circa necem defuncti vindicandam. cap. 45.

Adhuc inquiritur circa regiam conſtitutionem 22. tit. 1. par. 7. an factum à maiori parte conſanguineorum hæredúmve ſuper nece defuncti valeat. cap. 46.

Ius vindicandi necem defuncti cedi poteſt. cap. 47.

Finis Indicis Capitum.

D N.

Petri à Plaça, in Canonica & Ciuili Philoſophia abſolutiſsimi, Epitomes delictorum, cauſarúmque criminalium,

LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Leuiter ferendas eſſe iniurias variæ præclaræq; philoſophorum ſententiæ.*
2 *Iniuria verbalis non ſolũ præſenti,ſed etiã abſenti fieri palàm eſt.*
3 *Quid autem ſi qui contumelioſa verba protulerit, verũq; dixerit?*
4 *Declaratio tex. in l. iuſtiſsimos. C. de offic. rector. prouinc.*
5 *L. j. C. de famoſis liber. analyticè declaratur.*
6 *Longè pulcherrima interpretatio l. ij. tit. ix. lib. iij. ordinamenti.*
7 *Palinodiam canere in quibus caſibus teneatur qui contumeliam fecerit.*
8 *Regiæ conſtitutionis pœna an teneatur, qui per alium verba contumelioſa proferri curauerit.*
9 *Singularis declaratio ad l. nobiliores. C. de commer. & mer.*
10 *Nobiles ſeruorum opera viles & mechanicas artes exercere poſſe dubiò procul conſtat.*
11 *Honoris præfatio vtrum iniuriantis pœnam extingat.*
12 *Sex verba quæ in lege regia continentur, quorum palinodia recinenda eſt, explicantur.*
13 *Hæc verba, tu es bona mulier, more Hiſpanorum, an iniuriam denotent, famáque ſit reſtituenda.*
14 *Quid ſi quis præter ſex dictæ legis verba, alia dixerit, vt ſi quem Iudæum appellauerit, aut hæreticum?*
15 *Ex quot quibúſq; cauſis filius hæreditate paterna priuari poſsit.*
16 *Donatio an ex iiſdẽ cauſis quibus hæreditas aufertur, reuocetur.*
17 *Qui plura conuitia ſimul obiecerit, an vnius tantùm iniuriæ pœna ſit mulctandus?*
18 *Quid etiam ſi eodem impetu bis alapa quis percutiatur, vtrum*

duplex iniuria eſſe cenſeatur.

19 *Percutiens clericum quinquies eodem impetu, vnica tantùm excommunicationis ſententia irretitur.*

20 *Quid ſi furtum quis nullo temporis interuallo plurium rerum variis dominis fecerit, an plura furta cenſeantur.*

21 *Iniuria alia iniuria compenſatur, & iniuriam verbis illatam liceátne armis repellere.*

22 *Qui pro iniuria condemnatus eſt. perpetuò notatur infamia.*

23 *In contradictionis pœna nulla differentia eſt inter plebeium ac nobilem.*

24 *Sacris initiatus ad conuitium obiectum palinodiam canere, an teneatur.*

25 *In Hiſpaniis ius ciuile minimè allegatur pro authoritate, ſed pro ratione.*

26 *Mulier nobilis, quæ viro plebeio nupſerit, ſi mortuo viro conuitium obiecerit, teneatúrne ad honoris reſtitutionem.*

27 *In hiſce cauſis criminalibus, quid conſiderandum ſit iudicibus, vt pœnam infligant.*

28 *Percuſſionis appellatione quid contineatur, & ibi de pœna iniuriam facientis Cardinali.*

29 *Bernardi Diaz integerrimi præſulis ſummum encomium.*

De iniuria quæ verbis fit, & maximè de ea, quæ veri criminis obiectione irrogatur, déque illius pœnis iure Cæſareo, Regio, Pontificióque ſancitis, cum nouo detecto intellectu regiæ conſtitutionis ij tit. ix. lib. viij. ordin. regalis. Cap. I.

Propoſitio

SVPERIORI anno, cùm poſt feriarum laxamenta, literarij initia laboris auſpicaremur, partem iuris, quæ de iniuriis eſt, breuiter præſtrinximus. De iniuriis igitur, vti nobis religio eſt, in huius capitis initio omiſſa iniuriæ
1 diffinitione illud obuium eſt Iniuriam non tantùm facto, ſed & verbis fieri palàm eſt, vti conſtat in l. ſi non conuitij. C. de iniur. l. eum qui nocentem. l. item apud Labeonē. ff. eo. tit. c. cùm in t. a. & b. de re iudi. Sed anteaquàm in diſputationis examen, ac pœnæ iniuriæ condeſcendam, aliquot conſicienda ſunt, huic rei maximè neceſſaria. Et primò quod Demoſthenes à quodam conuitiis laceſſitus dixit, nolim tecum in hoc genus

genus certaminis deſcendere, in quo qui vincitur, ipſo victore eſt melior. Cæterùm Ariſtippus cõtumeliis à quodam petitus dixit, penes te eſt maledicere, penes me autem rectè audire: Et Plato quodam ei maledicente, perge, inquit, maledicere, vt qui bene nũquã didiceris. Et ex Philemonis ſententia conſtat dum cecinit apud Stobæum Sermone 17.

Nihil eſt iucundius, & docto viro dignius,
Quàm ferre poſſe conuitiantem,
Quoniam ſi ille cui conuitium ſit
Diſsimulauerit, in ipſum authorem redundat.

Ex Euripide in Proteſilao.

Altero duorum colloquentium indignante,
Is qui ſe non opponit, plus ſapit.

Itidem in Andromacho ait, ex Stobæo ſermone præcitato.

A paruo initio lites magnas hominis
Lingua producit, hoc verò ſapientes mortalium
Caueant, ne quid inter amicos contentionis excitent.

Et ex Platone id diffinitũ eſt, apud eundẽ Stobæũ, ſerm. 42. aſſeuerante ciuẽ qui vicerit irã, longè meliorẽ exiſtimãdum eſſe, illo, qui propter irã deliquit. Et Thucidides ait, Virorũ enim prudentiũ eſt ſi non laceſſantur, iniuria quieſcere: bonorũ autẽ, ſi iniuria afficiantur, pacẽ bello mutare: ac ſi bene ceſſerit, iterũ pro bello pacẽ inire. Nec ſilentio præterire libet, Pythagoræ ſententiã exiſtimãtis magnã peritiam eſſe, qua ferre poſſet aliorũ imperitiã. Et Pittacus poteſtatem habens puniendi quempiã qui contumelioſus in ipſum extiterat, dimiſit, inquiens: venia vltione melior eſt. Illa nãq; mitis eſt ingenij, hęc autẽ ferini. Dionẽ Academicũ è conuiuio redeuntẽ, quidã maledicus inſectabatur, nullas non blaſphemias eructans. Tacebat Dion, ingreſſuro autẽ iã domũ conuiciator ille dicebat: nihil verò reſpondes? Cui Dion: ne gry quidẽ. Nemo ſanæ mentis diffitebitur, ferarũ potius quàm hominum propriũ eſſe auhori iniuriam retaliare, & in eum qui momordit, morſum retorquere. Ariſtotel. de virtut. in ea eſt ſententia, manſuetudinem virtutem eſſe animoſę partis, qua præditi ægrè mouẽtur ad iram. Inibi Ariſtoteles explicat proprium manſuetudinis eſſe, poſſe ferre moderatè obiecta crimina, & contemptus: nec celeriter rapi in vltiones, nec facilè moueri ad iras. Et Muſonius grauiſsimus author eſt ea in re dum cecinit,

Fons & origo malè viuendi, nō refugere obſcœna & turpia loqui. Et Homerus in ea ſpecie Iliad. 9. ait, Reprime tuam iracundiam Achilles, haud te decet. Et Plato iratus olim in famulum aſsiſtente Xenocrate: accipe dixit, & hunc flagris affice; ego enim iraſcor. Extátque celebris Platonis ſententia apud Plutarchū in libro quē publicū fecit, quomodo quis ab hoſtibus iuuetur, verborū rei leuiſsimæ grauiſsima pœna, iuxta diuū Platonē, & apud Deū, & apud homines comes eſſe ſolet. Silentium verò cùm vbiq; culpa vacet, tum maximè in aliorū conuitiis. Et Euſebius optimum eſſe exiſtimat, ita aſſueſcere domare iracundiā, ne facilè ad ipſam accendaris; ſin minus, ſaltē ne quod ipſa imperet. Cæterùm & his cōuenit adnotare, q̄ Nero Imperator, qui ad ſæuitiā immanitatémq; natus videbatur, nihil æquè patiēter tulit, quàm cōuitia & maledicta in ſeipſum: quin etiā à ſenatu grauioribus pœnis affici prohibuit, quos publicus vindex detulerat. Veſpaſianus etiā malè in ſe dicta, æquo animo pertulit, & Demetrium Cynicum in itinere obuiū, ac neq; aſſurgere, neq; ſalutare ſe dignantē oblatrantémq; etiam neſcio quid ſatis habuit canem appellare: neq; enim memor, aut vltor maledictorū vnquā extitit. Titus quoq; eius filius quē præ manſuetudine ac facilitate delicias humani generis appellabāt, exemplo paterno non modò malè in ſe dicta tolerauit: ſed duos patricij generis iuuenes conuictos in affectatione imperij pertulit, nihilq; amplius eos monuit, niſi vt deſiſterēt, eos edocens imperia non niſi diuino facto dari. Poſſent etiā Zenonis ſententiā vſurpare, qui cum criminaretur, q̄ malè in ſe dicta grauiore animo ferret, ait, Si maledicta æquo animo tulero, nec laudes quidē ſentiam. Epaminundas quoq; Thebanus, quem Cicero facilè principem totius Græciæ appellat, æquo ſemper animo calumnias tulit, aſſerens fortitudinis ac magnanimitatis eſſe maledicta contēnere. Sapientis viri eſt (vt ait Antiſthenes) malè audire, cùm bene egerit.

Iulius verò Cæſar, vt omnibus in confeſſo eſt, in omnes clementiſsimus extitit: ſic etiam illos qui contra eum oblatrabant, quos quidē inhibere maluit, quàm vindicare. Nam acerbè in ſe loquentibus ſatis habuit pro concione denunciare ne perſeuerarent: & hi qui liuore quodam animi in alios oblatrant, ab omnibus comprimendi ſunt, & in illos grauiter animaduertendum eſt, ne paucorum improbitas

latiùs

latiùs ſerpat, & ad multorum perniciem euadat. Memnon cum pro Dario Rege bellum aduerſus Alexãdrum gereret, militem ſtipendiarium quendam audiuit graue nimis maledictis in Alexandrum obſtrepere: qua ex re commotior factus lanceam accepit, & illius caput percutiens ait, Equidem te nutrio, vtpotè contra Alexandrum pugnes, non autem vt conuitiis eum inceſſas, vt ille inclytus dux oſtẽderet, etiam in hoſtem neutiquam maledicendum eſſe. Ariſtippus Cyrenenſis philoſophus, cum ſuccenſere quendam vidiſſet, ac verbis indignari, dixit: Ne verba per iram proferamus, ſed verbis iram compeſcamus. Naucrates ſapiens iracundis ſimile quid accidere dixit, quod lucernis quæ copioſo oleo magis inflammantur, potiſsimùm cùm iracundia ſit perturbatio immanis, affectione dura, & violenta potentia, cædium cauſa, calamitatis ſocia, iacturam concilians, & dedecus, pecuniarum pernicies, adhæc perditionis origo. Rurſus hoc in loco cũ hæreret exẽplo, ſubit illud Pythagoricũ.

Nullus liber, qui ſibipſi non imperat.

Cuius meminit Stobæus ſermone 6. & Cicero pro Plautio ait, nihil eſt tam volucre quàm maledictum, nihil facilius emittitur, nihil latiùs diſsipatur. Et Democritus grauiſsimus Philoſophus in ea eſt ſententia, iracundiam impugnare eſſe difficile: ſed viri præditi ratione eſt ipſam vincere. Et Herodotus exiſtimat opprobria in hominem coniecta, iracundiam excitare, cui Apollonius conuenit ad Macedonem in hæc verba,

Inſania flos eſt iracundiæ.

Affectus iræ niſi curentur & caſtigentur, in naturalem morbum abeunt.

Et illud Democriti apud Stobæum ſerm. 8. dum ait,

Bonum eſt iniuriam non facere, ſed nec velle quidem.

Soli Deo chari ſunt, qui iniurias oderunt.

Et Menander apud eundem Stobæum cecinit.

Nemini iniuriam facere omnes homines decet.

Et ex Philemonis ſentẽtia cõſtat apud eũdẽ Stob. dũ cecinit.

Vir iniuſtus eſt non qui non facit,
Sed qui cùm iniuriari poſsit, non vult tamen.

Et illud Antiphonis.

Qui nemini facit iniuriam, non indiget vlla lege.
Id quod rectè habet, etiam lege præſtantius eſt.

Et Menander apud eundem Stobæum ſermone præcitato.

Iniuriam nulli facere, ô Laches didiciſſe in vita, ſtudium eſſe iudicato ciuile:

Nihil iniuriari parit humanitatem.

Tametſi difficile ſit, ſicuti diffinitum extat ex illo Pythagorico, dum cecinit.

Seruire affectibus grauius eſt, quàm tyrannis:

Nequit liber eſſe, qui affectibus ſeruit, & affectibus regitur.

Nec illud Platonis hac in re omittendum eſt aſſeuerantis, difficile eſſe inuenire, in tẽperantibus, quidẽ bonã voluptatem, ægrotantibus autem ſalubrẽ. Et Ariſtoteles ea ſimilitudine vſus ait, vt fumus mordicans oculos minime videre ſinit, quæ pedibus adiacẽt, ſic iracũdia oboriẽs orationẽ offuſcat: & quod bonum habitura mẽs fuerat à ratione ipſa iracundia non ſinit, ſine labore, ac moleſtia potiri. Et quẽadmodum nauigia præclara iudicãtur, non quæ in trãquillitate nauigãt, ſed quæ tẽpeſtatibus obſiſtunt, & euadunt: ſic & homines, qui iræ & perturbationibus reſiſtere valent, magni, forteſq; habentur. Hiſtriones hoc in loco recẽſere oportet, qui licet ſolùm ſimulẽt, hominis irati faciem repræſentant: viri autem virtutis ſtudioſi, & ſi reuera iraſcantur vultu tamẽ, & geſtibus irati abſtinẽt. Et Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit, quamuis irã vincere tum magna res videatur, tum vera ſit, maius tamẽ eſt cauere. & prouidere ne in ipſam incidamus. Et Cato maior dicere ſolebat (vt eſt in prouerbio) iratũ ab inſano tẽpore tantum diſtare. Nec quidẽ fieri poteſt, vt concitatus ira ratione vtatur. Proinde rationem oportet agendorum ducẽ conſtituere, ac ita demũ actiones vitæ aggredi: iram, interea contingentẽ ſemper caſtigãdo, ac euitando, vt Naucleri fluctus aduoluendos. Siquidem non minor metus eſt, ne ira nimiũ aduerſa ceu proræ fluctus, & ſui authorem, & familiã funditus perdat, euertátq;, niſi quis per induſtriam præternauiget. Claudius Cæſar, quum ſibi conſcius eſſet, ſe perire, & iracundiæ impetu ſæpe peccare, vtranque excuſauit edicto. pollicitúſq; eſt alteram perbreuem, & innoxiam futuram, alteram vero non iniuſtam. Qua quidẽ ſententia declarauit improuiſam illam motionẽ ſe non poſſe ex tempore reprimere, quam quidem Peripatetici aſſerunt non eſſe in hominum poteſtate, illam vero aliquo iudicio confirmatam non iniquam fore, ſed quaſi iuſtitiæ vltionem. Sed quo quiſ-

que

que natura generoſior eſt, vt ait Plato in libris de re publica, eò mitius iraſcitur.

Et ira, quæ cùm ferocius excanduit hominem præcipitem rapit adeo, vt ab inſano, ac furioſo, paulùlum quippiā abſit. Oculi, color, vultus, geſtus, vox, clamor, verba prope furētis, atq; inſanientis hominis eſſe videntur, qui niſi quāprimum ad ſe redeat, ad agnatos omnino atq; affines vecordium furioſorúmque more reiiciēdus erit. Optimè Pythagoras Samius: qui taciturnitatis priuſquā ſermonis præcepta tradebat, diſcipulos ſuos monebat, ne quid vnquā per iram dicerent, aut facerēt. Vnde Architas Tarentinus, vt præceptoris ſui monita ſequeretur, quū villico ſeruo, qui grauiter deliquerat ſuccēſuiſſet, ait: Punirē nunc te, niſi iratus eſſem. Timebat enim ne ira percitus ſanctā, moderatámq; iuſtitię vltionē tranſgrederetur. Præclare Cicero Quintum Fratrem ſuū, qui tunc Aſiæ præerat, monet: vt ſi vitare nō poteſt, quin ab iracundia quamprimum eius animus occupetur, ſaltem, vt ſe ante compararet, quotidiéque meditetur reſiſtendum eſſe iracundiæ, moderari animo, & orationi, cùm ſis iratus, aut etiā tacere, & tenere in ſua ſponte animi motū, ac dolorem.

Hæc Ciceronis præcepta epiſt. ij. ad fin. libri j. diligenter ſummáq; ope niti decet, nec latū quidem vnguē ab eis diſcedere, tenendáq; ſunt, vt iracundiam cōprimamus, ne in furorem deinde rapiamur. Simúſq; vel nobis ipſis, vel aliis iniurij. Ex qua ira ac animi perturbatione in perniciē pleraque attraxere. Periander Corinthius ira accenſus ſub calcibus miſſam vxorem, quæ in vtero puerum habebat, interemit. Deinde mentis cōpos factus cùm cōperiſſet per calumniam pellicum id à ſe actum eſſe ira ſcāduit, & eas omnes igne cremari iuſsit, filium quoq; ſuum Lycophrona nomine præ matris interitu eiulantem abdicauit, & in Corcirā vſq; relegauit. Lyſander Lacedemonius iram mortémque acerbitate grauem, ac terribilem potentiam, tyrannidémque exercuit, adeò vt non immeritò conciui eius Etheocles dixiſſe videbatur, cùm ait bene actum cum Græcia eſſe, quod duos Lyſandros non protulerit. Idem de Sylla iure optimo dicere poterant Romani cui præ ira, ac ſæuitia nullus iucundior luſus, ac iocus, quàm cruor, quàm cædes, quàm vnci, ac ſecures, & ante oculos ciuium trucidatio, qui (vt alia eius ſæuitiæ, atque iracundiæ exempla omittamus) Q. Lucretium

offellam(cuius opera præneſtinam vrbem ceperat, Marium conſulem obſederat,finémq; victoriæ adeptus fuerat) in foro ipſo enſe traſegit,nullam aliam ob cauſam niſi quod conſulatum peteret antequam prætor extitiſſet.Quinetiã Syllæ ira,quæ vniuerſam Italiam ciuili ſanguine inundauerat,aliquando in authorem ſuum peſsimum virus euomuit.Nam cùm in Puteolano rure grauiter ægrotaret Sylla,audiſsétq; pecuniam pro reficiendo Capitolio à Decurionibus cunctatius penſitari præcipiti ira ſubitò excanduit, & immoderatæ vocis impetu ruptis præcordiis ſpiritum cruore miſtum exhalauit. Et qui per iræ impotẽtiam tot hominũ millia peremerat:poſtremò ſeipſum perdidit. Calius quoq; impetuoſus,& iracundus extitit,& ſæpius per iram,quàm per auaritiam,qua etiam laborabat,à recto diſceſsit. Aequior Sertorius,qui minimè omnium ducem ſe iracundiæ permiſit.

Qua in re habeo alios pleroſque proponendos,qui contu meliosè tractati,ſiue verbis cõuitiolis,ſiue manibus, ira dimiſſa nullo pacto vltionem exequuti ſunt,nec itidem aliud, quicquam aduerſus ipſos egerunt : ſed vtiq; æquo animo,leníque improbitatem hominum tulêre. Et vir ſapiẽs,& cordatus qualis quilibet, qui Philoſophiæ ſtudio aures accõmo dauerit, nullo horum perturbatur, non tam ipſa pati,quàm inferre turpe ducẽs. Nã qui peccat, is turpitudinĩ obnoxius eſt,qui verò patitur, quatenus ipſe peccatum non admittit, eatenus, ne turpi alicuius dignitatis particeps dicendus eſt. Puſillanimitas enim eſt has ob res indignari,& commoueri intenſius:ſed leniter & tranquille tolerabit,quicquid acciderit. Hoc decorum eſt eius, qui ſe magnanimum profitetur. Quod ſi hos animi motus lenire non poſsimus (ſi quidẽ hominum animus in auribus habitare videtur:bonis enim auditis corpus gaudio repletur:cõtrariis ira inflatur)& irę moderamini ſtudebimus,mea quidẽ ſententia:ſi multò antea rẽ præmeditemur. Exercebimus igitur,nos domi inter famulos,& vxores.Qui enim domi lenis eſſe didicit,idem multò magis publicè talis erit:prętabítq; foris quod intus cum familia exercuit:videlicet,vt mitis,ac bonus ſit: & huc alluſiſſe videntur Horatij carmina epiſtolarum lib.j.dum cecinit.

Nemò adeò ferus eſt,vt non miteſcere poſſit,
Si modo culturæ patienter commodet aurem.

Et illud Ciceronis adſtipulari videtur officiorum primo, aſſe

aſſeuerantis, vt equos propter crebras contentiones prælio-rum ferocitate exultantes domitioribus tradere ſolẽt, vt his facilioribus poſſent vti: ſic homines ſecundis rebus effrænatos, ſibiq; præſidentes tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oportet, vt perſpiciant rerũ humanarum imbecillitatem, varietatémq; fortunæ. Itidẽ Cicero quarto Tuſculanarum Quæſtio. in ea ſpecie, hac vtitur ſimilitudine. Quemadmodum temperantia ſedat omnes appetitiones cõſetuátque conſiderata iudicia mentis: ſic huic inimica tẽperantia, omnem animi ſtatum inflammat, conturbat, incitat. Et Cicero lib. 5. Tuſcul. ait, Accipere præſtat, quàm facere iniuriã, & lib. 3. Paradox. aſſeuerat in hæc verba. Peccare certè licet nemini. Nec tamen ignoro authori iniuriam non retaliari, eſſe quidẽ difficile, ſicuti Claudianus diffiniit, dum cecinit.

Dijs proximus ille eſt quem ratio, non ira mouet.

Itidem ait.

Virtute decet, non ſanguine vti.

Et Ouidiana carmina adſtipulari videntur, dum ſcribit.

Vt valeas multa ferenda tibi,
Superanda omnis fortuna ferenda eſt.

Et id diffinitum eſt apud Stobęum ſermo. cxiij. ex Moſconij ſententia.

Quod alium admonere labor ſit modicus:
Iniuriam verò ſibi ipſi illatum ſuſtinere
Omnium eſſe maximum inter mortales honorem.

Cæterũ & illud memoriæ repetere libet, Romanos ſummo odio proſequutos fuiſſe maledicos: diligebant ſi quidẽ ciues omnes, Neuiũ poëtã, & illius ingeniũ admirabantur, & cum fabulas in publicũ ederet frequẽter, ac ſeriosè omnis aderat populus: is tamen maledicẽtiæ vitio laborabat, ac in principes ciuitatis plurimũ oblatrabat, & cum indies Romæ percrebuiſſet, à triũuiris in carcerẽ coniectus eſt, & tandiu inibi adfuit, donec ſcripſit aliquot fabulas, in quibus quidẽ delicta ſua, & petulantiam prodiit. Phocion præclarus ille ciuis Athenięſis cum audiret Demoſthenẽ Alexãd. Regem grauiter maledictis laceſſere, inquit, Noli leonẽ ſæuum ſtimulare quem gloria, & imperandi cupido incẽdit, & pleraque id genus alia congerit Franciſcus Patricius lib. de regno 4. tit. 7.

Illud tamen obliuioni, in ea ſpecie non eſt tradendũ quòd qui ad iram capeſſendam ſunt faciles, eam quoquo facilimè

deponunt, ſicuti Horatius de ſe verba agens, lib.ij.epiſt.ad librum ſuum alloquens.

Iraſci celerem tamen vt placabilis eſſet.

A naturáq; id cōparatum eſt, vt qui faciles aſſumendis quibuslibet affectionibus ſint, ſunt etiā & deponendis, & verſa vice qui ſunt tardi recipiendis ſint & reiiciendis. Et ſicuti ab Ariſtotele diffinitum extat, adoleſcentes qui ad iraſcendum prōpti ſunt, cito & amici fiūt, hinc quidem eſſe ait, vt ad rationē percipiēdam ille etiā promptior ſit. Hoc manifeſte in pueris cernitur: qui cum iracundi ſint, ſero admodū rationis compotes fiunt, & ad ſtudia literarum euectiores exiſtunt, minus dicto parēt minúſq; imperata faceſſunt, Ad illā Platonicam ſententiam, & Ouidiana carmina accedūt quum ait.

Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis iræ:
Et faciles motus mens generoſa capit.

Sicuti etiam in mulieribus proditum eſt, & omnibus quoq; qui facile amicitiam ineunt, de facilè eandem amittere, & è contrario tardos, ad amicitias ineundas, tardos quoq; eſſe ad deponendas ſicuti Suetonius agens de Auguſto. Aurelius, & Eutropius, idem exiſtimanr. Et illud Propertij his admodum conuenire videtur, lib.ij.

Hoc mihi perpetuo ius eſt quod ſolus amator,
Nec cito deſiſto, nec temere incipio.

Imperator Theodoſius, teſte Paulo Diacono rebus iraſcebatur indignis, ſed illico flectebatur, & è contrà Cato Vticenſis: vt author eſt Plutarchus in eius vita non facile ad iram labebatur, & implacabilis erat. Et horum ea ratio aſsignari poſſet, ſiquidem & hominis corpus quatuor duntaxat complexionibus compaginatum eſt, calido, ſicco, humido, frigido, quę omnia ex quatuor elementis originem ducunt, aëre, igne, aqua & terra, & hi qui igne pollentes ſunt, vt ita dixerim cholerici. & bilem facile depromunt, hique faciliores ſunt, ad quamuis affectum, ſiquidem ignis cæteris elementis mobilior eſt, quo fit quemadmodum ad iram, vel atrā bilem mouentur, ita, & velocius relinquunt.

Et è cōuerſo qui terrę plus habēt, vt ſunt qui atra bile quæ frigida, & ſicca eſt vexātur, hi ſunt cæteris multo tardiores. Si quidem & terra cæteris elementis immobilior eſt, & durior. Iſthæc ratio ex aliis pleriſque conueſtiri poſſet, quæ iuſtū profectò volumē exigerēt, ac poſtularēt. Sed ne lectoris

anim

animum fatigemus, conſultò miſſa facio. Nec ſilentio illud prætereo, quòd iræ calor quàm primùm extinguitur: inueteratus enim odiũ fit, & magna cum difficultate ſedatur, quo fit odiũ ab ira emanare, vt elegãter Maro docuit, dum cecinit.

Haud aliter iuſtæ, quibus eſt Mezentius iræ,
Nonnulli eſt animus ſtricto concurrere ferro.

Verùm enimuerò, ſi mortales non leniter patiantur, iniurias ſibiipſis illatas, oportet de illorum pœna verba facere. *Operis diuiſio.* Et vt propius operi accingare, tota iſthęc materia, ac eius punitio trino ordine diſtinguetur, aliquot capitibus. Primo, ſiquidẽ de iniuria, quæ verbis fit, & maximè de ea quæ veri criminis obiectione irrogatur. Secũdò, de iniuria, quæ per ſcripturã fit, vtporè per famoſum libellũ, in quo verba iniurioſa, & vtrique infamatoria proponuntur. Poſtremò de iniuria quæ facto fit, & de eius pœna aliquot præſtringam. Non diffitebor iniuriarum quæſtionem quibuſdam ieiunam nimis, *Tacita reſponſio.* parúmque videri vtilem, potiſsimũ iis qui forẽſia, praximve iudicialem quotidiè tractant: quippè qui eam ſuccinctè, ac veluti pertranſennam, vt aiunt, abſque eius appendicibus contemplantur extra chartaceã molem, nihil vtilitatis inde percipientes, minimè conſiderantes ea quę ex huius controuerſiæ vera deciſione etiam ad praxim deduci frequentiſsimè poterũt: nos tamen aliqua coniiciemus neglecta ſuperficie, & omiſſa cute carnẽ, & ſuccũ ipſum interius extricãdo, planéque me miſeret tot claſsicos, & principaliores iuris interpretes in hac materia iniuriarũ operam tot ſeculis luſiſſe, & ingenia melioribus vtrique aptiora, quæſtiunculis ea in re pluſquàm ſerotinis, & crocodinis cruciaſſe, vt ad ſcholas Gemonias mitti magis eligero quàm ad gradus, quos in hac doctrina confixerunt doct. Verùm eam iniuriæ materiã examinabimus his capitibus, quàm vtilis apud tribunalia ſit dubio procul oſtẽdam. De iniuria verbali verba facienda ſunt.

† Siquidem iniuria non tantùm facto, ſed & verbis fieri 2 cõſtitutiſsimum eſt l. eum qui nocentem. l. itẽ apud Labeonem. ff. de iniuriis. l. ſi non conuitij. C. eo. tit. c. cum t, a, & b. de re iudicata. Quò fit iniuriam fieri, ſi ſimplici verbo alicui contumelioſa vtique verba dixerit: ex tex. in l. prima, verſic. iniuriam. ff. de iniuriis. & in §. iniuria. Inſtit. eodem tit. & in l. ſi non conuitij, & ferè per totum. C. de iniuriis. extãtque hodie Regia l. j. tit. ix. parte vij. Quam ſententiam intelligen

ligendā eſſe exiſtimo tametſi pręſenti alicui, vel abſenti proferatur. tex. eſt ad id pręſtātiſsimus, in l. itē apud Labeonem. §. conuitij. ff. de iniur. vbi Conſultus ita ſcriptū reliquit. conuitium autem nō tantum præſenti, verùm abſenti quoq; fieri poſſe Labeo ſcribit. Cui cōuenit regia l. paulò anteà citata, & ante hos id conſtat ex Muſonij ſententia in hæc verba: Fons & origo malè viuēdi eſt non refugere obſcœna, & turpia loqui abſentibus. Et Cicero libro tertio officiorum idem definit. Ex quo non inconcinè intelligenda eſt regia l. ſecunda, tit. nono, lib. octauo, in ordinat. regali, quæ expreſſim agit, de ſex conuitiis, quorum aliquod ſi quis obiecerit, teneatur palinodiam canere, ſibique ipſi contradicere: ſi abſenti conuitium, in illa lege deſcriptum obiiciatur nō teneri palinodiam canere, adnotando verba Regiæ cōſtitutionis, inibi à otro, quod verbum videtur, præſentiam conuitiantis requirere, ſicuti doctores adnotant ſumentes rationē ex tex. inibi. in l. j. de verborum obligat. præſertim Alexan. num. 17. & ibi Romanus. Siquidem ille, qui præſens non eſt, non dicitur loqui, nec factum eſſe præſente aliquo, niſi & is intelligere potuerit. gloſſa in cap. teſtes. tertia quæſtione nona. Dominicus in cap. in primis. quarta colum. ſuper gloſ. verbo præſente. ſecunda quæſt. prima. Bal. in l. ſecunda. §. voluntate. ff. ſoluto matrimonio. & in l. ſi ſine. in ſecunda quæſtione. C. ad Velleia. & in l. finali. §. neceſsitatem. C. de bonis quæ liberis. Notant Doctores in clementina prima, verbo Pręſentia de baptiſmo. cap. audiuimus. de ſimon. cap. audire. xxxiiij. diſtinct. l. ſæpe audiui Cæſarem. ff. de offic. præſi. verbo Audire. Tametſi huic intellectui refragetur gloſſa in cap. conſtitutionem. verbo Participationem. de ſententia excommunicationis, in ſexto, & nos alibi pleniori trademus manu: & quis propriè abſens dicatur præſens, vt diffiniunt doctores in l. abſentem. ff. de verb. ſignific. & in l. vlt. C. de longi temp. præſcrip. Andr. Tiraquellus multæ lectionis vir, in tract. de retractu *lignagier*. §. trigeſimo quinto, gloſ. tertia, 3 num. 2. † Et vt ad rem redeam, illud obuium eſt: puniēdum eſſe iniuriarum actione, tametſi qui iniuriam irrogauerit conuitiúmque dixerit, abſens ſit, & veritatem præ ſe ferat, ſi ſanè reipublicæ eius patefactio non interſit. In quo dubio ſcribit Paulus Iuriſconſultus in l. eum qui nocentem. ff. de iniur. Eum qui nocentē infamauit, non eſſe bonū, & æquum ob eam

Regia legis declaratio.

Abſens quis propriè dicatur.

ob eam rem condemnari:peccata enim nocentium nota eſſe & oportere,& expedire. Cui conuenit regia l.j. tit. ix. parte ſeptima.& eſt tex.in l. ita vulneratus. verſic. cùm nec impunita maleficia eſſe oporteat.ff. ad legem Aquiliam. in l.licitatio.§.ſed quod illicitæ. de publicanis & vectigal. Et Cicero libro primo officiorum,ait,quod verum, ſimplex, ſyncerúmque eſt , id eſt , naturæ hominis accommodatiſsimum, itidem homini eſt propria viri inquiſitio,ac inueſtigatio.

In quo equidem dubio ſi iniurioſa , ac contumelioſa verba irrogans alicui à veritate deuiet falſúmque dicat criminis reus eſt,ac punitione dignus. Quod ſi non interſit reipublicæ delictum ſcire conuitiúmve, vtpotè ſi quiſpiam appellet filium meretricis, lenoníſve , tametſi verum dicat ſiue à veritatis ſcopo deuiet falſúmq; dicat iniuriã vtiq; irrogat, ac actione iniuriarũ tenetur, ſicuti explicat Bar. in præcitata l.eum qui.ita tandem rem ipſam diſtinguens, quãdo reipublicæ non intereſt vitium illud, quod conuitiũ obiectum fuerit,manifeſtum fieri,tunc equidẽ puniendum eſſe ea ductus ratione:quia defectus alterius detegere iniurioſum vtique eſt,ſicuti probat tex.in l.ij.verſi. quid enim tam durum, támque inhumanum:quando , & quibus quarta pars debeatur,libro decimo.Cui ſententię accedit Pet.de Bella pertica, Cin.Alber.in l.ſi non conuitij.C. de iniur. primus col. ij.ſecundus quæſt.viij.tertius col.iij.Angel.poſt Bart. in d.l.cum qui nocentem,Quo in loco plerique alij doctores in ea ſunt ſententia. Ioannes Faber in §. iniuria. num.3. & 4. Inſtit. de iniuriis.Ioannes de platea,& Ang.& alij inibi,& ex noſtris, Abb.hanc profitetur ſententiam in cap. fin. numero quinto. de iniur.& dam.dato. Et opinionem Bart. ſequitur Bald. & doct.in §. primo,Inſtit. de iniur. Cinus, & doct. in l. ſi non conuitij.de iniur.C.de quęſt.viij.Salic.in l.vnica.de famo.libel.Montaluus in l.j.tit.nono , parte ſeptima , in gloſſa j. & inibi Gregor.Lupus ad finem,& plerique alij doctores citati per Couarruuias, libro Variarum reſolutionum primo c. vndecimo,numero ſexto,quam etiam eſſe communem conſtat ex Antonio Gome.cap.ſexto delictorum, num. 2. quam Abb.& Antonius num.27.in dicto cap.cum i,t,& a, de re iudic.damnat.& Ioan. And.in tit.de accuſatore.§.j.verſi.quid. Ex quorum doctorum varietate aliquot concluſiones,infrà adnotãdæ ſunt,vt iſthæc materia eluceſcat, vti & nos pauló

Falſum crimẽ obijciens.

pòſt

pòſt adnotabimus. Quod ſi quis alteri obiecerit delictũ, vel conuitium, quod reipublicæ interſit punitum eſſe, vtpotè hæreticus, Sodomita, falſarius, latro hanc iniuriã impunitã eſſe non licet. Quam frequẽtiori calculo receptã ſententiã, ac diſtinctionẽ intelligendã eſſe exiſtimant doctores, ſiue in iudicio, ſiue extra iudiciũ id cõtigerit, ex glo. in d. l. eum qui nocentem. tametſi ab hac ſententia aliqui libenter diſcedunt. Quapropter vt ille locus deinceps põdus fortaſſe nõ habeat tantæ difficultatis aliquot ſubiiciã. Cardo igitur dubitationis in hoc verſatur, ſiue in iudicio, ſiue extra iudiciũ cõuitiũ dicatur: etiã verum, cuiuſq; notitia reipublicæ interſit. Praua tamen proferentis intentio, & quòd liuore animi peccatũ eſt nõ omnino ab iniuriarũ actione liberũ eſt. Quod ea argumentatione probatur: tametſi reipublicæ interſit nocẽtiũ crimina nota eſſe, ac itidẽ manifeſtari: nihilominus prauus excandeſcentis animus, ac reuelãtis rem prorſus efficit iniquam. tex. eſt celebris in c. cùm miniſter. & in c. relegentes. xxiij. q. v. & Cicero pro Roſcio Amerino inquit, Accuſatores multos eſſe in ciuitate vtile eſt, abſq; prauo excandeſcentis animo, vt metu contineatur audacia. Et in Verrem, Nulla ſalus reipublicæ maior eſt, quàm eos, qui alterũ accuſant, nõ minus de laude & honore, de fama ſua, quàm illos, qui accuſantur de capite, de fortunis ſuis pertimeſcere. Itaq; ſemper hi diligentiſsimè accuſarunt, qui ſeipſos in diſcrimine exiſtimationis venire arbitrantur, abſq; liuore. Et lib. 5. Tuſcul. Quæſt. ait: accipere præſtat, quàm facere iniuriam, & ad Atticũ ſecũdo aſſeuerat, peccati dolor, & maximus, & æternus eſt. Secundò conueſtiri poſſet, Præſumptiones, & coniecturæ deducuntur veri criminis, reipublicæq; pateſieri, quando abſque vlla cauſa, quod tractatur in iudicio, vel extra iudicium contigerit. Quò fit ſi criminis obiectio ex iuſta cauſa facta fuerit, conſentaneum erit, non animo iniuriandi; ſed vtique æquo animo contingere. Quam rationẽ perpendit Oldradus in conſi. liij. Romanus in conſilio xcvi. quibus accedit Ripa nec admodum inuitus in l. vlt. C. de reuocand. donat. quæſt. vij. & præter hos non deſunt doctores Canonicæ Philoſophiæ qui eandem profiteantur ſententiam: ſiquidem & Abb. in cap. vltimo. de iniuriis. itidem in cap. cum t, a, & b. de re iudicata. Ioannes Andræas in Speculo, tit. de iniur. Quibus nouiſsimè ſe ſubſcripſere Martinus ab Aſpilcueta

cueta in cap. inter verba. ij. quæſt. iij. Corollario lxiij. & Archiepiſc. inſulæ ſancti Dominici non modicæ æſtimationis apud omnes in vtraque cenſura, olim, & nunc nobis præceptor obſeruandiſsimus, miro ac venuſto ordine, prout ei mos is eſt, hanc ſententiam profitetur, lib. j. Variarum reſolutionum. cap. xj. num. 6. col. ij. ex qua quidem iuris aſſertione aliquot iuris appẽdices colligi poſſunt. Et primò quaſi ex eodem ſtipite, ſiue fonte videtur emanare declaratio ad tex. in l. iuſtiſsimos. ff. de offic. rectoris prouinciæ, exiſtimantis minimè veritatem conuitij eximere ipſum conuitiantẽ à crimine iniuriæ, nec ab eius punitione, tametſi reipublicæ interſit vitiũ manifeſtũ fieri: nihilominus qui dixerit, vt propriæ libidini, ac iræ ſatis faceret, reus criminis factus eſt. Ob quod etiam à criminis punitione non erit immunis. tex. ad id præſtantiſsimus in l. ij. C. quando & quibus. lib. x. Qua in ſpecie idem reſpondit Oldradus, Romanus, Abb. Ioannes Andreas, cæterique doctores loco paulò anteà citato, & Cicero libro tertio officiorũ ait non ſe aſtringi ſcelere, ſi quis tyrannum occidit, quamuis familiarem, ſi non animi perturbatione id fiat: & libro primo officiorum. Homines hominum cauſa ſunt generati, vt ipſi inter ſe alij aliis prodeſſe poſsint. Et libro tertio officiorum ſcribit homo naturę obediens, homini nocere non poteſt. Secundò ex his apparet reũ criminis effectũ eſſe, qui iudicio crimen, tametſi verum aduerſario obiecerit, Ex hoc equidẽ animus depræhenditur prauus, atq; ideo actione iniuriarum teneri, probat tex. in l. quiſquis. C. de poſtulan. & mox plura. Tertio apparet, qui verum alterius crimen illi exprobrauerit, iuſta tamen cauſa, actione quidẽ iniuriarũ adſtrictum eſſe, cùm ſanè praua intentione is nempe obiecerit, & in labẽ peccati incidere. Conſtat ex Adriano quolibeto vndecimo, litera r. cui ſubſcripſit Martinus Aſpilcueta re & fama vtique inſignis, & inter vtriuſq; iuris profeſſores maximè cenſendus: is in quã in d. c. inter verba. xj. q. iij. Corollario lxx. † Ad id etiã pertinet 5 analytica declaratio tex. in l. j. C. de famo. lib. Si quis famoſo libello alterius honorẽ læſerit: tametſi vera crimina illi obiecerit, capitali puniẽdus eſt, ſicuti & nos paulò pòſt pleniori manu adnotabimus: oportet equidẽ reipublicæ homines ſceleratos, accuſationib' ad iudicẽ deferri, potius, q̃ famoſis extra iudiciũ libellis infamari in maximã omniũ perniciẽ, ac iniur

Prima cõcluſio. *Secũda cõcluſio.* *Tertia cõcluſio.* *Declaratio legis j. C. de fam. libel.*

iniuriam. Quod conueſtiri poſſet ex ſententia Cicer. lib. tertio Offic. Non eſt res vlla tanti, aut commodum vllum, tam expetendum, vt viri boni, & ſplendorē, & nomen amittas. Et lib. quarto ad Herennium, Perditiſsima ratio eſt, diligere formam, negligere famam. Et Cicero in Lælio, Non eſt negligenda fama, nec mediocre telum, ad res gerendas exiſtimare oportet beneuolentiā ciuium. Et lib. 3. de Finib. Eſt hominis ingenui, & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiā viris & future poſt mortē famæ, etiā detracto vſu conſulendū eſt. Siquidē animus prauus excandeſcentis, ac iniuriantis cōſideratur, vti ex ſententia Senarij in viros bonos conſtat in hæc verba.

Non odit frugi bonum nunquam vir virum.
A mente bona bonæ proficiſcuntur actiones.
Largitur & bono, Deus viro bona.
Secteris & modeſtum, & bonum virum.
Planè dies mores probat mortalium.

6 Eò maximè, †ſi libellus famoſus ſiue iniuria facta ſit nobili, vt explicant doctores in l. non debet. ff. de dolo malo, nō ita quidem ignobilis infamia notaretur, vt in l. ij. C, vt intra certum tempus: cuius hęc ſunt verba, Et ſi perſona vilior fuerit, cuius damnum famæ non ſit iniuria. Quæ quidē iura ad id expendit Bal. in conſ. cxvj. quod petitur, poſt princip. volu. 3.

Declaratio l. ij. tit. ix. li. viij. ordin.

Iuris apertiſsimi, & ad regiarū conſtitutionū interpretationem maximè vtile ad legē ij. tit. ix. lib. viij. ordinamenti, qua cautū eſt, vt qui alterū aliquo ex ſex vitiis cōuitio affecerit iniuriā illā retrahat corā iudice, & honeſtis perſonis, vt aiunt, palinodiam canēdo, & rurſus tercentum ſolidis mulctetur. Primò itaq; dicimus minimè eſſe à iudice cogendum palinodiam canere ſeque mentitum fuiſſe corā honeſtis viris aſſerere eum qui alteri extra iudiciū prauo animo, ac liuore quodam in rixa iniuriā, ſiue conuitium dixerit, idque manifeſta iniuriandi intētione, ſi illi obiiciet verū crimen, cuius manifeſtatio vtilis eſt reipublicæ: Siquidē huiuſcemodi reuelationem extra iudiciū tametſi iniuria fiat, & verum exprobret vitiū cuius manifeſtatio vtilis eſt reipublicæ extra ordinem à iudice puniendus eſt iniuriarū actione, iuxta doctrinā Bar, & ſequaciū in præcitata l. eum qui. quæ ſuffragari poſſet ex not. per Didacum à Couaruuias in præcitato nu. 6. illat. vj. & nos paulò antè meminimus. & mox plura.

Tertiò,

Tertiò, † & quod obiter menti occurrit, adnotandum eſt 7 ad præcitatam regiam conſtitutionem, intelligendam eſſe, tenerique iniuriantem palinodiam canere, ſeque mentitum eſſe, & coram prætore, & honeſtis viris ſibiipſi contradicere, vtpote intelligatur regia conſtitutio, quando falſum conuitium ſiue iniuriam dixerit, longè quidem aliter, ſi verũ vtiq; protuliſſet, idque maximè reipublicę conueniebat patefieri, minimè tenebitur palinodiam canere: ſin minus non expediebat reipublicæ ſcire ſicuti in aliquot caſibus illius legis, indiſtinctè teneri palinodiã canere, modo verum proferat, modo falſum, & in hac ſpecie aſſeuerant pleriq; noſtræ tempeſtatis. Qua ſententia omnino exploſa contrarium veritati magis fauere exiſtimo: quin etiam obiiciens alicui iniuriam ſiue conuitium, ſi ſanè verum ſit, tametſi ſit ex illis qiunque in regia conſtitutione contentis, & vtique probetur minime poteſt condemnari, vt palinodiam canat, ſeque mentitum eſſe fateatur, ſecundum Andræam de Iſer. in cap. j. §. iniuria. de pace iuram. firm. & nouiſsimè Didac. à Couar. loco præcitato, nu, 7. & Greg. Lupus in l. j. tit. ix. par. vij. ad fin. Et huic accedit ſententiæ Gomezius, de delictis, c. vj. nu. 2. intelligo ſanè tametſi non interſit reipublicæ conuitium ex illis verbis patefieri: nihilominus ſi obiectum crimen probetur, minimè teneri ſibiipſi contradicere, nec pœna criminis ordinaria puniri. Cui ſententiæ ſubſcripſit Couar. eo in loco, cuius & antea meminimus qui tametſi nihil alleget, eſt l. j. tit. ix. part. vij. ibi. *Eſtoes por dos razones. La primera, es porque dixo verdad* Quæ legis ratio militat etiam, tametſi non interſit reipublicæ, ſicuti & quando intereſt, atq; ideò idẽ ius militari debet. l. à Titio. ff. de verb. obl. c. tranſlato. de conſtit. Ant. Gomez. d. c. vj. delicto. num. 2. q. immunis erit ab hac obiectione, intelligendo regiam conſtitutionem ij. ſecundum diſtinctionem Bartol. in d. l. eum qui nocentem. Qua ratione Didac. à Couar. num. 6. intelligit d. l. par. iuxta Bartol. doctrinam. Montal. in ead. l. j. idem exiſtimat. & ante hos Pet. & Cyn. in l. ſi non conuitij. viij. q. C. de iniur. Quartò, his tandem prænotatis, oportunè adhuc quęritur, quo ad regiæ conſtitutionis examen, quòd nec etiam poterit aliqua pœna puniri, nec ex ordinaria, ſi crimen probauerit, ex l. j. tit. ix. part. vij. ibi. *No caera en pena ninguna, ſi lo prouaſſe*, adnotando verba ibi *pena alguna*, nec etiam extra-

Quando quis non teneatur palinodiã canere.

ordinaria, ex illo iuris adagio. Qui totum dicit nihil excludit. c. ſolitæ. de maior. & obed. l. iij. ff. de offic. præſid. itidem conueſtiri poſſet ex l. viij. tit. vj. par. vij. inibi. *Pronundo o anſi no aura pena*, id eſt, nullam patietur pœnam, cùm indifinita æquipolleat vniue... l. l. ſi pluribus. & Din. in rubr. de reg. iur. lib. vj. & inibi Anchar. col. iij. & Francus, Innoc. in c. auditis. in verbo, exceptionem. & inibi Abb. de præſcriptio. Rayn. Forl. in rep. l. omnes populi. char. pen. & ibi Bart. vj. q. princip. ff. de iuſtit. & iure. & omnium diligentiſsimè Andr. Tiraq. de retract. *lignagier*. §. j. gl. iij. num. 1. ibi Bar. de leg. ij. gloſ. in c. vt circa, de elect. lib. vj. Quo ſit minimè ſententia Didaci à Couar. procederet in d. num. 7. exiſtimantis, iudicantis arbitrio puniendum eſſe: eandémq; damnationem meretur. Gregor. Lupus in d. l. ij. qui tametſi inuitus, in hanc ſententiam declinauit: ipſe tamen potius accederem Greg. & Didaci à Couar. ſententiis, ſicuti antea adnotauimus exiſtimantium iudicantis arbitrio puniendos fore. Quintò, ad hanc rem cōducunt plurimum verba quę in eadem conſtitutione regia continentur in verbo, *Denoſtare*. hac punitione teneri, & tametſi per alium eo tamen mandante conuitium dixerit, teneri Regiæ conſtitutionis iniuriarum pœna legis, non ideo minus. C. de accuſat. inibi nanque hoc caſu præter principalem reum, mandatorem quoque ex ſua perſona conueniri poſſe, ignotum non eſt. text. eſt in l. certè. §. j. ff. de præ. & in l. vlt. ff. ſi menſor falſum mod. dixer. c. mulieres. §. vlt. de ſent. excom. vbi ita ſcribitur, cùm is committat verè, cuius mandato delictum committitur. Cuius meminit in hac ſpecie Dominicus in conſil. cxxix. col. j. ad fin. & plura congeſta per Tiraq. in legibus connubialibus. gl. v. num. 193. pag. 291. & ante hos Bart. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniu. num. 8. itidem in l. ſed etſi minus. §. ſi ſeruus. eod. tit. Bar. & Iaſ. in l. is qui pro emptore. de vſucap. col. xix. Quibus accedit Gand. in tit. de tranſactione maleficiorum. q. vlt. Ang. in tract. malefic. in verbo, Sempronium mandatorem. Hippol. in ſing. clxxxj. Ioan. de Lign. in repet. l. diuus. ff. de ſicar. col. iij. Ioan. Lopius in rubr. de donat. inter vir. & & vxo. §. lxxxvij. nu. 20. & nouiſsimè Ludouicus Carrerius in practica criminali. §. homicidium. num. 58. qui pleraq; id genus alia congerit. Tametſi iſthæc quæſtio ſit plena ſentibus & ſpinis, in qua doct. certatim omnes ita variant, diſsidenr,

dent,& diſceptant,vt facilius Nili fontes quàm eius rei exitum inuenire poſsim,in cauſa fuit,vt altiori commentario quantum fieri poſsit hanc legis Regiæ quæſtionem declararemus. In quo dubio mihi alia longè mēs eſt,& ratio exiſtimanti prorſus cōtrarium, atq; ideò minimè teneri,pœna Regiæ conſtitutionis mandantem cōuitium fieri. Siquidem vt ex Regia conſtitutione conſtat, in verbo, *Denoſtare*. factum omnino ipſius iniuriantis exigit. In qua ſpecie idē reſpondit Bald.in conſil.lij.vol.iij.ea vſus diſtinctione,aut ſtatutum loquitur in rem aut in perſonam.Quòd ſi in rem loquatur,mandans vtique comprehenditur, & vt rem exēplo ſubiiciam, ſi dicat pro homicidio, & vulnere tali afficiatur pœna. Sin minus in perſonam loquatur , minime mandantem teneri pœna delicti ordinaria, vt in ſpecię legis Regiæ, *Si denoſtare*, vel conuitiū dixerit alicui,reus criminis factus, pœna afficiatur. Caſus eſt in l.aut qui aliter.§.fin.ff. quod vi aut clam.& inibi Bart.itidem in l.ſi vnius.§.ſeruus. ff.de iniur.& in l.ſi ſeruum.§.prætor ait.ff.de acquir.hęred.& in l.ſi pater.ff.quæ in fraud.cred.& in l.iij.§.ſi procurator. ff.quod quiſ.iur.Bart.& plerią; alij,in ea ſunt ſententia in l.hæc verba.ff.de adult.itidē in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd. omn.iud. quo in loco doct. paſsim id notant, & in d. l.non ſolùm.in princ.ff.de iniur.Bart.idem profeſſus,in conſil.cj.Idem aſſeuerat Bald.huic communi diſtinctioni ſubſcribens,q.vij.in d.l.non ideò minus,& inibi Salic.Et huius ſententię authores habeo Floria,in l.ita vulneratus.ff. ad leg.Aquil. Ang.in l.ſi pater.ff.quæ in fraud.cred.Salic. in l.j.§.nec autem. C.de caduc.tollend.Rom.& Iaſ.in d.l.ſi is qui pro emptore.quam eſſe communi cōſenſu receptam ſententiā profitetur Corn. conſ.lxix.vol.viij.Salic.in l.tranſigere.C.de tranſac.vlt.col. itidem in l.vnica.§.nec autem.C.de caduc. toll. Ang.de maleficiis,in verbo,Sempronium mandatorem. Et præter hos non deſunt doct.canoniſtæ in albo primariæ doctrinæ poſiti qui eandem profiteantur ſententiam. Siquidem & Abbas idem exiſtimat in c.mulieres.de ſent.excom.Ancha.in c.canonum ſtatuta.de conſtit.col.xliiij.& deniq; hanc eſſe communi conſenſu receptam ſententiam profitetur Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.nu.82.ff. de vſucap, Eſſe communem aſſeuerat Lud.Carrer.in pract.crim.nume.59.fol. 94.tametſi ab ea diſcedat Gandin. profeſſus contrariam communem, in

Mandās cōuitium fieri,an teneatur pœna Regiæ conſtitutionis.

rubr,de tranſact.x.col.& in rub.de pœnis.col.iiij.qua exploſa Regiam conſtitutionem ita intelligendã eſſe in illis verbis, *Si denoſtare.* Vbi perſonã exigit denoſtantis,ſicuti Ang, & doct.locis præcitatis explicãt.Pro qua ſententia maximo apice deſeruire videtur tex.in clem.j.in verbo, perſonaliter exercentes.de vita & honeſt.cleric. vbi quando quis tenetur facere per ſeve l manu propria:nõ dicitur facere,ſi per alium faciat. Cuius meminit Iaſ.in d.l. ſi quis id quod, nume.37,& Abb.loco præcitato,& Baptiſta de ſancto Seuerino in rep.l. diem functo.ff.de offic. aſſeſ.& argumento optimo deſeruit gl.in c.ij.de hæret.lib.vj.verb.proprijs manibus. Alciat, lib. ij.de verbor.ſign.num.60.col.xliij.Et cùm dicta conſtitutio Regia perſonæ qualitatem reſpiciat , minimè teneri pœna illius legis ſi per aliũ fiat.l.iiij.§.ſi procurator.ff. quod quiſ. iur.Bal.in auth.habita.C.ne fil.pro pat.col.viij. vbi in ea eſt ſententia,ſtatutum pœnam infligens ingredienti in locum, minimè comprehendere mittentem nuntium.l.quod ſæpe. §.ſi quis amico.ff.de contrah.empt.l.j.§. ait prætor, ff.de vi & vi armata.Card.in c.j.ad fin.de conuerſione infidel. Anan. in c.ſi cuius.ad fin.extrà,de ſimonia. id intelligens ſi ſanè in lege vel ſtatuto ſunt verba denotantia propriam perſonam, minimè poſſe fieri per aliam. glo. in verbo, capere. in cap. ſi quis epiſcopus.de offic.ord.in vj.&inibi ad id adnotat Domin.& omnium diligentiſsimè Felin. in c. licet ex quadam. de teſtib.atque in ſpecie Regiæ conſtitutionis pœna afficiat perſonaliter conuitiantem.Item minimè teneri,ſi per alium alicui conuitium fiat.gloſ.eſt in præcitata clem. j.in verbo, publicè.cuius meminit pro ſing.Abb.in c.mulieres. de ſent. excom.Bal.in c.j.§.iniuria.ad fin.de pace iuram.firm. Iaſ. in l.j.§.adipiſcimur.nu.2.ff.de acq. poſſeſ.Alber. de Roſ.in ij. parte ſtatut.q.lv.Pleraq; id genus alia congerit Lud. Carer. in practica ſua criminali.§.homicidium.ij. nu.59. cum aliis quæ nos trademus alibi,de clericorum pœnis tractantes vilia exercentium officia per interpoſitam perſonam. Ex quo quidem intellectu aliquot iuris appendices colligi poſſunt.

9 Et primò† deducitur natiuum & ex mente literæ recipiendum reſponſum ad legem nobiliores. C.de commer. & mercatoribus, & ad l.ne quis,C.de dignitatib.libro decimo.& ad textum in §.j.verſic.ſancimus,ibi,artifices ignobiles.in auth.de teſtibus. collat. vij. quibus admodum diffinitur

Intellect.† ad l. nobiliores.C.de commerc.

tur nobilitatem vtique amittere, qui vilibus artibus & officiis vtitur. gl. in c. qui contra pacem. xxiiij. q. j. Bart. in l. j. ad fin. & ibi Ioan. de Plat. col. j. C. de dignit. lib. x. Ioan. Rayner. in tract. de nobilitate. in iiij. q. princip. Quibus accedit Soc. in conſil. cclxvj. eleganter & ſubtiliter. col. ij. verſi. prima ratio. vol. ij. Franc. Curt. ſenior conſil. xv. & ante hos peripateticorum facilè princeps Ariſtoteles lib. Politicor. 3. cap. 3. Et rurſus lib. 7. eiuſdem operis, cap. 9. Quinetiam apud Romanos lege Clodia nobilibus viles artes exercere prohibebat, ſicuti hac in ſpecie author eſt Liuius ad calcem libri primi, ſecundi belli punici. Et etiã meminit Tullius in vltima in Verrem actione. Et Valerius maximus rerum memorabilium lib. 3. Siquidem nobilitate decorato, his omnino vilibus artibus vti maximè repugnet: ex l. milites. C. locati. l. j. C. negotiatores ne milites. lib. x. & in l. ne quis. C. de dignit. lib. xij. tex. eſt ad id celebris in l. ſi coartalis. in fi. C. de coart. lib. xij. & inibi Luc. a Pen. & Ioan. de Plat. tex. in l. humilem. C. de inceſt. nupt. & in l. j. C. de natur. liber. Bal. in l. nobiliores. C. de commer. & mercat. Io. Faber in l. falſo. C. de diuer. reſcript. Luc. de Pen. in l. vlt. col. iij. C. de fund. limitrop. lib. xj. Quibus accedit Ant. in rub. extrà ne clerici vel monachi. Guido Papa deciſ. cxcvj. & iterum cccxcj. Cæp. in tract. de Imperatore militum deligendo, in materia nobilitatis, in xviij. opinione. Matthæus Afflictus in conſtitutionibus Siciliæ, incipiente, intentionis. colum. ix. vj. notabili. Felinus in cap. ſuper eo. in ſecundo. colum. ij. de teſtibus. Corſetus in repetitione cap. grandi. colum. xij. de ſupplenda negligentia prælatorum. libro vj. Et Ariſtoteles quoque libro 3. Politicõ c. 3. explicat, in bene inſtitutis ciuitatibus à ciuium conſilio excludi vilium artium operarios. itidem libro 16. eiuſdem operis, c. 4. opificum, ait: ac forenſium & mercennariorum: praua eſt vita, nullúmque virtutis opus, eorũ quæ tractat multitudo, & iterum lib. viij. c. ij. Et Cornelius Tacitus, lib. xiiij. & apud Hebræos item huiuſcemodi legẽ fuiſſe ſatis conſtat ex eo quod ſcribitur Eccleſ. 38. Ne pigmentarij, fuſſores, architecti, fabri, & figuli in eccleſiam tranſilirent, néue ſuper cathedram iudicis ſederent: & nos de quæſtionibus tractantes adnotabimus. Quæ † omnia intelligenda eſſe exiſtimo ex intellectu Regiæ conſtitutionis, 10
ſi ſanè nobilitate decoratus, ipſe per ſe has artes exer-

Antiquæ leges in viles artifices.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ceat, longè quidem aliter ſi ſeruorũ opera, aut inſtitutorum in ea re vtatur, ſicuti legimus apud Plutarchũ, Marcũ illum Craſſum nobiliſsimũ Romanũ, artificiũ ſeruorũ opera diuitem factũ fuiſſe. Quod & Alciatus in d.lib.ij.de verb.ſignif. non prætermiſit. Idẽ exiſtimat Iulius Firmius, lib. Aſtronomicon iij.c.x. Cui ſententiæ ex noſtris profitetur Alberic. in d.l. humilem, nobilitatem amittere, tum demũ ſi per ſe exerceant, longè quidẽ aliter ſi per alios, text. eſt ad id præſtãtiſſimus. in l. quę adulteriũ. in princip. C. de adulter. inibi an domina cauponæ, an miniſtra fuerit. Et eſt tex. in c. ſignificãte. de appel. Philippus Frãcus col.ij. & Dominicus in c.j. de vita, & honeſta. cleric. lib.vj. circa cuius intellectum, & nos de clericis coniugatis tractantes pleniori trademus manu, quibus ſuffragatur text. in c.vlt. ne clerici, vel monachi, eodem lib. vbi aſſeueratur clericos optimo quidẽ iure poſſe per interpoſitam perſonam iuriſdictione vtiq; criminali vti, tametſi per ſe ipſos exercere non poſsint. Et eſt tex. in clemen. ne in agro §. porro. in fi. in verb. Perſonarũ. de ſtatu monachorum. text. eſt in l. vlt. C. de excuſationibus tutorũ, vbi qui in piſtorũ collegio ſunt à tutela immunes fiũt modo per ſemet ipſos piſtrinũ exerceãt. Cuius meminit Roman. in l. ſi verò. §. de viro fallẽtia xxiiij. verſ. v. ff. ſol. matr. itidẽ in ſingula. lxiiij. gl. Accurſiana. quæ expreſsim hoc ipſum vult in l.j. in verbo Vſurpãtes. C. de munic. & colonis, lib.ij. Archidiaco. in c. nulli. xliiij. diſt. Ant. Petr. Anchar. in iiij. not. Card. Florent. in v. notab. Imol. col.v. in præcitata clemen.j. de vita & honeſtat. cleric. apud quos plenæ ſunt chartæ, codicéſque referti. Et huius quæſtionis longa eſt diſputatio, nec vtiq; obſtant adducta per doctores pro cõtraria parte citatos hoc iuris adagio ductos, Qui per aliũ facit per ſeipſum facere videtur: ſicuti pleraq; id genus alia cõgerit Andr. Tiraq. in legib. Cõnubialibus in gl.iij. in verb. *Contracter*. Quæ omnia minime procedere conſtat: quando lex conſiderat actum ipſius perſonæ exercentis, ac conuitium irrogãtis alicui, ſicuti conſtat ex præcitata regia conſtitutione: tametſi non diffitebor rerum criminis factum, qui alteri iniuriam fieri mandauit, minimè immunem eſſe à culpa atq; delicti pœna, vt præcitati doctores explicant, non tamen puniendus eſt is qui mandauit iniuriam fieri, vel conuitium dicere, pœna illius legis, vt palinodiam canat, ſibíque contradicat coram prætore, & honeſt

Reſpondet ad contrarium.

honeſtis viris atq; ideo minimè verè & propriè id ab eo fieri, cuius quidē mandato factū eſt, vt eſt tex. ad id omniū præſtantiſsimus, in l. aut qui aliter. §. & cum interdictū. ff. quod vi aut clam. Batt. in d. l. ſed ſi vnus. §. ſeruus. ff. de iniuriis, itidem in l. iij. §. ſi procurator. & ibi Ang. Paul. Caſtr. Alexād. ff. quod quiſq; iuris. Bar. in l. ſi is qui pro emptore, in materia fictionis translatiuæ. ff. de vſucap. & inibi Imol. in vlti. col. Rom. & Iaſ. ad fi. verſic. circa fictionē. ff. de vſucap. Bald. in c. cauſam quæ. col. j. verſ. item qui facit. de elec. Itidē in c. qualiter, ad fi. eo tit. quibus accedit Petr. de Anchar. conſ. clxxj. col. ij. Bal. in cōſ. xxx. col. j. vol. j. & conſ. ccclxxxiiij. col. j. vol. v. Decius in l. is damnum dat. ff. de reg. iur. Quò fit vt fictè, & impropriè facere dicatur, qui per interpoſitā perſonam facit. Dinus in c. qui per aliū. de reg. iur. lib. vj. Bar. in l. ſed minus. §. ſeruus. eod. ij. ff. de iniuriis. Itidē in d. l. ſi is qui pro emptore. in v. q. principali. verſ. venio ad ſecundum. & inibi Imol. vlt. col. Bal. in l. j. col. ij. verſ. in mandante etiā. C. de ſeruis fugitiuis. & in d. l. non ideo minus. col. v. & pleraque id genus alia cōgeſsit Alex. conſ. lxv. viſa quadam conſtitutione. col. ij. vol. iiij. Nec itidem obſtat text. in l. j. §. deieciſſe. ff. de vi & vi armata, & in l. item ſi obſtetrix, in prin. ff. ad l. Acquil. & in l. ſi pater. & ibi gl. in verbo ipſe feciſſe. ff. quæ in fraudē creditor. & in l. ita autē. §. geſsiſſe. ff. de adminiſt. tut. ſiquidem illa iura cæſarea, quæ quidē verbo (videt,) vtuntur intelligenda nēpe ſunt, qui per aliū facit, per ſe feciſſe videtur, quod quidem verbū fictionē importat, vti argumento optimo deſeruit text. in l. iij. §. ex contrario, & ibi doctores. ff. de acq. poſ. Bar. & paſsim doctores in præcitata l. ſi is qui pro emptore. *Qui per alium facit, &c. quo intelligat.*

11 Ex prædicta † tandē principali aſſertione ad intellectum regiæ conſtitutionis illud prætermittendum non eſt. Si ſanè quis dixerit iniuriam alicui exorata venia, vt paſsim vulgo circūferri ſolet: Mentiris, ſaluo honore tuo, an honoris præfatio iniuriam ipſam extinguat? Et minimè extinguere conſtat: ſiquidem qui alteri verba iniurioſa cōmunis omnium interpretatione dixerit veniā præfatus, cùm de eius animo quicquam ſit cenſendū, iniuriā cōmittere dubiū non eſt, ſicuti in hac ſpecie explicat Bar. & alij pleriq; in ea ſunt ſententia in l. ſi quis extraneus. ff. de acqui. hæred. Abb. in c. eam te. de iur. iur. Itidem in c. cùm r. a. & b. præcitato. Quibus accedit Socin. conſ. cxviij. vol. j. Angel. in l. veſtem. ff. de iniuriis. *Iniuria illata exorata venia.*

Alexand.in l.turpia.ff.de leg.j.& ſeriò id explicat plura congerensFel.in c.delicti.pen.col.de exceptionibus.Ant.Rub.in repetitione l.non ſolū.§.morte.nu.461.ff.de noui operis nūtiatio.Ant.in præcitata l.eam te.C.de iur.iu.Montalnus in l.ij.tit.iij.lib.iiij.fori.litera a. Quibus nec admodū inuitus accedit Alciat.in l.deteſtatio.ff.de verb.ſig.col.ij.& nouiſsimè Didacus Couarruuias Archiepiſcopo ſancti Dominici deſignatus,libr.j. Variarum reſolutionum.c.ij.nu.1.quo fit parum prodeſſe alterius honori hanc ipſam pręfationem,cùm & is cui conuitium dictum eſt, iniuria dicta eſt, notámque famæ extraxerit.tex.eſt in c.j.de præſump.

12 Deducitur præfati regis † Alfonſi intellectus.Siquiē inibi apud Hiſpanos ſtatutū eſt,vt qui alterū aliquo ex ſex vitiis, conuitio affecerit,iniuriam illam retractet,palinodiam (vt aiunt)canendo corā prætore iudice,honeſtiſq; viris,& in ſuper tercētis ſolidis mulctetur,vti præcitata l.ij.tit.ix.lib.iij. ord.dictat,Quorū vitia hæc ſunt: Leproſus,Sodomita,Hæreticus,Proditor,Cornutus,vltimū quod explicat gl.Accurſiana in l.inimicitia.ff.de his quibus vt indignis, aſſeuerans per hoc nēpe conuitium contumeliā irrogari, & per quodlibet odioſum nomē.Adnotat Annan.in c.j.num.5.de maledicis,Io.Fabr.in §.patitur inſtitu.de iniuriis. Alciat.lib.vij.parergon.c.v. & Ripa in l.vlt.q.vij.C.de reuocan.donatio. Ad cuius quidē intellectū regiæ conſtitutionis illud conſtitutiſſimum eſt teneri omnino palinodiā canere, ſibiq; ipſi cōtradicere,ac præfatæ legis pœna puniri,non ſolùm ſi per verba denotantia iniuriā:quin etiam ſi per honeſta verba,& in verborum cortice minimè iniuriam ſonantia quidpiam alicui iniuriam irroget,vtpote ſi dixerit alicui fœminæ.Tu es bona mulier intelligēs eam eſſe meretricē,vt vulgo circunferri ſolet apud Hiſpanos, poſſe agere iniuriarū actione, tametſi in verborū cortice iniuriam non denotet.In qua † ſpecie

Sex verba iniurioſa apud Hiſpanos.

13 idem reſpondit Cardinalis in c.ex literis,tertio notab. nu.1. de conſuetu.Cui accedit Petr.de Rauen.in allegatione conſuetudinū, col.xxxiiij.fol.171.& Io.de Neuizanis in Sylua nup.lib.iiij.num.76.itidem intelligendum eſſe,ſi alicui viro coniugato iniuriā irrogauerit, appellādo eum bonū virum, intelligens eum cornutū,ex mente Socini conſ.vj.vol.j.& ex doctoribus paulò ante citatis. Itidē ſi quis dicat pœnitet me quod fueris verberib. à iudice affectus, poteſt equidē actione

Verba quæ in cortice denotant iniuriam.

ne iniuriarum agere, Ang. in l. veſtem. ff. de iniuriis.

Octauò † deducitur ex his vera ratio Regiæ conſtitutionis non ſolũ ex verbis inibi expreſsis teneri palinodiã canere, quinetiã ſi quis alicui conuitiũ dixerit, appellãdo eum Iudæum, tenebitur vtiq; ſicuti in hac ſpecie praxis, cõtradictionis pœnã recipit in eo, qui alterũ Iudæũ conuitij cauſa appellauerit. Hac noſtra tẽpeſtate aſſeuerat Dida. à Couarru. lib. j. Variar. reſo. c. ij. nu. 2. ad fi. tametſi ipſe nihil alleget, praxis illa fundari poſſet ex regia cõſtitutione. tit. vj. libr. viij. ordinan. inibi *Si dixere otros denueſtos*, adnotãdo ſanè verba l. Regiæ in illa dictione *otros*. Dictio etenim alius, alia, aliud, & ſimiles ſunt implicatiuæ, vt noſtri loquũtur ſimilitudinis, ex gloſ. quæ expreſsim hoc ipſum vult in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugit. & ibi paſsim doctores, & in l. quidã relegatus. in verb. Amiſsis. ff. de reb. dub. gl. in c. deinde xxvj. diſt. & gl. in c. ſedes. de reſcrip. & inibi Fel. nu. 5. & 6. in c. præterea, ibi donationis titulo, aliiſq; cõtractibus. Et iterũ ibi, Cõtractus quoque huiuſce modi iũcta gl. inibi extra de iure patronatus. Et hoc cõſtat ex diuo Hierony. in Apologetico: aduerſus Ruffinum, inquiẽs, Miror te hominẽ prudentiſsimum non intellexiſſe artẽ expoſitionis meæ. Quãdo enim dico, ita tamen, vt non iuxta aliã hæreſim, omnes in vna ætate poſiti ſint: id eſt, omnes in Angelo reformẽtur, oſtẽdo & ea de quibus diſputo eſſe heretica, & ab alia hęreſi diſcrepare. Et dictio alius, denotat ſimilitudinẽ. Explicat Andr. Tiraq. in legib. Cõnubialibus in gl. iij. nu. 25. & 42. quã eſſe cõmuni conſenſu receptam ſententiã profitetur [illegible] ur. Iun. in cõſ. clxxxiij. nu. 2. Quo fit, ꝑ cùm hoc conuitiũ, appellando quẽ Iudæum, ſit ſimile, & æquale reſpectu iniuriæ inibi expreſſæ, ſaltim illi conuitio, *hereje*, inibi expreſſo illius regiæ cõſtitutionis pœna tenebitur, appellando quẽ Iudæum. Idq; per quammaximè conſtat ex verſiculo. *Y ſi dixere otros denueſtos*, quòd vtiq; teneatur palinodiã canere. ſibiq; contradicere. Tametſi his omnibus refragari videtur tex. in §. aliud quoq; capitulũ. in auth. vt cum de appellatione cognoſcitur collat. viij. Quod id conſtitutiſsimum eſt vltra quatuordecim cauſas ingratitudinis filiũ exhæredari nõ poſſe, nec aliis ſimilibus poſſet exhæredari. ini bi: nulli liceat cauſas ingratitudinis exponere, niſi quæ his legibus continentur, regia l. viij. quæ expreſsim id adnotat, ad fi. tit. vij. part. vj. Cuius verba ſunt: *Mas, y por otra alguna*

14 *Qui Iudæu appellauerit.* *Dictio Alius implicatiua eſt.* *Ad contrarium.*

raxon, qualquier que no fueſſe delas ſobredichas, el padre desheredaſſe à ſu hijo, no valdria tal desheredamiēto. glo. paſsim admiſſa, in c. quintauallis de iure iur. l. iiij. tit. vij. par. vj. deſcēdētes pote ſūt, vt obiter agā aſcēdētes ex ſeptē potiſsimū cauſis exhæredare. gl. in auth. nō licet. C. de lib. prǽte. regia l. ij. tit. vij. par. vj. Et tres potiſsimū ſunt cauſæ, in quibus frater exhæredare optimo quidē iure poterit fratrē. gl. in d. auth. nō licet, regiæ l. xij. ti. vij. par. vj. †explicat pleniori manu Gul. Bened. in c. Raynutius. de teſt. in ver. in eodē teſt. in j. nu. 203. Itidē eodē verbo in ij. nu. 29. & omniū diligētiſsimē Ripa in l. fin. C. de reuoc. don. q. j. & inſignē differētiæ rationē in cauſarū numero ſcribit Iaſ. col. j. in d. auth. nō licet. Quibus hîc quaſi per tranſennā perpenſis, ad hāc obiectionē, vnde digreſsi ſumus, vt redeamus, cū lex iſta ſit correctoria, & pœnalis ſubiiciens ingratitudinis cauſas ſicuti cōmuni cōſenſu adnotāt doct. in d. auth. nō licet, etiā maioritate rationis, ad alias cauſas quā inibi expreſſas minimè cōuenit extēdi, vt cōmuni conſenſu notāt doctores in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle. & eſt tex. ad id celebris in l. ſi finita, verb. De cæteris. de dāno infecto. Bart. & Rom. in l. ſi vero. §. de viro, ſol. matr. ff. gl. in clem. vt hi qui de ętate & qualitate. verb. Diſtributiones, cuius meminit Romanus, conſilio cxxix. & hanc eſſe communem profitetur Iaſon in dicta authen. non licet. nu. 6. & nos pleniori manu trademus, & futuri anni prouentus, niſi fata inuiderint mox dabit vberiora. C. de pœna binas cōtrahentis nuptias, agentes. Quo fit nemini licere, niſi vna ex quatuordecim cauſis filium exhæredare, ſcribit Martinus Laudenſis in l. j. §. fi. ff. de iuſti. & iur. aſſeuerās patriæ proditorē exhæredari minimè poſſe: ſiquidē in dictis quatuordecim cauſis definitum non eſt, tametſi Iaſon abſque delectu in præcitata auth. non licet nu. 7. profitetur neminem hanc ſententiam tenuiſſe præter Marti. Laudenſ. huic tamen audit ſententiæ Imol. in c. accedens, de procura. id vnum adſeuerans de eo, qui turpes contraxit nuptias. Cuius meminit Alexan. in l. j. col. vij. ſolut. matri. ff. Rom. conſilio clxxxv. numero 7. qui omnes vno ore, vnóque marte dilucida voce proteſtati ſunt præter cauſas inibi contentas, neminem exhæredari poſſe: atque ideo in hac legis regiæ ſpecie præter ſex illa conuitia, minimè tenebitur, palinodiam canere, tametſi quiſpiam Iudæum appellauerit.

Et iſthæc

Et iſthæc ſententia conueſtiri poſſet ex Romani conſilio præcitato,nu.7.vbi in ea eſt ſententia,ſurripiente filij cadauer ex ſepulchro minime priuari eius ſucceſsione: tametſi cadaueri fiat iniuria,ea ſola ductus ratione, cùm lex ſit correctoria minimè vltra prædictas cauſas extẽdi debere deciſionem imperatoriã,in d.§.aliud quoq; capitulũ.Et huic accedit ſententiæ Hoſt.in ſum.de teſtam.§. qualiter infirmetur. verſic. ſed ſi alia,cuius meminit Ripa loco præcitato.q.xlj.explicãs illam quæſtionem ſatis controuerſam,donationem minimè poſſe reuocari,præter alias cauſas quam in d.l.fi.cõtinentur. Et præter Alb.inibi,huic accedit ſententiæ Faber in §.ſciendum.Inſtit.de donat.Corn.conſi.cxx.vol.ij.explicat Caldenſis de arte teſtandi.tit.vij.cautela xvij.Guliel.Benedic.vbi ſuprà,in ver.in eodem teſtamentò.in ſecundo,nu.37. Didacus Caſtel.in l.xxiiij.in Thaurino cõuentu facta. Segura in vol. repetitio.fol.:4.nu.56.& rurſus fol.9c.nu.72.& 89.Suares in alleg.ſuis,fol.75.pag.1.Did.à Couarruuias nouiſsimè in d.c. Rainutius.in princ. nu. 8. à quorum ſententia ipſe libenter diſcedo. Nec obſtant paulò anteà adnotata,quæ quidem minimo apice refragari videntur,& vt errorĩ cauſæ cõſtent,in ſpecie doctorum de quibus paulò anteà meminimus,longè quidẽ aliter diffiniendũ cẽſeo. Siquidẽ ſiue cauſa ſit grauior ſiue ſimilis,filiũ exhæredari poſſe cõſtat,& vtpotè, omnem moueamus lapidẽ in grauioribus cauſis preter ſcriptas in d. §.aliud quoq; capitulũ.filiũ poſſe exhęredari profitetur Ang. in l.lex Cornelia.ff. de iniur. & in hac noſtra ſpecie firmat Guliel.de Cu.in d.auth.nõ licet.Bal.idẽ profeſſus in l.pen.C. de ſpõſ.& huius ſentẽtiæ authores ſunt Alex. in l. ſi quis id quod.nu.18.ff.de iuriſd.om.iud.itidẽ conſi.cciij.nu.6. vol.ij. & inibi Carol.Molẽd.Gerar.ſing.j.Hipp.in l.vnica.§.cognitorũ.nu.84.ff.de quæſt.& in ſing. lxxviij. & ſeriosè id explicat Suar.in l.ij.tit.j.lib.iij.fori.fol.71.pag.2.Did.à Caſtil.in l.xxiiij.Thauri.xvij.cõcl.Io. Lopius pleroſq; alios ad id referẽs in rub.de don.§.xvj.nu.10.& in tex.not.iij.§.xx.nu.15.Felin.in c.paſtoralis.de reſcr.nu.2.nemo tamẽ doctorũ, quorũ paulò anteà mẽtionẽ fecimus cõmunẽ ꝓfiteri auſus eſt. Hãc tamẽ opi.etiã in cauſis ſimilibus cõmuni cõſenſu eſſe admiſſam aſſeuerat Alex.nu.4.ĩ d.auth.nõ licet,& pleriq; alij hãc eſſe frequẽtiori doctorũ calculo receptã ſentẽtiã exiſtimãt, inter quos Iaſ.nu.6.& 7.Cur.Iu,nu.23.in d.auth. nõ licet.cõmunem

Ratio concluſionis.

Doct. prædictorũ opin. refutatur.

munem profitentur,& communi conſenſu eſſe receptam firmat in d.l.ſi.q.xlj.nu.138.Ripa, & paſsim eſſe receptam exiſtimat Viglius in §.ſi.nu.8.Inſt.de exhær.liber. & Ripa eam eſſe communem teſtatur,in rub.de iudic.nu.19. & eam eſſe communem profitetur Guliel. Bened. loco præcitato in eodem teſtamento el ij.nu.19.& Curt.Iunior conſi.clxxxij.nu.10.& eam eſſe communẽ exiſtimat Io.Brunel.in tract.ſponſal.& matrim.in ij.conclu.nu.35.vol.ix.tractatuum diuerſorum doctorũ.Chaſſaneus in conſuet. Burg. fol.231.col.iiij. Alciat.lib.ij.de verb.ſig.fol.44.magno.& Eueroardus idem profeſſus in Topicis legalibus loco iij.pag.11.col.lj.& ex noſtris hanc eſſe communi conſenſu ſtabilitam ſententiã profitetur Gomez.Arias in interpret.xlix.Thaurinæ cõſtitutionis,nu.29. idem exiſtimat Emanuel à Coſta Luſitanus in §.& quid ſi tantum.l.gallus.ff.de lib.& poſth.iij.par.nu.175.diligentius cæteris eã defendens:& nouiſsimè Didac.à Couar. ab omnibus,ſed à me præ cæteris eſt timendus.in c. Rainutius.in prin.nu.16.de teſtam.Et hæc omniũ recepta ſentẽtia conueſtiri poſſet ex gl.in l.ſi.C.de reuoc.don. quam eſſe com muni cõſenſu approbatam profitetur Ripa inibi nu.137.vbi glo.id vnum expreſsim adnotat, donationem optimo quidem iure reuocari poſſe ex cauſis vtiq; ſimilibus,in d.l.ſi. in-
16 ſertis.†Et huic accedit ſententiæ glo.in l.ob æs alienũ.C.de præd.min.Qua cautum eſt,dictionẽ taxatiuã, minimè alios caſus ſimiles excludere.Cui ſimilis gl.eſt in l.j.§.j.ſi menſor falſum modũ dixerit.l.argentarius.in prin.ff. de eden.l. eum qui.§.ſi petenti.& inibi glo.quæ expreſsim hoc ipſum vult, in verſi.dũtaxat.ff.de public.in rẽ actione.glo.in l.cùm prætor.in ver.videtur.ff.de iudi.& in l.illud.in ver. aliã cauſam. C.de ſacroſan.eccl.& in l.vlt.de reuocan.don.C.quæ expreſſim loquitur in pœnalibus:& inibi Salic.dicit ſingularem,& miris laudibus eam cõmendat in l.contractus.in princ.ff. de reg.iur.Bar.in l.ſi cõſtante.ix. q. primæ partis principalis.ff. ſol.mat.glo.in l.ſerui nomine.in verbo poſsidere.& Bar.ibi ff.de vſucap.glo.in clem.exiui de Paradiſo.verſi.cùm autem. de verb.ſig.& in c.Epiſcopus.xxiiij.diſt.& in c.vlt.xv.q.vij.& plerique alij huic ſententiæ acceſſere: inter quos & Bal. in l. nullus.C.ad legem Iuliam maieſt.Abb.in c.cùm dilecta.col. ij.extrà de confirmat.vtili,vel inutili.Rom.conſi.cccclvj. in propoſito.col.ij.Paul.Fran.Aret.pleniori commentario in l. ſi mora.

Dictio taxatiua.

ſi mora.ff.ſol.mat.Quò fit ſecundum communē intelligendam eſſe regiā cōſtitutionem viij.tit.vij.par.vj. Hiſque ſuffragatur regia cōſtitutio xlix.in Thaurino cōuentu lata:qua diſtinitum extat, filiā exhæredandā ex iuſta cauſa, vtpotè, ſi clādeſtinè nupſerit. Cui cōuenit regia l.xlj. in cōuētu Toletano lata anno 1537.Circa quorū intellectū eſt vtiq; vidēdus Didac.à Couar,in iiij.Decret.ij,par,c.iij.§.viij. nu. 5. & ante eum Suares in l.ij.tit.j.lib,iij.fori.De cuius intellectu,& nos trademus,de pœnis clādeſtinè nubentiū tractātes ij.delictorum to. Nec itidē obſtat, ſi aliquis recti limatiq; iudicij vir obiiciat imperatoriā deciſionē.l.ſi defunctus.C.de ſuis & leg. hær.vbi cōſtitutiſsimū eſt,ex cauſa licere exhæredare,ſi ſanè expreſsè à lege approbata ſit.Cuius inductio,& ſuperſtitioſa opinio,mihi nō placuit,nec Vigli inductio,in §.fi.Inſt.de exhær.lib. Siquidem ibi, Imperator maximè cōqueritur, eò quod ante illius imperatoris deciſionē aliquot erāt legibus inſertæ cauſæ,ruſus aliquot omiſſæ fuerāt iuſtiſsimæ.Quo fit,vt ex ejus mēte Vigli inductio nō admittatur.Vult ergo, ꝙ iſtę nō omittātur.In quo dubio.Vigli ſuperſtitioſa religio nunquā mihi placuit: atq; ideo pedibus manibúſq; cōmuni ſentētiæ adhæreo ex grauioribus cauſis ſimilibúſve exhæredari poſſe:atq; ideo regiā noſtrā cōſtitutionē, ita procedere, vt is teneatur ſe retractare,qui grauiores iniurias irrogauerit,vtpotè appellādo Iudæū,adnotādo ſanè verba regiæ cōſtitutionis ij.tit.ix.lib.viij.ordi.inibi,*Si dixere otros denueſtos* in verbo *Otros*.Siquidē illa dictio.alius,alia,aliud,eſt repetitiua ſimiliū,ſicuti & nos paulò anteà adnotauimus,quod rationi conſentaneum eſſe veritatique magis fauere exiſtimo. *Reſponſio ad cōtraria.*

Quintò,vt ad propoſitā quæſtionē,à qua digreſsi fuimus, reuertamur:eadē regia ſanctione,quæ de cōuitiis puniendis agit,colligitur etiā cōuitiatorē cogēdū eſſe corā iudice,& honeſtis viris,qđ obiecerit pluries,ſemel retractare, ſéq; mentitū fuiſſe fateri.atq; ita regiā cōſtitutionē procedere, tāetſi quis in alterū eodē impetu plura verba iniurioſa protulerit, etiā ſi diuerſa ſignificent:non eſſe hìc cenſendas plures iniurias.nec plura cōuitia.† ſed tātùm vnicū conuitium.l. Apud 17
Labeonē.§.ait prætor,ff.de iniur.vbi Bar.expreſsim fatetur, quòd ſi eadē oratio iniurioſa ſæpe repetatur, vna tantùm ſit iniuria,nō plures.Quod eſt notatu dignū ad hanc regiā conſtitutionē.Cui ſentētiæ accedit Alb.in ij.par. ſtatut.q.xxxix.

Ang.

Ang.in trac.maleficiorũ.in par.verba iniurioſa.Sunt quippe vna oratio ſignificatiua,vti conſtat, ex l.j.§.verbis. eod. tit. Itidem,ſi illa oratio idẽ ſignificãs pluries repetatur l. vnum. ff.de teſta.quod maximo apice deſeruire videtur. Siquidem paſsim in libellis apponi ſolet.Dicta verba iniurioſa pluries reiterauit,non tamen cenſetur,niſi vnica iniuria,glo.Bar.in l.ſi quando.C.de bon. vacant. & inibi Plat. & Lucas de Pen. Corſet.in ſing.in verbo ſtatutũ,verſi.Statuto cauetur, quòd pro quolibet verbo Boërius nouiſsimè in conſi.iiij. nu.8. & hanc ſententiã veritati magis fauere aſſeuerat Aug. ad Ang. de malefi.in parte,verba iniurioſa, nu. 6. Pro quo intellectu extat hodie regia l.lxxxj.in legibus Stilli. Quam ſentẽtiam vendicare ſibi locũ conſtat, ſi ſanè plures iniuriæ vnico contextu eſſent prolatæ,eſſẽtque eiuſdem ſpeciei. Siquidẽ tũc, eiuſdem actus,& criminis eodem impetu, & continuatione iteratio fiat,vnicum tantum crimen cenſendum eſt,non plura:vtpotè,ſi ter quem appellet proditorem,vel cornutũ, vnica tantum pœna afficiendus eſt Bart. in l.nunquam plura.ff. de priuat.delict.Cui accedit Socin.in l. ſi familiæ. nu.8.& 9. ff.de iuriſd.om.iudi.Quibus ſimilis glo, eſt ad id ſingularis in l.ſi cõuenerit.la j.ff.de pignor.act.Longè quidem aliter, ſi plures iniuriæ diuerſæ ſpeciei eodem impetu, & continuatione iterentur.Siquidem tunc pluribus eſſet afficiẽdus pœnis,ſicuti glo.ordinaria,& inibi Bar.in l. nunquam plura.ff. de priuat.delic.ad id adnotat.Si quis alteri dicat,tu es proditor ter,ac rurſus,cornutus ter,tametſi eodem contextu,pluribus tamen eſſet afficiendus pœnis.Didac.tamen à Couarr. ab hac ſententia prorſus diſcedit,lib.ij.Variarum reſol.c.x. nu.8.col.iiij.ad finem.Cuius quidẽ ſententia,vtpotè æquitati adhærens in praxi vtiq; ſeruãda foret.Tametſi quo ad publicam vindictam,& punitionem iteratio fiat, vnicunq; tãtum crimen cenſendum ſit,& non plura : propter iterationẽ grauiori eſſet afficiendus ſupplicio, vti conſtat ex l.illud.§. vlt. ff.ad l. Aquil.glo.in d.l.nunquam plura.verb. ob aliud. ad fi. Probat Ang.ibi.ij.col.vbi ſcribit ita ſeruari in toto orbe,gl. in l.j.C.vnde vi.Bal.in l.quicunq;.nu.5.C. de ſer. fugit. Ioan. Andr.in reg.delictum.de reg.iur.in vj.Cardin.in clem.j.§.ſi quis oppoſitio.j. de priuil.Gomezius in §. ex maleficiis. nu. 12.Inſtit.de act.ſerioſè id etiam explicat Boër.cõſi.iiij. nu.8. & 9.Ex quo quidem intellectu aliquot conijcienda ſunt.

Couarr.à Bart. & communi ſententia diſcedit.

Et pri

Et primò his præuiſis,& examinatis deducitur ſenſus, & vera reſolutio eius,quod hac in re tradiderunt Alber.in d.l. nunquam plura.Io.And.in d.reg.delictum.de reg.iur.Card. in præcitata clemen.j.§.ſi qui.exiſtimantes, eiuſdem criminis repetitionē etiā eadem actus cōtinuatione contingētem, plura crimina eſſe cenſendam,quoties agitur de pœna à lege inflicta,non ratione publicę vindictæ,ſed ratione iniuriæ priuato illatæ,Quod quidem ita accipiendū eſſe exiſtimo,vt grauius puniatur crimen in priuati offenſi ſatisfactionē etiā eodem impetu iteratū,longe quidē aliter ſi à lege eſſet pœna diffinita,ob quālibet iterationem repetēda foret.Ad qd maximo apice deſeruire vidētur quæ paulò antè adnotauimus. *Declaratur ſententia Alb.*

†Ex quo ſecundò deducitur, præmiſſo ſtatuto prouinciæ, 18 quo cauetur,vt qui alapā alteri impegerit, certa, ac diffinita pœna puniatur,ſi ſane eodem impetu eadēmq; cōtinuatione, bis alterū alapa percuſſerit,& criminis cōtinuatione iteratio fiat,vnica legis pœna afficiēdus erit.Longè quidē aliter,ſi ſtatutū.ſiue lex ipſa pro qualibet alapa,pro quolibet verbo iniurioſo,certā diffinierit pœnā. Tunc enim plures alapæ, plura verba,plures ictus. Quorū quodlibet ſignificat iniuriā perfectam:pluribus ergo afficiēdus eſſet pœnis,teſte Iac.de Arenis,in d.l.apud Labeonem.§.cōuitiū.ff.de iniu.cuius ſententia communis eſt,teſte Floriano in l.iiij.ff.ad leg.Aquil.Cuius meminit idē profeſſus And.Sicul. ad Bar.in l. ſi gemina. nu.1.incip.ego puto.ff. arbor. furt. cæſarum. tametſi ab hac ſententia prorſus diſcedant profeſſores vtriuſque iuris præſtantiſsimi,& in albo primariæ doctrinæ poſiti.Siquidē Bar. in l.ſi gemina,ff.arb.fur.cæſ.Itidem Bar.Din.Alber. in præcitata l.nunquam plura.& Cardin.in d.clemen.j. §. ſi qui ſecluſa omni iuriſdictione indiſtinctè reſponderint priori, & poſteriori caſu,plures vtique pœnas eſſe infligēdas: & Boēr. loco præcitato conſi.iiij.diligenter id explicat, & eſſe communem idem profeſſus aſſeuerat Soc.conſi.lxij.vol.j.num.5. *Alapa bis eodem impetu inflicta.*

Tertiò, in hoc tractatu prænotandum eſt, quoties ex iteratione criminis ſimul,ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo diſtincta,& vtique diuerſa crimina oriantur, non vt vnicum, ſed vtique vt plura crimina punienda ſunt.tex.eſt in dicta l.nunquam plura.iuxta communem illius legis lectionem,explosa omnino gloſſa,inibi,in verbo occiderit, quæ in verſic. ob aliud, huic noſtræ accedit ſententiæ. Quod intelligendum

eſſe exiſtimo ſi criminis repetitio ad eundem fiat effectum. Tex. eſt in c.cùm pro cauſa.de ſent.excom. & in l. ſi adulterium cum inceſtu.in princ.ff.de adult. Etſi Bart. in hoc vltimo contrarium immurmuret,in d.l.nunquam plura. Cuius rei exemplũ eſt. Si quis pluries eodem impetu aliquem percuſſerit, tenebitur vtiq; ex pluribus percuſsionibus ad pœnam, quæ lege cuilibet vulneri inflicta ſit, vti conſtat in d.l. nunquã plura.Quo in loco Din.idem probat,& inibi Albe. Quibus accedit Pau.in l.quicunq;.C.de ſeru.fugit. num.4. Anania in c.in tantum,de colluſ.deteg.num.5.quam eſſe frequentiori calculo receptam ſententiam profitetur Socin. d. conſil.lxij.col.iiij.volum. j. Quòd ſi ex interuallo eiuſdem criminis iteratio fiat, ad eundem tamẽ effectum, vnicũ tantum delictum eſt cenſendum non plura: ſicuti cẽſet Benedictus à Benedicto, quẽ refert Socinus loco prætitato Cui ſententiæ impetit gloſ.in præcitata l,nunquam plura,& in d.l. illud.§.vlt.nec vtiq; Bart.diſtinctio ſuffragatur prędictæ ſententiæ:quippe quæ ſit intelligenda, quando crimen omnino ſtatim iteratur:longè quidem ex interuallo,vt pleniori manu conſtat ex Angelo in l. inficiendo.§. infans. ff. de furtis. Quo fit omnino explodendam eſſe Benedicti ſententiam, tametſi Socin.eiſdem ſubſcripſerit.

Eadẽ continuatione pluries blaſphemans. Quartò eodem pacto,diffiniri poterit,ſi quis eadem continuatione plures blaſphemias in Deum effutiret:vnius tantùm blaſphemiæ pœna punitur: vnáque blaſphemia cenſetur: ſicuti & nos adnotabimus.c.de blaſphemis.in iiij.declaratione l.regiæ,quæ de blaſphemis tractat.num.24.

19 †Quintò hinc cõſtat,percutientẽ quinquies eodẽ impetu, & continuatione quadã,vnica tantùm canonis ſententia excommunicationis affectum eſſe,nõ tamen pluribus,Quam eſſe communem opinionem profitentur doctores in c. cùm pro cauſa.de ſent.excom.Ioan.And. in reg.delictum.de reg. iur.in vj.Cardin.in clem.j.§. ſi qui. de priuileg. Et nos pleniori manu trademus infrà: de excommunicatorum pœnis tractantes. Idque intelligens ſi ſanè ex interuallo quiſpiam clericum percutiat pluries,pluribus excommunicationibus eſt nodatus:nam ſemel excommunicatus, iterum poteſt excommunicari glo.in d.c. cùm pro cauſa. *Semel excommunicatus iterum poteſt excommunicari.*

20 †Sextò ab eadẽ radice procedit,ꝙ ſi quis eadẽ furãdi continuatione,& vt vulgò circũferri ſolet incõtinenti: plures res furto

furto ſubtraxerit à pluribus dominis: vnicum tantũ furtũ eſt cenſendũ, & quoad vindictã publicã pro vno tantũ puniendum. Tametſi longè aliter dicendũ ſit quo ad ipſos à quibus res furto ablatæ fuerunt: cùm plura videantur furta. Quod maximo apice deſeruire videtur ad intellectum regiæ cõſtitutionis, quę de puniendis furibus agit furẽ pro tertio furto ſuſpendendũ fore: quod & nos alio loco tradidimus. c. de furum ac rapt. pœn. nu. 21. Septimo, eſt in hoc tractatu prænotãdum iteratione ex interuallo eiuſdẽ criminis ante iudicis punitionẽ prioris actus, quo ad vindictã publicã vnicũ tantum crimen cenſeri, ita vt pœnæ repetitio non fiat, tametſi pœna augenda ſit ſicuti notat Bart. in l. inficiando. §. infans. nu. 3. ff. de fur. vtpotè ſi ex interuallo plures corrũpat teſtes, & ex interuallo fiat, trademus ſuo loco. cap. de teſtiũ fallitate agentes Poſtremò illud prætermittendũ nõ eſt, pluries delinquere eum, qui eodẽ die ex interuallo aduerſus legẽ pretiũ vini definientẽ adiecta pœna, plures certas, & diſtinctas vini mẽſuras vẽdiderit: an ſit igitur pluribus afficiẽdus pœnis, & nos ſuo loco trademus. Decimo, hoc tamẽ habeto ad regias cõſtitutiones, ꝙ pluries alicui inferẽs cõuitiũ minime prçſumitur dixiſſe ex iracũdia, ſedvtiq; ex animo deliberato. gl. ſing. in c. ſi quis iratus. ij. q. iij. cuius meminit Henr. in c. ſtatuimus. de maled. Vndecimò, principaliter ad regiã conſtitutionẽ, quæ de conuitiis agit, his etiam ab eadẽ regia cõſtitutione additur meretricis nomẽ, & vitiũ, fœminæ maritatæ obiectũ, ſicuti præcitata lex loquitur, & praxis eandẽ recipit pœnam contractionis, ſicuti hac in re adnotat Didac. à Couar. lib. j. varia. reſo. c. xj. num. 2. ex quo datur declaratio ad præcitatã regiã conſtitutionẽ ij. lib. viij. tit. ix. in conſtit. regal. locũ ſibi vendicare, ac intelligendã fore, tametſi conuitium meretricis irrogatũ fuerit ſpõſæ de præſenti, ſicuti hac in ſpecie regia l. lxxxij. ſtilli expreſsim id adnotat. Cuius ſunt verba, *Otro ſi en l us pen us que manda dar el fuero por calumnia de muger caſada, eſſ us miſmas ſe entienden por la que es deſpoſada, por palabra de preſente.* Sicuti & nos pleraq; id genus alia adnotabimus. c. de adulterij pœna tractantes. Quo in loco trademus, an adulteriũ cõmitti poſsit cũ ſponſa iniuriáque ſponſo irrogetur, pœniſq; ſponſa adulterio ſancitis puniatur. Duodecimò, his adiiciendũ eſt ad examen Regiæ conſtitutionis, conuitiantem poſſe per aliam quidem iniuriam

Meretricis nomen obiectum.

Iniuriam verbis propulſans.

propulſare, vtpotè ſi quis fuerit verbis, vel conuitiis laceſsitus propulſando iniuriam minimè tenetur palinodiam canere, ſibiq; etiam contradicere, arg. text. in l. j. §. cùm arietes. in fi. ff. ſi quadr. paup. fec. dic. Spec. in tit. de accuſ. verſic. quid ſi vocaui te latronẽ. Bar. in l. quæ omnia. §. j. ff. de proc. Itidem in l. apud Labeonem. §. j. ff. de iniur. Abb. & doct. in c. cùm te. de re iudic. Alber. in tract. ſtatut. q. xliij. Boër. in deciſ. clxix. nu. 2. & nos tradidimus c. de his, qui ad neceſſariam vitæ defenſionem aliquem occiderint. nu. 12. Ang. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adult. Hipp. in conſ. lxxiij. col. vj. vol. j. & conſ. lxxx. vol. ij. & in pract. crim. §. quoniam. nu. 62. itidem in conſil. xxv. nu. 48. vol. j. & in conſ. cv. nu. 32. vol. ij. & in l. j. nu. 99. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Atq; ideò prouocatus ſi incontinenti prouocantem interimat, minimè tenetur homicidij pœna, teſte Alexand. ad Bar. in l. non ſolùm. §. ſciendũ. ff. de noui oper. nunc. Hipp. conſ. xxv. nu. 27. In quo dubio alij alia adiecerũt, quæ nobis proſequi nõ lubet. Illud tamẽ cõſtitutiſsimũ eſt ad iniuriã prouocatũ, mitiori quidẽ pœna eſſe afficiendũ, vtpotè, quia iuſto dolore affectus, iniuriam propulſat. l. ſi adulteriũ cũ inceſtu. §. imperatores. ff. de adul. Panor. in c. dilecti. de excep. circa fi. Itidem in c. olim. de reſcr. & Hipp. in pract. cri. §. quoniam. nu. 62. & in conſ. xxv. nu. 22. vol. j. & in cõſ. cxxvij. nu. 8. vol. ij. & Mõtal. in interp. l. ij. tit. iij. lib. iiij. Fori. litera b. Hinc etiam in controuerſiam accidit, iniuriã verbis illatã, an liceat armis repellere, & ſi iniuria armis repellenda eſt, pariq; ratione iniuriam verbis illatam, verbis ex l. iij. & inibi gl. ff. de vi & vi arma. & in l. j. vbi ſimilis gl. eſt in verbo moderatione. C. eod. & inibi Bal. in verſic. Sed nunquid ex ſolis minis? Aſſeuerans verba contra verba debere reſiſti. Gul. de Cugn. Bal. Angel. Pau. recentiores in l. fin. & inibi Iac. de ſancto Georg. in vtraque lectura. ff. quod quiſq; iur. Spec. in tit. de accuſ. verſic. quod ſi te vocaui latronem. Nec admodum grauatus his accedit Angel. Aret. in tract. malefic. verbo, contumelioſa. verſic. quid ſi aliquo dicto vel facto. Et eſt gl. in verbo, verba. in c. j. §. ad hæc. xiij. q. j. vbi illud tritum adagium allegat,

Iniuriam verbis illatam, an liceat armis repellere.

Res dare pro rebus, pro verbis verba ſolemus.

Et inibi tex. in §. quibus autem. ad fin. ait, Ne ſi pergitis dicere quæ vultis, audiatis quæ non vultis. Et illud Terentianum, qui dicit quod vult, audit quod non vult. Ab hac

tamen

tamẽ ſentẽtia prorſus diſcedit. Ang. in l. ſi adulteriũ cũ ince-
ſtu. §. Imperatores. ff. de adul. diffiniens, ꝙ ſi quis fuerit pro-
uocatus verbis iniurioſis, & ipſe gladio quo ſe defendit, iniu
riantem occiderit, conuitiúmque inferentem non teneri le-
ge Cornelia de ſicar. nec vltimo afficiendus eſt ſupplicio, ſed
vtique mitiori pœna, niſi modum exceſſerit, rationem ſu-
mens ex d. §. Imperatores. Auguſt. ad Ange. Aret. in tractatu
maleficiorum, verbo, contumelioſa & iniurioſa. Et rurſus
verbo, & dictus Titius ſe defendendo. charta iiij. verſi. quæ-
ritur, an ex ſolis minis. Franc. Curtius ſenior, conſil. xx. cu-
ius initium eſt. Sæpenumero animo reuolui. col. xv. verſic.
ex quibus hoc. Alexand. conſil. iij. videtur in caſu propoſito.
lib. ij. col. vlt. Hippol. conſil. xxv. num. 26. Alexand. conſi. cxix.
nume. 4. lib. vij. vbi ad ambas, vt aiunt, aures hanc extricat
quæſtionem, deſiniens homicidam mitius eſſe puniendum.
Paul. Caſtrenſis conſil. cclxxvj. in cauſa incarceratorum. col.
ij. Cumanus conſil. cxxxiij. Bertrand. le Carpentareto conſi.
cclxxiiij. vol. j. num. 2. Ioan. Andr. ad Spec. tit. de homicid. &
ita in praxi obtentum fuit, areſto lato in Gallia, in villa de
Tornella, ſicuti aſſeuerat Nicolaus Boërius nu. 2. ad finem.
deciſ. clxix. prima parte. Decimotertiò † ex his etiam con- 22
ſtat intellectus ad regiam conſtitutionem præcitatam, in *Regla cõ-*
verſic. *Deſdigaſe*, inſpecta ipſius legis ratione, ſententia lata *ſtitutio de*
infamia quidem notatur per illius legis verba *Deſdigaſe*, vt *claratur.*
ff. de his qui notantur infamia. l. j. & in l. qui cum vno. §. ad
tempus. ff. de re milit. Henric. in cap. cùm t, a, b. extrà, de re
iudic. & Montal. loco præcitato litera c. qui in ea eſt ſenten-
tia, quòd iure regio pro iniuriarum crimine damnatus in-
famia notatur, ſicuti diffinit regia lex v. tit. vj. parte iij. & re-
gia lex v. tit. vj. par. vij. inibi, *O de algun yerrho que outeſſe fe-
cho*, Et inibi clarius dum dicit. *O de tuerto que outeſſo fecho.* Si-
quidem, *tuerto*, iniuriarum actionem ſignificat, vti conſtat
in l. j. tit. ix. par. vij. Et huic intellectui maximo apice de-
ſeruire videtur regiæ conſtitutionis verba in l. iij. tit. ix. par.
vij. inibi *E prouaindolo*. Quo fit vt actione iniuriarum damna-
tus infamis vtique cenſeatur, tametſi iure Cæſareo, & Pon-
tificio, actione iniuriarum leui condemnatus, immunis ab
infamia eſt, vti conſtat ex l. diuus. ff. de iniur. doct. in c. cùm
t, a, b. de re iud. Ant. de Tremolis in pract. Vberti de bona-
curſo, tit. quib. mod. in verb. tranſact. & nouiſsimè Nunius

Auendanius in hac noſtra ſpecie explicat regias conſtitutiones præcitatas: is inquam, in dictionario regiarũ legum quem admiſcuit tractatui de exequendis mandatis regiis. fol.6.in verbo, *Aſſonadu.* Decimoquartò, egregia hic ſolet tractari dubitatio hoc in tractatu, & d. legis regiæ enucleatione, & vt ad propoſitam quæſtionem, proximam reuertamur, ex eadem regia ſanctione, quæ de conuitiis puniendis agit, verba in dicta conſtitutione inibi, *Deſdigaſe,* adnotanda ſunt cum ad factum proprium condemnetur, poteſt vtiq; carceribus detineri: intelligo tametſi qui conuitium intulit ſit nobilitate decoratus, & vt vulgò circunferri ſolet apud Hiſpanos Fidalgus. Siquidem in contradictionis pœna nulla differentię ratio aſsignanda eſt inter plebeium, ac nobilitate præditum, nec regia lex vllum diſcrimen conſtituit: quinetiam quilibet de illis conuitiis ſex condemnatus adſtrictus eſt parti læſæ palinodiam canendo, ſatisfacere. In quo dubio ita aſſeuerat Bal. in l. nemo clericus. C. de ſacroſ.eccleſ. Itidem in c.j.de conſtit.& Iac.Butrig. Gulielm. Cun.in præcitata l.nemo. ſiquidẽ pœnæ à lege determinatæ,
23 nulla † eſt differentiæ ratio cõſtituenda inter nobilẽ & plebeium. Salic.in l.ſeruos.C.ad leg.Iul.de vi publica. Bald. in §.ſi ruſticus.ad fi.tit.de pace iuram.firm.in vſib.feud. Luc.de Pen.in l.j.C.de conduc.& procur.lib.xj. quibus nec inuitus accedit Cæp.in conſil.xl.col.iiij.verſic.tamen iſta regula. & Bal.loco præcitato: qui in ea eſt ſentẽtia quotiens tractatur de ſatisfactione parti læſæ faciẽda, nulla perſonarũ diſtinctio fit, ſiue & is nobilis ſit, ſiue plebeius, vel vilis, abiectáq; perſona. Cuius meminit Bolog.in conſ.xxxvij.& nouiſsimè hanc profitetur ſententiam Ioan. Otalora, olim in hoc inſigni collegio meritiſsimus collega, ac deinde in Granatenſi prætorio regius conſiliarius, qui & nunc Pinciæ eodem munere fungitur, vir equidem mihi amantiſsimus, is inquam, in eleganti opere, de nobilitate, par.ij.c.iiij. Cui ſubſcripſit Nunius Auendanius in tract.de mand.regiis Hiſpaniæ exequend.c.xx. nu.4. col.j.&ij. fol.108. atque pro hac ſententia dominus Otalora allegat tex.in l.pen.tit. *Delas coſas que fazen los hombres, porque valen menos.* par.vij.& l.viij.tit. *Delos rietos.* ea.par. Ex quarũ ſpecie cõſtat ꝙ tametſi nobilis ſit, tenetur crimen obiectũ alicui retractare, ac palinodiã canere, ſicuti præcitata l.ij.tit.v.par.vij.probat & l.viij.tit.iii.ea. par.

Tametſi

Tametſi in his regnis vſu longè aliter receptũ ſit, ac praxis prorſus omnino obſeruat. Quin etiã ſi nobilitate fuerit decoratus, minimè tenetur obiectum conuitiũ retractare, nec pœna d.l.ij.tit.ix.lib.viij.ordin. Quinetiam ſoluendo quingentos ſolidos vtiq; liberatur nobilis, teſte Otalora vbi ſuprà. Et iſthæc praxis, tametſi ipſe nihil alleget, ex eo fulciri poſſet: quia nobilis pœna aliqua ignominioſa afficiẽdus nõ eſt, ſecundũ Fulg.in conſ.clxvij.cuius meminit Didac.à Couar.nouiſsime lib.ij.varia.reſol.c.ix.nu.4.& illud Cicer. ſuffragatur pro Seſtio, dum ait, omnes boni ſemper nobilitati fauemus. Ac rurſus vtile eſt reipublicæ nobiles eſſe homines, dignos maioribus ſuis. Ad quod argumento optimo deſeruit.tex.in l.milites.C.de quæſt.& in l.omnes.C.de decur. lib.x.& in §.in ſumma, Inſtit.de iniur. Notant doct.omnes per gl.inibi in c.cùm quidam.de iureiur.præſertim Bald. & Fel.Ioan.Rayn.in tract.nobilit.in vij.q. princip. Cæterùm nobiles quæſtionibus plebeiorũ minimè ſubiiciuntur.text. eſt in l.deſertorem.§.j.ff.de re milit.l.ſeueram.C.de dignit. lib.xij. Quibus admodum ſuffragatur tex. ad id præſtantiſſimus pro omnibus nobilibus, tã generis, dignitatis, ſcientiæ, in l.nullus.C.ad leg.Iul.maieſt. inibi generis, aut dignitatis. Et nos pleniori manu tradidimus in c.de blaſphemiæ pœnis agentes. At pœna iſta retractationis iniuriæ, eſt vtiq; ignominioſa, ſicuti dubio procul cõſtat. Quo fit vt nobilis, quem vulgus paſsim, *Hijodalgo* appellat, minimè ea punitione afficiendus ſit. Quibus ſuffragatur Luc.de Pen. in l.mulieres.col.iiij.in xx.nobilit.priuilegio.C.de dign.& in ea eſt ſententia, nobilium crimina multò faciliùs occultari per tex.ad id celebrẽ in l.ad ſplendidioris.C.de diuerſ. offic. lib. xij.vbi Imperator ita ſcriptum reliquit, vt velut in meliori fortuna poſiti, aut ea ſcelera, quæ prius cõmiſiſſent doceantur, occultent, aut alia deinceps poſsint impunè cõmittere. Et expreſsim id adnotat gl. Accurſ. inibi ex illo tex. deducẽtis delicta maiorũ celari & minimè puniri. Et cùm pœna regię conſtitutionis, vt quis palinodiã canat, ſit omnino ignominioſa, nobiles ea afficiendi non ſunt. Siquidem nobili maxima pœna ſiue iniuria eſt, etiã ſola facti infamia l. non debet.ff.de dolo malo. Siquidem magis nobilis ex parua quapiã pœna corporali, quàm magna in plebeio afficitur. Explicat Bar.in l.j.§.vlt.ff.de pœ.& eſt tex.in l.hoc opere. in fi.ff.

Hidalgus tenetur palinodiam canere.

de oper.liber. Atq; ideo regia l.practicāda eſt in plebeis, & in ignobilibus,quorū infamia,quantuncunq; magna eſt illis modica,vti maximo apice,deſeruire videtur tex.in l.ij.C. vt intra certū tēpus inibi. Et ſi perſona vilior fuerit, cuius dānum famę non ſit iniuria.Cuius meminit Bald.in cōſi.cxvj. quod pętitur,vol.iij.Et Cic.lib.iij.officio.ait,Nō eſt res vlla tanti,aut cōmodū vllum,vt viri boni,& ſplendorē, & nomē amittas.Et in Lelio ait, nō eſt negligēda fama. Longè quidē aliter eſſet in pœnis pecuniariis, in quibus nobilitate decorati grauioribus eſſent afficiēdi pœnis.l.propetādū.§.ſin autem vtrinq;,& inibi Bart.& pleriq; alij.C.de ind. cui ſimilis gl.eſt in verb.centū in §.ſi quis vero auſu.de pace iura.firmā. vbi Bal.& Card. Alex.idē exiſtimāt.gl.in c.cū quidā. de iure iur.ſimilis in c.cum cogātur.xlj.diſt.& in c. qui cōtra.xxiiij. q.j.& in c.j.§.ſi ruſticus.verſi.ſimiles ruſticū.in verb.aut diuino,tit.de pace tenē.in vſib.feu.Et inibi Bal.Alber.& Card. Alex.Et huius ſententiæ authores habeo Odoſ.Cyn. Alber. Bald.& paſsim doct.in l.nemo.C. de ſum. trini.Bart. & pleroſq; alios in l.quædā.ff.de pœnis. Eundē in l.illicitas.§.vlt. ff.de offi.præſid.& in l.j.C.de digni.lib.xij.col.pen.Alber. in l.presbyteri col.j.C.de epiſc.& cler.Fabr.& Ang.in §.j.verſi. licet autē. Inſti.ex quib.cau.manumit. nō lic.Luc.de Pen.in l.j.col.vlt.de cōdi.& procu.lib.xj. Maſue.in pract. ſua in tit. de pœ.§.ad infligendā. Et præter hos canonicæ philoſophiæ doct.huic ſententiæ accedunt Hoſt.Io. And.in c.eaq;. de ſtamona.Io.Ana.in c.j.de cleri.vena. Et rurſus in c.vlt.col.iiij. verſi.nota quod maior pœna.de maled.Iaſ.itidē in c.excōmunicamus.§.credētes.ad fi.de hæret.Alb.Gandi.in trac.malefi. tit.de pœ.reo.col.xxiij. Quo fit grauiori pœna eſſe afficiēdū nobilē in pecuniariis,quā ignobilē.Idq; cōſtat ex Gellio lib. xx.c.j.l.ex.xij.tab.huiuſcemodi erat.Si iniuriā alteri quā nobili faxit vigintiquinq; æris pœnæ ſunt. Secundò, mitius agendū eſſe cū nobili,id procedere in pœnis relatiuis, vt in ſpecie legis.ad cōmentarienſem.& inibi gl.de cuſtodia reorum.Ang.in l.Athletas.§.itē calūniator ad finē.ff. de his qui not.infa.Bal.Guilhel.de Cu.in l.ij.C.de fid.inſtr. quibus accedit Iaſ.cōſi.cxliiij.vol.ij.ad fi.Et Canoniſtæ in c. ſuper his.de accuſ.præſertim Ioan.Ana.col.pen.doct.,paſsim in prędicato c.cū quidā.& ibi Feli.col.iij.ibidē in c.paſtoralis,col.ij.verſi. octauò fallit.de offic.dele.& in c.cū dilectus. de calū. ad finē.

Tertiò

Tertiò apparet ex præmiſsis, intelligẽdũ eſſe, ni iudex iuſta exiſtenti cauſa nobilẽ grauiori pœna afficeret. arg. tex. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & in l. etſi ſeuerior. C. ex quib. cau. infa. irrog. Adnotat Inn. in c. j. de cõſti. Et inibi expreſsim neoterici præſertim Deci. & Feli. Sal. in l. ſeruos. C. ad. l. Iul. de vi publi. Atq; ita in ſpecie regiæ cõſtitutionis in his regnis vſu receptũ eſt, ac praxis idẽ obſeruat, minimè nobilẽ teneri palinodiã canere, tametſi ex ſex vitiis in regia lege ordinamẽti, cõtentis, aliquod dixerit, ex regia l. cxxxj. ſtylli declarãs ad literã. l. ij. tit. iij. foro legũ, li. iiij. tex. ad id præſtãtiſsimus in l. ij. tit. ix. *De los rietos*. lib. iiij. ordi. regal. inibi, *Si no ſe quiſiere deſdexir ſalga del reyno, haſta treinta dias*. Et argu. optimo, deſeruit text. & inibi Plat. in l. quiſq;. C. de decur. lib. x. nu. 1. definiẽs dignitatis ratione corporis pœnã afflictiuam in pecuniariam mutari. Et quã eſſet ignominioſum palinodiã nobili canere, cõſtat ex l. ij. tit. iiij. part. 7. aſſeuerãs nobilẽ cõtradicẽdo ſe, quadã infamia notari, qua affectus nobilitatẽ amittit. l. ij. tit. ix. lib. iiij. ordi. expreſsim dicẽs, Hidalgũ minimè teneri palinodiã canere. Et huic rei maximo apice deſeruire videtur tex. in l. lxxxv. ſtilli dũ ſcribit. *Otro ſi es a ſaber que el hijodalgo no ſera anſi juzgado, como otro que no es hijodalgo*. Cui aſtipulatur gl. in §. item lex Corn. Inſtit. de pub. iud. Et in c. cũ quidã. §. illi vero. de iure iur. Quibus ſimilis eſt in c. grauẽ. de pœ. regia l. viij. tit. xxxj. par. 7. Paris à Put. in tract. ſyndicatus. verſi. quod ſi per ſtatutum. fol. 198. nu. 4. Abb. in c. nouit. de iudi. nu. 8. Hyppo. in l. ſi quis viduam. ad fi. ff. de quæſt. Et Petr. Lup. de alcocer. Cuius meminit Frãc. Auileſ. in c. prætorũ. in proœ. nu. 20. cuius inductio ad legẽ ſtylli cxxxj. dũ agit de verbo denoſtãdo, non admodũ veritati fauet. Hinc ex eodẽ fonte ſeu radice deduci vr̃ ꝙ & practicis obuiũ erit vxor cũ priuilegiis, ac prærogatiuis mariti gaudeat, ex l. mulieres. C. de dign. lib. xij. l. fœmina. ff. de ſenato. l. ſi liberta. C. de nupt. tametſi ipſa ignobilis ſit, mr̃imoniũ cõtrahẽdo cũ nobili nobilitate gaudeat. l. ſi quis. C. de nat. lib. Inibi & filiũ naturalẽ. l. ij. §. fi. cũ ſeq. C. qñ & qui. lib. x. ita qdẽ mulier ignobilis nobili nubẽs, cũ no bilitatis priuilegio mariti gaudeat, minimè tenet palinodiã canere: tametſi verbũ iniurioſum ex ſex in regia cõſtitutiõe cõtẽtis dixerit, Et in ea ſpecie idẽ exiſtimat Franc. Auileſ. in proœ. *De los capitulos de Corregidores*, nu. 20. id etiã intelligen-

Mulier ignobilis nubẽs nobili nõ incurrit cõtradictionis pœnã.

dum fore, tametſi vidua ſit, & in viduitate permanſerit ex tex.in §.nō tantū permittimus.in auth.de nupt.collat.iiij.l. filij.§. vidua.ff. ad munici.regia l.vij. titu.ij. par.iiij. inibi, *Aun ha otra fuerça el caſamiēto ſegū las leyes antiguas, que maguer la muger fueſſe de vil linage ſi ſe caſare con Rey, deuen la llamar Reyna, y ſi non Conde, Condeſſa, y aun deſpues que fuere muerto ſu marido la llamar an anſi, ſino caſare con otro de menor guiſa, ca las honrras, y dignidades delos maridos, han las mugeres por razon dellos.* Et inibi, Alfon.à Montal.Signorolus de Homodiis, in l.princeps.ff. de legib.col.ij. ver ii. quæro de ratione vltimi. quæ eſt, inter eius cōſilia.l.vj.tit.ij.lib.iiij.ord.reg.l.xiij.tit. iiij.eo.lib. Et id quidē ni cū alio, inferioris cōditionis cōtraxerit, vel luxurioſè vitā ageret.l.vj.tit.ij.lib.iiij.ordi. inibi. *Y mātuuiere deſpues caſtidad*, ex qua corrigitur lex regni fori generoſorū li.v.tit.j.l.ij.nō tamē verſa vice, ſi ignobilis mulieri nobili nubat, ea prærogatiua nō cōdonatur. Quo fit vt filius ex matre nobili, & ex patre plebeio natus, nobilitatē nō nanciſcatur, ex Regia l.iij.tit.xij.part.ij.Iaſ.in l.j.de ver. obl.nu.18.Ioā.Lopius, in rub.de don.inter vir.§.xxxij. nu.3. Nec id ſtatuto municipali, ſanciri poſſet ex Bar.in l.exēplo. C.de decur.lib.10.Barb.in c.Raynūtius.de teſta.col.xiij.Felin.nu.2.in c.nouit.de iud.Dec.nu.73.in l.fœminæ.ff.de reg. iur.tametſi ab hac ſentēt.diſcedat Rochus Curt. in eo tract. quē publicū fecit, de cōſuetu.nu.162. Hinc etiā deduci videtur quod practicis obuiū erit, quo ad regiā cōſtitutionem quæ de cōuitiis agit, cuius & antea non ſemel meminimus, nobilē neceius vxorem minimè teneri palinodiam canere.

Vxores doctorum. Quod etiā intelligendū fore opinor, in doctorū licētiatorūve vxoribus, quæ cōpellendæ nō ſunt palinodiā canere, corā Prætore & honeſtis viris: cū & his, nobiliū priuilegiū cōdonetur, ſicuti & nos pleniori adnotauimus manu de quæſtionibus agentes. Et in hac ſpecie ita reſpōdit Franciſ. Auil. in procœ.capit.prær. nu.27. quod in praxi, quā ſit neceſſariū nemo adeo obtuſæ mentis erit, qui nō fateatur, tameſi indiſtinctè in cōtradictionis pœna nobiliū iure regio, nō probetur. Nunius Auenda, in c.xx.nu.4.præto. exiſtimat.in ſpecie.l.ij. teneri Hidalgū, nobilēq; palinodiā canere, cùm nulla ſit differentiæ ratio in cōtradictionis pœna inter nobilē, & ignobilē. Siquidē, qñ agitur de ſatisfactione partis læſæ, nulla ſit diſtinctio pſonarū, ex his quæ Bal.in l. nemo clericus. C. de ſacroſ.

ſacroſ.eccl.cōgerit.Idē Bald.in c.j.de cōſtit. Bologni.cōſi.37. ſtylli,quā,& practici. pro cōtraria adducūt parte: cū loquatur,ratione pœnæ imponēdę,quādo nobili iniuria illata eſt. Et ſic,qn̄ Hidalgus rei perſonā agit,nō tamē quādo eſt accuſator.Et nouiſsime licētiatus Otalora in ij.part.tract.nobil. c.4.nu.13. idē exiſtimat. Quod ſi cōmuni praxi accedere velis,quæ deducitur ex regia l.lxxxv.& l.cxxxj. ſtylli. in tantū locū ſibi vendicabit,tametſi lata fuerit ſentētia cōtra nobilē. Etſi in prima inſtātia nobilitatē minimè allegauerit,nihilominus in ſentētiæ executione poterit ſe opponere, atq; nobilitatē allegare, ad ſoluēdos quingētos ſolidos. Arg. tex.in l. itē veniūt.§.idē rectè.ff.de peti.hære.l.miles.§.decē.ff. de re iudi. † Decimoquintò,in hoc tractatu erit itē obſeruandū, 24 an regia cōſtitutio ij.tit.ix.lib.viij.ordi.in eccleſiaſtico foro ad praxim reducēda ſit: vt potè ſacris initiatus ob cōuitium *Sacris initiatus.* obiectū teneatur palinodiam canere. In quo dubio Berna. Diaz à Luco in pract.crim.c.6o.col.4.in ea eſt ſentētia,vt in his regnis regia cōſtitutione extante.teneatur clericus corā iudice honeſtiſq; viris palinodiā canere.Hoc quippe ex ęquitate quadā,tametſi lex ipſa clericos minimè arctet,nihilominus in his regnis deficiēte iure Pōtificio, ad iura & cōſuetudinē regni recurrēdū eſt:nō tamē ad Cæſareas leges iuriſcōſultorúmve,ſicuti in hac ſpecie aſſeuerant Gūdiſal. de Villadie.in repe.c.conſtitutus.de in integ.reſt. char.vij.verſi. ego autē.Et Io.Lop.in princi.rub.de dona.nu.15. Et arg.opti.deſeruit tex.in c.ad noſtrā. de probat. ſecundū vnū intellectū. Tametſi lōgè alia mens ſit,& ratio Prępoſito in c.cōſuetudo. j.diſt.in iij.col.& Petr.de Raue.in Alph.aur.in alleg. in mate.cōſuet.in prin.in v.col.ad fi. Qui quidē in ea ſunt ſentētia ꝙ in Hiſpania potius ſecundū leges Imperiales,quàm ſecūdum regni leges iudicare teneatur Eccleſiaſticus iudex. Nihilominus pro Bernar.ſentētia aſtipulatur,quod in hac ſpecie exiſtimat Præpo.inibi,aſſerēs deficiēte iure Pōtificio , ac Cæſareo,municipali iuri & regio eſſe inhęrendū.In qua ſpecie cū leges ciuiles deficiāt.ac Pōtificiæ cōſtitutiones, nimirum alicui videri debeat,ſi regia lex prædicta ad praxim reducēda ſit in foro canonico:eò maximè in his regnis,in quibus ius ciuile minimè allegatur pro authoritate, ſed vtique pro ratione,vt ſignanter explicat Bal.in c.j.§. iniuria.v.col. alias.§.furtū.de pac.iuram.firm. in vſib. feud. Cuius memi-

nit Paris de Put.in tract.ſyndicatus. in verb.teſtis.c.ij. inci-
pienti fui interrogatus.ad fi.Bal.poſt Butrigariū.in l.nemo.
in princ.C.de ſica. Et Oldra.conſi.lxix. profitetur Hiſpanos
olim cōſtituiſſe:ꝙ quicunq; leges Cæſareas in iudicio alle-
garet capite puniretur. Idē exiſtimant Vinc.Ioan. And.in c.
ſuper ſpecula.de magiſtris,in princ.Ob quā cauſam Policra-
tes lib.viij.c.xxij. ad fin. Aſſeuerat tēporibus regis Stephani
expulſas omnino eſſe leges Romanas à regno, cōſtitutiōeq;
regia,cautū eſſe, ne quis libros legésve Cæſareas retineret.
In qua ſpecie regia lege deficiēte,ad regē vtiq; recurritur, vt
pote nouā ædat legē,vel ſanè antiquā interpretetur, vti con-
ſtat ex cōſtitutione regis Alfonſi in cōuētu Cōplutenſi lata.
tit. xxviij.l.j. quæ quidē in noua cōpilatione reperitur in l.
iiij. tit.iiij. lib.j. in ordi. regalibus. Ruſus, vt quo digreſſi
ſumus redeamus,ſententiā Bernardi diaz coadiuuat doctri-
nam Abb.in c.eccleſia S.Mariæ de cōſtitutio.col.v.exiſtimā-
tis, legē fundatā in naturali ratione poſſe iudicē eccleſiaſti-
cum,ratione equidē naturali illā ſeruare: nō vtiq; legis ra-
tione.Nemo ſanę mētis cōfitebitur quā ſit congruū naturali
rationi iuſtúmq; ſit: vt pote, qui falſum alicui obiectū crimē
impoſuit,ex quo omnino læſa eſt fama,palinodiā cantet, vt
pote fama illi reſtituatur: eo maximè in ſacris initiatis pro-
cedit ac clericis,cùm ad id teneātur tanquā chriſtiani,& ve-
rè Dei cultū ac mandatū profitētes. Et eſt potior ſatisfactio,
quæ iniuriato præſtari poſſet. Nec obſtat, ſi ſanè obiiciatur
effici infamē cōtradicentē. Siquidē ex ipſa cōdēnatione ſola
in labē infamiæ incidit,vt cōſtat ex tex.& ibi Abb.in c.cū
te.de re iud.qui aſſeuerat illū tex.intelligendū eſſe etiā in cle
ricis ſecundū vnū intellectū:quod ipſe admitterē,ſiue contra
eū criminaliter,ſiue ciuiliter agatur, dānatū vtroq; modo a-
ctione iniuriarū infamiā incurrere cōſtat.ſicuti poſt gl.ini-
bi explicat Abb.col.j.Tametſi gl.in c.atſi cleri.de iud.in alia
ſit ſentētia,qui quidē intellectus & praxis,ad regiā conſtitu-
tionē,eſſet maxime rationi cōſentaneus,nihilominus in cō
traria eſt ſententia Boërij.cōſi.iiij.nu.40.Cuius ſentētiæ ſuf
fragatur,ꝙ ſicuti nobilis minimè tenetur palinodiā canere
ſeq; mentitū eſſe fateri. Sed vtiq; ſoluēdo ſolidos liberatur.
Pari ratione ſacris initiatus vti arg.optimo deſeruit gl.in l.
miles.ff.de re iud.Id ex profeſſo aſſeuerās militē celeſtis mi
litiæ æquiparari militi terreſtris militiæ, Quā eſſe cōmuni
conſenſu

Olim prohibitum fuit in Hiſpania allegare leges Cæſareas.

conſenſu approbatam profitetur Abb.per tex.inibi in c.j. de cler. ægrotan. quo fit clericum minimè eſſe hac regiæ legis pœna afficiendum: eo maximè quia contra clericũ ad emendam honorabilem agi nõ poteſt.c.in capite.ad fi.c.cler.& inibi gl.Card.Alex.50.diſ.& in c.j.& c.quęſitũ.& ibi gl.& Abb.

Decimoſexto ad examen regiæ cõſtitutionis,& illud pertinet in ver.*deſdigaſe*.Circa cuius enucleationẽ,dubiũ inſignè cenſeri ſolet,tametſi à nemine,quẽ viderim tactũ.Si mulier nobilitate decorata ignobili,ac plebeio nubat,an regiæ cõſtitutionis pœna locũ habeat,cùm & ipſa gaudere debeat, mariti cõditione:l.cùm te.l.vlt.ibi & ſentiat eius fulgorẽ. C. de nup.l.vlt.C.de incolis.lib.x.l.mulieres.de dignit.eod. lib.§. hæc itaq;.in auth.de conſulib.l.fœminæ. ff. de ſenat. Et adhuc vidua mariti cõditione potiri debet, Bar. Fulg. in l. vlt. C.de verb.ſig.§.nõ ſolùm.in auth.de nup.l.de emãcipatis. C. de leg.hær.gl.in l.iubemus.C. de erog.mil. annonæ.lib.xij. † Exiſtimo his vtcũq; vrgẽtibus in ſpecie l. regiæ hanc vxorẽ 26
nobilẽ plebeio,atq; infimæ cõditionis ductã minimè teneri palinodiã canere ex aurea Bal.doctrina,in l.cùm quædã puella.col.j.ver.ſed quid dicemus.ff.de iuriſd.om.iud.In dubium deducit Bal.an nobilis,quę nupſit populari,infimęq; cõditionis homini puniatur pœna populariũ,an verò nobiliũ.Et in ea ſpecie ita diffinit,aut legis vel ſtatuti ratio põderat naturã nobilitatis,aut accidẽs, ſi ſanè naturã põderat inſpiciẽdã eſſe originis qualitatẽ ex ratione tex. in l. tutelas.ff. de cap. dim.Sed in ſpecie praxis ac regiæ coſtitutionis,magis inſpicitur naturalis nobilitas,q̃ accidẽtalis,atq; ideo nõ tenebitur palinodiã canere,eò maximè,qa qualitas naturalis originis potiùs inſpiciẽda eſt,q̃ accidẽtalis.l.vlt.C.de his,q veniã ætatis impetra.Nec obſtãt ꝑ cõtraria adducta parte, quominus iſthic intellectus ꝓcedat,nec ratio illa iuris diffiniẽs, inſpiciẽdã eſſe qualitatẽ accidẽtalẽ, quam à maritio habet,veluti poſteriorẽ ex l.j.§.beſtias.ff.de poſtul.§.ceruos.Inſtit. de rer. diuiſi.Cùm ea quæ ex perſona viri cõſequitur,nõ eſt tãti momenti,ac põderis,quàm quæ ex genere.Ex Bart. loquente in dignitate,quam vxor ex marito nanciſcitur,in l.quod princ. ad fi.ff.de leg.ij.per tex.in l.j.& ij.ff.de offic.procõſul. Decius in l.ij.col.ff.de reg.iur.Felin.in c.ſuper eod.in ij. de teſtib.& iſthæc dignitas ex marito proueniens facilius amittitur, ex l.fœminæ.Et inibi gl.vltima,& Bal.ff. de ſenator.ex quo notat for

tat fortiora eſſe iura paterna, quàm mariti, Io. à Platea idem profeſſus in l. j. poſt princip. C. de dignit. lib. xij. deinde facilius amittuntur, quæ ex aliorum perſona, quàm quæ ex noſtra habemus. Bar. in l. quæ in bello. ff. de capt. & poſtlim. reuer. Quibus admodum exiſtimo in his regnis vxorem nobilem, ductam plebeio minimè teneri palinodiam canere, ſed ſoluendo quingentos ſolidos liberari. Ex his etiam, quæ congerit Alex. conſi. xxv. col. iij. verſic. ad iſtorum. vol. vij. Rurſus & ad regiæ conſtitutionis examen in verbo *deſdigaſe*, illud adnotandum eſt, quod maximo apice deſeruire videtur iudicantibus: vtpotè in modo infligendæ pœnæ in cauſa criminali: ſi lex verbis infamiam irrogantibus vſa fuerit, iudex legis tenorē adſtrictus eſt obſeruare, per eadē verba tametſi infamatoria, pœnam in ſentētia imponēdo. Nouiſsimè huic accedit ſentētię Geor. Lup. in l. viij. ti. iij. par. vij. in gl. ij. Itidē in l. xxv. tit. xviij. par. ij. nec vtique ſufficeret profiteri ſe non bene dixiſſe, ſed ſe mentitū fuiſſe. Nec in ſpecie regiæ cōſtitutionis, aliter in ſentētia exprimi debet, ſed legis vigore pœna eſt imponēda, vti cōſtat ex §. nam ſiquidē legis j. ff. ad Silanian. l. nō aliter. ff. de trāſac. At cum iſta forma verborum, quæ in regia cōſtitutione exprimitur ſubſtantialis vtiq; cenſeatur, per verbū, *desdig ſe*, pronūtiāda vtiq; eſt ſentētia, vt in ſimili explicat Bal. in l. cōparationes. C. de fide inſtr. eò maximè quia formæ digreſsio in aliā vtiq; formā totū actū vitiat. Vt arg. optimo deſeruire videtur tex. in l. Iulia. §. ſed etſi quis. ff. ad exhibendum, Bart. in l. Græcæ. §. illud. ff. de fideiuſſor. Iaſ. in l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub conditione factis, eò maximè quia naturalis illa qualitas condēnationis legalis, *deſdigaſe*, omitti minimè poteſt, & alia ſuppleri forma: quia eſt qualitas infamās, ſicut explicat Bal. de vſurario. verba faciens in rub. C. de vſu. Et eſt tex. in l. ſi ita quis. §. ſi. ff. de leg. ij. Potiſsimū cùm regia lex ignominiā cōdēnati vult cōſtare. Atq; ideo clarè & ſpecificè nitidéq; hoc debet exprimi. Minimè tamē ſufficeret, ſi obtruſo velato ſermone & fucato modo implicitè idem exprimatur. Siquidem ex hoc nō cōſtat clara legis diſpoſitio, vti cōſtat per not. ex Bal. in l. minoribus. C. de his quibus, vt indig. Cuius meminit Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. nu. 16. ff. de lib. & poſth. Et ſi cōtrà fieret minimè cenſeretur actū legis gerere Abb. in c. prudentiam. iiij. not. de offi. deleg. nec vtiq; iudex infamiā iniuriantis poſſet

tis poſſet euitare per alia verba, & eſt tex. ad id præſtantiſsimus in l.non poteſt.ff.de fur. Quod maximè cōducit ad regiam cōſtitutionē quæ agit de ſoluēdis ſeptenis vel quadruplo:quæ quidē nimis apud nos famā lædit. De qua meminit l.vj.ti.v.lib.iiij.fori.& l.j.tit.xij.lib.vj. in cōſtitutionibus or dinamēti.& in l.iiij.tit.iiij.lib.vij.ord.& pragmatica in conuentu Hiſpalenſi lata antiquioris impreſsionis fol.41.Tametſi † regulariter ſufficit ei qui iudicādi munus habet profer 27
ri.l.præſens.& l.cùm iudex.C.de ſent.& poſſunt proferri per alia verba æquipollēria.l.in ſumma.ff.de re iudi. & l.ſi quod tamen.§.ſi arbiter.ff.de arbi.l.ſi prætor.in princ.ff.de iud.verba condemno,& abſoluo: quippe quæ de ſolēnitate ſententiæ ſint.l.præſens.Poſtremò vt ad quæſt.à qua digreſsi ſumus,reuertamur,ex eadē regia ſanctione,quę de conuitiis puniēdis agit,tenebitur,vtiq; iniuriā irrogās palinodiā canere, ſéque mēritū fuiſſe fateri.Iuſtiſsimū quidē eſt famæ & honoris reſtitutionē fieri his,qui cōuitiis obiectis eius læſionē paſsi fuerint.Sicuti ex Theologis adnotat diuus Tho.ij.ij.q.lxij. art. ij.Archiep.Flor.ij.par.tit.ij.c.ij.§. iij. Et ex noſtris hāc profitetur ſententiā Hoſt.in ſum.de pœn.§. quibus.verſi.quid. de accuſat.Et aliqua his cōiecit Frāc.Auil.in procę.c.prætor.nu. 20.ad fi.Pro quibus extat tex.ad id præſtātiſsimus,in c. quiſquis.viij.q.j.c.inter ſolicitudines.de purgat.canon.adnotant doct.ex regula peccatū,de reg.iur. in vj. hoc admiſſo nō eſſe minorē,imò multò maiorē honoris & famæ,quàm rerū ſpoliationē,teſte Salomone Prouerb.22.aſſeuerante , Melius eſt nomē bonū,quàm multæ diuitiæ.Nam & honorū externorū maximus eſt honor,authore Ariſtot. iiij. Ethic.c.iij.c. deteriores.vj.q.j.Et nos nō ſemel adnotauimus in c.qui ſeipſum interfecit.Quòd ſi iniuria Deo illata ſit,quę ad hæreticę prauitatis Inquiſitores pertinet,oportet palinodiā canere adiurando iniuriā ac maledicentiā:diffiniūt doct.in c. vt officiū. de hæret.in vj.in princ.Et ni in ea ſpecie ſatisfecerit,fideiuſſoribus,relaxari nō poteſt,cùm ſit pœna corporis afflictiua, cùm ſit caſus vt ita dixerim,*de menos valer*,ex regia l. ij. tit.v. par.vij.Ex quo aliqua cōiiciēda ſunt huic rei maximè neceſſaria.Et primò Ioan. Anan. ſententia in c.j.de malefi.num. 5. Exiſtimātis irrogātē cōuitiū, ſeu cōtumeliā Card.eiſdē pœnis afficiēdū eſſe,quas pōtifex ſtatuit in c.felicis. de pœn.in vj.Idémque probat Felin. in c.non dubium. de ſent. excom.

Quibus

28 Quibus † & illa ratio adſtipulatur, quæ paſsim circũferri ſolet percuſsionis appellatione nõ ſolùm eam, quæ facto fit: ſed eam quæ verbis comprehẽdi, ex lata dictionis ſignificatione. Bar. & inibi doct. in l. aut facta. in princ. ff. de pœn. eò potiſsimũ cùm prædicta cõſtitutio fauorabilis ſit, & in Romanæ eccleſiæ eiúſq; miniſtrorum honorẽ ſancita. Mirum itaq; nõ eſt ſi hãc latã interpretationem aſſumat. Qua ratione ducti noſtræ claſsis viri exiſtimant iniuriã inferentes verbis cõtumelioſis, quibuſlibet clericis excõmunicati ſint ſententia canonis, ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. Cùm & ea conſtitutio, in totius cleri fauorẽ ab Innoc. fuerit ſancita. Ipſe tamen aliàs publicè legẽdi munere ſubeũdo nõ ſemel dãnandam vtiq; eſſe Ananiæ ſentẽtiã, nec iure poſſe ſubſtineri exiſtimaui. Nam licet verũ ſit, quòd verbũ percutere, cõprehendat verbalem iniuriã, quis audebit ex hoc inferre, quòd pœna grauis impoſita percutienti cõprehendat verbis iniuriam inferentem? Quanto minus credendum eſt Romanum Pontificem, qui tot & tam graues pœnas inflixerit inſequẽtibus hoſtiliter, vel percutientibus Cardinales voluiſſe eas omnes pati illum, qui ſolum verbis quantũuis cõtumelioſis Cardinales offenderit? Cùm verbalis iniuria quãtũuis grauis Cardinalis illata mitioribus pœnis & ſatis condignis poſsit ſufficienter emẽdari. Quam ſententiam improbatã eſſe video à doctiſsimo obſeruãtiſsimóq; Præſule Ioãne Bernardo Diaz

Ananiæ opinio refutatur.

29 de Luco, qui ob eius † ſummã integritatem ingentẽ. vberrimámq; doctrinã ſynceriſsimã eius fidẽ dum in ſplẽdiſsimo cõſilio indicæ ditionis, eſſet incorruptus & vt immobilis columna, ob ſynceriſsimã eius fidẽ & ſæpius exploratam à Cæſare ſelectus, eodémq; munere ſyncerè functus Callagurritanæ & Calciatenſi eccleſiis Præſul ab ipſo Cæſare deſignatus, tandem Romani Põtificis, & Cardinaliũ ſummo ſuffragio, vt Chriſtianæ reipublicæ eſſet maximũ ornamentũ Epiſcopi titul. inſignitur. Et paulò pòſt dum in eccleſia Calciatẽſi ageret, boni paſtoris officiũ, quẽadmodum coactus ad ſedandas hæreticorum ſectas, vnus è multis propter vitæ ſanctitatem ingentémq; vtriuſque iuris peritiã integrámq; eius fidem ad concilium ſupremum vocatus ſit. Is inquam hanc noſtram profitetur ſententiam in practica criminali. c. lx. quo in loco Felin. minimè retulit, atq; ab Anania diſceſsit. Supereſt Ananiæ rationi ſatisfacere. Siquidem quælibet conſtitutio pœnalis

nalis reſpectu criminis aut iniuriæ odioſa cēſenda eſt, ideóque reſtringenda: reſpectu perſonarum, quibus iniuria fit, fauorabilis eſt cenſenda ex gl. cōmuni conſenſu ſtabilita, in l. venia. C. de in ius voc. Ex Bal. in l. illud. col. iij. C. de ſacroſan. eccl. Quam eſſe cōmunem ſententiā profitetur Iaſ. in l. de ſucceſſo. col. ij. Abb. in c. nō dubiū. de ſent. excom. Quibus conſtat Pontificiā conſtitutionem, in c. ſi quis ſuadente. & iura ſimilia, quæ ob clericorū & Cardinaliū honorē pœnā irrogāt, percutientibus reſpectu illorū, quibus iniuria fit fauorē cōtinere. Atque ipſius iniuriæ reſpectu odioſa cenſetur, eáque ratione ad verbalem iniuriam non ſunt prædictæ conſtitutiones deducendæ. Ex quo omnino explodendam eſſe rationem Ananiæ conſtat. Et denique contra Ananiam adſtipulatur, quòd Aymon ſcripſit conſi. vj. col. j. dicens minimè eſſe crimen læſæ maieſtatis in principem, verba iniurioſa dicere: ſicuti argum. optimo deſeruit tex. in l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt. Diuerſa ſiquidem hæc duo ſunt, cùm à Iuſtiniano ipſo Imperatore diuerſis vtique titulis explicetur. C. ad leg. Iul. maieſt. & in rub. C. ſi quis Imperatori maledixerit. quibus conſtat damnationem mereri Ananiæ ſententiam.

S V M M A R I V M.

1 *Varia traditur obſeruatio, apud diuerſa tribunalia in computatione ſolidorum. quibus conuitiator mulctandus eſt, ex l. ij. tit. ix. lib. viij. ord. itidem num. 9.*

2 *Auri libram duodecim vnciis conſtare, & ſeptuaginta duobus aureis ſolidis.*

3 *Solidum minimè ex eo dictum fuiſſe, quia ex ſolido & puro auro excuſus foret. ſed ex eo, quia nihil illi deerat, ex linguæ Latinæ limatis authoribus dubio procul conſtat.*

4 *Regales ſolidos appellari conſtitutiſſimum eſt.*

5 *Auri valorem, & ſolidi æſtimationem fuiſſe eiuſdem ponderis, & inibi de boue moneta antiquiſſima quæ eiuſdem valoris quàm ducatus aureus fuit.*

6 *Aureum veterem, à ſolido codicis Iuſtin. differre, & non fuiſſe eiuſdem æſtimationis, aurei valorem, & ſolidi æſtimationem ſerioſe explicatur, & iterum num. 9.*

7 *Quinque ſolidos eſſe eiuſdem æſtimationis, quàm ſex morapetinos, noſtræ tempeſtatis declaratur.*

8 *Solidorum numus antiquiſſimus centum & tres aureis æſtimatur, ex regiis conſtitutionibus.*

Vendica

10 *Vendicatio quingentorum ſolidorum, ſítne ad ſolidos aureos vel ad æreos referenda, diſcutitur.*
11 *Quid cauſæ ſit quare dicatur* (ſegun Fuero de Eſpaña) *vendicatio quingentorum ſolidorum, præter alios explicatur.*
12 *Solidum aureum par pondus habuiſſe cum Caſtellano.*
13 *Donationem excedentem quingentos ſolidos morapetinos vel aureos inſinuandam eſſe.*
14 *Morapetinum, varia monetarum genera comprehendere.*
15 *Morapetinum aureum valuiſſe decem morapetinos noſtræ tempeſtatis explicatur, & idem eſſe quòd morapetini boni.*
16 *Morapetinum bonū, & Alfonſi regis, exploſa Didac. à Couar. ſententia, non eſſe eundem diſcutitur.*
17 *Aureum morapetinum qui tempore regis Alfonſi tractabatur, octo ſolidorum, & trium denariorum eſſe æſtimationis.*
18 *Ob conuitium illatum condemnato, ad trecentos ſolidos, minime ſufficere fideiuſſores, pignoráue dare.*
19 *Calore iracundiæ ob conuitia obiecta, minimè teneri palinodiam canere.*
20 *Quid etiam ſi per linguæ lapſum, meretricis nomen obiecerit ad idem teneatur.*

Adhuc inquiritur, de æreis ſolidis, quibus conuitiator mulctandus eſt, circa regiam conſtitutionem. tit. ix. lib. viij. ordinatio. regalium. Cap. II.

1 Vt ad propoſitam quæſtionem reuertamur, ex eadem regia ſanctione, quæ de conuitiis puniendis agit, etiam colligitur, in illis verbis. *E peche trezientos ſueldos.* Et obiter adnotandum eſt ad æreos ſolidos, quibus conuitiator ex ea l. multandus eſt. Siquidē varia traditur obſeruatio apud diuerſa tribunalia. Quidam enim iudices morem propriæ regionis ſecuti, quēlibet ſolidū, duobus quadrātibus exiſtimāt. Et vt vulgò paſsim appellant, marauedis. alij vtpote iudices ſupremi regij prætorij, ſolidū parē eſſe cenſent quatuor quadrantibus. Quo fit valde incertā eſſe horū ſolidorū cōputationem: tametſi nouiſsimè Didac. à Couarr. S. Dominici Archiepiſc. Deſignatus, non modicæ æſtimationis apud omnes in vtraque cenſura, miro vt ipſe præditus eſt ingenio ac eruditione ſingulari, lib. j. Variarum Reſol. c. xj. ex linguæ Latinæ

tiæ bene peritiſsimis,& iuris ſanctionibus, horum ſolidorum & aureum valorem,morapetinorum etiam de quibus in pluribus huius regni conſtitutionibus paſsim circunferri ſolet,ad verum examen,& Regiarum conſtitutionum intellectum reducit. Et poſt eum Dominus Licẽtiatus Otalorare & fama vbique inſignis, olim in hoc totius orbis celebratiſsimo collegio collegi, ab omnibus, ſed à me præ cæteris æſtimandus,in Pinciano prætorio auditoris meritiſsimi munus exercens.lib.de nobilit.ij.par, ciiij. num, 12, ſingulari,vt ipſe prȩditus eſt induſtria,ac præ inſigni eruditione,quaſi ab ſtipite ſeu fonte,in concordiam diſcordata reducit, & ab exteris ignorantiæ nebulis pacem deſidentibus iuribus affert,& in compendium.intellectum regiarum conſtitutionum reducit. Et quamuis noſter labor poſt tot egregios authores in horum ſolidorum computatione minimè neceſſarius quibuſdam eſſe videatur,tamen quia in ea extricanda viri diligentiſsimi in varias ierunt ſententias, tum etiam,quia iſthæc computatio ſolidorum eſt plena ſentibus & ſpinis, in ea conabimur, quid ferre valeant humeri ingeniiq; vires,ſugendo lac de Petra,oleum de ſaxo duriſsimo, roſas & lilia inter ſpinas. Et (vt ita dixerim) reliquias fragmentorum poſt terga metentium,quibuſdam depoſitis aſſertionibus huius quæſtionis nodum pro viribus explicabimus. Omittendum non eſt, quiſnam ſit valor horum ſolidorum. Siquidem in eius computatione doct. ita diſsident & diſceptant,vt facilius Nili fontes,quàm huius rei exitum inuenire poſſent. Vt à capite ad calcem iſthæc quæſtio declaretur,variè quidem in iure Cæſareo,Pontificióq; ſolidorum numus ſumitur. Quidam ſunt ſolidi aurei,de quibus meminit Imperator in l.quoties.C.de ſuſcepr.& Archa.lib.xj. vbi ſcribit libram auri duodecim vnciis conſtare, & ſeptuaginta duobus aureis ſolidis. De † quo ſolido Bud.meminit lib. 2 v.de aſſe. Et Alciat.lib.xi.C.col.ij.idem Iſidorus ſcribit, dicens,ſolidum dici ſextulam apud Latinos,quod ſexta ſit vnciæ pars,vti diffinitum extat ex præcitata l.quoties. Et ante hos,huius ſententię authores habeo Bar.Plat.Luc.& Pen.inibi. Abb.& Felin.in c.conquerente de offic.ordin. Habebátq; grana 96.vti ex Alcia.Iſid.Bud.his in locis quibus antea meminimus cõſtat. Quibus & pleriq; alij acceſſere,inter quos & Georg.Agric.lib.ij.de pondere & tẽperatura monetarum,

Dominus Otaloracõ mi laudatur.

Numi varia acceptio in iure Cæſareo & Pontificio.

Alciat.lib.iij.diſpunct. c. ix. Ex noſtræ tempeſtatis hominibus Didac.à Couar.c.iij.de veterum collatione numiſmatũ. num.3.Nic.Boër.deciſ.cccxxvij.num.1.Quorum aureorum ſeptuaginta duo libram auri Romanam faciebant, hoc eſt, duodecim vnciarum.Quo fit iure Cæſarum antiquo,ſeptuaginta & duos aureos libram facere,ex gl.in auth. de defenſ. ciuit.§.& iudicare.in glo.ij.collatio.ij. Cui ſimilis glo.eſt in verbo,vel viginti.in l.quicunque.C.de ſeruis fugit. Et inibi Bald.& Salic.expreſsim adnotant.Itidem Bal.in præcitata l. quotieſcunque.verbo,aut.& in l. id eſt. de dolo.& in l.fin.C. commun.de leg.glo.etiam in l.in eum.de in ius voc.& in §. omnium autem. Inſtit.de pœ. temerè litig.& in rubr. C.de vet.numiſm.poteſt.lib.xj.Boër.loco præcitato,libra verò argenti valet decẽ aureos.l.j.& ibi Platea. C. de auri & argen. illat. lib. x. & in d. l. quoties. Secundò principaliter eodem iure diſputari poterit, quòd frequenter in horum ſolidorum numerum controuerſia incidit, ſolidos à ſoliditate dici.Siquidem de ſolido,& puriſsimo auro fiebant, ſicuti in ea ſpecie ſcribit glo.Accurſ.miris laudibus,à doctoribus commendata in l.j.C.de vet. numiſm.poteſt. De quibus fit mentio apud Imper. in l.j.& ij.& iij.eiuſdem tit.& in §.fin.inſtit. de pœna temerè lit. Et ex Neotericis tempeſtatis hominibus,ea in re idem æſtimauère Nicol.Boër.in deciſ. cccxxvij.
8 num.1. Quorum † ſententia omnino exploſa, ipſe contrarium exiſtimo veritati magis fauere,cùm & ſolidus,non ex eo dicitur,quòd ex puriſsimo auro fieret,ſed ex eo quòd nihil illi deeſſe videatur. Solidum enim antiqui patres integrum dicebant,teſte Iſid.eo in loco,cuius & antea meminimus.Et probat tex.in l.ergo.§.credito.ff.de fideiuſ.commiſ. libertatibus. Nec deſunt authores de lingua Latina bene meriti,qui idem exiſtimẽt. Siquidem Voluſius Mitianus libro,quem publicum fecit de aſſe,libram integram ſolidum appellat.Prima(inquit) diuiſio ſolidi,id eſt libræ. Idem exiſtimat Nebriſſenſis in Lexicon iuris ciuilis. Et Horat. ea in re fideliſsimus teſtis eſt Epiſtolarum lib.1.dum cecinit.

Aut partem ſolido demere de die,

Ex quibus iam ſatis cõſtat,non ex eo dictum fuiſſe ſolidum, quia de ſolido & puro auro excuſus fuerit, vt falsò exiſtimare videtur gl.& hi,de quibus ante meminimus.Et ex nouioribus huic ſententiæ accedit Didac.à Couar.loco præcitato.

nu.4 probans aureos veteres & ſolidos frequentiſsimè percuſos fuiſſe ex auro mixto, non ex puro. Tertiò,†ab eodem fonte deriuatur,ſolidos in iure regales appellari,ſicuti diffinitum eſt ex c.fin.de rer.permut. Vbi mutato nomine ſolidi regales appellat. Et Imperator de his verba facit, in §.nos autem.Inſtit.de Tertul.rutore.Et in c.conquerente.de offic. ordin.Et inibi Abb.& Felin.poſt pleroſq; alios.gl.in l.ij. C. de ſport.Cui ſimilis eſt in l.fundi.C.commun.deleg. Quo in loco & Bal.idem exiſtimat.Itidem in l.quicunque.C.de ſer. fugit.ad finem.Et ibi Salic.glo.& paſsim doctores in c.ij.de maled.& in cap.fin.de decim.& in l.fin.ff.de in ius vocando. Et huius ſententiæ authores habeo Bald. in l. illud. colum. vlt. C.de ſacroſanct. eccleſ. Cyn. in l.pen. C.de donat. Salic. in l.j.C.vt infra certum tempus.& in l.ſuper chirographum. C.ſi certum petatur.Ang.in l.ſancimus.in princ.de donatio. C.Pau.in l.fin.C.commun.deleg.& omnium diligentiſsimè Socin.conſil.viij.in prima conſultatione.verſic. circa ſecundam. vol.j.Itidem conſil.xj. eiuſdem volum. Alexan. conſil. iiij. volum. j. Nec deſunt Canonicæ philoſophiæ authores, qui huic accedant ſententiæ, inter quos & Io.Andr. ad Spec. tit. de inſtrum.edit.§.porrò.ad finem.Ioan.Anna. poſt Abb. in c.nulli.col.ij.de Iudæis. Quibus in locis, nec admodum inuiti plerique alij acceſſere. Cæterùm ſolidi æſtimatio & aurei valor,tam apud Iuriſconſultos quàm Imperatores,regiáſque conſtitutiones non fuit ſemper eiuſdem ponderis, nec eiuſdem bonitatis. De aureo ſanè quidam opinantur eum numum pondere ſimilem fuiſſe ſolido: atq; idem exiſtimat Aemilius Ferretus,Inſtit.de pœn.temere litig. ad fin. Et Anto. Auguſt. lib.ij. emendat. cap. ix. & nouiſsimè huic accedit ſententiæ Io.Otalora in ſuo inquam eleganti opere quod de nobilitate Hiſpana publicum fecit, par. ij. c. iiij. ſcribens ſolidum & aureum idem eſſe, ex tex.in l.quoties. prrecitata. Ex qua cõſtitutiſsimum eſt nummũ aureum qui ſolidus dictus e ,ſextã fuiſſe vnciæ partem. Secundò iſthæc ſententia conueſtiri poſſet ex l.ſi verò.§.prætor ait. ff.de his qui deiec. vel effud. quo in loco pœna decem ſolidorum ſtatuta eſt iure pandectarum, & paulò pòſt per Imperatorem Iuſtinianum expreſsim nomine, decem aureorum traditur in §.item is.verſic.cui ſimilis eſt.Inſtit.de oblig.quę ex quaſi delict.naſc. Ex quo duo procul dubiò colligũtur.†Quorum 5

4 *Solidi à iure regales appellati.*

primum eſt, apud Iuriſconſultos ſolidorũ mentionem fieri, quod etiam colligitur ex l. quia vulgò, ff. de ædil. edic. Secundum id quod promiſcuè à Iuriſconſultis & Imperatore ſolidos accipi & aureos, & idem omnino eſſe. Et vt obiter agam, bos intelligitur pro eo genere monetæ, quam hodie ducatum vulgò vocitamus. Sicuti diffinitum eſt ex Home. lib. 23. Iliad. ex Latina tranſlatione.

Huic quidem vincenti magnum tripodem igni accommodatum.
Hunc autem duodecim boum precio inter ſe appreciauerunt Achiui.

Huic ſententiæ concinit Didymus Homeri interpres lib. 2. Iliad. & Andreas Diuus Iuſtinopolitanus lib. 6. Iliad. ita vertit ad verbum.

Aurea æris, Centum ducatorum, nouem ducatorum.

Bouem autem valuiſſe duabus drachmis Atticis, vnde fuiſſe qui crederent hoc numiſma Deliorum fuiſſe proprium, non Athenienſium. Et ex Draconis legibus extat mentio de pendendis decem bubus, quod eſt decem numis. Sicuti exiſtimat Iullius Pollux Naucratites Onomaſtichon ad Commodum, libr. 9. cap. 6. Plutarchus in Theſæo. Plin. libr. 18. cap. 3. Idem Plutarchus in publicola, eſt in Problematis c. 39. Et vt quo abij redeam, de ſolido agens, tertiò ſuffragatur l. vnica. C. de collat. lib. x. vbi quilibet aureus ſolidus æſtimatur, Antonio Auguſt. authore, centum viginti ſeſtertiis. At ſi ſolidus eſſet minoris ponderis quàm aureus, non eſſet veroſimile pluris eum æſtimari, cùm centum ſeſtertiis aureus fuerit æſtimatus. Quo fit cùm conſtet de ſolidi pondere, idem pondus habuiſſe aureum. Quod etiam conſtat ex §. vlt. Inſtit. de pœna temerè litig. vbi pœna à Iuriſconſultis aureorum 50. ſtatuta in l. ſi libertus. ff. de in ius voc. quinquaginta ſolidorum nomine expreſsit. Quartò, ſuffragari videtur authoritas Accurſ. Bart. & doct. frequentius in præcitata l. quoties, & in l. quicunque, C. de ſeru. fugit. Abb. & Fel. & paſsim doct. in c. conquerente, de offic. ordin. Ex quibus communi conſenſu deciſum extat iuriſconſultorũ aureum & ſolidum Iuſtiniani, eiuſdem ponderis ac æſtimationis fuiſſe. Cæterùm in quibuſdam regiis conſtitutionibus mentio ſolidorum fit, in his caſibus in quibus aureorum nomen exponitur apud Iuriſconſultos, de quibus meminit l. iij. §. j. & ij. ff. de ſepulchro violato, apud regias conſtitutiones ſolidi

lidi nominantur,in l.j.&l.ij.tit.xviij.lib.iiij.fori.Idque conſtat à ſolido aureum non differre nec pondere, nec vtique eius valore,ſicut conſtat ex l.vij.tit. xiij. par.j. vbi aduerſus occidentem epiſcopum ſub certo numero ſolidorum pœna ſtatuta eſt,videtur ſub eodem aureorum nomine iure communi definiri pro eius criminis pœna.c. qui ſubdiaconum. xiij.q.iiij.Satiſque probabile eſt doctiſsimos illos viros, qui extremam partitarum operi dedére operã,exiſtimaſſe, penſatis vndiquaque æſtimationibus, valoris eiuſdem aureum ac ſolidum fuiſſe,idque per pleraque id genus alia validiſsimis argumentis comprobat Ioan.Arce à Otalora loco præcitato.num. 13. Verùm enimuerò, tametſi iſthæc ſententia pluribus fulciatur fundamentis, nihilominus ex contrario aliis viſum eſt,aureum veterem à ſolido Codicis Inſtiniani differre.Sicuti Guliel. Budæus de lingua Latina bene meritus lib.iij.itidẽ lib.v.de aſſe.Georg.Agric.lib.ij.de pondere & † temperamento monetæ.Cui accedit ſententiæ Leonar. 6 Portius lib.j.de monetis,&ponderibus,& nouiſsimè Alcia. lib. iij.diſpunct.c.ix.explicat:vtpotè aureus ſit ſexcuplo maior pondere ipſo quidem ſolido: quo fit quatuor aureos vnciam efficere,ſicuti hac in ſpecie profitetur miro vt ipſe prędìtus eſt ingenio Didac. à Couar. Archiepiſcopo S. Dominici deſignatus in ſuo eleganti opere,quem de veterum collatione numiſmatum publicum fecit.c.iij.§.j. per pleraq; id genus alia comprobans ex Cornelio Tacito, ex Plinio, ex Tranquillo,aliiſq; authoribus aureum à ſolido pondere differre. Reſtat rationibus quæ pro contraria ſententia fuerunt adductæ, ſatisfacere. Et primò minimo apice deſeruire videtur lex.quoties.C.de ſuſceptor.& Archa. præcit.quæ quidem edita fuit à Valentiniano,& Valente Cæſaribus,vti conſtat ex lib.xij.C.Theodoſiani. tit.vj. Quo tempore, aureus,vel ſolidus diminutus iam erat pondere maximè à veteri diſsimilis:quippe qui ſexta eſſet vnciæ pars. Nec igitur quicquam hanc opinionem diuellit,quod ſolidus ſexta vnciæ pars cenſeatur inibi,ſicuti Iſid.& plerique alij ſcripſere. Nec itidem obſtát ab Anto. Auguſt.collecta ex l. vnica.C.de collat.æris.lib.xij.vbi Ant.Auguſt.exiſtimat ſolidũ eius fuiſſe ponderis,cuius fuerat aureus: cùm tamen pluris ſit valoris,pluriſq; æſtimetur. Cuius l.inductio, ſi vtamur lectione, qua d.l.vnica legitur in C.Theodoſ.lib.xj.tit.xxij.l.ij. cuius

Reſpondet ad contraria.

verba ſunt. Aeris pretia, quæ à prouincialibus poſtulantur ita exigi volumus vt pro vigintiquinque libris æris ſolidus à poſſeſſore reddatur data, &c. Ex qua conſtat vnum ſolidum iuſta Anto. Auguſt.ratione, aureum æſtimari centum quinquaginta ſextertiis. Denique trigintaſeptem denariis. Quam quidem æſtimationem maximè iniquam eſſe ſatis conſtat: nec aureum ſolidum æſtimatum vnquam fuiſſe, vtpote trigintaſeptem argenti denarios valuerit, nec id approbant Budeus, Alcia. Leonar. Portius, Agric. Cæterùm quòd aureus olim habuerit hanc æſtimationem, centum ſeſtertiorum, aut denariorum vigintiquinque, id perquàm maximè tradidere Bud. Alcia. Geor. Agric. & alij plerique hanc rem tractantes. Ex quo conſtat, ſolidos Iuſtin. nec ad aureos veterum Roman. referendos eſſe, ſed vtique ad ſolidos vngaricos argẽteos, qui authoritate regis Vngariæ percuſi fuere, atque ideo in d.c.vlt. ſolidi regales dicuntur. Et ideo lectorem admonitum eſſe velim eos numos non eſſe veteres Romanorum, nec Imperatorum authoritate percuſos.

Solidi auri æſtimatio.

Ex quo conſtat ſolidos, de quibus in cap. inter cætera x. quæſt.iij. qui loquitur de duobus ſolidis ab epiſcopo exigẽdis pro iure cathedratici, intellexiſſe de ſolidis aſſuetis, quibus eo tempore Romani, apud quos ſummum agebat pontificem, vtebantur. Hinc & illud eſt, ſi omnia adamuſsim declarentur tex. in c. conquerente de officio ord. loquens de ſolidis ſolidos illos pares eſſe & ſimiles aureis, & ſolidis Iuſtiniani, ſicuti expreſsim adnotat gl. in c. placuit. x. quæſt. iij.

Ca. Inter cætera.

Ex quo illud conſtitutiſsimũ eſt ex foro juzgo lib. vij. c. vlt. & lib. iij. tit. iiij. de ſolido aureo Romanorum eſſe intelligendum, quo tempore ac poſtea reges Gotthorum vtebantur propriis legibus, ſolido aureo Romanorũ. Poſtremò vti ex regiis conſtitutionibus conſtat, in quibus ſanè ſæpenumero de ſolidis mentio fit, variè quidem in his legibus ſolidus accipitur, ſicuti ex illarum tenore conſtat: vt pote paulò antea mentionem fecimus de ſolido in foro Iuzgo apud quem mentio fit. Alij ſunt ſolidi, de quibus fit mentio à rege Alfonſo vndecimo, cuius legibus conſtat quemlibet ſolidum eſſe minoris ponderis ac æſtimationis quintæ partis, quam morapetinum communem, qui ea tempeſtate currebat, ſicuti conſtat ex l. xj. & xix. tit. x. lib. vij. in ordinatio. regalibus. & in l. xxij. & xxx. & xxxij. in cõſtitutionibus,

Solidi regis Alphonſi.

quæ

quas in conuentu Complutenſi fecit Rex Alfonſus vndecimus, *à lera de mil y trezentos y ochenta y ſeys.* Ex quibus quidem conſtat quatuor morapetinos eiuſdem eſſe æſtimationis, quam quinque ſolidos idque per plura probat Didacus à Couarr. c. v. numero 7. loco cuius † & antea mentionem fecimus, exiſtimans quinque ſolidos eiuſdem eſſe æſtimationis, quam ſex morapetinos noſtræ tempeſtatis. Quam obrem infertur primò, morapetinum Alfonſi regis & legum latoris æqualem eſſe quo ad valorem veteri Romanorum ſeſtertio. Idē exiſtimat Doctor Vincen. arias & Montaluus in l. j. tit. iij. & l. j. tit. v. lib. ij. fori. itidem Montalu. in repertorio, ad regias conſtitutiones, verbo ſolidus, id vnum addens, ſolidum bonum vti paſsim leges regiæ loquūtur fuiſſe æſtimationis octo morapetinorum de moneta vieja. Et ſecundum eius computationem hac noſtra tempeſtate eſſet æſtimationis duodecim morapetinorum. Idque probatur ex lege Alfonſi vndecimi. in l. xj. titul. xj. lib. iiij. ord. ex l. xix. in ordinat. regalibus. Ex quibus ſanè minimè conſtat ipſius ſententia. Ipſe tamen exiſtimo hos ſolidos qui æſtimantur duodecim denarij, & appellabantur *Sueldos buenos,* ob eam cauſam appellatos. Si quidem alij erant non tanti æſtimationis, idque conſtat ex adductis per Didacum à Couarru. lo co cuius paulò ante mentionem fecimus. De veterum collatione numiſmatum. c. v. numero 7. folio 35. Si ad amuſsim omnia, quæ hoc in capite tradita fuere, examinentur maximè conuenit expedire illud. 7

8 Fuit † etiam ſolidorum numus antiquiſsimus, ſicuti explicat Montaluus in l. tit. v. lib. ij. fori, qui quidē aureus erat, æſtimabatúrq; centum & tribus aureis. De quibus ſanè meminit tex. in l. xviij. tit. j. lib. ij. foro juzgo. Ex Celſo in ſuo re pertorio in verbo ſueldos. Præter hæc fuit alia ſolidorū cōputatio, vt diffinitū extat in l. iiij. tit. xvij. lib. iiij. fori inibi tamen *quinientos ſueldos de ſus bienes.* Vbi homicida quingentis ſolidis condēnatur tametſi valor ſolidorum ſit expreſſus, in l. xj. & xix. tit. xj. lib. iiij. ordinatio. regali. Nihilominus in pœna homicidij eorū valor mutatus eſt ex l. cxlj. ſtyli inibi. *Trezientos y quarēta marauedis, q̄ an vſado lleuar.* Et nouiſsimo iure 600. morapetini exigūtur pro homicidij pœna ſicuti cōſtat. *En el aranzel real.* q̄d incipit. del homezillo. His ita præſcriptis ſupereſt eorūdem ſolidorū ſpeciē, † ac diſtinctionem 9

exponere,& quod in hac noſtra ſpecie attinet, fuit etiã alia ſpecies ſolidorum ex ære conflatorum,de quibus æreis ſolidis loquitur text. regiáque conſtitutio paulò antea citata l. ij.tit.ix.lib.iij. ordi. Quibus quingentis ſolidis conuitiator illa lege mulctandus eſt,cuius diſpoſitionis varia traditur apud diuerſa tribunalia obſeruatio. Siquidem iudices quidam morem proprię regionis ſecuti,quēlibet ſolidum duobus æſtimant quadrantibus, quos vulgus circunferre ſolet marauedis. Alij verò & frequentius ſupremi & regij prætorij iudices (quos *Alcaldes de corte* vulgus appellat) quatuor quadrantibus ſeu dupondiis ſolidum parem eſſe cenſent. Hi nempe ſolidi ærei ſecũdum Montaluum,dicebantur ſolidi Burgalēſes. De quibus ſane ſecũdum eum loquitur text. in l.j.titu. *De los Eſcrivanos*, lib.j.fori.l.j.titu.v.lib.ij.fori. Et vnuſquiſque ipſorum denariis duodecim æſtimabatur : ex quibus denariis decem dicunt hodie morapetinum confici: Siquidem denarius ex ſex (quas vocant *meajas*) conſtabat: quarum ſexaginta conficiebant morapetinum, cũ is ex ſex (quos dicunt *Cornados*) conſtet. Quorum quodlibet decem *meajas* continet. Et dicta conſtitutio regia quæ de conuitiis agit orta fuit ex l.ij.tit.iij.lib.iiij.ordi. & ex l.j. & iij.titu.v. lib.iiij.fori. Et hanc ſententiam nouiſsimè profitetur licentiatus Otalora loco præcitato.num.13.fol.22.col.ij. Tametſi in cõputatione horum ſolidorũ diſcedat Dida. à Couarru. c.v.nu.7.eo loco cuius & anteà mentionem fecimus. Ex quo deducitur computationē horũ ſolidorum generalem fuiſſe variè ac diuerſe ſecundum ipſius materiam ac regionũ morem,& conſuetudinem accipi.

Denarius.

Vendicatio 500. ſoli.

Poſtremò vendicatio quingentorum ſolidorum,quæ competit nobilibus, ſítne ad ſolidos aureos, qui caſtellanorum pondus obtinebant, vel ad alios antiquiores, qui centum tribus aureis conflabantur,
10 vel ſanè † ad æreos ſeu Burgalēſes,quorum varius & incertus eſt valor. In quo dubio tametſi inuitus exiſtimat Ioan. Otalora loco præcitato intelligi de ſolidis illis, de quibus text.loquitur,in l.xj. & in l.ix.tit. *De las encartaciones*,lib.iiij. ordinan. Vbi nobili imponitur pœna trecentorum ſolidorum, qui æſtimantur ducentis & quadraginta morapetinis. Itidem lex xix. explicat nobilem puniendum eſſe quinque ſolidis, qui æſtimantur iiij. morapetinis. Sítne hæc ſolidi aurei vel ærei adhuc dubium eſt: tametſi leges regiæ expli

cant

cant quingentos ſolidos, quatuor centum morapetinis æſtimari. Ex quibus ſanè conſtat valor horum ſolidorum, ſicuti exiſtimat D. Licentiatus Otalora vbi ſupra. Atque ideo fuit ſolidorum æſtimatio varia, in præcitata l.xj.titu.xix.tit. *De las encartationes*, libr. iiij. ordinan. *Adonde ſe dize que ſi el hijo dalgo tomare por fuerça de lo ſalariego, o abadengo, oredendo, o behetria, buey, o baca, o carnero, &c. Pague por pena trezientos ſueldos, que ſon dozientos y quarenta marauedis*. Et in d.l.xix. præcitata diffinitur quòd in aliis pœnis teneatur ſoluere quinque ſolidos, qui connumerantur quatuor morapetinis. Quo fit vt vindicatio quingentorum ſolidorum, quæ competit nobilibus. *Segun fuero de Eſpaña*, debeat ſanè intelligi de ſolidis, quos cudi fecit rex Alphonſus. Cæterum ſi in dubium reuocetur quid cauſæ ſit, quare dicatur. *Segun fuero de Eſpaña*. illa vendicatio quingentorum ſolidorum non fuit introducta per legem. *Si no por fuero*, ſicuti conſtat in l.lxxxv.& l.cxxxj.ſtili. *y fuero dize la ley*, vj. tit.ij.part.j. *Es coſa en que ſe encierran an vſo y coſtumbre, y aßi fuero de Eſpaña es vſo y coſtumbre que en ella ha habido, y deſte fuero les vino à los hijos dalgo el derecho de vengar los quinientos ſueldos, y otros derechos priuilegios y eſſenciones, que tienen*. Et huic ſententiæ ſubſcripſit nouiſsimè Ioannes Otalora in lib.de nobilitate Hiſpaniæ.ij.part.cap.iiij.fol.25.num.11. Pro qua recepta ſententia vltra doctores aſtipulatur text.in l.ij.titu. *De las prendas*, lib. iij.fori quæ incipit, *Si el cauallero deue algo al franco, o a otro home de rua, por aquella deuda, ni por otra coſa del mundo, no trabe ala beſtia, que caualgare, ni de las riendas, y ſi lo fiziere preſte quinientos ſueldos de calumnia, dozientos y cinquenta ſueldos ſean por el rey: E los otros dozientes y cinquenta ſean para el cauallero, por la deſhonrra que auia recebido*. Pro qua ratione extat regia l.xj.titu.xj.libr.iiij.in ordinatio.regalibus. Quo in locomentio fit legis regis Alphonſi vndecimi, conditæ Compluti æra de 1386. Vbi ita ſcriptum reliquit, *por fuerça pague trezientos ſueldos, ſi fuere lo que tomare de labradores. Et ſi fuere de hijos dalgo, quinientos ſueldos*. His omnibus adſtipulatur.l. foro iuzgo lib viij.titu.iiij.quæ incipit, *ſi algun home ha buey brauo, donde eſtimando ſe los daños hechos por animales. y las muertes de hombres en ciertas cantidades, en la del home de honrra dize que peche el ſeñor del animal quinientos ſueldos por el homezilo*. Et his omnibus nec admodum inuitè ſuffragan-

Segũ fuero deſpaña.

tur, quæ ſcripſit Rhenanus libr.ij. de rebus Alemanicis, &
præcitatæ leges ſtyli.lxxxv. & l.cxxxj. Quibus conſtat, *que
el que iniuriaſſe de palabra al home hijo dalgo, ha de pagar qui-*
11 *nientes ſueldos, aunque las iniurias hechas à otros† hombres que no
ſean hijos dalgo no tienen tanta pena. Y la cauſa y razon porque
dizen en Caſtilla, Hidalgo de vengar quinientos ſueldos, ſegun fue-
ro de Eſpaña. Es la ſobredicha, porque à los Hidalgos por ſu no-
bleza les compete eſte derecho, ſpecial deſtimar y pedir ſus iniu-
rias, por quinientos ſueldos.* Cæterùm illud quæritur, ſi om-
nia ad amuſsim declarentur, donationem excedentem tre-
centos ſolidos olim, hac noſtra tempeſtate quingentos, in-
ſinuari debere. De qua meminit text. in l.ſancimus.C.de do-
natio.& in §.alij inſtitut.eodem titu.& l.ſi quis pro redem-
ptione.§. cæteris.C.de donatione regia l.ix.titulo iiij.part.
v.Baldus in l.illud.C.de ſacroſanctis eccleſ. Itidem in l.fin.
C.de iure dotium. Quibus nec admodum inuiti plerique
alij ſubſcripſere, inter quos Mari. Socin. Iuni.conſilio lxix.
nu.37. Et rurſus conſ.lxxvij.num.15.lib.j. & conſilio lxvij.
num.18.Itidem conſilio cxviij.nu.2.volum.ij. Franc.Aretin.
conſ.lxxvij.Carol.Ruy.conſil.clix.nu.6.Et rurſus 15.vol.iiij.
Io.Lupi.in repet.rub.de donat.inter.§.xvij.nu.6.Ant.de Ca-
nario, huic accedit ſententiæ in tract. de inſinuatio.in j.& ij.
part.num.1.Guido Papa conſilio lvij. Et rurſus in deciſione
cccxxv.Ioan.Igne.in authen.ex cauſa.numero 207.C.de lib.
præte.Ioan.Beſſa in conſuet. Alberniæ.cap.xv. articulo xlij.
Paul. Pariſi.ſerioſe id explicat conſilio xxv.num. 52.Itidem
conſil.lxix.nu.93.volum.iij.Ioan. Bartholome. Deſcharam-
pis in conſil.iij.num.6.inter conſil. Albe. Brun. Andr.Tiraq.
in ll.conub.gl.iiij.nu.10.& in gl.v.nu.32.& 34.itidem in gl.
vj.nu. 177. & 272. Aymon publici in gl.ad præcitatas con-
ſuet.Alberniæ art.xlij.Didac.à Couarruuias lib.j.variarum.
cap. xj.numero 3. exiſtimat pondus cuiuslibet ſolidi aurei
eſſe ſextulam partem vnciæ Romanæ haberéque lxix. gra-
na vti ex Alciato & Yſidoro deducitur, quos ipſe allegat lo-
co præcitato. Et præter inibi citatos idem exiſtimat Bart.
in rub.de vete.numiſma. poteſtate, & in l.quoties.C.de ſu-
ſcept.& Archa.libr.xij. Chaſſan.in conſuetud. Burgund.tit.
des iuſtices.rub.j.§.vij.fol.76.col. iiij.nu.1.Alex.in conſ.iiij.
num.9.volu.j.Alhertus Brun. in tract. de augmento in vlti-
ma concluſione, j.q.principali. Andre.Alciat.in l.etiam au-
reos

reos nummos.& in l.hæc nunciatio.ff.de verb.ſignific.Et ante hos,Abb.in cap.nulli.num.1.de Iudæis.Caſtren.in l.fin.C. communia deleg.Felin.in additionibus ad tex. in præcitato cap.l.,quente.Bar.& Platea, & Lucas de Penna, idem exiſtimant in d.l.quoties.C.de ſuſceptoribus.†Qua ductus ratione Didacus à Couarru. in ea eſt ſententia, ſolidum hunc aureum par pondus habuiſſe cum eo nummo, quem Caſtellanum Hiſpano ſermone dicimus. Siquidem ſextam quoque habet vnciæ partem Caſtellanus:tametſi maioris valoris eſſet ſolidus,cùm & is apud Romanos æſtimatus ſit ſexaginta & tres ſextertios & dimidium,quorum quilibet decem quadrantibus, id eſt, morapetinis æquiualet. At Caſtellanus ccccclxxxv. morapetinis æſtimatur. Et ſic xlviij. ſextertiis & dimidio.Quo datur non inconcinna declaratio ad legem ix.tit.iiij.par.v.quæ quidem confirmat Cæſaream cõſtitutionem in l.ſancimus.& l.penult.C.de donat.Donationem excedentem † quingētos morapetinos aureos nullius eſſe momenti abſque inſinuatione, vt illa lex intelligenda ſit de ſolidis aureis, vel Gaſtellanis. Quo fit vt iſthæc tria ſolidus aureus,Caſtellanus,& morapetinus aureus, idem ſignificēt, ſicuti Bart.Bald.Paul.Salicet.& Alex.& frequentiori conſenſu vtriuſque iuris ſchola exiſtimat in l. quoties. & in c.conquerente præcitatis,ſolidum & aureum idem eſſe.Et ex neotericis doctoribus, idem aſſerunt Anton. Auguſtinus libro ij.emendationum.cap.ix.Aemilius Ferretus, Inſtit.de pœna temerè litigantium.in princ. poſt Montalu.in præcitata lege j.tit.v.libro ij.fori. Et præter doctorum votum approbat Imperator in §.fin.Inſtit.de pœna temerè litigantium. Cùm inibi Imperator digeſtorum diſpoſitionem refert, pœnámque 500.aureorum. Eam ſiquidem pœnā quinquaginta ſolidorum aſſeuerat eſſe vt ſolidi & aurei idem ſint.

12

13 *Donatio excedens quingentos morapetinos.*

Ex proximè dictis eiuſdem doctoris ſententiam probo ex interpretatione legum huius regni. Siquidem his locis vbi digeſtorum iura aureorum meminere, regiæ leges ſolidos appellant,ſicuti cõſtat in l.j.& ij.tit.xviij.lib.iiij.fori,vbi declarans l.iij.de ſepul.viol.vt in eius ſpecie ſepulchrū violans centum aureorum pœna plectendus ſit,diffinit ſolidos eſſe.

Solidus & aureus idem.

Secundò,id conueſtiri poſſet ex l.viij.tit.xviij.par.j.vbi deciſionem Pontificiam comprobat in c.ſubdiaconum.xvij.q. iiij. quæ expreſsim hoc ipſum vult, vt interficiens clericum

Epiſco

Epiſcopúm ve, aliquot ſolidorũ pœna afficiatur, explicat re-
14 gia l.id eſſe intelligendum de aureis. † Nec ſilentio præteri-
re libet, ſed maximè cõuenit adnotare ad prędictæ legis exa-
men, cùm quotidiè in controuerſiam veniat, & paucis exactè
Morapet. nomen generale. comprehendi nequeat, nomen illud Morapetinorum generale fuiſſe in hoc Hiſpaniæ regno, varia monetarum genera comprehendens, vt ſcribit Didacus à Couar. lib. j. Variarum. cap. xj. poſt Montaluo in l. j. tit. v. lib. ij. fori. Quòd maximè conducit ad intellectum plurium regiarum cõſtitutionum. Veterum Morapetinorum quidam fuerunt aurei, quidam verò ærei, & vtrorunque fuerunt diuerſæ ſpecies, & æſtimationes. Siquidem ex auris quidam maioris valoris, quidam minoris erant: ex æreis itidem vt paulò pòſt dubio procul oſtendam. Cæterum id conſtitutiſsimum eſt, quòd nimis ſolicitam facit hanc dubitationem. Siquidem partitarum legibus fori ſtylli, & ordinatio. regali, variè diuerſéque circa horum morapetinorum valorem diſponi videtur. Et primò lex ix. tit. iiij. par. v. aſſeuerans donationem quingentos morapetinos aureos excedens inſinuandam eſſe ſicuti paulò anteà, nu. 1. aduotauimus, intelligẽda eſt de morapetino aureo, qui Caſtellani noſtri temporis valoris eſt. Et iſti nempe morapetini aurei appellantur morapetini Alphonſi, ſicuti ple-
15 niori manu declarat † Ioan. Otalora lib. de nobilitate Hiſpaniæ ij. par. cap. iiij. fol. 23. col. j. longè quidẽ alia fuit æſtimatio horum morapetinorum aureorum. Siquidem aureum morapetinum, quo veteres in hoc Hiſpanię regno vtebãtur, valuit ſex morapetinos, ſicuti diffinitiũ extat ex l. ſtylli. cxiiij. qui tempore regis Alphonſi legum latoris expendebantur. Horum autem æſtimatio ita accipienda eſt, vt eorum quẽlibet eximemus decem morapetinis, quibus hac noſtra tempeſtate & imperio Caroli Cæſaris primi Hiſpaniarum regis vtimur. Quò fit vt legis ſtylli ratione præhabita, morapetinus aureus, apud veteres valoris fuerit ſexaginta morapetinorum, ſeu quadrantum, quibus nunc ex ære vtimur. Quod ductus quadam ratione probare nititur Didacus à Couarru. loco præcitato. nu. 4. Ex quo conſtat vnumquẽque illorum morapetinorum, regis Alphonſi æquiualẽtem fuiſſe decem hodiernis morapetinis, vti hac in ſpecie diffinit Ioan. Otalora loco paulò antè citato. col. iij.

Tertiò ad regiarum legum intellectũ illud adnotandum eſt,

eſt, maximè verò ad legem j.tit.ix.lib.viij. in ordinat.regalibus, quæ condita fuit à Ioanne Rege primo Biruieſcæ, Anno 1387. qua ſtatutum fuit parentibus conuitiantē puniendum fore pœna ſexcentum morapetino. Eſt ſanè intelligenda conſtitutio regia de morapetinis bonis *Que ſon ſeys mil marauedis deſta moneda*, ſicuti prædicta lex regia expreſsim declarat. Ex qua colligitur bonos morapetinos regis Alphonſi fuiſſe, quorum quodlibet decem morapetinis æſtimabatur, ídque conſtat ex l.j.tit.v.& ex l.ix.tit.vlt.lib.viij.ordin. Ex qua diffinitur morapetinum Alphonſi regis, & † morapetinum bonum, eiuſdem eſſe æſtimationis ſicuti in hac ſpecie Didacus à Couarru.lib.j. Variar.c.xj.num. 4. ij. illatio. declarat. Ipſe tamen ab hac ſententia libenter diſcedo. Quinimò morapetinum bonum non eſſe regis Alphonſi conſtat, ſed illum morapetinū antiquum qui ante ipſum currebat, quem ipſe cum ſuis appendit, & reperit vnum pro ſex ex ſuis pondus habere, ſicuti Otalora non ſemel adnotauit loco præcitato. Et iſtum morapetinum bonū appellari: cùm ſit melior cæteris. Morapetinum verò veterem exiſtimo appellari morapetinum eiuſdem regis Alphonſi, vt diffinitur ex legibus ordinan. Iuncta l. ſtylli præcitata, quæ declarat, quòd rex Alphonſus inuenit morapetinum antiquum, qui ante ipſum currebat fuiſſe æſtimationis ſex morapetinorum ſuorum, vt apertiſsimè conſtat ex ordinationibus regiis quas rex Ioannes Guadalajaræ, anno Dominio 1390. condidit vti cōſtat ex l.j.tit.v.& ex l.ix.tit.vlt.ordinan. Et idem Ioan. rex primus Biruieſcæ explicat, *Que cien marauedis buenos valen ſeys cientos de moneda vieja*, reſpectò, *de la que entonces corria, y eſta cuenta de vno por ſeys, correſponde con la ley del ſtyllo.* Hoc quippe videtur veritati magis fauere, exploſa vtique ſententia Didaci à Couarr.in ij.iij.& iiij.illatione, loco præcitato. Nec vtique aliquo dubio deſeruire videntur regiæ leges in l. iij. & iiij. tit.xij.lib.viij. ordin. ſicuti hac noſtra tempeſtate mirum in modum reſpondit D.Otalora, eo in loco cuius & anteà meminimus. Ex quo etiam conſtat, non ſatis exactè hac in re Celſum Hugonem in repertorio, dictas conſtitutiones regias in dictione marauedi perpendiſſe, nec quod Alphonſus à Montal. loco præcitato dixerat. Poſtremò æreū morapetinum, quo hac tēpeſtate vtimur, cōſtituūt ſexaginta meajas, vel cornados ſex, quorum quodlibet decem meajas cōtinet.

L.vij. tit. ix. li.viij.

16 *Morapet. Alphon. & Mora pet. bonus idem.*

Didac. à Couar. ſententia exploditur.

Aureum

17 †Aureum verò morapetinum, qui tempore regis Alphonſi vſu tractabatur, erat æſtimarionis octo ſolidorum, & trium denariorũ, vti ſcribit Alphonſus Amonraluo, in l.j. tit.v. lib. ij. fori. aſſeuerans eum eſſe nummũ morapetinum aureum. Cuius Alphonſi conſtitutiones paſsim meminere. Et quamuis hac noſtra tempeſtate in hoc negotio plura exrent commentaria à Didaco à Couarru. & à Ioan. Otalora locis præcitatis, iſthæc tamen quaſi per tranſeunam prætermittenda non duxi ad aliquot regiarum legum intellectus. Ex eadem radice ad regiam ſanctionem, quæ de conuitiis puniendis agit, & ſoluendis trecentis ſolidis, illud ex mente literæ recipiendum reſponſum obuium erit, ſi criminis author ob conuitium condemnatus fuerit abſoluendos trecentos ſolidos, non ſatis eſt fideiuſſores, vel pignora dare, vt liberetur
18 ex l.iiij.§.ait prætor. de re iudic. † vbi diffinitum extat condemnatum ſoluere, minime liberari dando idoneos expromiſſores. l.quod ſi non ſoluere. ff. de pign. act. l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. ſoluitur. Ex quo Bart. rationem ſumens aſſeuerat condemnatum ad pœnam pecuniariam: ſin minus intra certum tempus eam non ſoluerit ad pedis amputationem, non liberari ab hac poſteriori pœna dando fideiuſſores. Iridem Bart. in l. ſi pecuniæ. ff. vt in poſſeſsio. legato. & in l. cum qui. ff. de priuileg. credit. Et nos in ea ſpecie tradidimus de ratione pœnæ, nu. 9. agentes. & conniuentibus oculis ex regia ſanctione deduco, inibi. *E peche trexientos ſueldos*, id eſt, ſoluat trecentos ſolidos. Atque ideo ſoluere præciſè cogitur ex Bart. Guliel. de Cun. in l. quamuis. in princ. ff. de pignor. actio. Bal. in margarita ſua, in verbo alternatiua. verſic. v. Paul. Caſtren. in d. l. iiij. §. ſi ex conuentione. ad finem, vbi dicit id perpetuò eſſe menti tenendum. Itidem in l. cùm proponas. in ij. C de tranſ-actio. fin. col. Catelian. Cotta miris laudibus exaltans in memorabili alternatiuarum: Alexan. in l. j. col. j. ff. qui ſatiſdare cogantur. Felinus in cap. inter cæteras. col. ij. extrà de reſcriptis. Tametſi Roman. in d. l. j. ab hac ſententia prorſus diſcedat. Ex l. penultima. ff. quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur. Ex ea ratione ductus, quia in alternatiuis debitoris eſt electio. l. plerunque. ff. de iure dotium. Nec aliquo iuris apice à Roman. adducta deſeruire videntur, quominus iſthic intellectus procedat. Siquidem l. penult. non probat Rom,

In alternatiuis debitoris eſt electio.

Rom.ſentẽtiam,cùm inibi creditor ſponte recepit. Et quod de alternatiua dictum eſt procedit cùm quælibet earum eſt in obligatione.Longè quidem aliter,ſi vna tantum ſit de vita,altera pro illius cautione promiſſa. Et huic intellectui fauet l.promiſſor.§.vltimo.ff.de conſtit.pecunia.Vbi ita Conſultus ſcribit. Conſtituto ſatis non facit qui ſoluturum ſe conſtituit ſi offerat ſatiſdaturum. Gloſſa in l. vltima.§.j.in verbo cogendũ.ibi.Sed ſimpliciter.ff.ſi certum petatur. Qui ſimpliciter promiſerit, non liberatur dando fideiuſſores. Nam creditori ſatis fieri debet.l.ſi rem.§.omnis.ff. de pign. actio. Et Bald.& Bologninus in ſecundis interpretationibus inibi glo.illam dicunt ſingularem ad id quod debitor incarceratus,ob æs alienum non poſsit à carcere liberari fideiuſſores dando.Bald.in Margarita ſua, in verbo debitor. col.ij.verſic.ſi debitor propter debitum. Et præter alia,quæ maximè his deſeruire videntur fortiſsimum huic rei argumentum præſtat Bart.ſententia in l,ſtatuliberos.§.ſi quis acceperit.ff.de ſtatu lib.Et in l.j.ff. de cuſto. reorum. Quod ſi ex ſtatuto criminis author ad pœnam pecuniariam condemnetur,& ſi eam non poſsit ſoluere capite puniatur:immunis quidem non eſt à capitis pœna fideiuſſores pręſtando,ex Angelo & Imola in l.j.ff. de iniuſto teſtamen. Paris à Puteo de ſyndicatu,in verbo pœna.verſic.quia multa. Hippolyt.conſi. xvj.Angel.de maleficijs, in verbo ſi non ſoluerit. Ludouic. Carre.in practica criminali.§,homicidium.vij.num.28.cap. cum aliquibus.de re iudic, Vbi diffinitur quòd condemnatus ad poſſeſsionem tradendam minimè liberatur fideiuſſores præſtando pignoráve dando.Barbat.conſi.xv. præclare.j. dubio,lib.ij.glo.in l.ſatisfactio.ff.de ſolut.

† His tandem prænotatis opportunè quæritur, quo ad re- 19
giæ conſtitutionis examen nequaquam teneri palinodiam canere, atque ſoluere vel trecentos ſolidos ſi calore iracundiæ conuitia expreſsim in d.l.deſcripta alicui obiecerit, vel horum alterum ex Tullio, officiorum 1. inquiens, Leuiora ſunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea, quæ meditata,quæ præparata inferuntur.Quod & libro ſecundo de inuentione latius exequitur, tractans de impulſione & animi perturbatione.Siquidem ea quæ inconſulto dolore,& furore iræ,excuſationem habent,cum repente & ſine deliberatione fiunt:quia non ex toto voluntaria ſunt, nec prorſus malit

malitiæ imputantur:ſed magis humanæ fragilitati. Quapropter leuius punienda ſunt. Ex Plat.lib.9.de legib.pag.7. & inſigni breuitate docet Thom. j.ij. q.xxiiij. Abulenſis ſuper Matth. cap.5. quæſt.cxxij. Syluester,& Caiet.in ſummis verb.rixa.doct. paſsim in l.quicquid calore. ff.de regul.iur. & in l.ſi adulterium.§.Imperatores. ad legem Iul. de adult. Felin. cap. dilecti.de excep. Alexand.conſil.lxxvj.lib.j.Aret. conſil.lxxx.Hippolyt. in practic.§.quoniam.ex nouioribus. Boër.deciſ. clxviij.& plerique alij,quos ipſe congerit.Siquidem difficilimum eſt, iuſtum dolorem & iracundiam propriam temperare.l.ex preci.§.imperatores.& Plutarchus in oratione quadam conſolatoria. Seneca in libris de ira. Et Cato Senior, iraſcentem à furioſo tempore tantùm diſtare: vti Plutar.fideliſsimus autor eſt,in Apophthegmatis. Et in his potiſsimum conſiderandum eſt, qui cum iracundi ſint, animi,ab aliquo nimium irati,inconſulto calore iracundiæ in verba, ac conuitia prorumpunt: nam & vt Horat. ait Epiſtol. libr.j.

Iræ furor breuis eſt,quæ niſi paret,imperat.

Et hi quo ad regiæ conſtitutionis examen, non tenentur palinodiam canere, ſed iudicantis arbitrio, pœnas luent, cum eatenus excuſentur, quatenus indeliberatè ac inuoluntariè agunt, eorum pœnitentia oſtenderit, ea non ex animi iudicio dicta fuiſſe. Nam & primus motus non eſt in homine. Et nos.c. de Blaſphemis agentes trademus. Et conueſtiri poſſet ex Philem. ſententia, aſſeuerantis, apud Stobæum ſerm.xviij.

Inſanimus omnes cùm iraſcimur.
Ira enim difficillimè refrænatur.

Ex Theognio Philoſopho id diffinitum extat.

Nihil ò Cyrne tam iniuſtum eſt,
Quàm ira,quæ dominum
Suum lædit.

Ex Ebenio.

Sæpe mentem hominum detexit ira
Latentem,iráque peior quandoque eſt inſania.

E Menandro.

Omnia quæ iratus agit,
Errata poſtmodum intelliget.

Ex Antiphonis ſententia.

Nihil

Nihil quicquam homo iratus rectè poteſt cognoſcere: Vlciſcendi enim auiditas iudicium eius corrumpit.

Ex Euripide.

Nemo iratus quicquam rectè delibrat.
Multos iracundia magna perdidit mortalium,
Et imperitia, quæ gemina mala ſunt vtentibus ſe:
Iræ malæ multa inſunt indecora.

Et Herodotus author eſt aſſeuerans, per iram ratio recedit, fugiens iracundiam tanquam acerbum tyrannum. Quibus admodum conſtat, quòd ſi quis dixerit verbum iniurioſum, iracundia probata, immunis erit à criminis pœna. ex Ang. in l. ſi non conuitij. nu. 6. C. de iniur. Hippol. ſing. dcxxvj. & in l. is qui cum telo. C. de ſicar. vbi aſſeuerat in praxi ſe obtinuiſſe. Ipſe tamen intelligendum reor doctorum ſententiam, quandocunque iniuria reuocari poſſet, atq; ita eſt intelligendus tex. in l. quicquid calore. ff. de regul. iur. quo in loco. num. 14. Cagnol. idem exiſtimat, & huius ſententiæ authores habeo Thom. Ferrar. cautela xxxix. ad fin. Lanfran. in c. quoniam contra. de probat. in tract. confeſ. in princ. num. 2. Felin. in c. dilecti. num. 10. de except. Verùm præmiſſa omnia tendunt ad intellectum regiæ cōſtitutionis, illud conuenit adnotare: Si † quis per linguæ lapſum alicui obiecit 20
meretricis nomen, teneaturne palinodiam canere, vel ſoluere trecentos ſolidos. Et prima fronte videtur, cùm ea quę ſunt in voce, earúmq; ſunt in anima paſsionum notæ teneri palinodiam canere. Siquidem nomina adinuenta ſunt, vt dicentis voluntatem demonſtrent. l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. Cui ſimilis eſt in c. is autē. xxij. q. ij. Bald. in l. j. §. vbi autem. col. vlt. & in §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. Quo in loco Ariſtotelem & Boëtium ad id citat. & in c. mandatum. col. ij. de reſcrip. Itidem Bald. in c. bonæ. in j. col. de poſtul. prælat. Bald. in l. ſed & reprobari. Sumens rationem ex tex. inibi. ff. de excuſat. tutor. & his aſtruunt, quæ à Quintiliano ſeniore adducuntur in inſtitutione oratoria, dum inquit, manifeſtum eſt nihil poſſe calumniæ admittere verba legis aſſcripta. Et Tull libro ſecundo de inuentio. non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui ne id facere poſſemus, iudicium nobis reliquerit ſuæ voluntatis: multa incommoda conſequi ſi inſtituatur, vt à ſcripto recedatur. Maria. Socin. his pleraq; alia congerit conſil. vij & x.

& xj. col.pen.Barb.conſil.iiij.ad fin. vol.j. & conſil. xiij. col. iij.eod. vol. Bald.in l.iuriſgentium. §. pactorum.col.j.ff.de pact.& in tract.ſciſmatis.col.vij. His ſuffragari videtur illud Ciceronis,libro de legib.primo,dum aſſerit orationem eſſe mentis interpretem, & ante eum Lucretius lib. vj. vocat linguam animi interpretem dum cecinit.

Atque animi interpres manabat lingua cruere.

Et Caſsiadorus non ſemel adnotauit nullum eſſe maius mentis noſtræ teſtimonium,quàm qualitas inſpecta verborum.Cuius meminit Alexand.conſil.lij.Circa hanc dubitationem.col.ij.vol. iiij. & eſt tex. in l. generaliter. C. de non numer.pec.Bald.in l. tres denuntiationes.col.j.C.quomodo & quando iudex.itidem in rubr. de teſtib. Vbi refert illud, quod paſsim circunferri ſolet, loquere, & cognoſcam te. Idem in cap.ſuper literis. col.ij.de reſcript. cui ſe ſubſcripſit Barbat.col.vlt.in l.ſi ita ſtipulatus abs te.ff.de verbor.oblig. idem in c.omnipotens.col.ij.extra de accuſ.Iaſ.in l.nec profeſsio.col. ij.C. de teſtam. Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. in conſil. cccv. colum.j. Hippol. nec admodum grauatus his accedit, num. 31.in l.j.C.de ſicar.& in l.j.Diuus Adrianus. colum.j. ff.eod.Loazes in §.j.col.ix. Inſtit. de iuſti. & iure.& adſtipulatur illud euangelij: Loquella tua te manifeſtum facit. Quibus ſanè perpenſis videtur conuitiantem obiiciens meretricis nomẽ etiam per lapſum linguæ teneri palinodiam canere. Ipſe tamen contrariũ veriſsimũ eſſe exiſtimo.Quinetiã leuiter & iudicãtis arbitrio eſſe puniendũ,ſi per linguæ lapſum hanc iniuriã obiecerit.

SVMMARIVM.

1 *Famoſum in malum ſumi partem,ex linguæ Latinæ limatis authoribus, & Cæſarum deciſionibus diffinitur.*

2 *Reus criminis famoſorum libellorum capitali pœna afficiendus eſt.*

3 *Teſtamenti factionem minimè habere libelli famoſi authorem.*

4 *Iure Pontificio ſacris initiatus huius criminis reus deponendus eſt.*

Extat inſignis Valentini Imperatoris lex vnica.C. de famoſis libel.quæ de his criminis reis agit.

CAP.

CAPVT III.

NVLLO vnquam ſeculo inuentus eſt, qui negaret crimina oportere coërceri, potiſsimùm ea quæ circa famoſos libellos verſantur, Siquidem hac noſtra tempeſtate, apud pleraſque nationes hæc ſcelera pullulant, vt quos virtutis amor non alliceret ad benefaciendum, eos ſaltem criminis reos pœnarum formido à delinquẽdo abſterreret, vt formidine pœnæ conuertantur, & reſipiſcant, & qui alicui noluerũt prodeſſe, morte certè eorum reſpublica vtatur. Nec ſilentio præterire libet, ſiquidem de famoſo libello, déque illorum pœnis verba facienda ſunt, quædam infrà dicendorum præmittere, & in ipſo capitis initio hoc habeto, quandoque famoſum in malam ſumi partem, ſicuti diffinitum eſt ex Horat. lib. 2. ſerm. Satyra prima, famoſos verſus pro infamibus in hæc ait verba.

Famoſiſque lupo cooperto verſibus.

Famoſúmque carmen apud eundem Horatium libro Epiſtolarum primo, Epiſt. 2.

Nec ſponſæ laqueum famoſo carmina nectit.

Et Suetonius Tranquillus hac in re grauiſsimus eſt author in Auguſt. cap. 28. dum ait, ſed aduerſus conuitia malóſque rumores, & famoſa de ſe ac ſuis carmina, firmus ac patiens ſubinde iactabat. Itidem famoſos libellos conſtat in rubr. ff. de iniur. & famoſis libel. & in l. prima. C. de famoſis libellis, ac proinde famoſo libello, pro infamato vulgò circumferri ſolet. Et in ea ſpecie famoſa iniuria apud Sueton. in Auguſto c. 55. Valer. Max. lib. 9. cap. 1. vbi de Metello [illegible] io loquens idem exiſtimat: famoſa etiam epigrammata, famoſáq; cauſa pro infamata accipi ſolet, ſicuti ex linguæ Latinæ authoribus cõſtat, & Cæſarum conſtitutionibus: Suet. in Cęſare cap. 73. & paſsim iuriſconſulti vtuntur, in l. ſi quid. ff. [illegible] ſolut. & in l. ſed et ſi hac. §. prætor ait. ff. de in ius vocan. famoſámq; interdictum pro infamato iura circumferri ſolent, in l. neque. ff. de vi & vi arm. famoſáq; actio in l. diuus. ff. de in integr. reſtit. l. furti. in princ. ff. de his qui not. infam. l. j. §. prætor ait. & l. non debet. ff. de dolo malo. Ad id conuenit adnotare, vt noua veteres obſcurent acta triumphos: famoſos in malam vtique partem ſumi, ex l. capitalium. §.

famoſus .ff.de pœn. conſtat, vbi Iuriſconſultus ita ſcribit: Maiores noſtri in omni ſupplicio, ſeuerius ſeruos quàm liberos, famoſos quàm integræ famæ homines puniuerunt. rex.ad id celebris in l.non poteſt. ff.de fur. l. nam & poſtea. §.ſi damnetur.ff.de iniur. & in l.furti. in princ. ff. de his qui notan.infam.l.Cæſar.ff.de actio.& oblig. l.ſi in duobus.ff.de reg.iur.l.nam & poſtea.§.ſi damnetur. ff. de iniur. ídque, ex Cic.libro ſecundo de Oratore, & Sueton. in Tiberio cap.35. comprobari poſſet, & ex Poëta Comico, dum cecinit.

Quid tu exilia mea,
Quando ad me venis, cum tua colu & lana:
Non pol (inquit) audeo:
Nam me ad famoſas vetuit mater accedere.

Et ſic fœminæ famoſæ pro infamibus ſumit: & Tacitus lib. 5.de in multorum amoribus.&lib.20.ad id alluſiſſe videtur, & Suet.lib.22,& Martial.lib.1.Epigr,47.ſcribit.

Subdola famoſæ (moneo) fuge rhetia mœchæ.

Et Ouid.lib.3.amorum elegia 5.& Lactantius lib. 3. cap. 15. & Apuleius lib. 7. Aſinini aurei.Macrob.libr.7.Saturn. cap. 3.Firmicus libro 3.cap.7. Maternus libro 6.Aſtronomicon, cap.11.itidem eodem libro,cap.27.audacem meretricem, famoſámq; appellat. Iuſtin.lib.22.ídque ex ſacris literis diffinitum extat, dum Geneſ.cap.6.de gigantibus agens, inquit, iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi. Quo in loco à Moyſe ſcriptore Hebrço ex vulgata dictione appellati ſunt viri famoſi, & vt alij vertunt, viri nominati, qui quidem, turpibus factis famam & nomen ſibi comparauerunt, quæ omnia maximo apice deſeruire videntur ad titulos C.& ff.de famo.lib. Atq; ideò ſilentio præterire nolui. Cætera quæ ad id pertinent, ex aliis quiſq; petere poteſt, ſunt enim peruulgata. His equidem perpenſis, necdum igitur neceſſarium eſt, vt & nocentes huius criminis rei puniantur, authores famoſorum libellorum, ſed etiam iuſtiſsimũ, & in republica Chriſtiana bene inſtituta, interdum vltimo ſupplicio afficiantur, vt improbis formidato ſupplicio nocendi facultas refrænetur, audacia ad cohibenda hominum flagitia. Verùm eam iniuriæ materiam examinabimus hoc in cap. quàm vtilis apud tri-
2 bunalia ſit, dubiò procul oſtendam. Siquidem † alicui iniuria fit per ſcripturã, vtpote ſi aliquis fecit, dictauítq; in quẽpiam alium libellum famoſum, in quo quidẽ iniurioſa ver-

ba,& vtiq; infamatoria illi propoſuit. In qua ſpecie reus huius criminis pœna vltimi ſupplicij afficiendus eſt. text. in l. vnica.C.de famoſis libel.& in l.j.§.ſi quis libellum. aliâs ſecundum literam Piſanam, ſi quis librum. ff. de iniur. Et in l.conſtitutionibus. eod. tit. tradunt doctores in c. qui in alterius.quinta quæſt.j.Bartol. & plerique alij in l. item apud Labeonem.§.item ſi quis libello. ff de Iniur. Et text.in d.l. vnica.eſt canonizata in cap.ſi quis famoſo.quinta quæſt.prima. Extátque hodie regia lex tertia, titu.ix.par.vij. Et l.lex Cornelia.§.finali.cum l.ſequen.ff.de iniur. Et Greg. Lopez re & fama vbique inſignis, ac eruditione egregia inter primarios vtriuſque cenſuere in albo primariæ doctrinæ poſitus, is inquam, in interpretatione prædictæ legis tertiæ poſt Syluestrum in verbo,libellus. Qua pœna afficiendus eſt etiam non ſolùm,qui libelli author fuiſſet, ſed vtique is qui eum ſcripſiſſet. Hac in ſpecie loquitur gloſſa in d.l. vnica. & regia lex paulò ante citata, verbo, *Que aquella pena meſma reciba tambien aquel que compuſo la mala eſcriptura, como aquel que la eſcriuio.* His tandem prænotatis opportunè quęritur quo ad regię conſtitutionis examen,ſi ſanè libellus infamatorius deſignatus eſſet ab aliquo, & legens ſtatim non abraſit, nec abſtulit,nec manibus lacerauit, ſed vtique alios certiores fecerit, & inibique dimiſerit, ea pœna afficiendus eſt,cùm eiuſdem criminis author cenſeatur. l. vnica præcitata. Et inibi communi conſenſu doctores explicant. Idem probat regia lex partitarum.Quibus & illud ſubiiciam,qui libellum famoſum legit, eiuſdémque authorem pandat, ea pœna minimè afficitur. Sicuti in ea eſt ſentētia magna pars authorum,quos citat Salic. in d.l. vnica. nec ſub eadem pœna licet cantilenas infamatorias cantare,vt cōſtat in d.l.lex Cornelia.§.finali. & inibi Angel. Hoſtienſ. in ſua ſumma, tit. de iniuriis.§.quot modis. Et Azo in ſumma. C.eodem tit. in verſic.literis.In qua ſpecie in labem infamiæ incidere conſtat, & iudicantis arbitrio corporali pœna afficiendus eſt,ſicuti d.regia lex dictat, tradunt in l. apud Labeonem.§. generaliter. ff.de iniuriis. Verùm præmiſſa omnia eo tendunt, vt reus huius criminis hac pœna capitali ſit afficiendus ea lege, vt in libello diffamatorio delictum ſit deſcriptum per quod is qui infamia notatur, mortis pœnam incurrat, licet verum dicat, ſiue falſum, aliâs iudicantis

arbitrio punitur, gloſſa prima paſsim ab omnibus doctoribus recepta per text. inibi in dicta l. vnica. C. de famoſis libellis. Cui ſententiæ ſe ſubſcripſit Petrus Cinus, Angelus & plerique alij inibi, & nos capite primo, ſupra quaſi per tranſennam adnotauimus, numero quarto. Atque ita regia lex paulo antè citata intelligenda eſt. Ex quo iuris appendix deducitur, quòd ſi iuris probatio ſit, contra quempiam, qui vidit & legit famoſum libellum, nec abſtulit, nec lacerauit, ſi nemini certiorem fecerit prædicta pœna non affici. Tametſi iudicantis arbitrio puniendum eſſe exiſtimat, nouiſsimè Antonius Gomezius, de delictis, capitulo ſexto, numero primo. Ex principali tandem, ac præmiſſa aſſertione alia afficiendus eſt pœna huius criminis reus, nec teſtamenti factionem habet, nec teſtimonium ferre poteſt. l. cum lege. ff. de teſtamentis. l. ob carmen. ff. de teſtibus. cap. & reuelanti. capitulo carmen. quarta quæſtione tertia. Et † reuelanti hoc delictum ex bonis delinquentis pretium perſolui debes ex l. lex Cornelia. §. finali. ff. de iniuriis. Et regia lex tertia, paulò ante citata. Et ſatis diligenter apud Summiſtas declarat Syluester loco cuius & anteà meminimus numero quinto, huius criminis pœnas explicans. Alia ſubiicitur pœna iure Pontificio hunc reum fuſtibus, ac verberibus eſſe afficiendum, vt per totum, quinta quæſtione quinta, & anathematizādus ex capit. hi qui. & in capitulo ſecundo, eadem cauſ. & quæſt. iure Pontificio ſacris initiatus deponendus eſt, cùm hoc nempe crimen ſit graue, & damnatione dignisſimum, vt in §. nunc autem xxi. diſtinctione. Et † huic accedit ſententiæ Syluester loco præcitato. Quòd ſi in interiori foro agatur, vt alij detractores ad famæ reſtitutionem teneantur, ſicuti Syluester meminit, cuius paulò anteà meminimus.

3 (margin, beside "lanti. capitulo carmen")

4 (margin, beside "ſimum, vt in §. nunc autem")

Ex quibus multa poteram deducere, quæ iuſtum profectò volumen exigerent, ac poſtularent. huic quæſtioni conducibilia. ſed quia & viri diligentiſsimi, in eadem paleſtra laſsi fuêre, inter quos, Et Gregorius Lupi, & Antonius Gom. his in locis, quibus & anteà mentionem fecimus, ea de re ampliſsimè ſcripſere, conſulto miſſa fecimus, quæ candido lectori obuia erunt.

SVMMARIVM.

1 *Qui Imperatori, maledixerit, per ſuaſa animi deliberatione, nec tamen*

tamen ex leuitate inſaniáve ad regem mitti debet, ſi nobilitate fuerit decoratus, ſin minus infimæ conditionis homo fuerit, dimidia bonorum parte multatur. itidem nu. 3.

2 *Regi maledicens, munus accuſandi cuilibet competit, de populo.*

4 *Clericus huius criminis reus ad veniam poſtulandam, cogendus eſt.*

5 *Religioſi, qui in concionibus eccleſiarum prælatis detrahunt, debent pœnis, ab ordinarijs ſuæ regulæ ſtatutis ſubijci.*

De eo qui Imperatori maledixerit: Romano Pontificíve pœnis, iure Cæſareo, Pontificio, regióve, ſtatutis.

CAPVT IIII.

QVEMADMODVM ſatis celebris eſt Cæſarum conſtitutio, quæ de eo qui Imperatori, maledixerit, tractat, ita frequentiſsima eſt, quo ad praxim. Si quidem ſuperioribus capitibus, ſeriosè traditum eſt, quando illata verbis iniuria eſt. Nunc de eo qui Imperatori maledixerit regíve aliquot proponá axiomatibus, vt iure Cæſareo, Pontificio, regióve, iſtius criminis punito, ad praxim reducatúr. Qui verò Imperatori maledixerit verbo ſolo, ſi ex leuitate 1 quadam, inſániáve proceſſerit, minimè afficiendus eſt pœna. Quòd ſi animo iniuriandi verba, in principem proruperit; principi remittitur. Sicuti conſtat ex l. j. C. ſi quis Imperatori maledixerit. Et inibi expreſsim ad hoc notat Baldus, & Azo, in ſumma eiuſdem tit. regia lex fin. tit. ſecundo, partita ſeptima. l. tertia, tit. octauo, libro octauo in ordinationibus regalibus. Atque ideo illorum pœna principis arbitrio æſtimanda eſt. Explicat Ioannes Igneus in diſputatione ſua incipienti, an Rex Franciæ recognóſcat Imper. nu. 132. l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſtat. Et inibi Ang. Franciſcus, Lucanus in tract. quem prodit de fiſco. iij. par. num. 14. tomo vj. fol. 10. & Regi maledicens cuilibet munus accuſandi competit. l. j. paulò anteà citata. c. j. de maledi. Franc. Auileſ. in cap. 25. prętorum. nu. 4. diffiniens, ſicuti qui in Deum blaſphemias effutit, propria poreſt capi authoritate, ex Regia l. iiij. tit. viij. lib. viij. ordi. regal. idem de maledicente Imperatori regíſve filiis. l. iij. t. viij. li. viij. ordin. Si quidē ſalus regis, ſubditorum

par eſt.l.j.C.de veteranis lib.xij.& inibi Plat.expreſsim diffinit,quinetiam pro Regis valetudine,eius ditionis, ſubditi ſingulis annis, Ianuarij quatuor dies ieiunare tenentur.l.ſi cal.imnietur.§.j.ff.de verbor.ſignific. Ex quibus aliquot adnotanda ſunt,ad pulres natiuos intellectus regiarum conſtitutionum pontificúmve. Et primò extat vera interpretatio capit. primi de maledicis: vbi aſſeuerat, quod maledicens Romano pontifici per iudicem eſt pœna afficiendus. Eſt ſanè intelligendum,ſi animo iniuriandi,verba protulerit maledica, ſicuti & Hoſtien. idem exiſtimat in ſumma, titulo de maled.columna ſecunda.

3 Secundò † ab eadem radice procedit, quod ſcribit regia lex tertia.tit.viij.lib.octauo,in ordin.regul.qua illud conſtitutiſsimum eſt, qui regi maledixerit, & mediocris ſtatus fuerit,captus ad regem ipſum mittatur. Quòd ſi minoris conditionis fuerit,ac ſtatus ſententia lata in bonorum amiſſione condemnetur. Et id ſi filios non habeat. Quibus ſanè ſtantibus bonorũ pars dimidia reſeruatur, ſi nobilitate fuerit decoratus maxima,vt Dux Marchio,Comes,per iudicem criminis inquiſitio fiat. Et iſthæc inquiſitio ad regem mittatur, intelligo regiam conſtitutionem, ſi iniuriandi animo verba maledica dixerit. longè quidem aliter ex l.prima, & quæ inibi adnotant crebriori conſenſu doct. cap.Si quis Imperat.maledixerit.

Tertiò ſi omnia ad amuſsim declarentur quæ quidem in hoc capite deſiderantur, alius ſubiicitur intellectus Regiæ conſtitutionis xxiiij.tit.fin.libr. viij.ordina.vbi lex diffinit quod maledicens principi,ſit aleuoſus.Quod ipſe intelligendum eſſe reor,ſi animo iniuriandi id fecerit, ex text.in præcitata l.vnica. Sunt & in hoc capite aliquot quæſtiones quæ
4 paſsim adnotãt dd. locis † præcitatis,quæ quidem non indigent diligentiori examine, qua ratione ea omittere libuit, ne candidum lectorẽ grauemus expoſitionum, & concluſionum repetitione,id tantum agã iure Pontificio clericus maledicus,cogendus eſt,& ad veniam poſtulandã.Quod ſi non egerit,degradatur,& ad officium abſque ſatisfactione nuſquam reuocatur.Idque conſtitutiſsimum eſt,& ex Carthaginenſi conſil.iiij.vbi patribus id placuit, & habetur in capit. clericus maledicus xlvj.diſtinctione,quod ſi clericus in officij & Romani Pontificis beneficij depreſsione,verba temeraria

raria protulerit, à tali temeritate compeſcendus eſt, per iudicem nulla ei pœna declarata, capitu. primo, de maledi. quo fit iudicatis arbitrio relinquitur, ex quo proprio iudicio poteſt legis pœnam augere, vel minuere ſecundum probationis menſuram puniendam, cum à lege certum quid in huius criminis punitione non ſit ſtatutũ. l. quod ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infamia. cap. de cautis. de officio delegat. cap. at ſi clerici. §. adulterium. de iudic. capit. vltimo, de tranſactionibus. Doctores frequentius, in dicto §. pœna. Ab. in cap. tertio, de pœnis. itidem in capitulo niſi de officio delegat. Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Doctor. in cap. qualiter. in ſecundo de accuſat. Vbi Aretin. numero 4. hanc frequentiori doctorum calculo eſſe receptam ſententiam profitetur. Cùm enim in verba à maledicis in Romani Pontificis iniuriam ſediſque apoſtolicæ detrimentum impiis conuitiis, mendaciis verũ lenociniis & mille nocendi artibus, in Pontificem proruperit, & ſint varia diuerſáque maledicentium verba atque ideo non æqualis grauitatis & culpæ, merito, iure Pontificio certa non potuit declarari pœna in præci. c. j. de maled. Et cum crimina ſint ſecundum proportionis mẽſuram punienda, & hæc variè contingat, ratione loci, temporis, perſonæ, & quantitatis, nec à lege certũ quid ſtatui poſsit, quin iudicis recti, & prudentis arbitrio multa relinquat. Et in noſtra ſpecie iudex conſideratis his qualitatibus, & aliis quę in arbitrariis conſideranda veniunt, clericũ in hoc crimine delinquẽtem pœna afficere debet ea lege ac cõditione. Quod ſi ſanè verba contra Romanam ſedem prolata habent in ſe hæreſis ſpeciem, vtpotè, ſi dixerit Romanum Pontificem minimè poſſe Canones condere, tunc hæreſeos crimen committit, ac tanquam hæreticum punire debet: & huius ſententiæ authores habeo Ioann. de Ann. ibi in coll. ij. in princip. allegando gloſ. notabilem in cap. generali. in verſic. inhibemus, de elect. libro vj. quæ licet hoc in terminis non dicat, tamen optimè facit in argumẽtum, & quamuis idem doctor in iij. col. ibi audeat affirmare, quod pœna text. in cap. fœlicis. de pœnit. lib. vj. habeat locum contra illum, qui contra Cardinalem verba iniurioſa protulit, motus principaliter: quia dictus text. punit percuſsionem ſecund. Bart. in loco per eum allegato, & motus etiam ex eo quod diſpoſitio dicti text. eſt inducta principaliter fauore eccleſiæ Romanæ, & pro ipſius

quiete, & ideo poſt excẽdi, licet ſit facta in odium delinquentium. Quod quam ſit à ratione deuium, nemo ſanæ mentis diffitetur ex his quæ adnotauimus in capitu. primo, ſupra numero 28. Supereſt, & illud adnotare, quòd ſi religioſi in ſermonibus ſuis eccleſiarum prælatis detrahunt, verbáque maledicta in eos prorumpunt per duos menſes, debent pœnis illis ſubiacere, quæ ſecundum illorum regulam ſtatutáve, pro criminibus grauibus conſuetudine inductum eſt eis imponi ſicuti extat concilium Viennẽſe, in clementina prima, §. quibus. de priuileg. in minus clericus ſit, qui murmurat à fratrum vnitate ſit vti que alienus, & iuxta menſuram operis in hoc peccans ſacerdotis iudicio ac confeſſoris pœniteat ſicuti cautum eſt in viij. ſynodo, authore Gratiano, in capitulo alienus. xc. diſt. in, ſi tamen clericus aliquem diffamauerit verbis iniurioſis, poterit iniuriarum actione experiri contra clericum, ſententia condemnationis lata in infamiæ labem incidit ex text. & inibi Abbate in cap. cum T. de re iudicata, quem intelligendum eſſe exiſtimo, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur. Vtroque ſiquidem caſu, actione iniuriarum damnatus infamis eſt, ſicuti exiſtimat Abbas inibi, poſt gloſſ. colum. j. tametſi ab hac ſententia prorſus diſceſſerit gloſſ. in cap. at ſi clerici. de iudic. quibus & illud accedat, quòd paulò anteà meminimus. c. j. de iniur. clericum teneri palinodiam canere, ſéque mentitum eſſe fateri coram Prætore, & honeſtis viris, quod qualiter intelligendum ſit de iniuriis tractantes tradidimus.

SVMMARIVM.

1 *Veſtibus muliebribus indutus, an teneatur iniuriarum actione.*
2 *Viros veſtitu muliebri indui quandoliciitum fuerit apud Romanos.*
3 *Pœna hodierna in eos qui tali veſtitu abutuntur.*
4 *Huius criminis rei præter cætera infamia notantur.*
5 *Epiſcopali dignitate inſigniti repentinas veſtium mutationes prohibere poſſent.*

Perpenditur nouella Cæſaris conſtitutio, in §. fi. in auth. de ſanct. epiſc. colla. ix. quæ agit de geſtante habitum alterius in eius contemptum, teneaturne iniuriarum actione.

CAP. V.

PROXIMAE quæſtioni de iniuriis & illa accedit, an indutus veſtibus muliebribus monachalibuſve iniuriarum actione experiri poſsit, quáve pœna coërcendus ſit. Sed antequàm in diſputationem hucuſque condeſcendam, illud memoriæ repetere libet, quod olim Moyſes Deuteron. 22. ſcriptum reliquit. Non induetur (ait) mulier veſte viri, nec vir veſte fœminea. Nec itidem ſcholaſtici doctorum veſtimenta, nec etiam clerici Epiſcoporum, ex gloſſa & Doctor. in cap. vt Apoſtolicæ. de priuilegiis. libro ſexto. Tametſi in veterum monumentis quandoque ſine dedecore, ioci cauſa, aut regionis morem ſequendo licuit. Sicuti conſtat ex Plutarc. in Problema. Roman. c. lv. apud Romanos idibus Ianuariis licuit tibicinibus muliebri habitu vrbem luſtrare. Rurſus idem Plutarc. in Problem. Græcis ſcribit apud Coos ſacerdotem Herculis muliebri veſte indutum, & mitra caput ornatum, apud Antimachiam rem diuinam facere ſolitum. Et Plutarc. de clar. mulieribus. c. ix. aſſeuerat. Apud Achiuos ſacra quædam celebrari, in quibus mulieres clamidem, ac virilem veſtem induræ. Viri autem peplum geſtantes, & velamentis fœmineis capita obuoluti verſabantur. Et tradit Valer. Maxim. lib. iiij. cap. vj. & Plutarc. in vita Pompeij. Macrob. lib. iij. Saturna. cap. viij. ſcribit ſacrificia Veneri præſtari viros cum veſte muliebri, mulieres cum virili veſte. Aulus Gell. lib. vj. cap. x. Laërt. in Platone laſtheniam Mantineam, & Axiotheam Fliaſeam ornatu virili ipſius Platonis auditorium ingredi ſolitas: vtpotè ab eo erudirentur. Et proba Centona, quæ ita literis prædita fuit, quæ ex carminibus Vergilij ſciuit eruere vitam Chriſti Domini noſtri, cuius meminit Hieronymus in procem. Bibliæ, Cardinal. in clemen. ſi dominum. colum. penult. de reliq. & venerat. ſanct. Iuſtin. lib. j. pleraque id genus alia commemorat de Semiramide Aſſyriorum regina. Plutarc. in oratione conſolatoria ad Apollonium alia congeſsit. Blandus lib. iij. decad. j. Fregoſus in Valer. lib. viij. c. iij. frater Iac. Magnus in Soffologio ſap. lib. j. c. iij. Cæterum hac noſtra tempeſtate, quàm ſit à ratione deuium viros induere mulierũ veſtes, & verſa vice ex Euripidis ſentẽtia id cõſtat, dum cecinit.

Effœminata veſte non poſſum tegi,
Cum ſim vir, & viri natus ſtemmate.

Quos verſus vſurpauit Plato, vt tradit Laërtius in vita Ariſtippi. Diogenes cinicus compoſito, cultóque adoleſcenti cuipiam roganti, non ante ſe dixit reſponſurum, quàm apertè exploraret, vir ne eſſet an mulier. Veluti cultus ille fœminam præ ſe ferret, nec virum deceret, vt prodit Laërtius alloquens adoleſcentulo: Non te pudet (ait) deterius quàm naturam ipſam de teipſo ſtatuere? Illa enim te virum fecit, tu te ipſum refingis in mulierem. Siquidem, vt in plurimum inducũtur ad flagitia committenda, ſicut ex quotidiana experientia rerum magiſtra conſtat. Quibus admodum conuincit illud Ouidij lib. iij. de Arte amandi, dum cecinit.

Ludendo ſæpe paratur amor.

Caccialup. in trac. de lud. col. ij. & plura adnotat Ioan. à Neuiza in ſyl. nupt. fol. 80. col. ij. & iiij. in magno. Illud autem conſtat Herculem admodum eſſe reprehenſum, quod captus amore Omphales, eíque obſequens, veſtibus eiuſdem quandoque ſe induerit, vt author eſt Lactan. lib. j. qui de falſa religione ſcribitur c. ix. & alluſiſſe videtur illud Propertij lib. 3.

Omphale intantum formæ proceſſit honorem.

De quo etiam plerique meminere inter quos & Statius lib. j. Archilcidos, & Ouid. in Epiſt. Deianiræ ad Herculem, & tradit Nonius Marcellinus. Illud autem in Gallicis hiſtoriis proditum eſt, Anglos, Ioannam illam puellam omnibus ſeculis exemplum Rothomagi viuam combuſiſſe, quòd virili veſte contra fas vti dicebant, vſa fuiſſet. Diuus Epiphanius Eleutheropolites lib. aduerſus hæreſes j. Secta xvij. Pollux lib. vij. c. xiij. ſcribit, Barbaros veſtitu muliebri delectari. Et vetus prouerbium eſt apud Suydam, Maſsiliam veniſti, dici ſolitum in eos qui cultu parũ viris decoro vterentur. Siquidem Naſsilienſes muliebrem fermè in modum ornarentur, cuius etiam meminit Eraſmus Chiliad. iij. Centurio x. cap. xc. apud Verg. libro nono. Remulus id teneris exprobrat.

Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis,
Deſidiæ cordi, iuuat indulgere choreis
Et tunicæ Maniceas, & habent redimiculæ mitræ.

3 †Cæterum, vt in huius quæſtionis, ac criminis punitionem cõdeſcendã: illud memoriæ repetere libet, qua ſcilicet huius criminis rei afficiendi ſint pœna. Et primò extat Imperatoris ſerr

ris ſententia in §.fin.in auth.de ſanctiſsimis Epiſcopis, collatione nona, vbi ſcribit: Interdicimus vti ſchemate monachali, aut monaſteriæ, aut aſcæſtriæ, aut cuiuſcunque perſonæ huiuſcemodi imitari ſchema. Et rurſus inibi. Quia corporalia ſupplicia ſuſtinebunt, & exilio tradentur, cap. cùm decorem. & inibi glo. de vita & honeſtate clericorum. l. mimæ. C. de Epiſcop. audientia. §. iniuria. Inſtit. de iniuriis. Ex quibus ſanè apertè conſtat, quòd ſi in contẽptum alterius quis veſte vtatur, iniuriarum actione tenetur ex tex. in præcitato §. iniuria. Et Petrus à Couarr. in eo tractatu quem publicum fecit, *remedio de los jugadores*. c. xvj. ad fin. fol. 50. text. in authen. ſed nec curialem. C. de Epiſcop. & cleric. Bonus de Curt. in tract. nobilit. in iij. par. num. 169. Et inſuper is criminis reus capitaliter puniendus eſt, ex tex. iuncta gloſ. in d. §. fin. Abominabilis ſiquidem iſte, ſicuti conſtat ex concilio Gangrenſi. c. xiij. quo illud ſtatutum eſt, Si mulier virili veſte vtatur, anathema ſit. c. ſi qua mulier. xxxj. diſtinct. l. veſtis. §. muliebria. & §. communia. ff. de auro & argen. leg. Rurſus ſi ad amuſsim quæ in hoc cap. deſiderantur examinentur, illud obuium eſt, quòd alia afficiuntur † pœna huiuſmodi criminis rei. Nam infamia notantur, & à teſtimonio repelluntur, vt conſtat ex his, quæ notant doctores in dicta authen. ſed nec Curialem. l. inter veſtem. ff. de auro & argen. leg. vbi Rayne. id expreſsim adnotat, tametſi ab ea diſcedat ſententia Alber. inibi. Quibus ſuffragari videtur Lactant. lib. j. qui de falſa religione inſcribitur. c. ix. Et Propertius lib. iij. & Nonius Marcel. & Cicero in Epiſt. ad Atticum. Suet. in Cæſare. c. vj. explicant, Publium Clodium iure ab omnibus reprehenſum fuiſſe, quòd inter publicas bonæ deæ cæremonias ad Pompeiam Cæſaris vxorem, muliebri veſte penetraſſet. Plutarc. author eſt in vita eiuſdem Cæſaris. Pauſanias lib. viij. eò maximè, quia & hæc ad venerem potiſsimum fiunt. Pollux lib. vij. c. xiij. Euripides eo in loco, cuius & anteà meminimus. Laërtius in vita Ariſtippi.

Concilium Gangrenſe.

4

Nec in ſacris Liberi
Patris, pudica mens vnquam corrumpitur.

A cuius quidem punitione immunis erit, ſi ſanè his veſtibus vtatur ex regionis more, ſicuti diuus Aug. lib. 3. de doct. Chriſt. & tranſumptiuè in c. j. xiij. diſt. ſcribit. Et Gratia. eadem diſtin. §. vlt. Quiſquis (inquit) contemptis his, cum quibus

bus viuit, lautiora ſibi vel auſteriora præ cæteris indumenta quærit, intemperans ſui, aut ſuperſtitioſus eſt. Propterea dicit glo. dicto c. ſi quis virorum. xxx. diſtin. & in c. j. xxxj. q. iiij. In veſtibus & ornatu inſpiciendam regionis eſſe conſuetudinem. Quod & voluit glo. in c. penult. in verbo deauratis. & ibi Panorm. col. vlt. & Benedic. Capra Doctor Peruſinus, extrà de vita & honeſt. cleric. Specul. in tit. de aduocatis. §. ſequitur videre, Et Bald. in rub. de conſuetud. col. vlt. verſi. conſuetudo debet ſeruari. Et Thom. ij. ij. q. clxix. artic. j. Idcirco diuus Hierony. in Epiſt. ad Heliodorum Nepotianum laudat quòd in cultu ipſe prouinciæ morem ſequeretur.

In veſtibus inſpicienda regionis conſuetudo.

5 †Poſtremò has repentinas mutationes veſtimentorũ poſſet Epiſcopali dignitate inſignitus ſub excommunicationis ſententia prohibere, eò maximè cùm ad epiſcopalem dignitatẽ pertineat peccandi occaſionem auferre. c. vt animarum. de conſtit. lib. vj. l. j. de maiuma. lib. xj. vbi Iacob. Rebuf. aſſeuerat Imperatorem illos ludos prohibuiſſe ex eo, quia in eis viri miſcebantur fœminis, atque multa inde inhoneſta ſequebantur. Et pleniori manu explicat Ioan. à Neuiz. in ſua ſylua nupt. fol. 80. col. iij. Qui verò his noſtris non eſt ſatiatus, videat ad ambas (vt aiunt) aures Doctores præcitatos.

Epiſcopus poteſt prohibere luxũ in veſtibus.

Quibus & quod obiter menti occurrit, adiungendum eſt poſſe ſtatuto municipali, Synodalive conſtitutione Epiſcopum prohibere, ne mulieres aliæve perſonę veſtibus exceſsiuis vtantur, ſicuti diffiniuit in ea ſpecie Bal. in proœm. Greg. nu. 34. in par. Rex pacificus. Et Ioan. Andr. in c. ea quæ fiunt. de reg. iur. lib. vj. Alb. de Roſ. non ineleganter in l. factum. ff. eod. tit. & rurſus in ij. par. ſtat. quæſt. cxcvij. vbi expreſsim diffiniuit poſſe ſtatuto ſanciri, tã ratione peccati, quàm etiã ſcandali euitandi, quòd mulieres precioſis veſtibus margaritis, gemmis fucatiſque ornamẽtis & admodum exceſsiuis non vtantur. Siquidem hoc munus regibus & aliis quibus reipublicæ adminiſtratio commiſſa eſt competit, perinde ac reipublicæ nociua coërcere ex tex. in l. exemplo. C. de prob. & in auth. de referẽda ſacri palatij. in prin. collat. ij. & iſthæc principibus competit, ne eorum opidani, ciues, & ſubditi perperam rebus ſuis, prodigéque vtantur, ex l. ij. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Ex quo tex. rationem ſumentes Doctores idem adnotant. Qua ratione ſic perpenſa prodigis curator datur. l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. & mulieri luxurioſæ

rioſc.l.& mulieri.ff.de curat.furioſ.ne quis malè rebus vtatur ſuis. Quo fit vt ex tali veſtium delatione aliorum oculi (vt ita dixerim)infeſtentur. Solétque ſcandalum non minimum inde oriri,quod reipublicæ bene inſtitutæ euitandum eſt.c.nihil.de præſcr.réſque eſt mali exempli:ita grauius punitur.l.ſi quis aliquid.§.qui abortiuis.ff.de pœnis.Quibus ſanè animū perſuaſi meum in republica bene inſtituta à principibus,& ab his qui iudicandi munus habent,hanc veſtium delationem prohibendam eſſe. In qua ſpecie pleræque extant leges regiæ. Quin & Alberic. eo in loco cuius & anteà meminimus reſpondit, hoc non ſolùm debere ſtabiliri in veſtibus perliſve precioſis:quinetiam in fictis. Atque ita Bar. doctrina intelligenda eſt in l.j.de fonte. ff. Cuius meminit idem profeſſus Nicolaus Boërius ad Dinum in c.certum eſt. de regulis iuris,libro vj. Quibus admodum conuenit quòd Florianus adnotat in l.ſed etſi quid.§.mancipium.ff.de vſuf. & Ioan.Rebuf.per text.inibi in l.fortiſsimis notab.j. verſic. debet eſſe.C.de milit.veſt.lib.xij. Qui in ea ſunt ſententia, quòd tametſi ſtatuto id non vigeat, nihilominus exceſsiuæ veſtes de iure portari non debeāt, ſicuti diffinitum eſt in tit. de veſtib.olobe.& in tit.nulli licere in frænis.lib.xj.& Bald. in c.iurauit.de probat. ad finem,aſſeuerat hanc veſtimentorum delationem abuſum modernum introduxiſſe.Et Carolus quintus inuictiſsimus Imperator voluit veſtes exceſsiuas prohibitas eſſe in pragmatica ſanctione Pinciana anno 1537. Et Rebuffus plura coniicit tit,ij. regal.legum.pag.259. *Veſtium exceſſus dānatas.*

SVMMARIVM.

1 *Iniuria facto quibus modis fit.*

2 *Actio iniuriarum non datur, niſi in eum qui animum conuitiandi induxerit.*

3 *Atrox iniuria qualiter æſtimetur.*

4 *Magiſtratus authoritas maior quàm paterna.*

5 *Qui magiſtratui iniuriam facit etiam munere defuncto, non minori pœna afficiendus eſt,quàm ſi adhuc officio fungeretur.*

6 *Degradatum clericum percutiens, in labem excommunicationis incidere conſtat.*

7 *Qui inſignitus fuerit epiſcopali dignitate,& nō poßit ob plebis ſeditionem epiſcopatum aſſequi,vel eidem renunciauit,remanet ſui epiſcopi clericus.*

Depoſito

8 *Depoſito officio Abbatiæ ſine culpa, in priſtinæ dignitatis memoriam, primum locum poſt Albatem in conuentu obtinet.*

9 *Qui munus aduocatiæ depoſuerit, torturæ non eſſe ſubiciendum, ob reliquias priſtinæ aduocatiæ.*

10 *Exercens olim officium decurionatus, hodie torturæ non ſubiicitur.*

11 *Qui legationis munus exercuit, reuerentia ei debetur.*

12 *Filius à ſacris patris poteſtate, ob dignitatem liberatus, adhuc finita dignitate in patris poteſtate non remanet.*

13 *Iudicem offendens, vltimi ſupplicij pœna afficitur, adhuc etiam depoſito iudicandi munere. ibidem num. 14.*

15 *Impingens iudici alapam, furca ſuſpendi debet.*

16 *Mediatè & immediatè iniuria perſonæ irrogari poteſt.*

17 *Cadaueri qui iniuriam irrogauerit, non ſolùm hæredibus, ſed & conſanguineis iniuria cenſetur facta.*

18 *Eccleſia vel Abbas actione iniuriarum agere poteſt aduerſus eum, qui iniuriam fecerit clerico vel monacho. itidē de patre. n. 12.*

19 *Diſcutitur, poſſit ne pater iniuriam filio irrogatam remittere. ibidem nu. 22.*

20 *Tametſi prælatus eccleſiæ iniuriam illatam remittere non poſſit, nihilominus religioſo factam poteſt.*

21 *Diſcutitur an ſummus eccleſiæ præſul, eccleſiæ iniuriam illatam poſſit, necne remittere. & nu. 22.*

23 *Vxori iniuria illata, an & viro facta cenſeatur.*

24 *Saluus conductus conceſſus marito, etiam vxori conceſſus eſſe videtur.*

25 *Priuilegium viri, quo ratione dignitatis torturæ minimè ſubiicitur, vxori commune eſt.*

26 *Quid autem de priuilegio patris, an extendatur ad filios?*

27 *Poſtulare prohibitus apud præſidem, non prohibetur apud legatum præſidis.*

28 *Offendere vxorem iudicis non æquè eſt ac iudicē ipſum offendere.*

29 *Quo fit, vt qui ex certa pœna marito iniuriam non facere promiſerit, non teneatur ex ſtipulatione, ſi vxori eam irrogauerit.*

30 *Contra iniuriæ reum ciuiliter & criminaliter agitur, vna autem actione electa, altera perimitur.*

31 *Elegans deciſio ad Litem apud Labeonem. §. ſi quis ſeruo verberato. ff. de iniurijs.*

32 *Merces operarum quo iure quáve actione ſolui debeat iniuriam paſſo.*

Cicatrix

33 *Cicatrix in fœmina non nupta, an recipiat æſtimationem?*
34 *Bonorum duo genera ex Platone.*
35 *Deformitas notabilis ſponſæ de futuro ſuperueniens, iuſtam diſceſsionis cauſam præbet.*
36 *Secus tamen eſt ſi longè marito ſit diuitior.*
37 *Et contrà, mulieris pulchritudo etiam inopis cum viri nobilitate compenſari poteſt.*
38 *Animali facta cicatrix, æſtimationem recipit.*
39 *Si pœnitentiam egerit qui iniuriam dedit, an poſsit accuſari.*
40 *Remiſſa iniuria quo ad forum exterius, nihilominus agi poteſt ad expenſas.*
41 *Iniuria remiſſa minimè cenſetur, ex eo quod in interiori animi iudicio læſus condonauerit.*
42 *Bart. & Ananiæ opinio reprobatur, æſtimantium iniuriam paſſum non teneri ad reconciliationem, deponendámque ex animo iniuriæ reccordationē, niſi prius veniam petierit, qui damnum dedit.*
43 *Actio iniuriarum quibus modis tollatur.*

De iniuriis, quæ facto fiunt potiſsimùm agitur, déque illarum pœnis, iure Cæſareo, Regio, Pontificióue ſancitis. CAP. VI.

RELIQVVM eſt, ne ab inſtituto, & recto deuiemus ordine, cùm plerunque in controuerſiam incidat, verba vndiquaq; breuiſsima facere de illa iniuria, quæ facto fit, de qua agit tex. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. vbi ita ſcribit, Lex Cornelia, de iniuriis competit ei, qui iniuriarum agere volet, ob eam rem, quòd ſe pulſatū, verberatúmue domumue ſuam, vi introitam eſſe dicat. §. Sed & lex Cornelia. Inſtit. de iniur. regia l. vj. tit. ix. par. vij. Vbi ponit pleraque exempla, quòd licet quis realiter alium non tangat, nec percutiat, ſed tantùm admoueat manus, vel inſtrumentum aliquod contra eum alleuet, in iniuriæ labem incidere conſtat, & eius pœnam. l. item apud Labeonem. §. ſi quis pulſatus. ff. de iniuriis, Cuius verba ſunt, Si quis pulſatus quidem non eſt, verùm manus aduerſum eum leuatæ, & ſæpe territus eſt, quaſi vapulaturus, non tamen percuſsit, vtili iniuriarum actione tenetur. Cuius meminit pro ſingulari Bar. & Alber. inibi. Quo in loco vnicum eſſe profitetur Angel. de Peruſ,

& huic accedit ſententiæ Hippol.de Marſil.in l.ſi is qui cum telo.C.ad leg.Cornel.de ſicar.nu.18.Ang.de malefic.col.j. in verbo,admenauit. Et inibi expreſsim adnotat eius additionator. Quibus nec admodum inuitus accedit Iaſ. in l. j. §. hæc autem verba. ff.quod quiſque iuris.regia l.vj.tit.ix.par, 2 vij.ea ratione ductus: quia † iniuriarũ actio minimè datur, niſi contra illum qui liuore animi ductus,animum induxit ſuum iniuriandi.l.ſi non conuitij.ff. de iniur. & inibi ad id adnotat Cyn.& eſt text. ad id præſtantiſsimus in l. apud Labeonem.§.conuitij.ff.eod.tit.Barth.Socin.conſi.clxviij.col. iij.verſic.iij.volum.j. Andr.Barbat.conſil. xv.volu.iiij.quod reperies poſt librum Conſuetud. Biturig. in ordine primo. Et ante hos Philip.Corn.conſil.clxxij.vol.iij.litera R.Boer. his admodum ſuffragatur conſil. iiij.num. 2. ita nempè demonſtratur animus verbo vel facto.Siquidem vulgò dici ſolet, talem præſumi quem,qualem demonſtrant verba factáque.l.quod Labeo.ff.de ſupel.leg.c.ſignificaſti. ad fin.de homicid. l.iij. C.ad l.Corn. de ſicar.c.reprehendenda tu magis es.C.de inſti.& ſubſti.Boër.eo in loco, cuius & antea meminimus.Siquidẽ talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demonſtrant,vti vulgò circunferri ſolet.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff. de leg.j.l.qui interrogatus.§.j. ff.de interrog. actio. Et inibi Bal.expreſsim adnotat.Et voluntatem & propoſitum maleficia diſtinguere conſtat.c. cum voluntate. de ſent. excom.l, qui iniuriam.in princ.ff.de fur.Quo fit,iniuriarum actione teneri,ſi manu, cultello,baculo,minatus fuerit cuipiã, tametſi non percuſſerit.Id diffinitum extat ex Bart.Angel. in l. apud Labeonem.§.ſi quis plures.ff. de iniur. Angel.Aret. in tract.malefic.in verbo,admenauit.in princ.Nic.Boër.conſil. iiij.nu.16.apud quos ſatis iam id conſtat. His tandem exa-3 minatis,ex eodem fonte deducitur,eadem † iniuriarũ actione teneri,ſi ſanè verbo tenus, vel facto, alicui irroget iniuriam.Ratione perſonæ,dignitatis,loci facti, quandoque iniuria atrox exiſtimatur. Et inter atroces iniurias eſt aliquis gradus,ſicuti diffinitur ex l.prætor edixit.§.fin.& in l. ſed & quæſtionis.verſic.& ait Pompo.& l.lex Cornelia.§.lex itaq;. iuncta gl.inibi. ff.de iniur.§.atrox iniuria. Inſtitut.de iniur. Franc. Aret. conſil. xxxiiij. Nic. Boër.deciſ. clxviij.nu.10.& iniuria,quę à pluribus fit,grauis etiam eſt.l.ſi plures ſerui.& inibi Alex.ff.vi bon.rapt.Boër.deciſ.clxxiij.nu.10. itidẽ grauior

Verba animum indicant.

Minitãs cultello vel baculo.

aior eſt iniuria ratione perſonæ & contumelioſior, atrociúſque punienda quæ magiſtratui irrogatur, quàm quę priuato, teſte Ariſtot. in Problem. 19. cap. 14. ad fin. Fab. Quint. lib. 6. orat. inſti. ídq; Iuriſconſultorum deciſionibus conſtat, ex d. l. prætor. §. vlt. ff. de iniur. Bart. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. Salic. in l. non ideò minus. ff. de accuſ. doct. paſsim in c. cùm illorum. de ſent. excom. Bald. ſignanter in c. j. §. iniuria. in primis verbis. in tit. de pace iuram. firman. in vſib. feud. aſſeuerans, quòd ſi quis prætori propter inimicitiam priuatam alapam irrogauerit, vltimi ſupplicij pœna afficiendus eſt. Cuius meminit pro ſingulari Iaſ. in l. j. not. j. C. de precib. Imp. offer. Itidem in principalibus, col. vltim. verſic. ſecundò quæro. ff. ſi cert. pet. Et latiori commentario id adnotat in l. qui iuriſdictioni pręeſt. col. j. ff. de iuriſd. om. iud. Felin. in c. inquiſitionis. ad fin. de accuſat. ídque conueſtiri poſſet ex l. poſtliminium. §. filius. ff. de capt. & poſtlim. Ex quo tex. rationem ſumens Bal. in l. ſenium. in prin. C. qui teſtam. fac. poſ. aſſeuerat maiorem eſſe authoritatem magiſtratus, quàm quæ patris. Et adeò honor à veteribus impendi magiſtratibus ſolitus eſt, vt ipſi à parentibus lege naturæ poſtpoſita maximè colerentur, ſicuti id etiam conſtat à Fabio Maximo factum eſſe, teſte Claudio in Annal. ſuorum libro 6. & lib. 24. Valer. lib. 2. c. 1. Gell. lib. 2. c. 2. Plutarc. in apophthegm. Romanorum, apud quos ſatis ſupérque id diffinitum extat. Et Romanorum legibus conſtitutiſsimum eſt, iudicem ius præcipiendi cogendiq; habere in patrem. l. ille à quo, §. vlt. cum ſeq. ff. ad Trebel. Et inibi Accurſ. tex. in d. §. filius. Et Cic. lib. iij. de legib. ſcribit Charondam in ſuis legibus legem hanc ſanxiſſe, Ciues omnes magiſtratibus obtemperent. Secundò fortiſsimum huic rei argumentum præſtat, quòd † iudicandi munus honor eſt. cap. paſtoralis. in 4
ver. honore. de offic. ord. Et inibi Io. Andr. ad id adnotat Bal. in l. ij. in prin. de ſenat. Barb. cõſ. ij. ſapienter & præclarè. lib. ij. ad fi. Io. And. in c. mutare. de reg. iur. lib. vij. in mercurialibus. Hinc & illud eſt, doctorali dignitate inſignitos, quia iudicandi ius habẽt. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. & in §. vlt. in j. digeſt. cõſtitutione. eſſe in dignitate cõſtitutos. Collect. in c. forus. col. xj. de verb. ſig. Abb. & Io. And. in c. quanto. de magiſt. Barb. in trac. de præſt. Card. j. par. q. j. coll. ij. & eſt tex. in c. dudũ. de elect. qui hãc de qua agimus quęſtionẽ diffinit.

Magiſtratus authoritas.

c.vt debitus.de app.l.iij.§.j.inibi iure honoris.ff. quod met, cauſ.l,obſeruandum. ad fin.ff.de offic. proconſ.& in l.vlt,in princ.ibi omnem honorem ſaluum iudicibus reſeruantes, C.quan. prouoc.non eſt neceſſe.l.j.& inibi Bald.C.ſi rector prouinciæ.l.j.C.ſi qua.prædit.poteſt. Tertiò,ab eadem radice colligitur vera interpretatio illius quæſt. qua agitur, ꝙ injuria illata magiſtratui, finito adhuc officio munereque iudicandi,æquè puniendus eſt criminis author, ac ſi adhuc eſſet in officio,propter reliquias & memoriam priſtinæ dignitatis,ſicuti in ea ſpecie reſpondet Bald.in l. obſeruare.§. proficiſci.col.iiij.verſic.ſeptimò quæritur.ff.de offic.procōſ. & leg.Iaſ.in l.principalibus.&in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.not.v.ff.de verb.obli.Verus inde reſtat intellectus ad gl.c.ad abolendam.in ver.prærogatiua. de hæret. Qua conſtat percutientem clericũ degradatũ incidere in canonem,ſi quis ſuadente,abolita priſtinæ dignitatis memoria. gl.in c. degradatio.ad fin.de pœn.lib.vj.Cui ſimilis in c.accedēs.50. diſt. & in c.ij.in gl,vlt.liiij.diſt.& in c. dictũ.lxxxj.diſt.& in c.eos.in verſic. clerico.xx.q.iij. Et huius ſententiæ authores habeo Ant.Floren.in ij.par.ſum.tit,xxv.c.j.Hip.ſing.clxxix. col.ij.Feli.in c.contingit.in j.de ſent.excom. Dec, in reg. in omnibus.nu.18.ff.de reg.iur.Præp.in c. accedens.50. diſtin. Abb.in c.j.qui cleri.vel monac.Et hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiã exiſtimo,ea quidē conditione,ſi fuit degradatus verbaliter: lōgè verò aliter,ſi actualiter:Siquidē tunc minimè in canonē incidit, ex Archiepiſc. Flo,loco præcitato.

Percutiēs clericum degradatum.

7 Hinc † deduci videtur reſpōſum gl.in c.ſi qui epiſcopi.in gl.magna,xcij.diſt.aſſeuerantis,ꝙ ſi quis clericus fuerit inſignitus epiſcopali dignitate, & ob plebis ſeditionē nō poſſet epiſcopatũ aſſequi,eáq; de cauſa ei renũtiauerit,remanet nihilominus ſui epiſcopi clericus,c.ad ſupplicationē,extrà,de renunc. Neq; ob memoriã priſtinæ dignitatis poterit deponi, Hãc ſententiã profitetur Feli.illius gl.memor,in c.quæ in eccleſiarũ.col.xxxv.fall.v.de cōſt. Ex

8 eadē†ratione cōſtat elegans Io.de Lign.reſpōſio in cle.ne in agro.de ſta. mona.Quod ſi ſemel fuit Abbas,ſi ſine culpa officio deponatur: in priſtinæ tamē dignitatis memoriã, primũ locũ poſt Abbatē in choro & cōuentu obtinet. Idémque aſſerit Imol.col.xiiij.in vlt.q.inibi.His etiã accedit Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.col.vj.ff.de ver.obli.Feli.omnium

nium diligētiſsimè in c.qui in eccleſiarũ. de conſt. verſ.hinc eſt,ꝙ qui ſemel. Quibus libenter accedit Guid. Pap. deciſ. Delph.ccclxxvij.exiſtimat,ꝙ ſi princeps ſummi prætorij cõſiliarios abſq; labe & crimine officio deponeret, nihilominus in priſtinæ dignitatis memoriã, eiſdẽ priuilegiis gauderent. Ex his apparet inſignis admodũ & perplexa quæſtio, quæ à iuris vtriuſq; profeſſoribus non infrequenter tractari ſolet.in l.ij.C.de aduoc.diuer.iud.vbi Abb. expreſsim adnotat,ꝙ † qui aduocationis officium depoſuerit.minimè poteſt ſubijci torturę. Et in eadẽ ſententia eſt Iaſ.cõſ.clxxix.col.ij. Icidẽ in præcitata l.ſi ita ſtipulatus.nu.27. Ex eadẽ radice verus reſtat intellectus ad l.vlt.ff.de decur.vbi conſtitutiſsimũ eſt, in † memoriã priſtinæ dignitatis minimè torquendum eſſe, qui decurionatus officium olim geſſerit. Ita profitetur Bar.in c.ſedes apoſtolica.col.iiij.de reſcr.& Hippol.in ſing. cvij. & clxxix. Vnde colligitur, ꝙ † qui legationis munus exercuit,etiã reuerenter tractandus ſit, vt exiſtimat Spec. in tit.de leg.§.finitur.Dn.Io.And.Abb.Franc.in c.decet cõceſſum.de reg.iur.lib.vj.Bal.Inn.& And.Sicul.in d.c.ſedes apoſtolica. maximè verò Feli.id luculenter explicat in c. quæ in eccleſiarum.col.xxxij. Ex quo quidẽ iure procedit vera ratio gl.in §.generaliter.in verb.præſtet.in auth.conſtitutio quæ. de dig.vbi ex ꝓfeſſo aſſeuerat filiũ † à patris poteſtate ob dignitatẽ liberatũ,minimè dignitate finita ſub patris poteſtatẽ cadere,ſicuti arbitratur Dn.in d.c.decet.Abb.in auth.ſed epiſcopalis.C.de epiſc.& cler.Io.de Plat.in l.vlt. C.de conſu. lib.xij.Tametſi depoſuerit adminiſtrationẽ iudex, eo priuilegio gaudet,ratione priſtinę dignitatis.l.procõſule.ff.de offic.procõſ.l.j.C.vt omn.iud.tã ciuil.quàm crim.Caſta. q. xx. impe.del.Hip.ſing.clxxix.Paris à Put. in tract. ſynd. in par. an ſi poteſtas.fol.11.nu.16.diffiniũt, ꝙ qui miniſtros iuſtitiæ vel ipſos iudices tempore ſyndicatus,non minus puniendos fore,quàm ſi nondũ iudicũ officiũ finitum eſſet.l.j.C. vt cau. poſt liber.Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.de offic.ꝓcõſ.Hip. eo loco cuius nos antea meminimus.And.de Iſern.in conſt. reg.quæ incipit, Magnæ curiæ.gl.in §.illud.in auth.vt iud. ſine quoq. ſuffrag. verbo,mortis. collat. ij. definiens capitis pœna afficiendum eſſe eum,qui officiali iniuriam irrogauerit durãte ſyndicatu.Tametſi Bar.in l.itẽ queritur.§. qui impleto.ff.loc.audacter aſſeueret,finito officio iudices non eſſe,

Officio depoſiti abſque culpa retinēt priuilegia.

9

10

11

12

Irrogans iniuriam iudici tempore ſynd.

nec iudicum priuilegiis potiri. Nihilominus tamen exiſtimat iudicantis arbitrio puniendum eſſe, qui iniuriam iudici officio functo intulerit. Et tex. eſt in l. iudici. ff. de iniur. & l. iud. de appel. & inibi Bar. idem definiens Bal. in c. j. §. iniuria de pa. iur. fir. in vſi. feud. Iaſ. in l. principalibus. ff. ſi certū pet. col. iiij. & inibi Burrig. Bald. in l. tribunus, in prin. ff. de teſt.
13 mil. Itidem † Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. q. iij. ff. de offic. procon. idem omninò opinantur: vt etiam, ſi ſtatuto municipali ſancitum fuerit, iniuriantem poteſtati capite plecti, intelligatur de eo, qui non eſt in officio, nec à ciuitate diſceſſit. Hoc profitetur ex recentioribus Franciſ. Auil. in c. j. Prætoro. nu. 8. in verb. durante. Et in c. j. ſynd. nu. 14.

His ſic præhabitis ex eodē ſtipite, ſiue fonte, & illud ema-
14 nare videtur ad regiam † conſtitutionē v. tit. xij. lib. viij. ord. reg. Vbi expreſsim definiens pœnas contra occidentes, vel vulnerātes ipſos iudices miniſtróſve: intelligit etiam, ſi tempore Syndicatus iniuria fuerit illata.

15 Hinc diffiniri poterit quod & † Bal. ſcribit in c. j. §. iniuria, de pace iur. fir. definiens, quòd ſi quis impegerit alapam iudici, poſſe quidem criminis authorem furca ſuſpēdi. Innoc. in c. dilecti. de pœnis. Iaſ. in l. qui iuriſdictioni. nu. 3. ff. de iur. om. iud. Paris à Puteo, de ſyndic. verbo contumacia. n. 7. fol. 89. Ang. in trac. mal. in parte vſq; ad locum. Hypp. in l. vnius facinoris. §. cogniturum. ff. de quæſt. num. 70. Ant. Corſet. in repert. ad Abbatē, verb. iudex. col. xiij. Et in ea ſpecie in praxim ſe habuiſſe aſſeuerat Franciſc. Auiles in c. j. Prætorum, verbo *Derechamente*. nu. 12. Bonif. de Vitali. de maleficiis. tit. Quibus de cauſis poſſet ad mortem condemnari. col. ij.

Grauior iniuria cēſetur ratione loci. His itaq; diſcuſsis, notandū eſt ad huius capitis reſtitutionem, æſtimari iniuriam ratione loci: veluti ſi quis in via publica, Platea, Eccleſia, aut iudicis pręſentia iniuriam irroget. tex. in l. Prætor edicit. §. atrocem iniuriam. ff. de iniu. §. atrox pręcita. Vbi Imperator ſcriptū reliquit, atrocē iniuriam ęſtimari, vel ex facto, vel ex loco. Veluti ſi cui in theatro, vel in foro, vel in cōſpectu Prætoris iniuria facta ſit. Vel ex perſona. Veluti ſi Magiſtratus iniuriam paſſus fuerit. l. apud Labeonem. §. hæc autē. verſ. quod ait Prætor. ff. de iniur. Regia l. xx. tit. ix. part. vij. Atrox autem iniuria quæ dicatur explicant doct. in c. j. ſolent. de ſent. exc. Et in c. per literas. de reſt. ſpol. Guil. in l. ſed ſi hac. §. Prætor ait. ff. de in ius vocād. Alex. ad Bar.

ad Bart. in l. non ſolùm. litera E. ff. de iniur.

Cæterum & illud conſtitutiſsimum eſt iniuriā † irrogari 16
poſſe alicui mediate, & immediate eidem perſonæ, vt ſi filio
in poteſtate exiſtenti patris, vel vxori, ſeruo, famulo, clerico
& monacho, eccleſiæ fit iniuria. Ex quo aliqua coniicienda
ſunt huic rei maximè neceſſaria ad huius quæſtionis perſpicuum intellectum; ſiquidem iniuria alicui de familia facta
agere poſſe conſtat, longe quidem aliter ſicuti adnotat Bart.
in l. j. §. fi. ff. de iniur. Cin. idem profeſſus, nu. 6. & pleriq; alij
in l. ſi non conuitij. C. eod. tit. Faber & paſsim doct. in §. ſi à
libero. Inſtit. de iniur. eſt text. ad id præſtantiſsimus in l. item
apud Labeonem. §. interdū. ff. de iniur. Et expreſsim id adnotat Innoc. in c. dilectus. col. ij. de appel. extátque Regia l.
x. tit. ix. part. vij. quæ expreſsim id definit.

Ab eadem radice & illuc conſtat irrogantē iniuriam cadaueri, eius hæredi † cēſeri feciſſe. l. j. §. quotiens. ff. de iniur. 17
text. in auth. vt defun. ſeu fun. eo. gloſſa, quæ expreſsim hoc *Iniuriam*
ipſum vult, & Bart. & paſsim doct. in §. quotiens. Itidē Bart. *irrogans*
in §. Cato. l. iiij. de verb. obl. nu. 31. Et regia l. penult. tit. xiij. *cadaueri.*
part. j. id vnū addens, non ſolùm hæredibus competere hanc
actionem iniuriarū, quibus & iure communi delata erat, ſed
etiam defuncti conſanguineis. Quin etiam vi rapiens cadauer, impediénſve, quominus ſepeliatur, pœna legis de vi publica tenetur. l. qui ceptu. ff. ad leg. Iul. de vi. Cuius criminis
punitio deportatio eſt, ex l. qui dolo. §. fi. eod. tit. & bonorum
etiam confiſcatio. §. penul. Inſt. de pub. iud. Et adnotat pleraque id genus alia. Hoſt. in c. cùm liberum. de ſepult. Petr.
Rebuf. in gloſ. ad conſtit. regias Galliæ. par. i. in tract. de ſententiis. nu. 67. Ioan. Sanſon, in gl. ad conſuet. Turonenſ. in rubri. de ſucceſſ. art. ij. col. iiij. fol. 310. Et præter alia eſt, in hac
quęſtione obſeruandum, in eos qui defunctorum imagines,
& ſepulchrorum ſtatuas offendunt, iniuriarum actione experiri poteſt ex l. ſi ſtatuta. ff. de iniur. Bart. in l. qui libertate.
§. ne eius. ff. de oper. publ. Vbi agit de his qui radunt arma ex
capellis. Nunius Auenda in c. præt. nu. 2.

Hinc illa examinatur quæſtio † perplexa valde, & à doctoribus vtique nō ſatis diſcuſſa. Iniuria monacho, clericóve irrogata eccleſiæ, abbati facta cenſeri conſtat. Bal. in l. pręſens. 18 *Iniuria*
C. de tranſac. Abb. in c. parrochianus. & in cap. non dubium. *clerico facta eccle-*
& in cap. contingit, de ſent. excom. Bald. in l. qui accuſare. C. *ſiæ fit.*

qui accuſ.non poſ. Alexand.ad Bart. in l.j.§.fin. & in l.ſed ſi vnius.§.filiofamiliàs.ff.de iniur.Iacob Vilal.in ij.parte rep. l.xxij.titulo j.part.vij. Eóque nomine iniuriarum actione experiri poſſunt.ex cap.cùm deſideres.§.finali.de ſenten.excommu.& inibi paſsim doct.adnotant. Quo fit pecuniã monachi interfecti, ex tranſactione facta, abbati,ac monáſterio ſoluenda eſt, non tamen eius patri ex Romá.conſ.cccel. Deci.in cap.in præſentia.num.57.de probat. Quorum ſententia communis eſt teſte Alciato in l.iiij.§.Cato.de verbor. oblig.Tametſi ab hac ſententia diſcedat, Boërius aſſeuerans contrariam eſſe communiorem deciſ.cxxj.nu.9.à poſteriori tamen ſententiá non eſſe diſcedendum exiſtimo ex gl.in l. ex cauſa.§. Pomponius.ff.de minor. & aliàs iſthæc quæſtio negotium nobis fuit.

Duæ cões côtrariæ.

19 Hinc† etiam & quod obiter menti occurrit,adnotandum eſt,patrem agere poſſe, contra eum, qui filio iniuriam irrogauit, ex Alber. in l.ſed ſi vnius.§.filiusfamiliâs. ff.de iniur. Iacob.de Aret. Bart.Ang.in præcitato.§.filiusfamiliâs,idem deducentes ex text.inibi in verſic.plane.poſt gl. quæ expreſſim,hoc ipſum vult ibi.in verſ.filio. quẽ eſſe opinionẽ Hug. primi id aſſeuerantis, aſſeuerat Specul.tit.de iniur.§.j.verſ. ſed núquid nocet filio. Ab hac tamen ſententia libenter diſcedit Azo in ſumma.tit.de iniur.§. datur actio iniuriarum. ad fin.ex text.in l.j.C.de bo. mater.& in l.vltim. C.de bonis quæ lib.Hoſtienſ.in ſumma, tit.de iniur.col.iij.diffinientes in præiudicium ipſius filij patrem, ne vtique poſſe iniuriam filio illatam remittere. Quorum ſententiá illud coadiuuat pater filio inuito legatum eidem relictum non poteſt repudiare.l.remittente.C.de iure deliber.l.ex repudiatione.C.de fideicommiſ. nec itidem bonorum poſſeſsionem ſibi quæſitam.l.ij.C.de repud.bonorum poſſeſ. Nec aliquo iuris apice obſtant pro contraria adducta parte, ſiquidem ex iniuria filio illata grauior in patris perſona exiſtimatur, quàm quæ in filio.ex gl.in l.in perſonam.ff.de pact. & inibi Bart. Paul. Caſtrenſ.Angel.Fulg.& Iaſ.& Iacob. de ſancto Georg. Collectarius.in cap.fi.de iniur.Barth.de Firm. in eo tract. quem publicum fecit,de epiſc.part.iij.lib.iiij.q.xij.verſ. ſubſequẽter quæro.deciſ. Capellæ Tholoſ.cclxij.gloſ.paſsim admiſſa, in c.ſi is qui prælatus.xxiij.q.iiij. Ludouic. Bolog.poſt Bart. in l.Lucius.in primis interpretationibus.ff.ſol.mat.

Filij iniuriã, an pater remittat.

Illud

Illud verò prætermittendum non eſt, quòd licet prælatus illatam iniuriam eccleſię remittere non poſsit, nihilominus religioſo iniuriam illatam poſsit vtique remittere ſicuti in ea ſpecie diffinire Io.Fab. Angel.in §.patitur.Inſtit.de iniur. Itidem Ioã.Fab.in l.ſi quis in hoc† genus.C.de epiſc.& cler. Baptiſ.de ſanct. Blaſio in tract. correlati.q.vj.fallen.xx. Iac. à Bellouiſo in ſua pract.tit. de iniur. fol.7. col.iij. verſic.ſed 20
nunquid ſi filius. & in ea ſpecie ita reſponderunt canoniſtæ in c.cum deſideras.& in c.non dubium.de ſentent.excom.

Religioſo illatã iniuriã Alb. remittit.

Præ cæteris ſatis compertum eſt, quod ex eadẽ radice emanare videtur, ſummum eccleſiæ preſulem,† minimè poſſe il- 21
latam eccleſiæ iniuriam remittere.gl.in verb.punire.in c.j. de pœn.lib.vj.cui ſimilis eſt, in c.contingit.de ſen.exc.Et doctores vtrobiq; Zeucelin.in extr. ſi frati ũ.tit. ne ſede vacan. & eſſe frequentiori calculo receptã ſententiã profitetur Boe. deciſ.cxx. nu.5.j.par.Pro qua eſt tex.ad id præſtãtiſsimus in c.ſolonitane.lxiij.diſt. quæ omnia deſeruire videntur, ad intellectũ regiæ conſt.xxij.tit.j.par.vij.diffinientis, habita pace cum offenſo & inita cõcordia pœnã criminis ordinariam pro delicto imponi non poſſe. Atq; ideo pater iniuriam filio irrogatam remittens criminis authori, pœna ordinaria imponenda non eſt ex text.in cap. Quintauallis.ibi. Pro offenſa, quam filij ipſius. Et inibi Bald.de iureiuran. Iaſ.in d. l. in perſonam quam explicat cum l. contra iuris regulas.§. fin. notab.vj. de pact. nec credendum eſt patrem, velle in cauſa filij calumniari.& abſque aliqua cauſa iniuriam remittere.l. mater.C.de calum.l.fi.ff.de pu.iudi.niſi & id conſtaret, euidentiſsimis præſumptionibus ex Bart. & doct.in l.fin. C.de bon.quæ liberis.

Papa iniuriam eccleſiæ non remittit.

Ex quo diffinitum extat patrem optimo quidem iure filio illatam iniuriam remittere poſſe ex l.qui inceſtu.§.fin.gl.& doct.in l. ſi maritus.§.ſi negauerit.ff.ſol.matri.& in l.tranſigere.C.de tranſanct.Alex.in l.Lucius.ſol.matr.ff. Ang.in l. inter liberas.§.filiusfamiliâs.& ibi Alex.ad Bar.ff.ad leg.Iul. de adulter. Quibus nec admodum inuitus accedit Boërius, conſ.lxviij.Cuius initium, viſa tranſactione.col.pe.Alb.in l. licet.§.fi.col.ij.ff.naut.caupo.& ſta. Quam paſsim receptam ſententiã intelligẽdam fore exiſtimo,† ni & pater eſſet abie- 22
cta perſona, infimæq; cõditionis, perſona vero filij eſſet honeſta, aliiſq; titulis decorata ex l.ſed ſi vnius. §.filiusfamiliâs.

Intellectus communis.

ff.de iniur.in verſ.interdum. Ange. in l.cum poſsit.de iniur.
Alius etiam ſubiicitur caſus à priori ſentẽtia, ſi eſſet iniuria violati thori illata filio, pater non poſſet remittere, ſicuti Bart.exiſtimat, in l.qui inceſtu.§.fin.ff.de vi publi.text.ad id omnium celebris in l.inter liberas.§.filiusfamiliàs. Et inibi Alexand.ad Bart.ff.de adult.Bald.nouel.in tract.de dote.iiij. par.verſ.trigeſimum priuilegium. Petr.Rauen.in ſuo iuris alphabetico.in verſ.iniuria. Ludouic. Bolog.in d.l. Lucius. in primis interpreta. Et ante hos Bart.Bald.Imol.Alexand. Rom.& neotericorum maior pars in d.l.Lucius.ſolut.matr. Rom. ſingul.tu habes. Hippoly.ſing.cccclxxiij.grauior eſt. Alex.ad Bart.in d.§.filiusfamiliàs.
Tertius ſubiicitur caſus, vt res iſta apertiſsimè intelligatur, in querela inofficioſi teſtamenti, cum illa iniura irrogata ſit ſoli filio. & in patrem non tranſeat ex l. Papinianus, in princip.ff.de inof.teſtam. Atque ideo eam iniuriam patrem remittere non poſſe, conſtitutiſsimum eſt.
Quartus ſubiicitur caſus qui non infrequẽter diſcutitur, ſi & pater abſens eſſet, nec vtique iniuriam remittere poſſet ex l.ſi longius.§.j.ff.de iudic. & inibi Iacob.de ſancto Geor. gloſſ.in cap.cum illorum.in verb.paſſus.& inibi doctores de ſenten.excom.Ioan.à Plat.ſumens rationem ex tex.inibi in §.patitur.Inſtitut.de iniur.Manſue.in ſua pract.tit.de iniur. fol.39.col.ij.Doct.in d.§.filiusfamiliàs. Quibus pleraque id genus alia congerens accedit Guli.Bened.in repet.in c.Raynuntius fol.328.col.iiij.de teſt. & Boer. ſignanter eo in loco cuius & anteà meminimus.
23 Vt quæ longo ſubſellio tractauerimus, & quo abij redeã, ſi iniuria vxori illata ſit, viro vtiq; cenſetur facta, atq; eidem actio cõperit nomine proprio.l.v. itẽ autẽ per ſemetipſum. & in l.eum qui.§.etſi nupta.& in §.ſi iniuria. Et inibi Bar.ff. de iniur.& ſuffragatur quod Lucas à Pẽna adnotat in l.j.C. vt publicæ lætitiæ.lib.xij.q.xx.diffiniẽs inita pace cum viro, ſi vxorem eius oſtenderit, pacem violaſſe conſtat. Bald.idem profeſſus in auth.habita. C. ne fil.pro patr.rationem ſumẽs ex text.inibi ſcholari irrogans iniuriam pœna quadrupli afficiendus eſt.Ita quidem, ſi ſorori, fratri matrive ipſius ſcholaſtici euntibus ad eum viſitandum iniuriæ illatæ fuerint.
Hinc & illud diffinitum extat, ſi lege lata cautũ ſit, ſtatutóve municipali, irrogante certam pœnam magiſtratuĩ, offend

ſendenti iniuriam vxori magiſtratus inferens, ea pœna coërceri debet ea ratione, quia priuilegium clericis conceſſum competit, & eorum vxoribus. l. vlt. & inibi Cinus. C. de iniuriis. & in l. vltima. & in l. medicos. C. de profeſ. & medic. lib. x. Lucas à Penna ſeriosè in declarat. in l. eos qui. & inibi Plat. C. de fabricen. lib. xj. & in l. ſacris noſtris. C. de prox. ſacror. ſcrin. lib. xix. & in l. vlt. C. de priuil. ſcholaſt. eodem lib. & in l. vltima. C. de princ. agen. in rebus.

Et fortiſsimum argumentum huic rei præſtat l. j. ff. de in ius vocan. diffiniens marito aliquod priuilegium concedens ad vxorem eſſe extendendum. Baldus, Salic. Alex. & plerique alij inibi. Et Dec. ij. notab. Raph. Cum. ex tex. in l. non tantum. ff. de re iudic. Bald. conſi. ccccix. conceſſus fuit. vol. j. idque deducentes ex illa ratione, qua circunferri ſolet, vxorem radiis priuilegiiſque maritorum potiri ex l. j. & ij. C. de vxor. militum. & inibi expreſsim adnotat Odofredus text. in l. ij. C. de Epiſcopis & cler.

† His omnibus animaduerſis, & illud deduci videtur, quòd ſi alicui cautio itineris, & vt vocant, ſaluus conductus concedatur, vt ex Italia poſsit ad Hiſpaniam vſq; peruenire per Galliam, vxori etiam hoc munus competit, tametſi eius nulla fuerit facta mētio. Cōſuluit Bal. in ea ſpecie cōſi. ccccxiiij. lib. v. cuius meminit idem profeſſus Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuero. ff. de verb. oblig. Itidem in d. l. non tantùm. & omnium diligentiſsimè Alber. in j. ſtat. par. quæſt. cxiiij. Et ex canonicæ Philoſophiæ authoribus huic acceſſere ſententiæ Anchar. Lap. Philip. Franc. in c. ne aliqui. de priuil. lib. vj. & aliquot axiomatibus id explicat Alc. in d. l. j. in ver. vxori. C. de in ius vocando. † Libet hoc in loco non incongruè ex his quærere, ſicuti & vir propter priuilegium dignitati conceſſum, quæſtioni ſubiici non poteſt, ex l. ſeueram. C. de dignitat. libro xij. Ioannes à Platea in l. mulieres. eodem tit. l. milites. C. de quæſt. regia l. iiij. tit. ij. lib iiij. ord. reg. ita quidem, & eius vxor torturæ ſubiici non poterit. In qua ſpecie ita reſpondit Ioan. à Plat. loco præcitato. l. ij. C. de quæſt. l. vj. tit. ij. lib. iiij. ordin. inibi, *Otro ſi las mugeres, que fueren caſadas con hombres hijoſdalgo, &c.* Et ita nouiſsimè aſſeuerat Franc. Auil. in cap. prætorum. num. 16. in procemio. Et ante eum Alciat. eo in loco, cuius & antea mentionem fecimus. Matthæus ab Afflict. in conſtitut. Siciliæ incip. proſequens. colum. v. verſic.

verſi.ſecundò quæro. Et iſthæc ſententia de ſtatuto puniente iniuriam factam magiſtratui, viróve locum etiam ſibi vendicabit in vxore magiſtratus, quæ adeò recepta eſt à doctoribus vtriuſque claſsis, vt impugnari non poſſe videatur, mihi tamen in ea quæſtione longè alia mens eſt & ratio. Et certè doct. ſuo fruſtrantur voto, ſicuti exiſtimat cōtrariam ſententiam profeſſus Franc. Aret. conſi. cxxx. conſultiſsimi. Decius, Andr. Alciat. in l. j. C. de in ius vocan. Et ibi Thom. doctius Philippus Dec. conſi. cccccj. in ciuitate Alexandriæ. col. ſecunda. Itidem in l. more. col. ſecunda. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Pro quorum ſententia aliquot iuris rationes afferam, quæ partim hanc aperiant quæſtionem, partim diffiniant.

26 † Et primò conueſtiri poſſet priuilegium patri ratione dignitatis conceſſum ad filios vtique extenditur, ex l. moris. §. iſte ferè. ff. de pœn. l. diuo Marco. C. de quæſt. glo. in l. j. C. qua ætat. lib. decimo. Nihilominus ſi ex forma ſtatuti magiſtratum offendens ſit aliqua afficiendus pœna, ea non afficietur, ſi filium ipſius poteſtatis offenderit, tametſi filius patris dignitatem nanciſcatur, ſicuti Baldus in l. j. C. ſi rector prouinciæ. ad finem: Franciſ. Aretinus in l. maritum. ad finem, ſoluto matrim. aſſeuerant.

Secundò fortiſsimum huic rei argumentum præſtat triuiale iuris adagium in materia pœnali dignitatis appellatione, dignitas venit principaliter, prout eſt in aliquo non tamen prout eſt in conſequentiam, & participatiuè, ſicuti argumento optimo deſeruit tex. in dicta l. moris. §. poteſt. vbi definitum extat prohibitus poſtulare apud Præſidem, minimè

27 apud præſidis legatum prohibendus eſt † poſtulandi munus exercere. At Præſidis dignitas legato communicatur in conſequentiam eiúſque imaginem repræſentat, ſicuti adnotat Bart. in l. quod principi. ff. de leg. ſecundo. l. j. & ſecunda. ff. de officio præſid. & vicarium epiſcopi dignitatem repræſentare conſtat, facítque idem tribunal cum eo. Bart. in l. prima. ff. quis & à quo appellandum. & eſt tex. in cap. ſecundo. de conſuetud. libro vj. ſic & dignitas quæ ob maritum vxori euenit ex cap. ſi quis ſuadente. xvij. quæſt. iiij. Ex quo conſtitutiſsimum eſt clericum percutientem ipſo iure nodatum eſſe excommunicationis ſententia: minimè tamen locum vendicat

28 in percutiente clerici vxorem: † tametſi legitima ſit ſicuti in vxore in minoribus conſtituto in c. j. de cler. coniug. lib. vj. & inibi

& inibi Ioan.Andr.& Imol. itidem in cap. ſecundo. de foro competenti,extrá. Et ſuffragatur ratio, cùm ſane hoc priuilegium toti ordini eccleſiaſtico conceſſum ſit, minimè ad perſonam quæ eccleſiæ non deſeruit extendi debet,eò maximè in materia pœnali. Quo fit offendere vxorem dignitatis iudicíſve eſt offendere poſitum in dignitate non eandem eſſe rationem. Atque ideo extendi minimè debet,c. quod Dei.de ſtatu monach.c.canonica. de ſenten, excomm.l. Iulia. §. hoc caput.ff.de ritu nupt. Et in hac ſpecie hanc profeſſus fuit ſententiam Iacobus à Canonibus in eo tract,quem publicum fecit,de iniuriis & damno dato, in ſecunda parte quæſt. xiij. vbi exiſtimat clericorum vxores minimè gaudere maritorum priuilegio,vtpotè immunes ſint à repreſſaliis. Ex quibus locis pleraque alia recenſere poſſem. Sed id nunquam animo fuit complexus.

Tertiò contrariam ſententiam impetit dignitas quæ ex viri perſona vxori communicatur,non eſt dignitas,vt ita dixerim principalis,ſed vtique in conſequentiam, Barbat.in l. ſi Auguſt.quam cum l.quod principali legit.ff.de leg.ſecundo. At ſtatuta maximè exorbitantia, & pœnalia ſtrictè conſideranda ſunt. Non tamen in caſu ficto l.conſtitutionibus. ff. ad municip.l.quod verò.cum plerisque aliis.ff. de legibus. paſſim Doctores inter quos & Bart.in l.omnes populi. ff. de iuſtit.& iure,ergo cùm ſtatutum pœnam infligat magiſtratum offendenti minimè locum ſibi vendicabit in vxore, quæ impropriè & fictè potitur ea dignitate. l. iij. §. hæc verba.ff. de neg.geſt.

† Ex quibus plura poterunt examinari huic capiti maximè neceſſaria,tametſi doctores,vt ex illorum lectione conſtat, tam neoterici,quàm antiqui adeò inuoluerunt, vt nulla ferè eorum ſententia ſibi conſtet. Nam ex his quæ dubia ſunt nihil verum teneri,nec falſum euerti poteſt. Illud hac in quæſtione deducam,promittens non offendere maritum, certa pœna,quòd ſi vxorem offendat, minimè poterit agere ex ſtipulatione, Siquidē fictè videatur offendiſſe l. eum qui. §.vlt.ff.de iniur,& Bart.in l.iiij.§.certo.ad fin.ff.de verb.obligat.Aret.in l.ſecunda.§.j. ad finem.ff. ſoluto matrimonio, nihilominus maritus iniuriarum actione agere poterit, & in ea ſpecie adnotat Dominicus per textum ad id præſtantiſsimum inibi, in cap. nec aliqui. de priuileg. libro ſexto, 29

notab.

notab.iiij.vbi exiſtimat priuilegium regis minimè reginæ competere, nec eiuſdem filiis, niſi & id exprimatur. Decius in l.quoties idem.ff.de reg.iur. ad finem. & ſic his quæ priorem ſententiam probare videntur, obiter ſatis factum eſt.

Hinc etiam conſtabit an verum ſit, quòd plerique exiſtimant ad huius capitis apertiorem declarationem, promittens alicui non offendere, ſi fortè fortuna illius hæredem offenderit, ex ea promiſsione minimè agere poteſt, ſicuti exiſtimat Aret. in præcitato §.Cato.col.antepenult.& in l.ſi ſtipulatus fuero.col.prima. ff. de verborum obligationibus. Ex his etiam poterit tractari qualiter ſit accipiendum, quod & Bart.in dicto §.Cato.l.iiij.num.30.ff. de verborum oblig. aſſeuerat.quòd ſi promiſerit ſe, nec hæredes ſuos offenſurum, adiecta certa pœna, & promiſſor deceſſerit relictis hæredibus, è quibus vnus Sempronium offendit pœnam inſolidum committi. Quam eſſe communem profitetur Ripa numero 39.& 59.inibi. Tametſi contrarium eſſe communem in ea ſpecie aſſeueret Claud.nu.38. & 86. & Alc.num.186. in præcitato §.Cato.Sed quia iſthæc aliàs negotium nobis erit, ideo conſultò miſſa facio.

Duæ communes contrariæ.

Supereſt vt nihil deinceps hac in re deſideretur contrariæ ſententiæ reſpondere, tametſi vxor priuilegiis mariti gaudeat, id tamen non admittitur in diſpoſitione corporis afflictiua, regul.in pœnis cap.hodie. de reg. iur. lib. vj. l. cùm quidam.ff.de lib.& poſth.cum pleriſque aliis, de quibus paulò anteà mentionem fecimus. Quibus ita diſcuſsis exactè poteſt doctorum controuerſia explicari.

Secundò vt veteres obſcurent acta triumphos, in hoc duntaxat tractatu perplexa valde æſtimatur, ſecunda ratio pro contraria adducta parte. Cui facilis eſt reſponſio, & miror, quòd ſummi Canonum legúmque magiſtri à canonica ratione tam facilè denegauerint, afferunt hoc ſuum ſymbolum. Iniuria illata vxori minimè cenſetur, marito illata, eiúſque vendita ei competit per quandam conſequentiam ex l.eum qui.§.vlt.ff.de iniuriis.at ſtatutum de quo paulò anteà mentionem fecimus, vim obtinet in inferente magiſtratui iniuriam. Quod ſanè intelligendum eſt verè & non fictè, nec per mediam alterius perſonam.l.aut qui aliter.§.vlt.ff.quod vi aut clam.l.hæc verba.ff.de adult.Bar.in l.ſi vnus.§. ſeruus. ff.de iniur.Itidem in d.§.vlt. Et tamen luculentiſsimi iuſtitiæ do

tiæ doctores in ea ſpecie, quàm plura ſine iuris & æquitatis miniſterio tradiderunt:docent enim plura implicata,& non neceſſaria.& forſan non vera.Credo equidem, quòd ſi veritatis inquirendæ cura acriter eos anxiſſet, vtique hanc ſententiam approbaſſent, quòd nonnunquam negligentia in cauſa fuit.Siquidem quæ ab aliis ſcripta ſunt ſine altiori inquiſitione aliis tradunt.

Nec obſtant per Franciſcum Aretin.adducta,qui in dicto §.Chriſogonus.ad finem eſt ſibi contrarius. Et contrariam prorſus ſententiam profeſſus eſt exiſtimans in ſtipulationis pœnam incidere qui eius vxorē offendit,quam nō offendere promiſerat:& Alciatus in dicto §.Cato. in ſeptima quæſt.de verborum obligat,ex §.patitur.Inſtit.de iniuriis, idem exiſtimat,& l.iniuriarum.C.de iniuriis,qui his noſtris refragare videtur,reſpondeo inibi, maritus in vxoris iniuria propriam pati intelligitur.Verbum ſiquidem intelligitur apud omnes profeſſores in confeſſo eſt improprietatem ſignificare ex Bart.& pleriſque aliis in l.ſi is qui pro emptore.colum. octaua.verſic. ſed illa opinio.ff. de vſucap.l.ſi tibi homo.§. cùm ſeruus.de legatis primo.inibi ex die aditæ hæreditatis eius intelligitur. Et inibi Bart.Bald.& alij fictionem denotare exiſtimant.Et eſt textus in l.quia ſeruo. & inibi glo.expreſsim adnotans.ff. de action.& obligationibus. text.in l. vna.§.primo.cum aliis.C.de rei vxoriæ actione. §. ſed ſi illo. verſiculo per gloriam viuere intelliguntur. Inſtit. de excuſat.tutorum.glo.in l.hæres quoque. ff. de acquir.hæreditate. Cui ſimilis in cap. ex ſtudiis. de præſumpt. Ex quibus ſatis ſupérque conſtat verbum,intelligitur fictionem denotare. Quòd ſi doctores vim verborum illius textus,& circunſtantias expendiſſent omnia nempe ſana,& vera apparere potuiſſent:& ſic doctorum ratio calculo non caret, licet à nemine notetur,& ille textus difficultate prima fronte cæteris præſtat,cui ſatisfactum eſſe videtur.

Rurſus nec à Baldo adducta in dicta auth.habita obſtant, quominus iſthæc ſententia procedat. Siquidem Imperatoria conſtitutio, inibi in materia ſtatutaria loquitur: in qua ſtrictior interpretatio facienda eſt, quàm quæ in iuris communis diſpoſitione,vel ex eo Imperatoria deciſio procedit: quia ſi ſcholarium conſanguinei impedirentur ad ipſos accedere,multa eiſdem incommoda euenirent. Quo fit Baldi

ſententiam ſumentis rationem ex d, auth. habita. minimo apice deſeruire videtur, quo minus iſthæc procedat opinio, & offendicula doctorum manifeſtè tolluntur, ex l. ſed etſi paterfamiliâs.§.non ſolùm.ff. ad ſenatuſconſultum Maced. vbi diffinitum extat exceptionem ſenatuſconſulti,quã odioſam eſſe conſtat.perſonam non egredi regulariter. Vide qui ſapis,qui probus es,qui iuris veritatem amas,quàm ancipiti periculo communis conſiſtat opinio. Quod ſi vera eſt, non quia cõmunis eſt,ſed quia iuris ,eſt & ſi ſolus quiſpiam docuerit obtinebit: ſin minus tanquam ſirtes eſt euitanda. Tu tamen candide lector in tuo ſit delectu quam velis ſequi
30 opinionem. Proximè† dictis,illud nõ intempeſtiuè diſputatur, in hoc duntaxat tractatu, quæ ſit iniuriæ pœna. Siquidem contra huius criminis reum ciuiliter, ac criminaliter agi poteſt. Et vna via electa ipſo iure altera tollitur,eo potiſsimum cum vtraque ad vindictam tendant. §.in ſumma. Inſtitut.de iniuriis inibi poſſe,vel criminaliter agere,vel ciuiliter.l,prætor edixit.§.poſſe.ff.de iniuriis.l, ſi quis iniuriã. l.finali,eodem titulo,quibus admodum cõuenit regia l. xxj. titulo nono part.ſeptima,& in ea ſpecie ciuiliter agi cõſtat, ſi iniuriam paſſus ad pœnam,ſibi pecuniariam applicandam agit,ex Bart.Angelo, Cino in l.ſi non cõuitij.C.de iniuriis. nona quæſtione. Angelus & Plat. in §.pœna autem.Inſtit.de iniuriis.ille columna ſecũda.Salic.idem profeſſus in l. atrocem.numero quinto & ſexto.C.eodem titulo.Angelus in tractatu maleficiorum.in part. nec non ad querelam. ad fin. Itidem in §.primo.numero tertio.& Iaſon numero 51. Inſtitu. de act.glo.communi conſenſu admiſſa in l.iniuriarum æſtimatio.ff.de iniur.& inibi Bart. Ang. & plerique alij. In his tamen regnis in praxi,ac vſu receptum eſt,paſſum iniuriam ad vtrunque alternatiuè ſe referre ex l, conſtitutionibus, ad finem,& ex §.pœna autem.Inſtit. de iniuriis.l, ſancimus. C. de iudiciis.l.videamus.§.fin.ff.de in litem iurando.regia l.de qua paulò anteã mentionem fecimus idem diffinit.

Cæterum id etiam conſtitutiſsimum eſt iniuriam paſſum poſſe agere ad punitionem iniuriæ principaliter, ciuiliter, vel criminaliter,vel incidẽter ad damna & impenſas: Abb. & Felinus per tex.inibi in cap.poſtulaſti.de Iudæis.Bar. in l. interdum.§.qui furem.ff.de furt. Iaſ.omniũ diligentiſsimè nec admodum inuitus accedit, in §. ex maleficiis. num. 77.

Inſtit,

Inſtitut.de actio. Itidem ad omne lucrum & intereſſe agere poteſt,ex l.qui nomine.ff.ad leg.Corn.de falſ.ad plurimum differt ipſius iniuriæ æſtimatio ab damnorum & expenſarum æſtimatione,cùm iniuriæ æſtimatio fit ad certam quantitatem iuratam ſalua ipſius iudicis taxatione. Ex qua quidem moderatio quantitatis iuratę fit.l.videamus.§.j.ff.de in litem iurando. gloſ. paſsim recepta in c.ſi canonici.de offic. ordin.Cui ſimilis in princip.de actio.Inſtit. Rota noua clij. Philip. Franc.in præcitato cap. ſi canonici. Quibus & illud adiiciam vbi iuramentum pertinet ad affectionem non detegitur periurium aliquod: tametſi qui iudicandi munus habet,quantitatem iuratam taxet.Rurſus expenſarum taxatio & damnorum non ita fit.Primò quidem moderatio fit à iudice inſpecta qualitate ipſius vulneris & iniuriam paſsi. Poſt hanc diſſinitionem ab ipſo actore iuramentum præſtatur,quo aſſeritur,illā quantitatē expēſam verè fuiſſe. Quam praxim adnotat Bar.& Iaſ.num.10.in l.ſi quando.C.vnde vi. Abb.in c.vlt.de his,quæ vi metúſue cauſa fiunt.glo.communi conſenſu ſtabilita,in c.j.§.ij.de elect. in vj. & eſt tex. ad id celebris in cap.olim.de iniur.extrà,& inibi doct.paſsim adnotant,& legiſtę in l.properandum.§.ſin autem alterutra.C. de iudic.extátq; regia lex j.tit.xviij.in ordinationibus regalibus. Principaliter à præmiſsis deducitur verus intellectus l.item apud Labeonem.§.ſi quis ſeruo verberato.ff.de iniur. inibi.Quia altera actio ad damnum pertinet culpa datum: 31 altera ad contumeliam.l.dominium.C.de iniur.l.ſi quæcunque.§.iniuriam.ff.ad leg.Aquil.l.qui ſeruum.ff. de actio. & obligat.tex.ad id optimus in c.j.de iniur.Ex quo diffinitum extat, qui aliquem percuſſerit,operas eius impenſáſque in medicos irrogatas,reſarcire tenetur.Et inibi adnotat Inno. Ioan.And.& plerique alij,l.ex hac.ff. ſi quadr.paup. fec. dic. nec refert iacuerit percuſſus in lecto necne. Siquidem ſatis eſt,quod is ob percuſsionē impenſas fecerat, aut mercedem ordinariam artis lucrari omiſerit. Ex Theologis hanc profitentur ſententiam diuus Thom.ij.ij.quæſt.lxij.art.ij. Scot. & alij in quarto Sententiarum, diſt.xv. quæſt.iij. vbi etiam Ioan.Maior quæſt.19.idem exiſtimat & Adria.in c.de reſtit. bonor.corpor.ex noſtris. Abb. & communi conſenſu doct. in d.c.j.& ſeriosè id explicat Ioan.Lop.in cap.per veſtras.vj. notab.§.ix.de donat.inter vir.& vxo.& rurſus in repet. rub.

§.xxv.num.5.fol.14.col.iij.in magno. Anto.Gomez.huic accedit ſententiæ in delictorum tractatu c.vj.de iniuria.num. 9.ad fin. Didac.à Couar.lib.ij. Variar.reſolut.cap.eod. num. 7.in verſic.quartò,eodem iure.&non ſolùm percutiens,mutilans aliquod membrum, occidénſue quempiam, tenetur ad operas mercedémq; impenſarum, ſed vtique ad eas quas facturus erat percuſſus,vel mutilus, toto vitæ ſuæ tempore, ex l.ex hac lege.præcit.l.fin.ff.de his qui deie,vel effud. quas vtique ſoluere tenetur percuſſo, vel occiſi hæredibus, teſte Spec.tit. de iniur.§.poſt.Cuius meminit Abb. idem profeſſus in d.c.j.& eſt tex.in §.ob hominem verò liberum.Inſtit. de verb.oblig.quæ ex quaſi delicto naſcuntur.Ludo.Carrer. in pract.crimin.§.homicidium.num.38.Paris à Put. in trac. ſyndic.in verſic.pœna.Maran.in Spec.aureo,iiij.par.j.diſtin. col.j.Hip.conſ.cxv.& cxxxj.& rurſus in ſing.ccccclxxvij. Eſt
32 &†aliud hoc in tractatu diſputatione dignum,qua actione, quóue iure mercedem operarum ſolui debeat iniuriã paſſo. Et ſunt qui exiſtiment iudicantis arbitrio, & id incidenter ex l.interdum.ij.§,qui furẽ.ff.de fur.Bart. & doct.inibi Ang. in d.§.ſi quis ſeruo verberato. Floria.in l. ſed etſi quæcunq;. num.10.ff.ad leg.Aquil.Bal.in l.dominum. C.de iniur.& in praxi in his regnis id eſſe receptum aſſeuerat Ant. Gomez. n.10.in eo loco, cuius antea meminimus. Qui quibuſdã adhibitis iuris ꝓpoſitionibus, hãc de qua agimus q.declarat. Ex quo apparet mercedẽ operarũ ſoluẽdã eſſe iniuriã paſſo, iuxta eandẽ æſtimationẽ,quã ipſe ſi verè operaretur cõſequuturus foret.D.Tho.ij.ij.q.lxij.art.ij.ad primũ.& inibi Caiet.q. lxij.art.iij.Adr.in iiij.ſent.in trac.reſtit.bo.corp. Scot. diſt. xv.q.iij. Ij omnes vno marte,eadémq; voce exiſtimãt, in cõſcientiæ foro.mortuo iniuriã paſſo,poſſe qui iniuriã intulit, in iniuriæ illatæ compenſationẽ aliquid ad animæ alterius vtilitatem expendere.Illud tamen quod & Io.Maior aſſeuerat loco præcitato in exigenda mercede operarum viri boni arbitratu, aliquid minus ſoluẽdum eſſe percuſſo quieſcenti, quàm ei iuſta mercede laboranti deberetur.Cuius ſententia calculo non caret,nec vlla ratione defendi poſſet.Siquidẽ iniuriam paſſus,ſi bona valetudine vteretur,nec percuſſus foret,propriã exerceret artem:igitur hoc impedito exercitio, tanti æſtimatio eſt facienda, quãti ceſſante impedimẽto fieret. Poſtremò,contra maiorem impetit ratio hæredes occiſi

agere

agere poſſunt ad æſtimationem operarum, quas occiſus miniſtrare poſſet ſi vixiſſet, iuxta Iuriſcon. diſputationem in l. hæreditatũ. ff. ad leg. falc. Et huic ſententiæ ex nouioribus acceſſere Aym. Sabil. conſil. cxix. Hipp. ſing. ccccclxxv. & in conſil. cxv. Et eſt tex. ad id præſtantiſsimus in l. vlt. ff. de his qui deiec. vel effud. glo. & Ang. in §. ſi iudex. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delic. naſc. Abb. & doct. in d. c. j. & in c. olim. de iniur. Spec. eod. tit. §. ij. verſic. ſed nunquid. Hip. conſ. præcit. Matth. Afflict. in conſt. incip. officialis. in j. lib. j. Capi. deciſ. cccxxxiij. Lud. Carrer. in prac. crim. §. homicidium. nu. 378. Ant. Gomez. nu. 11. præcit. & Hip. in ſing. Cuius & antea meminimus, exiſtimat idem eſſe etiam ſi pœna criminis damnatus homicida foret ad mortem, ex tex. in §. iudex. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delic. naſc. Et inibi Ang. & Fab. quod ſe mutilus, vel perpetua debilitatione membri fieret, æſtimatio annuatim facienda eſt, vtpotè certa quantitas quolibet anno idẽ vulnerato impendatur, ex Azo. in ſum. de obli. quæ ex quaſi delic. Paris à Put. de ſynd. fol. 200. in verſ. quia plures. colum. ij. Supereſt ad eiuſdem cap. interpretationem non inelegans quæſt. iniuriam paſſus non poterit ex percuſſione petere æſtimationem damni ſibi imminentis cicatricis cauſa quæ ex vulnere faciem deformem efficit ſi ſanè is ſit homo liber, ex l. ex hac. ff. ſi quadr. paup. fec. dic. Cuius meminit Rom. idem profeſſus conſi. cclxxviij. ex nouiori. Guil. May. in l. libertas, nu. 2. ff. de reg. iur. & eſt text. elegans in l. vlt. ff. de his qui deiec. vel effud. vbi Conſult. ita ſcribit, Cicatricum autem, aut deformitatis nulla fit æſtimatio: quia liberum corpus nullã recipit æſtimationem. Hæc ille. Quem pro ſing. adnotant Flor. & Alb. inibi itidẽ Albe. Carrer. Maran. Put. Hip. Did. à Coua. Ant. Gom. iis in locis quibus & antea mentionem fecimus. His† ſanè prænotatis rurſus quęritur, qd ſit obſeruãdũ, quæ' ue ratio ſit habẽda ſi fœmina ſit, & cicatrix eidẽ illata ſit, & hęc deformitas cõſideratur, eò maximè ſi nõ ſit nupta. Siquidẽ ex cicatrice & deformitate difficilius, excellẽtioriq; dote eſſet viro collocãda. Albe. Iac. in d. l. ex hac lege. Arch. S. Domi. Ant. Gom. & alij locis pręcitatis. Et horũ ratio paulò altiori commentario perpendenda eſt. Siquidẽ fœminæ etiã circa vltimũ vitę ſpiritũ nimis anxię ſunt ne pulchritudinẽ amittãt, & ꝓniores ſunt ad necẽ, q̃ ad deformitatẽ, vt ſcriptũ reliquit Venuſ. lib. 3. car. ode 27. 32

O Deorum
Si quis hæc audis, vtinam inter errem
Nuda Leones,
Antequàm turpis macies decentes
Occupet malas, teneræq; ſuccus
Defluat prædæ ſpecioſa quæro
Paſcere tygres.

Et ex Ouidio.

Dos eſt ſua forma puellis.
Forma mulierem armat, virum autem robur.

Pleraq; cōgerit Stobæus ſerm. 63. & 65. Et Plato philoſophorum grauiſsimus lib. 1. de legib. bona bifariā diuidit. Alia ſi-
34 quidē diuina eſſe, alia humana. Hoiū † autem primū exiſtimat eſſe ſanitatē, deinde pulchritudinem, tertium vires ad curſum, quartū diuitias. Itidem lib. 6. de republ. & lib. 2. de legib. Theod. in lib. de iudicio. Et Cic. lib. 1. Offic. aſſeuerat venuſtatē & pulchritudinē corporis ſecerni non poteſt à valetudine. Ambr. lib. 1. Offic. idem exiſtimat. Et Cic. lib. 4. Tuſc. quæſt. inter præcipua corporis bona pulchritudinem primo collocat loco. Titus Lucret. poëta lib. 5. de rerum natura ſcribit: nam facies multum valuit, & pulchritudinem ſummum eſſe bonum conſtat ex Horat. lib. Carm. ode 16.

O mater pulchra, filia pulchrior.

Et ex Ouidij ſententia, diffinit lib. 1. de arte amandi.

Nec faciem te pigeat laudare capillos:
Delectant etiam caſtas præconia formæ:
Et teretes digitos, exiguúmque pedem,
Virginibus curæ gratáque forma ſua.

Itidem Ouidius in libello de medicamine faciei.

Virginibus cordi, gratáque forma ſua eſt.

Et lib. 9. Metamorph.

Nimiúmque cupit formoſa videri.

Et rurſus eod. lib. 4.

Et ſi qua eſt illic formoſior inuidet illi.

Et Propertius lib. 2. elegia 29.

Num ſibi collatam doluit Venus? illa peræquè
Præ ſe formoſis inuidioſa eſt.

Et Pauſanias lib. 1. quo attica deſcribit. Cū Phrine meretrix in iudicio Athenienſi fuiſſet accuſata, propter pulchritudinem fuit abſoluta. Scribit etiam Quintil. lib. 2. cap. 16. Et

Plutarc.

Plutarc.in vita Lyperidis & Propert.de ea cecinit,dum ait.

Nec quæ delectas potuit componere Thel
Phirne,tam multu facta beata viris.

Propterea Iuno Vergiliana in hæc verba Aeolũ alloquitur.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ,
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam:
Connubio iungam ſtabili,propriámque dicabo:
Omnes vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat: & pulchra faciat te prole parentem.

Sicuti etiam non diſsimiliter forma vxoris pro dote eſt, ex Apuleio lib.2.de Magica: virgo formoſa,& ſi ſit opidò pauper,abunde tamen eſt dotata, quod & Homerus approbat, lib.13.Iliad.referens Othryſoneum Cabeſorum regem ſpopondiſſe Priamo,ſe hoſtes à Troia effugaturum, ea lege, vt ſibi in vxorem daret Caſſandrã eius filiã etiã indotatã: erat filiarum Priami formoſiſsima. Idque diffinitum extat apud Eccleſiaſt.cap.39. Species mulieris exhilarat faciem viri ſui. Et Cantic.2.oſtende mihi faciem tuam:Facies enim tua decora.Et Propheta Pſal.44.Cõcupiſcit rex decorem tuum.Et Eccleſ.cap.26. Sicut ſol oriens mundo in altiſsimis Dei, ſic & mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus eius.Et diffinitum extat Geneſ.c. 26.Iacob vt Rachel virginẽ pulchritudine & venuſtate præſtantem, vtpotè eam in vxorem duceret,Laban eius parenti ſeptem annis ſeruiuit, ex eo quòd formoſa eſſet & venuſta.Hinc etiã Magiſt.in iiij.Sent.diſt. xxx.& inibi Bonauentura & Palu.in ea ſunt ſententia, vxorem ducens propter pulchritudinẽ,ea lege,& ne ſit alia cauſa,nec quidem in labem peccati venialis incidere. Et huius ſententiæ habeo autores Aſteſa. in ſua ſum.lib.viij. titul.ix. articulo primo, ad finem. Angelus à Clau. in ſumma, in verbo, matrimonium. verſiculo penult. Diuus Thomas in dicta xxxj.diſtinctione.Idem exiſtimat & Florent.in prima parte tertiæ partis ſuæ ſummæ,titu.j.cap.xix.§. quarta concluſio.Et ex noſtris Abb.in cap.tua nos.iij.notab. de ſponſa. Collect.poſt pleroſque alios in c.de leg.eundem de deſponſ. impub. Et ante hos gl.in ſumma xxvij. quæſt.j. ſiquidẽ pulchritudo in cauſa eſt. Ex his deduci poterit, ſi ad amuſsim declarentur, quod in hac ſpecie Alexand.conſuluit conſil. ccix.ponderatis his.col.ij.vol.ix. Si † ſanè nobilis mulier & multis abundans diuitiis,ſi paupertate laborantem ducat,ſi 35

ipſa deformis ſit, minime indigno videtur nupſiſſe, eò maximè cùm mulieris deformitas, cùm viro dote ampla cõpenſanda ſit. Et huius ſententiæ authores habeo Bald. Imol. in c. ſuper eod. in ij. de teſtibus, & diuus Ambr. lib. ij. de virg. his omnibus ſuffragatur: maximè & Mart. Fan. in tract. de modo ſtudendi, capitulo xxx. verſ. item. Et Lucas à Panna in l. j. col. j. verſic. ij. quæritur. C. qui ætate ſe excuſant. lib. x. Siquidem pulchritudo exterioris oſtendit pulchritudinem interioris. Et hinc eſt quod Aug. lib. de ciuitate Dei xxij. c. xix. & in eo libr. quem publicum fecit, qui inſcribitur Enchiridion. cap. xcij. ſcribitur corpora ſanctorum, ſine deformitate aliqua corporiſque labe reſurrectura, ſunt & damnatorum corpora cum ſuis deformitatibus, magiſter in iiij. diſt. xliiij. Et ini bi Bonauen. quibus ſuffragatur Lucas à Pẽna in l. j. de prof. in vrbe Cõſtan. atq; ideo deformitatem olim aſpernabatur, & id potiſsimum in fœminis, ſicuti Iuuenalis Satyra v. ait.

Tibi pocula cu. ſor.
Getulus aut dabit, aut nigri manus oſſea mauri.
Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

37 Ex quo conſtat † mulieris pulchritudinem, etiam pauperis, cùm viri nobilitate compenſari ſicuti exiſtimant doct. in d. c. ſuper eo. in ij. de teſt. Inter quos Ant. Imol. & Abb. expreſſim adnotant. & Bart. Chaſ. idem profeſſus in catalogo gloriæ mundi. vij. part. conſider. xlvj. Quibus ſanè perpenſis, ſatis ſuperque conſtat, cicatricem mulieris, quæ ex vulnere faciem deformem efficit exiſtimandam eſſe eò maxime: ſi nupta non ſit, ſicuti paulò antea adnotauimus. Ex quo aliqua coniicienda ſunt.

38 Hinc deducitur † in ſeruo vel animali cicatricẽ deformitatémque æſtimari cum ex vulnere deformiores efficiũtur, viliorique pretio, venundantur, tex. eſt ad id præſtantiſsimus in l. ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe. ff. ad l. aquil. Quo in loco paſſim adnotant doct. Iac. Raua. in d. l. ex hac. Paris à Put. Dida à Couar. Ant. Gome. in his locis, quibus & antea mentionem fecimus.

39 Cæterùm non ſemel in† controuerſiam adduci ſolet, an ſi pœnitentiam egerit, poſsitne paſſus iniuriã, reum criminis accuſare. Et Io. Andr. Abb. Aret. in c. accuſaſti. de accuſ. exiſtimant poſſe, nec pecuniam quam accepit iniuriã paſſum teneri, ad reſtitutiouem, tametſi eam receperit, vt iniuriam remittat,

mittat, ſicuti ex nouioribus Io. à Medina inter theologos, maxime cẽſendus exiſtimat in c. de contrac. q. xxix. doc. in l. trãſigere. C. de trãſ. modo boni viri arbitratu ęquũ acceperit.

Ex quo diffinitum† extat remiſſa iniuria: quo ad forũ exterius poſſe iniuriã paſſum agere ad expẽſas, quæ ſibi intulit læſio. Notant doct. in l. is qui puteum. §. ſi poſtea. ff. quod vi, aut clam. Adria. in iiij. ſentent. vbi agit de reſt. bon. coporis, Abb. Anchar. & interpretum maior pars in c. j. de iniur. ſpec. idem profeſſus, in tit. de accuſ. §. j. Boër. iij. part. deciſ. lij. nu. 6. Bal. conſ. cccxciiij. vol. iij. Ant. Gomez. nu. 13. eo in loco cuius & antea meminimus. & damnorũ appellatione expenſæ non vtiq; veniunt. ex Bal. in l. j. C. vnde vi. & tex. ad id præſtãtiſsimo in cap. noſtra. de iniur. & damno dato. Vbi diffinitum extat, qui damna remiſit non cenſetur expenſas remiſiſſe. Et inibi Io. Ann. & Abb. not. ij. ſiquidem remiſſa iniuria ſimpliciter intereſſe minimè remittitur, ni expreſsim remiſſum fuerit, cùm ex iniuria duplex oriatur actio. Quarũ vna ad pœnam, altera verò ad damna & expenſas, & illarum vna ſublata: alia qdẽ cõpetit, ſicuti ſcribit Bald. in l. ſi tibi decẽ. §. j. ff. de pact. Et inibi Alex. n. 2. Bal. in c. j. de pac. iur. fir. ij. col. in viſib. feud. itidem in l. ſi proferre. §. j. ff. de cõd. furti. & in l. ſi domus. ff. de ſerui. vrba. prædio. & huius ſententiæ authores habeo fabrum in §. fin. num. 3. inſtitut. de iniur. Iaſ. in l. j. num. 16. ff. de pact. Angel. Peru. in l. ſed ſi vnius. §. ſi ante. ff. de iniur. Et noſtræ claſsis viri, præter hos eandem profitentur ſententiam: inter quos Abb. colum. 2. Cardina. & Anchar. & doct. communiter in præcitato cap. j. de iniur. Specul. in tit. de accuſatore. §. j. colum. vj. & cæteris diligentius Iacob. à Sancto Georg. in l. ſi tibi decem. nume. 5. ff. de pactis. & hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam exiſtimo. Cui argumento optimo deſeruit text. in l. ſi domus. & in l. ſi pro fure. §. j. præcitatis. Nicolaus Boërius nec admodum inuitus his accedit in conſuetu. bituri. tit. de iuriſdictione omnium iudicum. §. xvj. fol. 24.

Hinc etiam ius accuſandi, non eſſe remiſſum cõſtat, ex eo quòd iniuriam cõdonauerit in interiori animi iudicio. Bar. in l. nõ ſolùm. §. j. ff. de iniu. & in l. ſi tibi. §. j. ff. de pact. ſi quidẽm ea remiſsio ad eam rem pertinet non ad ius accuſandi. Felin. in c. de his criminibus. col. vlt. Iaſ. in l. huiuſcemodi. §. ædes. de legat. j. ff. & hanc eſſe frequentiori doct. calculo rece-

ptam ſententiam exiſtimat Alexan.in d.l.ſi tibi.§.j.ff.de pact. & eſt gloſ.in cap.prælatis,in verbo emendam.de homic.lib. vj.cui ſimilis in c.ſi quis contriſtatus.xc.diſt.& in cap. & qui emendã.xlv.diſt.c.quia præſulatus.j.q.iiij.c.ad apoſtolicę.de re iud.lib.vj.in verbo ſatisfactionẽ. Quas ſequitur,idẽ profeſſus Flor.ij.tomo.tit.viij.c.vj.Abb.in c.olim.de iniur.Felin c.de his.de accuſat. Iaſ.in l.ſi tibi decem.§.quædã de pact. doct.paſsim, in procemio ſexti,per gl.inibi.in ver.ſalutem. & iniuriam paſſus rancorem dimiſiſſe tunc conſtabit quando iniuriam irrogans non excluderetur, dilectione generali omnium hominũ,nec ab orationis beneficio teſte Thom. ij.ij.quæſt.xxv.artic.viij.ex gloſ.in §.fin.de iniur.inſtit.diffiniens,non ſolùm teneri rancorem dimittere, ſed etiam intereſſe,quã intelligo,ſi pleniſsima remiſsio fiat ex Bald.in c. j.§.iniuria de pa. iur. firm. quam eſſe communem aſſeuerat Ign.in l.j.§.diuus.nu.2.ff.de ſilla.Cald.de arte teſtan. tir.vj. caute.xxxiiij. Ang.in parte nec non ad querelã. nu.9c .à qua

Duæ cões contrariæ. ſententia diſceſſere, gl.in præcitato c. ſi quis contriſtatus.& in c.ad apoſtolicã.& in c.j.de maledic.& in c. qui emendam. xlv.diſt.& hanc eſſe communem exiſtimat Iaſ. in præcit.§. quædam.l.ſi tibi decem. & Auf. decif. Tholoſ.cxxvij. col.vj. Prior tamen ſententia, in ea ſpecie procedit, ſi pleniſsima remiſsio facta ſit. Secunda verò ſententia,eo tendit,quando ſimpliciter iniuriam paſſus remittit,eam ſiquidem in ea ſpecie ad intereſſe agere poteſt.

Poſtremò in ea ſpecie qua agimus ancipiti quæſt. contendunt doct.iniuriæ ſolius ſatisfactionẽ oportere, vt is qui iniuriam intulit veniã ab altero petat, vt diminutio honoris contingens per iniuriam & contumeliam reparanda ſit per reuerentiæ exhibitionem.In quo dubio Ioan. Ann.in c.j.de maled. numero 13.& Bart.in l.ſi tibi.§.j.ff.de pact. exiſtimarunt paſſum iniuriam non teneri dimittere rancorem, & animi liuorem,niſi & is qui iniuriã intulit, offenſæ veniam petierit. Quibus ſubſcripſere Ant.Brug.in c.j.ad fi.de empt. & vendit.& plerique alij inibi,Quorum ſententia,quam ſit à ratione deuia conſtat, & miror equidem tam laudatos patres,in hunc errorem lapſos eſſe. Quorum ſententia,quam ſit à ratione aliena conſtat ex Caietane ij.ij.q.lxxij.artic.iij. & in opuſculo decem & ſeptem quæſt. c.xiij.verſ. quintum. Angel.verb.deligere.nu.2.quòd licet quis non teneatur,ſpeciali

ciali dilectione vti erga inimicum aſtrictus tamen eſt, eum vniuerſali dilectione proſequi: ita quidē vt ab vniuerſali dilectione proximorum inimicū nō excipiat Floren.iiij.part. tit.vj.c.iiij.§.j.diuus Thom.ij.ij.q. xxv.artic.viij. gl.in cap. ſi quis contriſtatus.xc.diſtin.& inibi doct.gloſſ.pragmaticæ ſanctionis.in verbo ſalutem. in proœmio.& gl.inibi doc.in c.apoſtolicæ in verbo ſatisfactionem, de ſentent.& re iudic. Atque ideo ſi pœnitens in via nolet exhibere reuerentiam, nec ſalutare,eidem qui iniuriam intulit abſolutio in auriculari confeſsione deroganda non eſt, teſte Caiet. in præcitato artic.viij.exiſtimante id vnum potiſsimum ſi ſcandalū euenire poſſet ex ſalutatione.Adnotāt† doct.in c.hæc autē.xxiij. 42
q.iiij.Gabriel in canone miſſæ lect.lxxvj.ſicuti & nos ad Bar. adnotauimus in d.§.j.ex quibus ſi iniuriæ compoſitio,& reſtitutio:aliter fieri poſſet,non erit veniæ petitio delinquenti iniungenda ex Caiet.locis præcitatis.

Ex quibus ſanè conſtat ſatis ſuperq; omnia iſthæc eo tendere,quia ius accuſandi ad ipſam puniendā iniuriā diſtinctū eſſe.Siquidē criminaliter ad puniendā iniuriā agitur,vt criminis reus legibus iureq; pœnis ſtatutis puniatur,rurſus ad ipſius iniuriæ pecuniariā æſtimationem ciuiliter agitur, ex Bar.in l.iniuriarū.in ij.ff.de iniuriis.Abb.in c.j.de iniu.gl.in d.c.ſi canonici.& in prin.Inſt.de act. & inibi Ang.& Iaſ.nu. 51.Fel.in c.ex tenore.de ſen.exc. Quibus admodū conuincit tex.in §.atrox.& §.pœna inſtituta.de iniur.extátq; in his regnis regia l.xxij.tit.ix.part.vij.ſicuti paulo antea meminimus,ex quolibet publico delicto duæ actiones oriūtur. l.fi. ff.de priuatis delictis.l.fin.de iniur.l.j.ff.de publ. iud.l.fin.de furtis,Innoc.in c.qualiter.de accuſ.in ij.Abb.in rub. de iudiciis.col.iij.Bal.in l.iij.de ſepul.vio.itidem in l.tranſigere.C. de tranſ.Boer.in conſuetudinibus Bitur.tit.de iuriſdic.om. iud.§.xvj.fol.24.Ex quo ſignanter adnotanda eſt gloſ.in l.ij. ff.ad Sillanianum.Si iniuriā paſſus remittat iniuriam in ſui præiudiciū valet remiſsio, minimè tamē quo ad reipublicæ & fiſci cauſam ſingularis teſte Bar.in cōſ.clxxv.Domino poteſtati terræ.Itidē in d.l.ſi tibi. Quo in loco. Alex.& Iaſ.adnotat.ff.de pact.Bar.in l.j.§.vſqueadeo.ff.de iniur. Ang.in §. iuris præcepta inſtit.de iuſt.& iure.Guil.de Cuneo, Bal.Bar. Alex.& Iaſ.in l.ſi vnus.§.pactum quę turpem.ff.de pact.Ant. Corſetus idem profeſſus in ſuis ſingularibus in verbo pœna

in vltimo, exiſtimans id verum eſſe in delicto conſiſtente in committendo longè quidem aliter in pœna, quæ ex delicto in omittendo applicanda venit. Si quidem & tunc pacto priuatorũ auferri poteſt ex gl. in d.l.ij.& huic accedit ſententiæ Cepola Ver. in conſ.lviij. col.ij. Ant. Barb. idem profeſſ. in repet. in c. Rayn. de teſtam. & deſeruire videtur, id quod cõgerit Card. Alex. in c. iuris quiritum. j. diſt. Et hinc eſt quod Bar. adnotat in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis. qui iniuriam paſſus eſt, ſi ſanè fateatur minimè eſſe vulneratũ à Titio, minimè immunem eſſe criminis reum, ni & adſint aliquot indicia, ſicuti etiam ſcribit Bar. Bal. Lud. Bolong. in d. l. ij. ad Syllania. in ſecundis interpretationibus. Quibus nec admodum inuitus accedit Alexand. in conſ. xiiij. vol. iij. itidem conſ. xxiiij. col. v. verſ. probatur, vol. j. & nos de homicidiorum pœnis tractantes, infra trademus.

43 Cæterùm illũ cõſiderari oportet, † quibus ſanè modis iniuriarum actio tollatur. In quo multiplex tractatus exponitur magnis præconiis ab omnibus doctoribus. Nos tamen breuitati ſtudendo, quod menti occurrit adnotandum viſum eſt: & primo tollitur, ſi ſanus cum offenſo alloquatur, luſerit comederitve, ex tex. in §. fi. inſt. de iniuriis. Quo in loco gl. communi conſenſu ſtabilita, & ibi Io. Fab. Ang. & Plat. Bal. & neotorici in l. filio quem. ff. de lib. & poſth. itidem in l. in ipſius. C. famil. erciſcun. Et ferioſe id explicat Iaſ. idem profeſſus in l. j. ff. de pact. num. 15. & eſt text. ad id omnium celebris in l. non ſolùm. §. j. ff. de iniuriis. Quibus conuenit regia l. pen. tit. ix. part. vij. & licet iſthæc ſententia ab omnibus iuris profeſſoribus recepta ſit, intelligendam fore exiſtimo, in his ſpeciebus, in quibus ſpontanea voluntas cõſtat illius, qui iniuriã paſſus eſt, longè quidem aliter ſi neceſsitate coactus, quadámq; honeſtatis neceſsitate ductus: vt pote in eadem eccleſia rem diuinam audientes pacem ſumpſerint, vel ab amico inuitati, ad vnam quippe menſam, pranſi eſſent ex Fabro. Ang. in §. fin. inſtitut. de iniuriis. Et pleniori manu explicat Felin. in capit. repellantur ad fin. de accuſ. Maſ. in pract. ſua. tit. de iniuriis, Alcia. in præſumptionum tract. ij. regul. præſ. xj. quibus in locis pleraque id genus alia, quæ curioſis coniicienda relinquo congerunt.

Alias ſubiicitur caſus, ſi ſanè pretio vel prece iniuriam paſſus remiſerit pactóve ex l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ver-

ſed ſi pactum. l. ſi tibi decem. §. j. ff. de pact. l. non ſolùm. §. j. verſi. proinde. ff. de iniuriis. Quibus in locis frequentiori doctorum calculo, iſthæc recepta eſt ſententia.

Reliquum eſt ne ab inſtituto & recto deuiemus ordine, prout ad rem de qua quæritur, pertinet tertium explanari caſum. In quo quidem qui iniuriam intulit immunis eſt à criminis pœna in ſpecie. l. ſi non conuitij. ad finem. C. de iniur. Ex qua diffinitum extat iniuriarum actio, anni tempore præfiniri. Quo fit ſi infra annum actio iniuriæ alicui illatæ non proponatur anno tantùm finiri ac praſcribi, quam communi conſenſu receptam ſententiam intelligendã fore exiſtimo, ſiue & iniuriarum actio iure Cæſareo deſcendat, iuréve prætorio, anno ſemper praſinitur, nec longiori tempore extenditur ex gloſ. communi conſenſu admiſſa in verbo triginta. in l. ij. de conſtituta pecunia. glo. in §. j. Inſtit. de perpet. & temp. act. in parte conſtitutionibus, ad finem. Quibus ſimilis eſt gloſ. ij. in §. ſed & lex Cornelia. Inſtit. de iniuriis. Quarum meminere Doct. in d. l. ſi non conuitiis. inter quos Iac. Butr. Azo. num. 16. in ſumma. C. de iniur. Quibus admodum conuincit regia l. pen. tit. ix. par. vij. exploſa vtique contraria ſententia Odofredi, Petri Cini, Baldi, Salic. Ang. Fab. Hippol. in præcitata l. lex Cornelia. ff. de iniuriis exiſtimantium vno ore per triginta durare annos, ea ratione ducti iure Cæſareo omnem actionem illo tempore durare, ex l. ſicut in rem. C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorum. & in §. j. Inſtit. de perpetuis & temp. actio. Sed vt ſtimulus ille, quem in alteros conuerti hîc moueri non poſsit, conſtat ex doctoribus in j. huius quæſt. parte citati, ſicuti mediocris eruditionis vir quilibet animaduertet. Non enim ad animum deduxi, niſi ea loca quæ magis adnotatione digna videbantur recenſere.

Odofr. aliorũ quæ ſententia exploditur.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam paſſus, poteſt iudicantis officio ab offendente cautionem poſtulare. itidem num. 8.*

2 *Cautionem de non offendendo dare minimè ſufficere nudam, ſed vtique fideiuſſoriam.*

3 *Iudex ex officio etiam parte non petente, cõpellere debet iniuriam irrogantem ad ſatiſdationem de non offendendo.*

4 *Cautio autẽ huiuſcemodi non in perpetuũ, ſed ad tẽpus dari debet.*

Eicn

5 *Ei cui cautio data eſt de non offendendo armorum delatio permittitur ex iudicis licentia.*

6 *Forenſis inimicus cogi non poteſt ad cautionem dandam de non offendendo.*

7 *Data facultate occidendi inimicum, poteſt etiam proditoriè occidere.*

9 *Paupertate laborans, ſi idoneos non poßit inuenire fideiuſſores cautionem ſufficere iuratoriam dare.*

10 *Huius cautionis fractor, qua afficietur pœna diſcutitur.*

11 *Præſtita cautione de non offendendo, intelligitur utex noua cauſa orta fuerit*

Diſcutitur Marciani Cæſaris conſtitutio in l. denuntiamus. C. de his qui ad Eccleſias confugiunt.

CAPVT VII.

PLERVNQVE in controuerſiam incidit quæſtio quam veluti iſtius capitis coronidem adnotandam eſſe duxi: iniuriam paſſum poſſe quidem cautionem ab offendente petere. Verùm, ne quæſtio iſta quæ obiter ſe huic examini obtulit ex authorum perplexo catalogo obſcuram habere, apud me deciſionē videatur, ſtatim aliquot ſubiiciam aſſertiones, quibus partim hanc rem diffiniam, partim aperiam. Et illa eſt receptiſsima omnium traditio, & quos ipſe viderim, obſeruatio poſſe iniuriam paſſum cautionem ab offenſo petere ex l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præſ. l. denuntiamus. C. de his qui ad eccleſias confug. ibi liceat
1 adire iudicem & legitimum poſtulare præſidium. †Et vtrobiq; id paſsim adnotant Coſmas Guimie. in Pragma Sanct. Gallica. in procem. in verbo pacis. Cui ſimilis gloſ. eſt in l. cùm ſæpe. C. de erog. milit. annonæ. lib. xj. Specul. in tit. de diuer. caur. in rub. §. j. col. ij. num. 9. & inibi Ioan. Andr. idem profeſſus. Abb. & Fel. in rub. de treuga & pace. Et huius ſententiæ authores habeo Bart. in l. j. C. quibus cau. colo. Dom. accuſ. poſſ. lib. xj. Bal. in l. j. §. qui is. ff. de off. præf. vr. Cin. Alb. Fab. Sal. qui omnes in ea ſunt ſententia in præci. l. denuntiamus. Et huic accedit Hippol. in l. j. §. præterea. ff. de quæſt. num.

num. 47.& omnium diligentiſsimè Bonif. de malefi. tit.de pac.num.7. & præter hos iſtam ſententiam ſequuntur Spec. tit.de pig.§.ſequitur.verſi.quid ſi timeo.& inibi Ioan.Andr. Et iterum in tit.de offic.deleg.§.ſequitur.in verſi.porrò.quibus & plerique alij acceſſerunt in albo primariæ doctrinæ poſiti.Inter quos Innoc.in c.j.de offic.deleg.ad fi.& in c. gratiam.de ſenten.excom.doct. in c. de benedicto. xxxij. quæſt. iij.Steph.Aufr.in deciſi.capel.Thol. deciſi. ccccLxxxix. doct. communiter in c.literas.& in c.ex tranſmiſſa.de reſtir. ſpol. ex nouioribus.Franc.Auiles in c.vj. præto. num. 7. in verbo *pobres*.Quod ſi cuipiam illatus ſit timor de offendendo poterit iudicis officium implorare,ne eidem vis fiat ex l.ſi ſuper poſſeſsione.& inde Bal.expreſsim adnot.C.de tranſact.Bart. in l.quæ bona.§.qui damni.de damno infecto. Alex. in conſi. lxxviij.col.vj.vol.v.Bart.in l.famoſi.§.j.ff.ad legem Iul. maieſt.& in l.hæc autem.ff. ſi cui pluſquam.per l. Falcid. Ang. in l.qui bona.§.qui damni.ff.de damno infecto.Bar. in l.ſanctum.ff.de rerum diuiſ & in l.j.ad finem.C.in quib.cau.colo. lib.xj.Innoc.idem profeſſus in c. j. ad finem. de offic. deleg. Flor.in l.æquiſsimum.in prin.ff.de vſufruc. Quibus nec admodum inuiti acceſſere.Bal.in auth.habita.col.v.C.ne filius pro patre.itidem in l.fin.ff.de offic.præf.vrb.Alex.in l.qui bona.§.ſi quis iuſta.j.col.itidem in l.eum.de accuſat.& nouiſsimè Paulus Pariſien.cōſi.clxviij.vol.iiij. Antonius Gomezius c.vj.delicto.num.16.Franciſ. Auiles in cap. vj. præto. num.8. quam communi conſenſu receptam ſententiam multiplici veſte ornant doctores , adeò vt etiam frigore intentiſsimo caleſceret. Sunt tamen veſtes inutiles , & impertinentes quæ omitti poterant,& ego in hac ſpecie omittam exceptis neceſſariis. Nec me deterrebunt qui ante nos hanc quæſtionem tradidere: clariſsimè tamen illi ſed alio ſcribendi conſilio ducti.Nos tamen aliquot axiomatibus hanc de qua agimus quæſtionem trademus.

Et primò illud apud omnes in confeſſo eſt hanc cautionem dandam fore iudicantis arbitrio,ex Abb. in c. ex tranſmiſſa.de reſt.ſpol.Ang.in l.ſi aliena.§. cæterum. de dam. infecto.& doct.de quibus paulò anteà mentionem fecimus id tradidere.inter quos & Pariſ.num.3. exploſa Dini ſententia in d.l.ij.ff.ſol.matr.contrarium exiſtimantis.

Secundò , hanc ſententiam intelligendam fore exiſtimo

iudic

iudicantem cogere poſſe iniuriam irrogantem ad hanc cautionem de non offendendo cauſa cognita. Cùm onus ſatiſdandi per quàm laborioſum ſit l.ij.§.ſi dubitatur.ff. de iudi. Imol.idem profeſſus in l.ij.§.j.ad ſi.ff.ſol. matr. Paul. Pariſi. d.conſi. num.9. & argumento optimo deſeruit tex.in l. non vſque adeò.§.ſi quis à parente fuerit manumiſſus. Alex. in l. turpia.ff.de leg.j. Felin. eo loco cuius & anteà meminimus. Et qui iudicandi munus habent ni procedat cauſæ cognitio compellere minimè poſſet. Et hanc eſſe communem profitetur Pariſi.num.10.ibi & Bar. in dicto §. ne potentiores. & in præcitata l.denuntiamus. Quo in loco Alb. & Salic. aſſeuerauere cauſam iuſtam debere procedere, ſicuti & Bart. & Imola in d.l.hæc autem.ff. ſi cui plus quàm per legem Falc, æſtimarunt, Guliel.à Cun. Alex.in d.l. qui bona. §. ſi quis iuſta. vſque adeò quòd minæ non ſufficerent, ni ſolitus eſſet eas exequutioni mandare Bart.in §. ne potentiores. Abb.in c.ij.de offic.deleg.colum.ij. Iaſ. in dicta l. ſi ſuper poſſeſsione.num.6.Bart. in l.hæc autem.in princ.ff. ſi cui plus. per legem Falcid. & ibi Imol. Hippol. in l.j.§. præterea. num.76. de quæſt.ff.deciſ. Tholoſ.ccccl xxxix. Franciſ. Auil.num. 16. eo in loco cuius & antè meminimus.

2 †Tertia ſubiicitur ſpecies in qua diffinitum extat, non ſolùm ſufficere cautionem nudam dare, ſed vtique fideiuſſoriam, ex glo.in c.ex tranſmiſſa.verbo ſufficienti.de reſtit.expol.cui ſimilis in c.j. de ſequeſ. poſſeſ. & quid nomine cautionis ſufficientis veniat, explicat glo.his ſimilis in cap. qua fronte.de appellat. & in c. cùm conſtet. de pignor. Quibus acceſſere Alex.in l.j.ff.qui ſatiſd.cog. Iaſ.in l.ſancimus.C. de verb.ſign.ij.col.& eſt glo.communi conſenſu approbata in c.literas.in verſic.ſufficiens ſecuritas.de reſtit. ſpol. Tametſi ab hac ſententia diſcedant plerique noſtræ claſsis viri, quaos congerit Fel.loco præcitato, in qua ſpecie hac diſtractione vſus hic noſtus qui in alios conuerti, hic moueri non poſſit, intelligendus eſt ſi ſanè iudex ex ſuo officio ad hanc cautionem præſtandam motus ſit ſufficere cautionem nudam dare, vtpotè iuratoriam glo.iij.in c. de benedicto. xxxij.q.j. Fel.& Auil.num.10.locis præcitatis, quinetiam Montal. in glo.ord.ver.ſecuritas.col.ij.exiſtimat. Quod ſi is à quo ſecuritas petitur, haberet pleraque bona ſufficere eius nudam promiſsionem ex l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cog.

Quartò

¶Quartò ſupradicti difficilis reſponſi ratio ſatis colligi 3 poſſet alium conſtituendo caſum, vtpotè mero iudicantis officio compellendos eſſe de non offendendo ſatiſdationem dare, & ad id cogere ex cap. literas. præcita. ad ſimilitudinem rerum, pro quibus de damno cauere tenetur, ex tit. de dam. infecto. Multò præſtantius pro perſonæ periculo, Siquidem animatum corpus cæteris rebus anteponitur. l. ſancimus. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Et iſthæc ſatiſdatio danda eſt, potiſsimum ex cap. accedens. in ij. vt lite non conteſt. Clemen. paſtoralis. de re iudic. l. quia iſta. §. j. ff. ad Trebell. cap. ſtatutum. §. j. de reſcrip. lib. vj. Et danda eſt parte adhuc non petente. Siquidem vtilitas vertitur publica in ea ſpecie, ex tex. in l. congruit. ff. de offic. præſi. explicat Bart. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infec. l. j. §. quies. ff. de offic. præfec. vrb. In qua diffinitum extat iudici hoc peculiare munus, incumbere in tranquilitate, ſubditos conſeruare. Et ad id eos cogere Bart. Alber. & plerique alij in l. æquiſsimum. ff. de vſufruc. Ex quo illud quaſi ex eodem fonte videtur emanare poſſe qui iudicandi munus habet, alterum rixantium prohibere ne incedat per ora mimirij. Nec itidem per viam aceius domum ex glo. quæ expreſsim hoc ipſum vult in l. quod iuſsit. in glo. j. ff. de re iudic. Quam multis ornat Iaſ. inibi num. 17. Alb. idem profeſſus in l. fin. de interd. & releg. ff. Dec. in l. fin. col. iij. de edic. diui Adria. tollen. & ſerioſè id ſcribit Lancelotus in l. pactum quod dotale. C. de pact. propter ſcandalum euitandum, ne corrixantes ad arma veniant, quod quàm maximè qui iudicandi munus habet, obuiare tenetur ex d. l. æquiſsimum. Abb. in c. licet. de probat. num. 36. Et inibi Ant. Franc ab Abb. & & nouloribus in ea ſpecie ita reſpondit Franc. Auil. in c. ij. de prætor. num. 21. verſi. parcialidas. Potiſsimum cùm hoc munus partes ad concordiam reducere iudici competat, ex glo. in c. j. de mut. pet. Bart. in l. de die. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. obſeruandum. ff. de iudic. Alex. in l. Athletas. §. item ſi quis. ff. de his qui not. inf. Paul. & Alex. in l. quidam æſtimauerunt. num. 4. ff. ſi certum per. Bal. in c. cum eccleſia vulterana. de elect. ad finem, eò maximè ſi inimicitia corrixantium eſſet reipublicæ ſcandaloſa, ſiquidem in ea ſpecie cogendi ſunt ad concordiam. Argumento optimo deſeruit tex. in l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. & poſtlim. reuer. Bart. & Paul. Caſtr. in l. furti.

§. qui

§.qui iuſsit.ff.de his qui not.infa. eò maximè ſi de poſitione agatur, & timeat ad arma venire, poſſeſsio ſecretabitur. Quod ſi ſpreto iudicis mandato, aliquid fieret, coërcendi ſunt pœnis iudicantis arbitrio, ex l.æquiſsimum. ſi inter duos. aliàs eſt l.ſi vſusfructus,præcitata.Bal.in l.edicto diui. num.1.C.de edicto diui Adriani col.Bald. in l.fin.C.de ordi. cogn.Abb.& Bal.in c. dilectus.de ſecret.poſſeſ fruct.Hip. in pract.crim.§. pro complemento. nu.45. Abb.in cap.exami-nata.de iudic.num.13. & inibi eius additionator Pet. Fer. in ſua pract.in forma libelli ſequeſtri,nume. 6.gl.& doct. in c. accedens. in primo. verbo, turbare. vt lite non conteſt. Et præter hos, quando iudex poſsit cogere opidanos ciues, ad pacem ineundam, explicat Bart.d.l. congruit.num.4.Felin. in rub.de treuga & pace.in princ.Itidem in c.nihil cum ſcan dalo.de præſcr.Bal.& Caſtren.in l.furti.§.qui iuſſu.ff. de his qui not.infam.Paul.Alex.& Iaſ. in præcitata l. quidam æſti-mauerunt.Paris à Put.in ſyndic.tract.in par. concordia. fol. 32.Quorum ſententiæ, vt locus ſit intelligendam fore opi-nor in ciuilibus:longè quidem aliter in criminalibus.Siqui-dem in his iudex ad ineundam cõcordiam, ac pacem ne vti-que cogere poſſet ex communi interpretum traditione, in l. j.§. & poſt operis.ff. de noui oper. nunt. Quo in loco Alex, hanc eſſe communem profitetur, col.ij. Hippol. conſi.xcvj. num.8.difiniens d.l.æquiſsimum.§.ſi inter duos.intelligen dam fore in accuſa. ciuili, vtpotè communi diuid. ſicuti in ſpecie illa lex loquitur. Abb. in c. ſimilis. num. 2. de maior. & obed.Bal.in l.cùm affirmes.C.liber.cau.& in l.tranſigere. numero 13.C.de tranſact. Itaque ſuadere poterit,non tamen cogere ad concordiam ineundam,& iniuriam remittẽdam, cum æquitatis ratio id non ſuadet, vt quis inuitus,iniurian-ti parcere cogatur, niſi in interiori animi iudicio ex Bald. in l.vnica.§.quies.ff.de offic.præfecti vrbis, & hanc eſſe fre-quentiori doctorum calculo receptam ſententiam, Hippol. dicto conſilio xcviij. numero 40. profitetur & aliàs cap.j.de iniuriis tractantes,adnotauimus aliter qui in iudicandi mu nus habet,in ſyndicatu conueniri poſſet,ex Bald.in d.l.cum affirmes.admod.in tract. fin.in parte, item in eo qui plures innocentes. columna ſexta,verſ.item tenetur, Bal.in l.j.ff.de offic.præfect.vrb.& in capitulo primo.de pa.tenen.Bartolus in l.ambitioſa.ff.de decre.ab ord.faciend.quibus admodum

ſuffrag

ſuffragatur glo.in cap.per venerabilem.de elect. Quòd ſi ad amuſsim omnia quæ in hoc capite deſiderantur, ad examen adducantur,& illud obuium erit, quod & Bartol. adnotat, in l.quod prohibet. ff. de poſtul.diffiniens, pacem per eum cui illata eſt iniuria, ante criminis condemnationem fieri non poſſe.glo.ad id præſtantiſsima in l.ij. ff.ad Syllan.Ioan. Andr.ad Spec.in tit.de pign. §.ſequitur.verſic.quid ſi timeo. Bald.in d.l.j.§.quies.& in l.ex ſtipulatione. C.de ſent.quam ſententiam intelligendam fore reor, vt cogi non poſsit per iudicem, niſi ex partis voluntate ſpontanea pacem inire velit,ex regia l. xxij. tit.j. par. vij. & doct. communi conſenſu in l.tranſigere. C. de tranſact. & nos de delictorum tranſactione agentes pleniori adnotauimus manu,& Franc. Auil. c.ij. prætorum.num. 22. verb. *Partialidad* adnotauit. Ea ratione ductus præter alios cùm quis compelli non poſsit facere quod alteri prodeſt: & ſibi nõ nocet.l.nec creditoris.C. de nouat.l.fi.de vſu &habi.§.præterea.in ij.Inſti.de act.Bar. in l.ſoluto matrimonio.ff.ſol.matrim.nume.13. & inibi Iaſ. num.32. & Guliel.Ponta.num.4. hanc communem profitetur Rom. à nume. 5. ad 21. vſque inibi declarat. Nihilominus rex poſſet partem ad pacem ineundam cogere, tametſi inferioribus iudicibus id non liceat,Innocen.ſumens rationem ex tex.inibi,in c.cùm inter. de elect. Caſtal. in tract. de Imperatore.q.cx.col.vij.verſic. xlj.tomo v.tract.diuerſ.doct.

Hinc diffiniri poterit, quod & practicis obuium erit, in hac Hiſpaniæ republica, non ſolùm ex regia conſtitutione lv.in conuentu Toletano lata, iudicem delationem enſis prohibere poterit, ne ſcandalum ſequatur, quinetiam ne per compita domúmue alterius tranſeat, ex præcitata l. æquiſsimum. Alber. in l.fin. ff.de interd.& regal.& eſt tex. ad id præſtantiſsimus in l.j.§. fin. ff.de offic. præfect. vrbis. & inibi doct.diffinientes iudicem poſſe corrixanti præcipere, ne per certos fines incedat. Et in ea ſpecie ita reſpondit Ioan.Andr.poſt Guid.de Suza,in addir.ad Spec.in tit.de pig. §. ſequitur. verſic. quid ſi timeo. & omnium diligentiſsimè Iaſ. in l. quod iuſsit. ff. de re iudic. Alexand. nec admodum grauatus his accedit in l. qui bona. §. ſi quis. ff. de damno infecto. l.fin. ff.de offic.procur. Cæſaris. inibi veluti contumelioſum. Alberic. & Iacob. de Aret. inibi Alberic. etiam in l.fin. C.de interdict.& releg.quinetiam poterit præcipere

iudex ne domum ſuam exeat, teſte Iaſone, num. 27. d. l. quod iuſsit. Alberic. in præcitata l. fin. Tametſi Baldus in errorem lapſus fuerit, contrarium exiſtimans in cap. quintauallis. colum. ij. de iureiur. Hinc etiam deduci videtur, quod & practicis obuium erit, iudicem ſub certa ac diffinita pœna poſſe præcipere ne alter corrixantium iter agat per alterius domum, ex Bart. Alexand. nume. 3. Iaſ. numero 25. in l. quod iuſsit. deducentes ex l. j. §. fin. ff. de offic. præfect. vrb. in verbo, ſolitarum regionum, & ad id ſtipulari videtur d. l. æquiſsimum. Siquidem iudex ſcandala, rixáſue inter oppidanos ciues, alióſue ſuæ iuriſdictionis ſubditos, deuiare ſumma ope tenetur, atque prohibere, ne arma deferant, ratione loci, temporiſue, ſicuti conſtat ex l. fin. C. de præpoſitis ſacrorum cubicul. libro xij. Et adnotat ſignanter Matth. Afflict. poſt Iſern. in conſtitut. regni Siciliæ. rubr. ix. nume. 38. Cæterùm in hac quæſtione ſupereſt egregia dubitatio, quæ ex eadem radice emanare videtur, ex gl. in cap. literas. de reſtitut. ſpoliat. propter viri ſæuitiam poſſe à marito recedere vxor, nec eidem reſtituenda eſt, ni ſatiſdationem dederit de non offendendo. cap. ex tranſmiſſa. eod. tit. cap. j. vt lite non conteſtata. & in præcitato cap. literas. quem text. dixit ſingularem eſſe Abbas inibi, idem & Præpoſit. in cap. primo, de diuort. Bald. in cap. primo, vt lite non conteſtata. idem in l. non aliter. ff. de vſu & habit. Præpoſ. in c. ex parte. de ſponſalib. Ioan. Lopi. in cap. per veſtras. de donat. tertio notab. colum. penult. Alexand. conſil. lxxviij. volumine v. Hippol. in l. fin. C. ad legem Cornel. de ſicar. gloſ. Pragm. Sanctio. Gall. tit. de concubin. §. & cùm omne. verbo, repræhenſibilis. & licet vxor à marito verberata minimè poſſit actione iniuriarum agere, poterit tamen agere actione in factum, vt maritus puniatur, ſicuti in ea ſpecie reſpondit Ioan. Andr. in additionib. ad Spec. tit. de iniur. Alexan. in l. diuortio. §. ſi vir. tertia col. ff. ſolut. matrim. explicat Cateli. Cotta. in vltimis memorabilibus, verſic. actio iniuriarum, & dictione vxor. Quintò † eadem iuris aſſertio proculdubiò agenda eſt, hanc de qua agimus cautionem in perpetuum minimè dandam eſſe: ſed vtique ad tempus iudicantis arbitrio, ſicuti argumento optimo deſeruit tex. in l. quarta. ff. de damno infecto. l. ſi finita. l. qui bona fide. §. ſi uali. eodem titulo. l. de die. ff. qui ſatiſdare cogantur. l. prima.

4

ptima. §. ait prætor. ff. de iure deliberandi. Cui ſententiæ ſe ſubſcripſere Gulielm. à Cun. in d. l. illicitas. §. ne potentiores. Angel. & Imol. in l. tertia. in princip. ff. de damno infecto. Et huius ſententiæ authores habeo, Angel. Imolam, Alexand. in l. quarta. ff. de dam. infec. Angel. & Imol. in l. penult. ff. de prætoria ſtipul. Angelus idem profeſſus in l. ita ſtipulatus. ſecunda columna. ff. de verborum obligat. & nouiſsimè Ant. Gomez. numero 16. in cap. ſexto delicto. Et quanto tempore duret iſthæc cautio, iudicantis arbitrio relinquitur, quam eſſe communem profitetur Ripa numero 23. in rubr. de damno infecto. Tametſi Alberic. profitetur contrariam eſſe communem in l. illicitas. §. ne potentiores. numero 10. de offic. præſid. ff. de quo vide Franc. Auileſ. in cap. ſexto Præto. numero 19. Iudices tamen admonitos eſſe velim in hac temporis cautione præfinienda præ oculis habeant celebrem Pau. Caſtrenſ. doctrinam in l. Valerianus. numero 7. ff. de prætor. ſtipul. diffinientis longum temporis ſpatium, vtpote decennium præfiniendum eſſe. Cui ſe ſubſcripſere Hippol. in l. prima. §. prætereà. num. 80. ff. de quæſt. Deciſ. Tholoſ. ccccLxxxix. Et id quidem ſi negotij qualitas exigat. Cætera quæ ad ius pertinent, ex aliis quiſque repetere poteſt, ſunt enim peruulgata. Sextò, † conſtat prædictam aſſertionem intelligendam fore vltra prædictam cautionem de non offendendo, poſſe à iudice petere arma deferendi licentiam, & congregatos amicos, in famulatúque degentes, armatos deferre, ſicuti probat tex. in l. fin. de erogat. milit. anno. lib. xix. Bart. in l. ſanctum. de rerum diuiſ. tametſi data ſit cautio, cum & ea maleuolum animum non mutat. l. quia ſatiſdatio. ff. de ſuſpect. tur. §. nouiſsimè. Inſti. eod. tit. l. ſiu de erog. milit. anno. C. lib. xij. Gulielm. à Cun. Bart. num. 18. in d. §. ne potentiores. Salic. in prædicta a l. denuntiamus. Tholoſ. Deciſio ccccLxxxix. ex nouioribus. Franc. Auileſ. cap. ſexto Prætor. numero 22. iſthæc licentia de armorum delatione concedenda eſt. Septimò, † principaliter eſt adnotandum ad verum & perſpicuum huius quæſtionis examen, ſi inimicus meus iter agens ad aliquam nempe ciuitatem, minimè poteſt iudex compellere eum cautionem dare de non offendendo, cùm forenſis ſit, nec inibi fecit aliquod, propter quod poſsit conueniri. Bartol. in l. etiſ ſuſceperit. §. fin. ff. de iudic. & inibi Bald. Hippol.

& Franciſc. Auileſ. nume.12. in his locis, quibus & antea meminimus, id vnum intelligens, ni paſsim & ſæpenumero ad eam iret ciuitatem, & ſuſpitio timoris immineret, ex eo compellendus vtique eſt de non offendendo ſatiſdationem dare. Hippol. in l.fin.numero 120. ff.de iuriſdict.omn. iudic. Capel. Tholoſ. ccccl xxxix. Iaſ.in l.ſi ſuper poſſeſsionem. C.de tranſact.nume.7.Bald.Angel. Felin. Auileſ.locis quibus & antea meminimus. Et ne ſcrupuloſis vtar ambagibus, in ea ſpecie hoc vnum conſiderandum eſſe exiſtimo, quiſnam inimicus cenſeatur: circa text. examen in l. xvij.tit. xxvj.par.ij.& l.vij.tit.xxxiij.par.vij.& l.xiij.tit.xvj. par. iiij. & l. j. tit. xix. par. ij. & l.vj.tit. xxxiij.par. vij. circa quorum intellectum, aliqua coniicienda ſunt, huic rei maximè neceſſaria, quorum primum conſiderari oportet inimicum dici in iure noſtro bifariè: & primò in ea ſpecie, qua poteſt occidi: ſecundò, in eo duntaxat caſu, quo à ferendo teſtimonio repellitur. Ad rem igitur, de qua primò agimus, inimicum minimè poſſe occidere, ni & ſententia diffinitiua lata perſpicuis legitimiſq; probationibus inimicus is cenſeatur, ac proinde iudicetur inimicus. l. ſecunda, tit. xvj.par.ij.l.xvij.tit.xxvj.ead.par.Quòd ſi abſente inimico, ſeruato iuris ordine, à iudice ſententia lata ſit, in qua illum diffinit inimicum, expreſsim ſeruanda eſt forma legis lxxvj. in Tauri conuen. lata, & regia l.lxvij.ſtyli. Quarum ſeruata forma eidem cui facta eſt iniuria ius occidendi inimicum à iudice decerni poteſt. In ea ſpecie adnotat Bald. in cap. ad noſtram. de probat. cuius ſententia ſupra quoque
7 alia in quæſtione negotium nobis fuit. Cæterùm † hac conceſſa facultate occidendi, poſſe optimo quidem iure proditoriè etiam illum interficere. Et huius ſententiæ authorem habeo Rochum Curt. in cap.fin.de conſuetud.fol.20.paruo, columna quarta, qui pleroſque alios congerit. In quo dubio lectorem admonitum eſſe velim minimè eum inimicum conſtituendum eſſe ex quacunque cauſa, vtpotè eum interimere poſsit, ſed ea duntaxat, propter quam vltimi ſupplicij pœna condemnandus foret, ſicuti in ea ſpecie exiſti-
8 mat Cæpol. conſil.quinto.num. 11. Octauò, † potiſsimùm ad illam quæſtionem paſsim cõtrouerſam illud etiã adduci ſolet, ſolùm petendã eſſe de non offendendo iniuriã paſſum, ſed nec vtiq; familiares, Bar.in d.§.ne potẽtiores.col.ij. Bal.
in

in l.j.ad fin.C.de epiſc.& cler.Gulielm.à Cun.in præcit.§.ne potentiores.Salic.in d.l.denunciamus.Ant.Gomez.loco præcitato,nu.16.Franc.Auleſ.num.20.eo in loco,cuius & antea meminimus,exiſtimans inita pace cum offenſo, teneri adſtipulari de non offendendo familiares, amicos, adhærentes.c.ad apoſtolicam. vertic. adhærentes. de re iudic.in vj.c. olim.de accuſat. Et omnium diligentiſsimè Felin. id pleriſq; aliis axiomatibus declarans in rubr.de treuga & pace. num.11.vbi dilatando chartas, quamplurimis remiſsionibus diffinitum reliquit, quis in ea ſpecie familiaris, ſocius, adhærens,conſortes dicantur. His prænotatis,eſt adnotandum,quòd licet qui cauſam dedit timori,minimè poſsit hãc cautionem de non offendendo petere, ni & qui iniuriam paſſus eſt timorem incutit, ſicuti in ea ſpecie explicat Felin. loco præcitato. Cuius ſententia exploſa, contraria veritati magis fauet. Quinetiam hanc cautionem ab vtroque peti poſſe conſtat ex Ang.in l.qui bona.§.qui damni.ff.de damno infec. Bart. in præcitato §.ſi quis iuſta. & eſt text. ad id præſtantiſsimus in d.l.denunciamus. in qua id diſtinctè diffinitum extat. Et Bart.in l. qui bona. §.ſi quis circa.ad finem.ff. de damn.infec.Felin. in rub. de treuga & pace.col.vj.Capel. Tholoſ. præcitata.Iaſ. in l.ſi ſuper poſſeſsionem. numero 3. C. de tranſact. Hippol. in dicto §.præterea. numero 86.formidoloſus non tenetur hanc de qua agimus petere cautionem. Siquidem & is eſt qui timet ea, quæ nulla ſunt ſuſpitione digna.l.fin. C. de iure delib. Id vnum intelligendum eſſe ex iſtimo etiam procedere, tametſi culpa petẽtis cautionem orta ſit inimicitia, vti ſignanter explicat Bart. in l. qui bona.§. ſi quis iuſta præcit. & inibi pleriq; alij doct.Ioan.de Imol.in §.qui damni infecti.eiuſdem l.Felin.&Ant.Gomez. in his locis,de quibus mentionem anteà egimus. Et illud conſtat, qui diſpendium grauaménue ex facto alterius patitur, vel timetur grauari,poſſe à iudice petere id vnum reparari, præſtita cautione ab aduerſario.Bald.per text. inibi in l. qui pater. C. qui bon.ced. poſſ. itidem in l. ſi ſeruus. C. quod cum eo.&in l.fin.col. ij. C. de edic. diui Adria.tollen. Alexand. in l.ſi de poſſeſsione. C. de tranſact.Feli.omnium diligentiſsimè loco præcitato, ad finem.

Quaſi iſtius capitis coronidem,& illud adnotandum eſt, ſi ſanè qui iniuriam intulit, non poſsit cautionem de non of-

fendendo præſtare, nec fideiuſſores inuenire, iudicantis arbitrio relinquitur, hinc inde conſiderari debet, vtpote ſi ſit qui iniuriam irrogauerit, ita paupertate oppreſſus, non opi-
9 danus, ciues aduena iuratoriam † cautionem ſufficere. text. eſt qui argumento optimo deſeruire videtur in §. ſed hodie. Inſtitut. de ſatiſdatio. & in authentica generaliter. C. de epiſcop. & cler. & in l. ſancimus. C. de verborum ſignificationib. & ad id compellendos eſſe incarcerandóſque, donec prædictam præſtent cautionem. Iaſ. in dicta l. ſancimus. Alberic. in l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. gloſ. celebris in l. j. ff. qui ſatiſda. cogan. vbi argumento optimo deſeruit, & inibi expreſsim, ad id notat Paul. Alexád. & Iaſ. & in his regnis id vſu receptum eſt.

Ad eandem rem itidem conuertitur, qua afficiendus ſit
10 pœna, hanc cautionem & ſecuritatem, vt ita † dixerim infringens. Et ſunt qui exiſtiment læſæ maieſtatis pœnam ex Ioann. Fab. in præcitata l. denuntiamus. text. & quæ inibi adnotant doct. in l. prima. ff. ad legem Iuliam maieſtat. Bart. numero 9. in dic. §. ne potentiores. Capel. Tholoſ. deciſ. cccclxxxix. ad finem. nec deſunt in ea ſpecie, qui exiſtiment ex §. ſi quis hominem. in titulo de pace tenenda, & eius viola. in vſib. feud. ſi criminis author, & fractor ſecuritatis, occiderit, in ea ſpecie mortis pœna afficitur. Quòd ſi vulnerauerit, eidem membrum mutilatur ex §. ſi quis alium, titul. paulò ante citato. Quòd ſi alia iniuria affecerit pœna pecuniaria, cautionis reus afficitur, ex §. ſequenti. eiuſdem tituli. Et iſthæc ſecuritas fracta eſſe cenſetur, ſi alicui de familia, cui prę̨ſtita fides, ac cautio data eſt, illata fuerit iniuria. pari ſchemate. ac ratione ſi vxorem, ſororem familiámve illius, cui data fides eſt, cōcubitauerit, fœderáque veneris, cùm eis coniunxiſſet, cautionis fractor cenſetur, ex Fabro, & Decilio Capel. Tholoſ. his in locis quibus, & anteà meminimus. Et ex noſtræ Hiſpaniæ hominibus Montalu. ſignanter in gloſſa ad ordin. regias verbo Seguritas. Franciſc. Auileſ. nume. 26. in capit. ſexto Præto. Maſuerius ſatis diligenter in practica ſua. tit. de aſſecuramento, in qua ſpecie regia l. ait. tit. viij. lib. iiij. in ordin. regal.

Illud verò iure reſpondendum erit, huius criminis reus contra ſecuritatem regalem, proditoris loco exiſtimatur, ex regia l. ij. tit. ij. part. vij. inibi, La nouena.

Poſtr

Poſtremò & verbo non amplius addam inita pace de non offendēdo ratione inimicitiæ præteritæ intelligitur. Quòd 11
ſi ex noua cauſa rixa orta fuerit, inter eoſdem fidei fractor, ac cautionis non cenſetur ſicuti diffinire. Bar. in l. aut facta. ff. de pœn. Abb. in c. cum inter. de renunt. Sylueſt. in ſum. ſua. ver. Iuramentum. iij. §. xvj.

SVMMARIVM.

1 *Tam clericis, quàm laicis, tam intra eccleſias quàm foris arma prohibita ſunt, earumq; vſus vetitus.*

2 *Arma ferriq; vſum contra multorum ſententias, antiquitus adinuenta eſſe.*

3 *Appellatione armorum quæ veniant, serioſe declaratur. itidem numero 4.*

5 *Diſcutitur ſignanter, an defenſoria arma, appellatione armorum veniant.*

6 *Armorum bellorum appellatione, an & lapides, & fuſtes veniant.*

7 *Statutum puniens percutientem cum armis minimè cōprehendere cum baculo percutientem.*

8 *Regias conſtitutiones de delatione armorum tractantes, non eſſe intelligendas in his, qui paruos cultellos deferunt.*

9 *Regia l. xxxiij. tit. xiiij. lib. ij. ord. perpenditur.*

10 *Hæreticæ prauitatis familiaribus armorum delatio permittitur.*

11 *Cruce ſignatos, armis non eſſe expoliandos.*

12 *Poſt campanæ horam, ſi noctu lucernam deferant, armis expoliandi non ſunt.*

13 *Iter agentes arma ferre poſſunt.*

14 *In curia regis commorantibus, & in regio ſeruicio intereſſentibus armorum delatio permittitur, nec armis expoliandi ſunt à iudice.*

15 *Regias conſtitutiones, minime eſſe intelligendas in nobilitate decoratis.*

16 *Diſcutitur, eleganter natiuus intellectus, & ex mente literæ recipiendum reſponſum. §. ſi quis ruſticus. de pace tenenda in vſibus feudorum.*

17 *Iudicem aſſociantes armis exſpoliandi non ſunt, nec armorum delatio prohibetur.*

18 *Homines armatos congregans ad delictum perpetrandum, an ſit duplici pœna afficiendus.*

19 *Miniſtri iuſtitiæ ſi viderint arma prohibita portantem, & velociori curſu in domum ingreſſus fuerit, poſſitne armis ſpoliari ſeriosè diſcutitur.*
20 *Doctorali dignitate inſigniti, ne vtique poſſe armis ſpoliari.*
21 *Arma deferentes venenata præter regiæ conſtitutionis pœnam, grauiori afficiendi ſunt ſupplicio.*
22 *Quid praxis obſeruet, an arma debeat amittere deferens necne.*
23 *Hi qui priuilegio armorum condonantur minimè deferre poſſunt in iudicium, in concione congregatorum, nec in ſcholarium multitudine.*
24 *Chorondas Tyriorum princeps ſanxit, ne quis cum ferro, ſub capitis pœna in concionem prodiret.*
25 *Vſu, ac conſuetudine receptum eſſe in regis Hiſpaniæ pretorijs, nemini licere, enſe aliquibuſve armis ingredi.*
26 *Apud Hiſpanos clerici arma portãtes vetita, & cum armis ipſis deprehenſi, à miniſtris iudicis ſecularis ſpoliantur.*
27 *Pluribus in caſibus, in quibus, & armorum delatio permittitur, recitatur.*
28 *Templorum immunitate minimè gaudere qui ad eccleſiam armatus confugerit.*

De armis, déque earum delatione pœnis iure Cæſareo, Regio, Pontificióve ſancitis.

CAPVT VIII.

FREQVENTER contingit controuerſia poſt illatas iniurias circa armorum amiſsionem. De armis igitur nobis religio eſt, ac de illarum delatione pertractare. Quorũ difficultas pluſquàm mediocris eſt circa regias ſanctiones. Regulariter autem arma prohibita ſunt, & item eorum vſus
1 vetitus, tam clericis, quàm laicis, tam intra eccleſias, †quàm foris. tex. in l. prima. C. vt armorum vſus, libro vndecimo, capitulo clerici arma. de vita & honeſtate clericorum. capit. quid culpatur. xxiij. quæſtione prima, & in authentic. de armis. in rubro, & nigro collatione ſexta, capitulo conuenior. xxiij. quæſt. viij. §. ſed ex conſtitutionibus. inſtit. de interdictis. §. item ex Iulia. Inſtitut. de public. iudic. tradit latè Cornel. conſilio xx. libro tertio. Socinus regula xxx. Cæpola in l. ar

Armorũ prohibitio.

l.armorum appellatione. ff.de verborum ſignificat. Rom. in ſingul.cclxiij.Angelus Aretin.in tract. maleficiorum, in parte vno ſtocho ferreo, Catelia.Cota, omnium diligentiſſime in memoralibus iuris,in verbo armorum vſus. Petrus Belug.in ſpeculo principum rubri. xxvij.§.milites.numero tertio,eleganter Andreas Tiraquel.de nobilitat. cap.xx.numero 62. Doctores in capit. primo,per text.inibi. §.ſi clericus,de pace tenenda:& eius violat. in vſibus feudorum. Et Barbat.de præſtantia Cardinalium, ſecunda parte quæſt. v. numero 21.Paulus Pariſien.in conſil.clxxj.volumine iiij.numero 17. Ioann. Lopius aliqua his coniecit, in c.per veſtras. ſecundo notabili.§.primo.numero 13.de donationib.& apud Gallos aſſeuerat Chaſſaneus in coſuetud.Burgundiæ.rubr. prima.§.quinto. verſiculo Archidiaconus. numero 79.& Carolus libro ij.regalium Franciæ priuilegio xvij. & nouiſſime Nunius Auend.in dictionario regiarum legum, quem admiſcuit tractatui de exequendis manda. regis Hiſpaniæ, in verbo armas.folio quinto.columna ij.Matth.Afflict.poſt Yſern.in conſtitut.regni Siciliæ.rubric.ſexta,libro decimo. numero 38.& Didacus à Couarruuias libro ſecundo Variarum reſolutionum.cap.xx.ad fin. Ludouicus Carre.in pract. crimin.§.homicidium.numero 344.pagina 482. Remigi. Agoni.de immunitatecclesiæ. xij.quæſt. Boërius deciſ. clxj. Extántque hodie regiæ leges.Siquidem.l.xxxiij.tit.xiiij.lib. ſecundo ordina.regia.l.viij.titulo xxxiij.par. ſeptima l.v.tit. xx.part.ſecunda.l.quarta.tit. xxj.ead.part. l.decima. eodem tit.l.octaua. titulo xxiij.part.ſecunda, & conſtitutio regia. cap.xxv.in conuentu Toletano lata anno condita 1525.& peti.25.Valiſoleti anno 1523.de armorum delatione tractâtes. *Regiæ leges.*
Sed antea quàm ad regiarum conſtitutionum examen condeſcendam,quod obiter menti occurrit,adnotandum eſt,antiquitus arma adinuenta minimè erant.Siquidē Herculi claua,& leonis pellis conueniebat.Quo tempore nondum erât arma adinuēta,ſed fuſtibus homines iniurias propulſabât, ac ferarum pellibus texebant pro armis corpora, ſicuti hac in re commemorat Diodorus Siculus rerum antiquarum,libro primo.folio 13.columna ſecunda, vnguibus & dentibus belluarum more pugnabant,ſicut Horatius,author eſt. *Horat. carm.*

Quum prorepſerunt primis animalia terris,
Mutum,& turpe pecus glandem atque cubilia propter.

Vnguibus & pugnis, dehinc fuſtibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ mox fabricauerat vſus.

Idque conſtat ex Stobeo, ſermone primo, dum cecinit.

Arma quibuſuis animalibus Deus, donauit naturam Aeream
Volucribus, velocitatem leporibus, & robur Leonibus.
Tauris ſponte naſcentia cornua, apibus aculeos
Ingenitum dedit monimentum.

Aſsyri quos primos bella finitimis intuliſſe conſtat, cum rudes adhuc ad reſiſtendum gentes eſſent, poſt Noë diluuiũ anni non multo amplius quàm mille fugiſſent, Ninus rex belli filius, veſorem Aegyptium , & Scythæ regem intulit, bellúmque cum eis geſsit, quo tempore inter ſeſe inſidiari cœpere & gloriam ex humano ſibi ſanguine comparare , ſicuti author eſt Balturius de re militari. libr. j. c. j. & Antilochus refert dum ait.

Hæc crebris tendunt arcos, nec verbera fundæ
Expediunt, ſæuúſque ferox Mars æquore cædes
Infert, ſed rigido geritur res quominus enſe:
Ac illi apprime pugna certare periti.
Euboiæ genus acre virum bellóque ſuperbum.

Iure igitur & natura comparata ſunt arma operáque militaria, tametſi non deſint qui exiſtiment antiquitus arma belláque inuenta eſſe ſicuti poëta ait.

Nondum veſanos rabies nudauerat enſes.
Nec conſanguineis fuere diſcordia nata.

Et ſunt qui aſſeuerent antiquiſsima huius rei bellicæ initia fuiſſe, longéque ante vrbes legéſque conditas, ante æris ferrique vſum adinuenta , † ſiue ad Iouem illum magnum qui
2 in cœlo comitatum, exercito deorum pariter, & dæmonum, Plato ſcribit, ſiue ad priſcos vſque illos homines inertes , & ex terra genitos vt poëta meminit.

Armorũ vſus antiquiſsimus

Terrea progenies duris caput extulit armis.

Ad apertiorem huius capitis reſolutionem, illud prætermittendum non eſt quod doctorum capita nimis torquet, armorum appellatione quid veniat. Et ſunt qui exiſtimant lapides, & fuſtes contineri ex l. armorum. ff. de verb. ſig. † l. iij. in prin. verſ. armis. ff. de vi, & vi arma. c. conuenior. xxiij. q. viij. gloſ. in l. nepos Proculo. ff. de verbor. ſignific. text. ad id celebris in dicto §. ſed ex conſtitutionibus. & in §. item lex Iulia.
3 Quibus & antea meminimus. Ioã. Ign. in l. prima. §. occiſorum.

Appellatione armorũ quæ veniant.

rum.num42.ff.ad Sylla.Barbat.in tract.de præſtan. Cardi.v. quæſt. num. 21. & ante hos Bart. in l.j.ff. ad legem Iul. de vi publ.Rom.in d.l.j.§.occiſorum.Vincent.Paleo. in conſi. lvj. inter conſilia Alex.vol.iiij.Iaſ.in §.ex maleficiis. num.52.de act.Inſtit.Fel.in c.ita quorundam.num.2.de Iudæis.Marcus à Mantua.lib.vj.obſeruat.obſeruat.liiij.Petrus à Belluxa.& Nunius Auend.his in locis quibus & anteà meminimus. Et id quidem largo ſumpto vocabulo:propriè tamen ſumpta ea duntaxat omnium artium inſtrumenta contineẽtur,& etiam artis † nauticæ inſtrumẽta,iuxta illud Maronis 5. Aeneidos. 4

Colligere arma iubet,validiſque incumbere remis.

Et etiam agriculturæ iuxta illud Verg.1.Georg.

Dicendum,& quæ ſint duris agreſtibus arma.

Cæterùm & artis ſtudij neceſſaria arma vocantur, ſicuti diffinitur ex Plinio aſſeuerante cuius arma erãt,non lancea, ſed ſtylus & pugillares,ſimiliter etiam lachrymæ,& orationes arma dicuntur clericorum.Sicuti diffinitur ex c. conuenior.xxiij.q.viij.& artis Piſtoriæ arma vocantur,iuxta illud 1.Aeneidos.

Artis ſtudij arma.

Clericorũ arma.

Tum cererem corruptam vndis,cerealiáque arma expediunt.

Id eſt,inſtrumenta quibus ad piſtorium opus vtimur, nihilominus in hoc tractatu de delatione armorum, ne quem decipiat iſthæc generalis appellatio,non erit obliuioni tradendum arma in duplici differentia ſumi, defenſionis cauſa parata. Et Iuriſconſultus de propria verborum ſignificatione agens ſcutum,& galeã,quæ conſtat eſſe defenſionis cauſa paratam,armorum appellatione veniunt. Alber. in præcitata l.armorum. Et noſter Iuſtin.in §.ſed ex conſtitutionibus. Inſtit.de interdictis.l.iij.§.armis.ff.de vi & vi arm. Nec aliquo iuris apice deſeruire videtur,quòd Ang. in §. ex maleficiis.num.22.Inſtit.de action. qui Iaſonem.num. 83.inibi, & alios pleroſque in errorem attraxit contrarium exiſtimans ex Bart.in l.j.ff.ad legem Iuliam.de vi publ.Ex qua lege diffinitum extat,armorum appellatione,nec defenſoria venire, non ex eo intelligas,†quia non ſunt propria arma,ſed ex eo, 5 quia legis latoris intentio defuit ad comprehendendum ea. Et Ang.& contrarium exiſtimantes dum alia & alia contraria ſubterfugere pergunt in maiores lapſos incidunt, ſicut quilibet peritus,qui mediocriter hanc artem caluerit,facilè colliget,nec obſt.l. fin. nec l.j. quibus & ipſi ſuffulti ſunt.ff.

Armorũ differẽtia.

Appellatione armorum an defenſoria veniant.

ad le

ad legem Iuliam, de vi publ. ſiquidem inibi ex materia legis, quæ agit de vi publica, quæ non infertur armis defenſibilibus, ſed offenſibilibus: vt per quam manifeſtum eſt, atq; ideo arma defenſiua inibi appellatione armorum non veniunt. Vide lector quiſquis veritatem amas, quàm planus eſt is intellectus, qui ex tex. ineuitabiliter, & ex ipſius verbis fundatur. & eſt ratione & moribus æquiſsimum. Ex quibus relucet Ang. & aliorum error intollerabilis, qui nunquam purgabitur. Rurſus ad iſtius quæſtionis intellectum, & illud obliuioni nō erit tradendum ex ſtricta armorum bellorum appellatione, lapides & fuſtes, propriæ comprehendi ex Alc. in d. l. armorum. quod ipſum habent pleræque aliæ leges ei

Angeli error. *Exſtricta appellatio armorū.*

6 ſimiles, †quibus & nos paulò anteà meminimus, tametſi ab hac ſententia plerique alij diſcedant, inter quos Ang. & Iaſ. his in locis quibus & anteà mentionem fecimus. Corn. conſ. cxcix. num. 4. Rom. in l. j. §. occiſorum. præcitata rationem reducentes ex glo. in clem. j. §. quia verò. verbo arma. de ſtatu monachorum. agens concilium Vienenſe. in d. clemen. & excommunicans monachos intra monaſterij ſeta arma tenentes, nec vtique eos includit, qui lapides & fuſtes tenent. Rurſus ex §. fin. in authen. de armis. collat. vj. diffiniente, ne arma fabricentur, minimè prohiberi cultellos minores fabricari, & inibi glo. expreſsim annotat cultellos non eſſe arma. Cuius ratio & illa poſtulat, quòd in vſum alium, quàm bellicum facti nō ſunt principaliter, at lapides fuſtes in bellicum vſum effecta non ſunt. Quò fit nec hæc erunt magis arma, quàm prædicti cultelli, quorum doctorum ſententia, quàm ſit à ratione deuia, dubio procul conſtat. Siquidem glo. illa fuſtes, & lapides, appellatione armorum non contineri, diffiniens non ſe fundat in propriæ verbi defectu ſignificationis, ſed in intentionis defectu, & mentis conſtituentis. At glo. illa colligere potuit ex vſu loquendi defectum intentionis, vel etiam ex conditione perſonarum, de quibus & illa glo. ait, nempe monachorum ſiquidem arma monachi habere in cela cubiculóque grandi eſſet dedecori. Vide qui iuris veritatem amas, quam ancipiti periculo illorum conſiſtat opinio.

Cultellus arma non eſt. *Doctorū error.* *Glo. intellectus.*

7 Ex quibus aliquot proponam. †Et primò ſi ſtatutum puniat percutientem cum armis minimè comprehendi cum baculo, alia quauis re percutiente quę ita non ſit acta, ad nocendum

Regiarū legū declaratio.

cendum ex Bar.in conſi.ſuo incip.ſtatuto caſtri plebis. Ioan. à Platea in §.recuperandæ.ad finem,de interd.Inſtit. Ang.in l.armatos.ff.ad l.Iul.de vi publ.atque ideo regias ſanctiones paulò anteà citatas,de delatione armorum † agentes, minimè intelligendas fore,ſi quis paruos cultellos deferat ex gl. in authen.de armis.§.penult. verbo minores. Cuius meminere pro ſingulari Aug.Plat.fin.colum.his in locis,quibus & anteà meminimus.Felin.ſignanter in c.ita quorundam.col. j.de Iudæis.& id quidem,quia ex mente ſtatuentium diffinitum non extat,& ipſe intelligendum fore opinor, ni ex delatione cultellorum fraus conſtaret. 8

Regia lex Secundò colligitur vera ratio regiæ ſanctionis xxxiij.tit. xiiij.lib.ij.ordin.reg.† quæ expreſsim aſſeuerat in his locis, 9 in quibus arma deferre non poſſunt. *Se entienden vedadas tambien las armas que ſon defenſiuas.* Et ex nouioribus aliquot coniecit idem profeſſus Nunius Auendan.in dictionario regiarum legum quē admiſcuit tractatui de exequendis mandatis Regis Hiſpaniæ, in verbo armas. fol.5.col. ij. tametſi ſunt qui exiſtiment, armorum appellatione ne vtique venire,arma defenſoria, nec earum delatio prohibita erat ex Bart.in l.j.ff.ad legem Iul.de vi publ.tex.in §.penult.in auth. de armis.collat.vj.Et huic accedit ſententiæ Ioan.Igneus in d.l.j.§.occiſorum.num.42. Marcus à Mantua lib. vj. obſeruat.obſer.liiij.Andr.Barbat.de prętan.Cardin.quæſt.v.num. 23.Et nihilominus ex regia ſanctione arma defenſiua deferre prohibentur. Quod verò attinet ad regiā ordinationum conſtitutionem,& ſi errare ac falli poſsim,mihi certiſsimum eſt opinionem communi contrariam ea conſtitutione & lege probari.Scio etenim non eſſe præſumendā,nec facilè conſtituendam correctionem deciſionum iuris cōmunis per eas conſtitutiones quas leges regias appellamus: contendam tamen quandoq; per leges iſtas eas opiniones probari, quæ interpretationem dubiam iuris Cæſarei attingunt. In hac autem quæſt.planū eſt quid lex regia voluerit. xxxiij. tit.xiiij. lib.ij.ordin.diffiniens in hæc verba,*En los lugares donde fueren vedadas las armas.ſo pena que ſean perdidas, mandamos que ſi alguno fuere contra el dicho vedamiento,y fuere tomado con armas, quier offenſiuas.quier deffenſiuas, anſi las vnas como las otras.* Et quæ arma offenſiua & defenſiua ſint,explicat Bar.in l.periculis.§.argēto.ff.de au.& arg.leg.Anch.in clem.j.de exceſ.prælat.

Tertiò

Regiarũ conſtitutionũ intellectus.

Tertiò ad huius quæſtionis, congruam reſolutionem præ-
notandum eſt regias leges de delatione armorũ tractantes,
minimè intelligendas fore in hæreticæ prauitatis familiari
bus, quibus armorum delatio permiſſa eſt, ex gloſ. in verbo
10 retardetur. in clemen. ij. §. fin. de hæret. & † inibi paſsim do-
ctores adnotant. Quinetiam Didacus à Couarruuias, eo in
loco cuius anteà mentionem fecimus, exiſtimat iudices ſe-
culares puniendos fore ſi his familiaribus inquiſitorum, ar-
morum delationem non permittant.

11 Quartò ex proximè dictis præter alia † quæ maximè in
huius tractatu adnotari ſolent, ad examen adiicitur regia-
rum legum quæ expreſsim armorũ delationem prohibent
intelligendas non fore in cruce ſignatis, in fratribus Hiero-
ſolymitanis, ex glo. j. in c. duo ſunt. ad fi. xij. q. j. vtpotè hodie
ſunt cruce ſignati ſancti Ioannis.

Cruce ſignati.

12 †Quintò aſſeram in eadem principali dubitatione, ſi lu-
cernam poſt campanæ horam deferant noctu, armis expo-
liandi non ſunt ex regia ſanctione. lxxij. in cõuentu Madri-
cio lata à Carolo Cæſare, anno 1534.

Delatio armorum poſt cãpanæ horam.

Sextò, & illud obuium erit regias ſanctiones minimè eſ-
13 ſe intelligendas † in his qui iter agunt, & arma ligata per ci-
uitatem deferant, ex §. ſi quis ruſticus. tit. de pace tenen. in
vſib. feud. Signanter Matth. Afflic. in j. lib. conſt. in rubr. de
licent. & delat. arm. Hoſt. in c. clerici. de vita & hon. cler. Nic.
à Neapol. per tex. inibi in l. fi. C. de pro. ſacr. ſcrin. lib. xij. And.
Barbat. de præſt. Card. ij. par. q. v. num. 21. Iaſ. in §. ex malefi-
ciis. Inſtit. de act. Bal. & Iſern. in d. c. j. §. ſi quis ruſtibus.

14 †Septimò illud memoriæ conuenit commendare hanc ar-
morum delationem in curia regis cõmorantibus, eorúmque
ſeruitio degentibus prohibitam non eſſe ex l. fin. C. de præ-
poſi. ſacr. cubic. lib. xij. & qui curiales dicantur, explicat glo.
in cap. primo. lj. diſtinctione. pari ratione curialibus filij re-
gis primogeniti, armorum delationem prohibitam non eſ-
ſe ex l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. inibi, ſiue ab
his qui poſtea digni fuerunt nomine Imperiali. Ex qua dif-
finitum extat priuilegium conceſſum in curia regis com-
morantibus competere etiam curialibus filij primogeniti
regis. capitulo cœpit. vigeſima quarta quæſtione prima, eò
maximè, cùm primogenitus regis in vita patris rex cenſea-
tur, ex Andræa ab Iſern. in cap. primo, de feud. marchiæ, in

In curia intereſſentibus arma promittuntur.

vſibus

vſibus feudorum. † & ibi gloſſa in cap. fin. vigeſima quarta 15 quæſtione prima & in cap. Adrianus. lxiij, diſtinct. Bald. in l. in ſuis. ff. de liberis & poſthumis. Coſmas in Pragmatica Sanct. Gall. in proœmio, in verbo primogenitus. fol. 8. Ioan. Igneus in l. neceſſarios. §. non alias. num. 387. ff. ad Syllaian.

An primogenitus in vita patris sit rex

Octauò vt ad propriam quæſtionem reuertamur, & illud conſtat hanc delationem armorum prohibitam in militibus, nobilitatéque decoratis intelligendam non fore, ex l. iubemus. in prima. C. de præpoſitis ſacr. cubic. libro duodecimo. ſi & hi in expeditione belli ſint, ſicuti in ea ſpecie adnotat Bald. in cap. primo. quid ſit inueſtitura. numero 50. in vſibus feudorum. ſatis diligenter Andræas Tiraquellus de nobilitate. cap. xx. numero 68. & 72. Et quibus hoc peculiare priuilegium competat, explicat Marcus à Mantua in l. precibus. C. de impuberum & aliis. numero 250. Quo in loco poſt illius legis repetitionem. 50. militum priuilegia congerit. Et Galiau. in l. centurio. num. 26. ff. de vulg. & quæ ſint ſequi ita, vt milites his priuilegiis condonentur explicat gl. in l. milites. ff. ex quibus cauſis maior. & ſunt qui exiſtiment ex eo quod ruſticis armorum delationem vetat Imperator in dicto §. ſi quis ruſticus. in titulo de pace tenenda. tacitè nobilibus permittere videtur, ex l. cùm prætor. ff. de iudic. cap. nónne. de præſumptionib. & omnia cenſentur permiſſa, quæ non prohibita reperiuntur l. necnon. §. quod eis. ff. quibus ex cauſis maior. l. quicunque. §. quia pupillo. ff. de public. Et huius ſententiæ authores habeo, Lucam à Penna in l. prima, in principio. C. vt armorum vſus. libro vndecimo. Ioannes Rayn. in tractatu nobilit. in ſeptima quæſt. principali. iij. effectu nobilitatis. Bon. de Curt. in tract. nobilitatis. v. par. priuileg. xxxix. Rebuf. in concord. tit. de collat. §. cùm verò. verſiculo nobilitatis. columna tertia. & iterum verſiculo item arma. Quibus admodum ſuffragatur tex. in §. mercator. titulo, de pace tenenda in vſibus feudorum. Quibus in locis ſatis difinitum extat nobilitate decoratos, arma deferre poſſe. Quorum ſententia calculo non caret, licet à nemine notetur ex eo quod omnibus regulariter ſit interdicta delatio armorum ex l. j. vt armorum vſus. libro vndecimo. Cuius verba hac in re adnotanda ſunt. Loquitur ſiquidem per dictionem vniuerſalem negatiuam, nulli eique adiecit aduerbiũ, & vniuerſale prorſus: perinde ſignificat atque

Nobilitate decoratis arma ferre permittitur.

Militum priuilegia.

Contraria ſententia.

omnino

omnino.l.vlt.& inibi gloſ.in verbo,cingulo.C.de præpoſit. ſacror.cubic.lib.xij.& inibi Platea,& Lucas à Penna diffinientes,nobilibus condonare, peregrè proficiſcentibus armorum delatio: regulariter verò è contrà, ex præcitata l.j. Et huic ſententiæ accedit Iſer.in d.§.ſi quis ruſticus.Itidem in conſtitutione Siciliæ, incipienti intentionis.col.iij.& expreſsim adnotat Matth. Afflict.columna ſecunda, ibi Barb. de præſt. Cardin. quæſt. vlt. parte ſecunda, col. vj.verſic.ſed quid de officialibus. Quo fit hanc ſententiam veriſsimam

16 fore exiſtimo. Et vt obiter agam † quo ad intellectum tex. in §. ſi quis ruſticus. & in d. §. mercator. de pace tenenda, poteſt videri id non concedere nobilibus, niſi à contrario ſenſu, ſumpto argumento, aut aliàs tacitè, nec per huiuſcemodi argumentum legum correctio induci non debet. Et de poſteriori eſt tex.in l.ſecunda.C.de condit.inſertis,quam & Baldus ita ſummat argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, vbi legis prauus intellectus reſultat capitulo cum virum,de regula.capit.à nobis in ſecunda de ſententia excōmunicationis.gloſſ. in capitulo ſignificaſti, ad medium magnæ gloſſæ de foro competenti, & de alio tacito intellectu eſt gloſſa in capitulo cupientes.§.etſi per viginti.verbo petere.At rurſus verbo priuatos de electione.libro ſexto.

Intellectus §. ſi quis.

Argu. à contrario ſenſu non ſumitur.

Cuius pro ſingulari meminit idem profeſſus Barbatius in l.eadem.§.Cato.de verborum oblig.col. xxxv.quò fit tex. in §.ſi quis ruſticus ſicuti Alber.& Card. Alexand. vterque col. j.adnotant inibi id quod diffinitur,de ruſtico,ad alios etiam non ruſticos extendendum fore potiſsimum, cùm indiſtinctè nullus prorſus poſsit arma portare ex d. l. j. C. vt armorum vſus.ideo de ruſticis nominatim illic mentio fit, ſiquidem ipſi hoc magis frequētare ſolebant,argum.tex.in l.nam ad ea.ff.de legi.Barb.in repet.l.cùm acutiſsimi.col. xxij. verſic.& pro iſtis.C.de fideicom. itidem conſil. vj. ſcriptum eſt. lib.j.col.vij.& conſi.xlij.illud in medium.lib.j.col.ij.& conſil.xxiij.lib.ſecundo.colum.vj. Et rurſus conſil. xxx. col.iij. eod.lib.conſi.lix.colum.vj.volum.iij.& conſil.lxvij. lib. iiij. colum.vij.Et in c.Rainaldus.de teſtam. colum. xcvij. Fel.in cap.coram.colum.j.de offic.iud. & cum ratione frequentioris vſus exprimatur inibi non reſtinguitur eius diſpoſitio, ex iis quæ notat Tiraquellus de retra.tit.j.§.xx.glo.j.num.4. Nec tex.in præcitato §. ſi quis ruſticus. verba agit de ruſtico in ea

Natibus intellectus

in ea ſignificatione, ſcilicet pro plebeio & ignobili, ſicuti Rayner.& Bon.de Curtil.locis præcitatis adnotant, ſed vtique in propria ſignificatione, pro eo qui rus habitat, ſicuti gloſ.diffiniuit. Et Alber.& Card.Alexand.inibi,vnde ruſtici appellati ſunt,tanquam ruri & glebæ addicti.Nam & leges feudales,quas vocant ignobiles,ruſticos appellant.cap.ſi ruſticus.cap.ſimiles.cap.ſi quis ruſticus.tit.de pace tenenda.Et Felix Paleolus hunc titulum ſuo operi, de nobilitate & ruſticitate præfigit. Eadem fermè ratione traditur interpretatio legum de delatione armorum tractantium,intelligendas eſſe ni ex licentia iudicis permiſſum foret, ex l.fin. C.de fabricenſ.lib.x.vel † niſi delatores iudicem aſſociarēt,ſicuti 17
exiſtimat Luc.à Pen.l.fin.C. de dig.lib.xij. aſſeuerans poſſe *Iudicū familia.* iudicem familiam, ac viros armatos ſecum deferre. Bald. & Innoc. in cap.olim cauſa.de reſtit.ſpoliat. Bald.in l. nunc ſalutem.§.ſciendum.ff.de óffic.præfecti vigil. Abb.in cap.ſignificaſti. de offic. deleg. diffiniens iudicis familiam, arma ferre poſſe, & maximè nocturnis horis, nec vtiq; de armorum delatione puniendi ſunt.Angel.idem profeſſus in l.j.ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. Quinetiam pro criminis authore incarcerando,homines armatos,etiam inuitos, iudex poſſet congregare. Bartol. in l. ſi quis hoc genus. C. de epiſc.& cler. Ang. in l.ij.C.de iis qui latro. Ioan. à Plat.in l. in fiſcalibus.C.de exact.tribut.lib. x.Paris à Put. nec admodum grauatus iis accedit in trac.ſyndic.in parte, brachium implorare,pro executione.fol.64. Illud etiam ad regiarum legum examen deducitur, quòd ſi quis repertus ſit noctu in portico domus arma deferre, & ipſe penes pedes dimittat, vel in angiportu. an regiæ conſtitutionis pœna afficiendus ſit? Et ſunt qui exiſtimant non eſſe puniendum,cùm & is deferre arma non reperiatur,ex l.j.§.hoc reſcriptū. ff. ad Sylla. Barbat. in eod. tract.quem publicum fecit,de præſt.Cardin. in hoc dubio ipſe contrarium veriſsimum eſſe exiſtimo, quinetiam à miniſtris iudicis poterit armis exſpoliari, vt ſuprà luculentius explicuimus. Ex proxima interpretatione adhuc expendi & examinari poterit, an qui homines armatos congregat,quo ad regiam ſanctionem, de delatione *Armatos cōgregās.* armorum tractantem, an duplici pœna ſit afficiendus de delatione armorum? Et ex eo † quòd homines armatos ad 18
eius tutelam habuerit, & Bartol.in ea ſpecie reſpondit,vni-

ca duntaxat pœna eſſe coërcendum,cùm iſthæc duo ad eundem effectum curſum dirigant:is,inquam in l.j.ff.ad legem Iul.de vi publica.verſic.quæro vos.Hippol.idem profeſſus in pract.crim.§.pro complemento.num.37.ſuffultus gl.authoritate in l.qui de crimine. C.de accuſat. Bald. in l.aduerſus. C.de furt. peregrina in parte arma dura. ad fin. & his deſeruire videtur tex.in l.illud.ff.ad legem Aquil.Bar.in l.quemadmodum.§.illud.ff.eod.tit.Bald.in l.diuortio. colum.ij. ff. ſolut. matrim. eodem marte, eodémque ore, aſſeuerantes quod ſi ſtatuto diffinita ſit pœna in x.qui detulerit arma,alio quidem ſtatuto ſancitum ſit,qui aliquem vulnerauerit in xx. pœna afficitur, in ea ſpecie vulnerans cum armis duplici pœna ne vtique afficientur,ſed ſolùm pro vulnere:quorum vna pœna cum alia confunditur. Sed vt obiter agam,qui armatos homines contra priuatum defert, qua coërceatur pœna explicat Rom.in l.iij.§.ſed verum.ff.ad Syllan.Bal.& Salic.in l.fin. C.ad leg.Iul. de vi publica. Ad huius capitis congruam reſolutionem, prænotandum eſt regia conſtitutio in cap.lv. in conuentu Toletano lata, qua diffinitum extat,delationem armorum prohibitam eſſe, vt nec enſem liceat deferre propter aliquod ſcandalum euitandum, nec corrixantes ad arma veniant. Quod quàm maximè qui iudicandi munus habet obuiare tenetur, ex l. æquiſsimum.ff. de vſufru.Abb.in cap.licet.de probat.nume.36. & inibi Ant. Franc. ad Abbat. & ex nouioribus in ea ſpecie ita reſpondit Franc. Auiles in cap. ſecundo prætorum. num. 21. in verbo, *Partialidad.* Tametſi enſis ferre poſsit ex pragmatica lv. in conuentu Pinciano lata, nihilominus in Granatenſi regno conuerſos nec enſem quidem ferre poſſe conſtat ex pragm. lxxij.in Toletanis habita.& l.lxxij. in Madricjo cõuentu lata.Anni 1534. Verũ vt res iſta apertiſsimè intelligatur, animaduertendum quod paſsim in controuerſia adduci ſolet

Vulnerãs cũ armis an duplici pœna afficiatur.

Regia lex.

In Granatẽſi regno an arma ferri licet conuerſis.

19 circa praxim regiarum conſtitutionũ.An ſanè ſi iudex eiuſque familia viderit quempiam arma deferentem,& à longè eum ſequuti,in domum inrrauerit ſuam, an ea ſpecie à miniſtris iudicis expoliari debeat armis? Et Baldus, Roman. Alexand.in l.plerique. ff. de in ius vocando. exiſtimant iudicem minimè poſſe armis expoliare, ac proinde nec amittere, ſumentes rationem ex text. inibi: quia vnicuique domus ſua tutiſsimum eſt refugium, nec extrahi de domo ſua

inuitus

inuitus quis non debet.l.nemo de domo.ff. de regulis iuris. Hippol.in ſingul.clxxxix.& ccxxv.Iaſ.in l.vinum. nume. 4. ff.ſi cert.pet. Chaſſ.en.in conſuetud.Burgund. tit. *Des iuſtices.* rubr.j.§.j.nume.7.Paris à Put.in ſyndic.tract. in verbo, captus illicitè.num. 4. Et Marcus à Mantua in obſeruatione lxiij.lib. vij.& ſignanter Pyrrhus Englebermeus in præcitata l.nemo.& Iaſ.in d.l.plerique. tametſi ab illorum ſententia diſcedat Bart. per tex. inibi in l.quod ait lex.§. quod ait lex Iulia. ff.ad leg.Iul. de adult. ibi à patre qui perſequebatur. Bart. & Alexand. ad eum in l. iij. §. Neratius & Proculus. in princ.ff. de acquirenda poſſeſ. in contraria prorſus eſt ſententia, ſufficere vtique, quòd fuerit inuentus arma deferre, teſtibúſque de delatione armorum conuincatur. text.in l.j.C.de raptu virgi. in qua ſpecie has contrarias ſententias intelligendas fore, vt pacem diſsidentibus iuribus ac doctoribus afferam, ſi ſanè regia lex, ſtatutúmue municipale dictet, qui detulerit arma amittat, ſufficit vtiq; eum vidiſſe. Ex glo. & quod ibi adnotant doctores, paſsim in l.j. de theſ. libro decimo Cod.verbo,inuenerit. doctores etiam in l.ſi barſatorem. C.de fideiuſſ.& in d.§ Neratius. Sin minus ſi ſtatuto caueatur, ſi inuentus fuerit quiſpiam cum armis,id vnũ exigitur, vt etiã depræhendatur, ſicuti exiſtimat Cyn. in l.licet. C.de acquir. poſſeſ.Paul.de Caſt. Bart. Bald. in l.item lapilli. ff.de rer.diuiſ.hinc & illud eſt,quod paſsim adnotant doctores,inter quos & Angel.in l.ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit.ſi ſtatuto cautum ſit mulieres certæ conditionis ne poſsint veſtes ſericas nec perlas, vt ita dixerim, portare, intelligendum eſt,ſi inuenta & capta fuerit induta his prohibitis veſtibus ex tex. in d.l.ſi barſatorem.ſumentes rationem ex tex. inibi, qui aſtrictus eſt latronem inuenire, non erit immunis,niſi & eum captum exhibeat,& inibi Bal. & eius additionator pleniori extricant manu:& Ioan.Andr. ad Spec.in tit.de conſtitutionibus.vbi eam extricat quęſtionem de eo qui cum tritico contra legis prohibitionem inuentus eſt, & iſthæc maximo apice deſeruire videtur pragmaticis, regiiſque conſtitutionibus, pœnas inferentibus meretricibus indutis veſtibus prohibitis. Et an locum ſibi vendicet, ſi margaritas fictas deferat: & non habere conſtat ex Bartolo in l.prima, per textum inibi de fonte ff.Roman. conſilio ccccv. columna prima.Barbat.in l.cùm acutiſsimi.

Reſponſio ad contraria.

Statutũ de inuento cũ armis.

Veſtium prohibitio.

columna cxxij.C.de fideicommiſ.Iaſ. in l. Gallus. §. quid ſi is,notab.vlt. ff.de liber. & poſthum. ij. lectura. Catellianus Cota in memorabilibus ſuis incip. ſtatuta. Tamen ſi Platea in l.vellera. C.de veſtibus oloberic.ab hac diſcedat ſententia. In quo dubio mens & ſtatuti ratio conſideranda eſt, teſte Georg.Natam in cap.quamuis pactum.de pact.lib.vj.digni. in regula,certum eſt.de reg.iur.lib.vj.Alex. ad Bart.in
20 l.iij.Neratius.ff.de acquir. poſſeſ. Nec † ſilentio præterire lubet & illud,iura de delatione armorum agentia, in doctorali dignitate inſignitis,minimè locum ſibi vindicare:ſiquidem & his delatio armorum prohibita non eſt. Barr. in l.medicos. C.de profeſſor.& medic.lib. x. aſſeuerans doctores à familia poteſtatis ſcrutandos non eſſe armis ab eis delatis. Idem profitetur Ioannes Leſnanderius in tract. de doctor. in ſecunda parte. §. viij. Lancellotus Galli. in repet. l. Centurio. numero 24. ff.de vulg. Et huic accedit ſententiæ Barbat. in procem. clemen. in x. priuilegio doctorum. Ludouicus Bollog.in authent.habita.columna prima.C. ne filius pro patre. Et iſthæc ſententia ex eo conueſtiri poſſet: quia doctores milites dicuntur, eiſdémque priuilegiis potiri debent,intelligendum fore exiſtimo in his nempe doctoribus, qui publicè legendi munus ſubeunt, cùm & hi propriè militare dicantur. Idem in aduocatiæ officio degentibus: cùm & hi militare dicantur,ex l.aduocati.C.de aduoc. diuerſ.iudic.Iaſ. id vnum profeſſus in l. ad egregias. nume. 10. de iureiur. ff. Et huius ſententiæ authores habeo Galli. loco præcitato. nume. 43.& inibi Ludouic.Canetus, pag.39.

Doctores an armis ſcrutētur.

21 Illud † etiam ad regias coſtitutiones perpendi debet, arma portantes venenata (vt ita dixerim) vltra pœnam regiæ conſtitutionis de armis portandis, grauiori pœna eſt coercendus,ex doctrina Bald. in l.nemo. C. de ſum.trin.tex. in l. prima,de malefic. & mathemat. Ex quo textu Butrig. in ea eſt ſententia: ſi ſtatuto ſancitum ſit, ſi poſt duorum menſium ſpatium non poſſe homicidium accuſari. Si fortè fortuna venenoſum homicidium commiſerit, nihilominus poſt illud tempus accuſari poterit. Idem firmat Bartolus & Salicet. inibi. Quin etiam grauiore eſſe afficiendum pœna: ex Innocent.in cap.j.de conſtitut. Abbas in cap. at ſi clerici. de iudiciis. ſtatutum loquens ſimpliciter de homicidio: nequaquam locum habere in homicidio calificato. ſignant

Arma venenata portantes.

ſignanter diffinit Barb.de præſtantia Card.ij.par.q.v.nu. 30.
Exactè ac diligenter regiis conſtitutionibus verbis perpenſis, illud etiam diffinitum extat:quod in praxi, ac vſu,in his regnis receptum eſt,vltra pœnam regiæ conſtitutionis arma debet amittere. Et † iſthæc praxis rationem ſumpſit à 22 gloſ.quæ expreſsim hoc ipſum vult, in l.j.ver.domi.ff.ad legem Iuliam de vi publica. Cuius meminit Iaſ.in §.ex maleficiis. Inſtitut. de action.numero 81. & eſt gloſ.in d.§.ſi quis ruſticus. & Barbat.de præſtan.Cardin.ij.parte,num.28. *Armorũ amiſsio.*

Rurſus vt ad veram regiæ conſtitutionis diffinitionem veniamus,& illud adnotatione meretur:tametſi aliquibus, 23 de quibus paulò anteà mentionẽ fecimus,delatio armorum non † prohibeatur, nihilominus arma oſtenſibilia minimè deferunt in iudicium, in concione congregatorúmue, nec in ſcholari multitudine,vt eſt elegans iuriſconſulti reſponſum in l.quod dolo. §.j.verſic.item qui telo.ff. ad legem Iul. de vi publica.& ibi ad id adnotat Ang.in l.armatos.§.j.ff. eod. Quibus admodum ſuffragatur Ioan. à Plat. in §. item lex Iulia de vi publica.Inſtit.de publ.iudic.col.ij.Et ſignanter Barbat. in tract. de præſtant.Cardin.in v.q. ij.par. Iaſ. in §. ex maleficiis.Inſtit.de actio.colum.ix. nouiſsimè Didac.à Couar.lib. ij. Variar. reſolut.cap.xx.ad fin. Nunius Auend. in diction.legum regia.verſic. armas. fol. 6. Quem admiſcuit tractatui.de exequendis mandatis regis Hiſpaniæ. Et ſicuti teſtis fideliſsimus eſt Valer. Max.lib. vj.cap. v. qui eſt de iuſtitia, ad finem. Chorondas † Tyriorum princeps, & 24 legiſlator, lege lata cauit, ne quis cum ferro in concionem prodiret, & tranſgreſſor legis capitis pœna damnetur. Ipſe legiſlator tranſgreſſus eſt,protinus ferro, quod habebat diſtricto incubuit, & capulo tenus edidit enſem,à vitáque diſcedit: author etiam eſt Cælius lib. antiquarum lection. 10. cap. 19. Afflictus in conſtitut.regni Siciliæ.intentionis. columna quarta, in quæſtione ſexta. Rebuffus in procemio leg. regia.gloſ.quinta. numero 17.& argumento optimo ex Menandri ſententia conſtat,dũ cecinit apud Stob.ſerm. 41. *Delatio armorum in iudicio prohibetur.*

Leges per quàm egregia res ſunt: ſed is
Qui legibus vtitur,
Sua quandoque vincula ſoluit,nec ſemper occupat.

Et Sophoclis in Aiacide ex eodem Srobæo ait:
Nihil eſt ciuitati præſtantius quàm leges,

Recte poſitæ,nam & inferioris homo ſortis
Et qui ditior eſt,æquale ius experiunt.
Vincit autem minor maiorem,ſi iuſtam cauſam habeat.

Phalaris. Phalaris tyrannus Agrigentinorum, cùm vir perquàm crudelis, ac immitis eſſet,admirandis, & nouis tormentis homines cruciabat & torquebat. Quòd animaduertēs Perilaus faber ærarius iuuencam fabricatam à ſe dono dedit regi, vt hoſpites in ipſam cōiectos viuentes exureret: ædebat autem iuuenca mugitum, naturali conſimilem. & Phalaris eo ſolum tempore iuſtus ipſum artificem primum iniecit. Et Gelius libro iiij. noct. actic. capitulo v. & illud Auſonianum in tronetris.

Perilaus faber ærarius, arte perit ſua.

Compedes quas ipſe ficit,ipſius vt geſtet faber.

Et adſtipulatur illud poëtæ.

Vt arte periret ſua.

Vt quo abij redeam, ſi princeps voluerit leges ſancitas mouere, aut nouam ſtatuere is collo in laqueum immiſſo, de lege verba faciat, & ſi per ſuffragia videatur, legem veterem eſſe tollendam, aut eam quæ noua infertur, bonamq; eſſe indemnis maneat. Contra ſi prior lex melius habere videatur, aut quæ noua proponitur iniuſta ſit, is qui mouet infert vt legem, laqueo attracto moueatur ex illa æquiſsima, ſanctiſsimáque lege. Patere legem quam ipſe tuleris, vti conſtat ex titul. quod quiſq; iuris. ff. Et quemadmodum Lydius iudicat aurum, non autem viciſsim ab auro examinatur: ſic

Regis chorondis factum. & homo qui iudicandi facultate pollet. Memoria dignum fit, profectò regis Chorondis factum præcitatum potius, quàm ſanctimoniæ præditum, & conſtat ex Euripidis ſententia apud Stobæum ſermo iij. dum cecinit.

Optandus eſt tibi à dijs vt nunquam periculum facias,
O Phædime huiuſmodi rei,neque cognoſcas.
Quod facilius ſit,alterum admonere.
Monere facilius eſt,quàm ſuſtinere patiendo.

Sophoclis ſententia. Et ex Sophoclis apud Stobæum loco præcitato dum cecinit.

Oportet quidem:ſed facilius eſt hoc dicere,
Quàm tollerare mala.
Heu mihi,quis eſt qui dolere neſciat ob mala?

Ex Moſchonis ſententia conſtat.

Quis audiens iſta non fundat lacrymas?
Celebre iſtud hominum dictum eſt.

Quod

Quod alium admonere Libor ſit modicus:
Iniuriam verò ſibi ipſi illatam ſuſtinere
Omnium eſt maximè inter homines onus.

His ſanè præmiſsis,& illud conſtitutiſsimum eſt,& apud noſtræ claſsis profeſſores diffinitum extat nemini licere deferre arma in principum palatiis,dominorũ comitúmve, vt eſt tex.ad id omnium celebris.in §. ad palatiũ.tit.de pa. ten. in vſi.feud.Bar.in l.prima.ſecũda quæſt.ff.ad l.Iul.de vi pub. cui ſubſcripſere Marti.Laud. Albero. Bald. Card. Alexander in præcit.§. ad palatium. omnium diligentiſsimè Hipp.in pract.ſua.§.pro complemento.num.7.poſtremo Angel.in §. ſi quis ruſticus de pace tenen.in vſib.feud. Barb. de præſtan. Cardi.ij.part.quæſt.v.nu.25.his ſuffragatur, quod ſcriptum reliquit Veler.Maxi.lib.ij.cap.primo,olim apud Maſiliam, *Maſiliorum mos.* hunc obſeruaſſe morem,vt nemini liceret opidum illorũ intrare cum telo, & ſicuti fama fertur apud Venetos,id vſu† re- 25 ceptũ eſt,& apud noſtros in Hiſpaniæ prætoriis, quibus ingredi nemini licet cum enſe,aliquouis telo. *Mos apud Hiſpanos.* Quam receptam ſententiã intelligendam fore reor,quando qui iudicãdi munus habent ius reddunt,vel vbi concilium hominúmq; congregatio fit, quo finito optimo quidẽ iure delatio armorum permiſſa eſt ex Bart.in l.ſecunda.ff.de auro & argẽ.lega.vbi in ea eſt ſententia ſtante ſtatuto,quo cautum eſt nobilẽ non poſſe ingredi palatium poteſtatis ſub certa pœna,ſi poteſtas abierit, ingredi poterit, & à pœna immunis erit. Iaſ. idem profeſſus,in l.eius qui in prouincia.ad ſi.ff.ſi certum pet. Cætera quæ in ea ſpecie ad ius pertinent ex aliis quiſq; repetere poterit.Sunt enim peruulgata, & quoniam alij ſatis diligenter proſecuti ſunt, nos omittere hic poſſumus,cùm longa ſanè de hac re diſputatio ſit apud doct.

Illud tamen non omittã ex regia conſtitutione l v.in Pincia. conuen. lata anno 152?. priuilegiatos arma deferre minime poſſe vti priuilegio in lupanaria,nec itidem aſſociari, vltra quatuor. *An in lupanaribus armorum delatio permittatur.*

Inſignis eſt admodũ & perplexa quæſtio,quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus non infrequenter diſcutitur,cuius examen ex profeſſo ad intellectum regiarum conſtitutionum deduco intelligendo ſanè in hunc modum regias conſtitutiones in clericis arma deferentes.

Statuta cõmunia. Siquidem ſtatuta communia laicorum & clericorum,cle-

ricos etiam tenere eoſdémque ligare ex Bal.in c.cùm veniſſent.col.ij.& inibi Ioã.de Ligniano.Abb.ij.notab. ext.de eo qui mittitur in poſſeſsionem.Bald.in cap. Imperialem. col. iij.verſ.quæro nunc quid,& inibi Mart.Lauden.tit.de prohi. feudi aliena.per Federicum, & huic acceſſere ſententiæ Anton.& Imol.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. Et inibi Felin.& Deci.Imol.in c.ad noſtram, per text.inibi de prob. Quo in loco.& Felin. col.ij.idem ſcribit Ioan.à Ligni.in c. quod clericis.Et ibi Areti.col.vltima.de foro compet. Quibus & plerique alij acceſſere, inter quos & Abb.conſil.lxxij. circa primum.colum.ſecunda.lib.j. Alexan.conſ.ccxj. ponderatis.colum.j.lib.ij.Cardin.Alexã.in cap.j.ad fin. x.diſtin. & in cap.qui clericus.colum.j.tit. ſi de feudo fuerit controuer.inter domin. & Agna.Franciſ.Aretin.conſ.xlv.viſis articulis.Roch.Curt.in repetit.cap.vltimi.in j.limit. quæſtione xj.de conſuetudin.& cum armorum prohibitio, tam laicis quàm clericis competat,ſicuti in huius capitis roſtro adnotauimus clericos ipſos ligare.

Laicorũ ſtatuta. Et iſthæc declaratio cõueſtiri poſſet ex eo, quia ſtatutum laicorum in eos qui arma deferunt,clericos ipſos ligat. Siquidem in his qui publicam concernunt vtilitatem, & clerici continentur,ex l.additos.C.de epiſ.audien.explicant doctores in l.ex ea.ff.de poſtulan.& arma,at arma non deferre, publicam reſpicit vtilitatem,vti conſtat authen.de armis.in princ.textus ad id præſtantiſsimus in capit.primo. de cleri. viola.pacis in libro feud.alias de pace tenenda.§. ſi clericus. Cæterũ ſi iſthæc prohibitio à iudice ſeculare fieret, eoſdem arctat clericos ex Abb.in capit.cum non ab homine de iudi. Alexand.ad Bartol.in l.ſi quis in ſeruitute. ff.de ſeruitut.& omnium diligentiſsimè Stephanus Aufre.in cle.j.de of.ord. folio 31.paruo.& huius ſententiæ authores habeo, Anton.de Tremo.in ſua practica except.tit.quibus modis.in parte ſub iudicibus.vij.colum. verſ.& ſimiliter.& Ioan. Lopi.in reper. cap.per veſtra.ij.nota.§.primo.numero 13.Dida & Couarru. lib.ij.variarum.cap.xx.ad finem.nouiſsimè Nunius Auenda in dict. legum regia. verſiculo arma. folio 6. quem admiſcuit tractatui, de exequendis mandatis regis Hiſpaniæ. Mont.ante hos in l.ij.cõpilatio fori.in verſiculo arma. Quo fit pœna quæ ob ormorum vſum lege infertur à clericis exigenda eſt apud iudicem eccleſiaſticum,teſte Ioanne de Plat. in §.

Pœna armorũ à cle ricis exigi tur.

in §.item lex Iul.inſtitut.de publi.iudi.& Lopi.eo in loco cuius paulo antea meminimus.

Et conueſtiri poſſet regiæ deciſionis declaratio. Lex ciuilis contra periuros ſtatuere poteſt, & contra arma deferẽtes. ſiquidem lex principis ſecularis in quacunque re diſponat, etiam ſi mentionem clericorum non faciat: ſi iuſta ſit.honeſta, nec cõtraria canonibus ſeruari debet, quia ab ipſis Romanis pontificibus tacitè videtur recepta. cap. ſecundo. de noui oper. nuntiat. cap. primo de iura. calum. c. venientes de iureiur. c. inquiſitionis. de hæreti. Et ſignanter Fortunius in tractat. de vltim. fin. illatio. xiiij. Cuius opinio nihil admodum placet, tametſi aliis pleriſque diſpliceat. Nec obſtant canones, quibus diſponitur, quod laici de perſonis eccleſiaſticis, aut de rebus eorum, nullam habent poteſtatem diſponendi condemnandique leges, vel ſtatuta ſunt interpretanda, ſecundum diſpoſitionem naturalis æquitatis. Quod ad modum conuincit Ioannes Driedo. de liberta. Chriſti. pagina cliij. eandem opinionem, quam ex Fortunio retulimus, aliquot rationibus ſecutus, & aliquot coniecit Boërius in conſuetudi. Buturicenſibus. §. xj. folio 20. in ea nempe quæſtione ſtatuta laicorum, quæ cõſuetudo liget clericos & nos adnotauimus ſupra cap. numero 24. Cuius quæſtionis controuerſiam, & antiqui patres, & neoterici, adeò inuoluerunt vt nulla ferè eorum ſententia ſibi conſtet. Quæ res efficit, vt quicquid in hac quæſt. extricant doctores ex his quæ dubia ſunt, nihil verum teneri, nec falſum rueri poteſt: ego verò qui minor ſum natu, etſi ob hoc ipſum minori fungar authoritate, in cauſis horum perquirendis maioris dilingẽtiæ afficior commodo. Quare in legis regiæ ſpecie exiſtimo clericos arma portantes vetita, cum armis ipſis deprehenſos à miniſtris iudicis ſecularis armis ſpoliari ſicuti apud Hiſpanos vſus obtinuit teſte Didac. à Couarr. loco præcitato, apud Gallos arma clericis vetita deferentes per iudices ſeculares puniuntur, ſicuti aſſeuerat Chaſſan. in conſuet. Burgund. rubrica prima. §. v. verſiculo Archidiac. numero 79. & Carol. libro ſecundo regali Franc. priuilegio xvij. modo pœna ſit pecuniaria. Siquidem clericorum arma orationes, & lacrymæ ſunt. cap. conuenior. xxiij. q. viij. cap porro. & inibi gloſſ. xvj. q. iiij. Imol. in c. clerici. de vita & honeſtate clericorum. Quibus admodum adſtipulatur gloſſ. in cap. ex multa. §. fin.

Fortu. ſent.

Reſponſio ad contraria.

Vſus Hiſpaniæ in cleric.

Clericorũ arma orationes.

de voto. Iaſ.in l.imperium.ff.de iuriſdic. omnium iudic. Et diligenter adnotat Decius conſ.clj.colum.xv.atque ideo iuſte fieri poteſt clericos in delatione armorum coerceri cum alioqui, ſi à iudicibus ſecularibus id non fieret, liberam haberent clerici facultatē arma vetita deferendi,ac deinde maxima ab his ſcelera liberius perpetrarentur in reipublicæ iniuriam, & eccleſiaſtici ordinis opprobrium intumuit, etiam factus quidam laſciuiens in eccleſiaſticos,vt neſciatur an Chriſti, an Cæſariani milites ſint, adeo ſunt in ornatu, in cultu,in ceſſu,& in aliis variis morum generibus diſcolæ, vt nihil amplius inhoneſti inueniā, quid vlterius? hi qui eccleſiæ regimini præſunt,& peccata ſubditorum cura ex officio eſt,adeo inſolētes ſunt,vt quid decoris, quid honoris neſciant, ob id omnium opinione, non eccleſiæ miniſtri dici merentur, ſed Gregarij potius milites viliſsimi appellari. Barbati veluti hœdi incedunt, veſtibus bipartitis,ſeu variegatis,caligis more lenonū præciſsis,& ſtricatis,ſericis, texturis,rubei,crocei, viridiſque coloris variantes. Naſtra tamen tempeſtate pro dolor! clerici ſpreta pace arma prædicant, nunc vexilla hoſtilia præparant,nunc acies ordinant, ad manus hoſtiliter conſerendas gladióſque gladiis acuendos inuitant, nunc ad prælium omnes docentur,nunc ſacerdotes propter prælatorum negligentiam, bellorum miniſtri fiunt,vt non ſacerdotes rectè dici iudicari poſſunt. Acincti ſunt gladiis, amicti thoracibus,chriſtati capitibus, tonſi crinibus, admodum Theſei,aut Alexandri. Nunc barbati, Turcarum more incedunt,vt petulantiores appareāt. Quid plura? nihil prorſus reſtat, niſi vt ſodalitij nomen,cuius Cæſar in ſexto Gallici belli meminit accipiant. Quo factū eſt, vt Theſauri eccleſiæ, qui ad alendos Chriſti pauperes ordinati ſunt,nec aliis vſibus deſtinari poſſunt,ad Chriſti fideles perdendos conuerſi fuerint, cum graui eccleſiæ ſcandalo. Quid ſi volunt torquati illi in veſtibus oloſericis, & holobrizis, ambulant comitati longo eſſeclarum ordine ipſi ſigmentati,in veſtibus,vel bōbicini, viloſi interciſsi, vel texti Attalici,vt alij nihil eſſe præ illis videātur, ve illis non reſpōdentes tanto titulo in eccleſiaſtici ordinis opprobriū, & reipublicæ iniuriā,& grauem hominum contumeliam. Ob quod admonitos eſſe velim eccleſiarū prælatos, quibus clericorū, & populi cura cōmiſſa eſt,ſumma ope illis niti decet

Deteſtatio clericori ſumentiū arma.

Prelatorum negligentia.

Exhortatio prælatorum.

circa

circa eccleſiarum curam, clericorum cultum, eorúmque vitam moréſque corrigendos, & proteruam armorum delationem, cùm alioqui ſi à iudicibus ſecularibus, clerici hac noſtra tempeſtate non coërcerentur, liberam haberent clerici facultatem, arma vetita deferendi.

†Poſtremò, hoc habeto pluribus in caſibus delationem 27
armorum laicis licitam eſſe, quorũ viginti congerit Matth. ab Afflic. in conſtitutione regni Siciliæ, quæ incipit intentionis. Chaſſæneus in conſuetud. Burgundiæ, fol. 52. numero 77. Carre. in Pract. crimin. §. homicidium. num. 34. pagina 482. Carolus Nunius Auend. Didacus à Couarruuias locis paulò anteà citatis. Quibus & alios duos addito, quorum prius eſt, ſi quis daret vela ventis. In qua ſpecie delatio armorum licita eſt ex l. j. ff. ad legem Iul. de vi public. Alius non incõgruè ſubiicitur caſus, ſi ſanè venationis cauſa arma deferat. l. j. ff. ad legem Iuliam. de vi publ. Ne mireris ſi tam diffuſo calamo hæc ſcripſimus. Nam cùm de pluribus circa regias conſtitutiones dubitaremus, noſtras dubitationis rationes ſcribere decens viſum fuit. Aut lugenda noſtra ætas, quæ iuſtitiæ præcepta rationibus adeò infirmis conſtruxit, vt de his facilè & paſſim dubitetur. Cuius cauſa ſi tamen id
mihi credas fuit negligentia. † Et his verbo non amplius 28
addam, ſi armatus quiſpiam ad eccleſiam aufugiat eccleſiæ immunitate non gaudet. l. ſeruus. C. de iis qui ad eccl. cõfug. qui quidem tex. tametſi in ſeruo loquatur, idem tamen in libero, ſicuti author eſt etiam Petrus Rebuf. ij. tom. ad leges regias. tit. de immunitate eccleſ. art. j. glo. j. num. 21. Et mox plura de immunit. ſacrorum templorum tractantes aduotabimus.

Delatio armorum quibus liceat.

Intellectu l. ſeruus.

SVMMARIVM.

1 *Tractatus homicidij in quatuor partes diſtribuitur.*
2 *Homicidij crimen vnde originem duxit.*
3 *Homicidiorum tria genera.*
4 *Homicidium vnde dicatur, analiticè explicatur.*
5 *Homicidij crimen quàm graue & atrox ſemper habitum fuerit.*
6 *Homicidium quid ſit.*
7 *Homicidij pœna plectitur, qui fœtũ in vtere exiſtentem occiderit.*
8 *Fœtus quando dicatur animatus ex Philoſophis & togatorum principibus diſcutitur.*

An ſit

9 *An ſit irregularis, qui homini mortuo membrum abſciderit animo occidendi ſi viuum reperiſſet, & 10.*

11 *Homicidij pœna etiam in eo locum habet, qui hominẽ monſtrum occiderit.*

12 *Homicidium commiſſum ante baptiſmum, an efficiat quem irregularem.*

De homicidio commiſſo ante baptiſmum.

CAPVT IX.

ORDO rei poſcit homicidiorum pertractare materiam, illorúmque pœnarum tam iure diuino, humano, regio, pontificióve, ampliſsimum pelagus nunc obiter ingredi, & veluti aliud agentes tractari, minimè conſentaneum nobis viſum eſt, cùm lõgè maiorem requirat operam, quàm & tam leui commentationi abſolui poſsit, & complurimorum ingenia in his diſcutiendis ſeſe exercuerunt, vt difficilima harum pœnarum iura clarè exponerem, erátque in animo (quod ille de Carthagine inquit) ſilere potiùs, quàm pauca dicere. Verùm enimuerò, cùm multa ſint quæ adhuc dubia cenſeantur, vel ſaltim compendio & ſumma indigeant, non potuimus homicidiorũ interpretationem omittere. In qua illud conabimur efficere, vt quæ ſeſe obtulerint ad certum, vel ex aliorum iuris vtriuſque doctorum placitis iudicium, & examen ducatur. Sic ſane fiat, non omnino inutilis iſthæc noſter labor, tam his qui foro, quàm ſcholis operam dant. Sed vt operi, & ordine rei ſatis faciam de pœnis homicidiorum igitur tractandum erit. Et hic locus exigit, vt latiùs explicemus pœnam, ac irregularitatẽ quæ ab homicidio procedit. ſiquidem hæc ſæpiſsimè in praxi cõtingat, quatuor verò partes habet. Prior de homicidio cõmiſſo ante baptiſmũ. Secundò de homicidio volũtario. Poſterior de cauſali, quar-
1 tò de neceſſario. †Vtriuſque ſanè examen requirit, quod ge-
Homicidiorũ diuiſio. nericè aliqua de homicidio præmittamus. Crimen hoc ho-
micidij originem duxit à Cain, qui fratrem ſuũ Abel inter-
2 fecit. †tex. celebris, & inibi gl. in ver. nõ putauerit. in l. ſi quis
homicidij. in verſi. crimen paſtorum. C. de accu. Homicidiorum tria eſſe genera, interfectorum, detrahentiũ, atq; odientium.

tium. † Siquidem teſte beato Petro qui occidit fratrẽ,& qui 3
detrahit:rurſus,& qui odit, homicida quippe cenſeri debet.
c. homicidiorũ. de pœnit.diſt.j.idque explicat Io. Montal.in
prompt.iuris.dict.homicida.Quod ſane ipſe intelligo largo
vſus vocabulo: quippe qui omnis inimicus liuore nocendi
motus,homicida cẽſendus eſt.c.homicidiũ.in fi.ea.di.& ali-
quot nos coniecimus ſuprà c.iij.iiij. Et quia in ea quæſtione
ex nouioribus ſatis diligenter ſcripſit Mart.Azpil.re,& fama
vbiq; inſignis ab omnibus,ſed à me præ cæteris æſtimandus
in ſua eleganti relectione,in c. inter verba.xj. q. iij. hic con-
ſulto miſſa facio.

†Dicitur autem homicidium à cæde, id eſt interfectione, 4
tex.in l.ita vulneratus.in bi,quia debita manu.ff.ad l.Aquil.
Io.Montal.loco præcit.gl.ver.reus.c.homicidium.de pœnit.
diſt.j.Mors ſiquidem eſt omniũ terribile, vt prodit Ariſtot.
lib.Ethic.3.c.6.éſtque graue,ſiue atrox malum,vt profitetur
Achiles apud Euripidẽ in Ephigenia,in Aulide. Et Eccleſia-
ſtes c.41.exclamat,O mors,quàm amara eſt memoria tua.Si
credimus Homero lib.6.Illia.Sunt enim omnia poſt haben-
da,quò vitæ cõſulamus,cùm nullũ ſit preciũ cum vita cõpa-
randũ.Vnde S.Tho.ij.ij.q.cxxij.art.vj.aſſeuerat homicidium
de ſe nõ eſt appetibile,ſed magis horribile: ex eo enim quia
nõ habet in ſe rationẽ alicuius boni:& in ij.ij. q. lxx. art.iij.
exiſtimat,ꝙ inter cætera peccata quæ cõmittuntur in proxi-
mũ grauiſsimũ eſt.Homicidiũ quidẽ inter grauiora,& hor-
ribiliora crimina cõputatur,vt not.Abb.in c. cùm cõtingat.
col.vj.de fo.comp.ex c.quæſitum. de temp. ord.c. inquiſitio-
nis.de accuſ.c.miror.50. diſt. quibus in locis id diffinitũ ex-
tat. Et quàm mors ſit horribile conſtat ex Cicer. lib.5. de fi-
nib.bon. Quis eſt,aut quotuſquiſque,cui mors, cùm appro-
pinquet,nõ refugiat timido ſanguis atque exalbeſcat metu?
& 2.Tuſcul.ait, Emori nolo.& lib.1. de finibus: Mors quaſi
ſaxum Tantalo ſemper impendet. Itidẽ in Catone maiore,
Mortẽ omnibus horis impẽdentẽ times, quis trãquillo ani-
mo poſsit cõſiſtere? & 2.lib.Tuſcul.qui id quod vitari nõ po-
teſt metuit,is viuere animo quieto nullo modo poteſt. & 1.
lib.Tuſcul.ait, Quæ poteſt eſſe in vita iucunditas, cùm dies
& noctes cogitandum ſit,iamiam eſſe moriendum? & pul-
chra extant verba apud Cicer. in Parad. Mors terribilis eſt
iis,quorum cùm vita omnia extinguntur, non quorum laus
emori

Homicidium vnde dictum

emori non poteſt. Idque diffinitum extat ex Euripide in Alceſtide carmina.

Euripidis ſententia.

Fruſtra ſenes mortem optant,
Culpantes ſenectam, & longum tempus vitæ.
Vbi verò propius mors acceſſerit, nullus vult
Mori, ſed ætas non amplius ei grauis eſt.

Eiuſdem, *O rectè.*

Vbique ſuauius eſt viuere, quàm mori prudentibus,
Lux iſta hominibus aſpectu ſuauiſsima eſt,
Apud inferos nihil eſt, inſanit autem qui optat
Mori, malè viuere præſtat, quàm bene mori.
O ſplendidus æther, & dura lux diei,
Quàm ſuauius aſpectus veſter eſt, tum fortunatis,
Tum infortunatis, quorum ego vnus ſum.

Et ex Homero, Odiſſeæ 2.

Malim in agris habitans ſeruire apud alium
Pauperem virum, cui non multus ſuppeteret victus,
Quàm omnibus vmbris mortuorum imperare:
Eſt enim vita, ò puer donum longè ſuauiſsimum,
Non enim licet eo'dem bis mori.

Ex Lycophronis ſententia.

Orcus deſideratur ab infortunatis,
Cùm verò ab re perit vita nuda:
Viuere cupimus, nulla enim viuendi ſaturitas eſt.

Et ex Mercurij ſententia extat: multos enim mors, nec maximum malũ perterret. Mors deniq; nihil terribile alioqui Socrati viſa eſt, quinetiã ipſa ſolum opinio de morte terrorẽ incutit, & apud Quint. ſi is eſt, declamat. vj. Pater ille proclamat, ò quàm graue eſt mori, quanto grauius, quòd ego viuo ſuperſtes ſilij mei, & nihil horribilius, nihilq; abominabilius inter mortales ſanè reperi poteſt, quàm quę ſibi natura ſimilẽ trucidare, eo ſiquidem quod naturaliter, quodlibet animal ſuũ applaudet ſimile, ſtareq; ſe cõtra eum nitere abhorret, vti explicat Plin. natur. Hiſt. lib. 17. c. 1. ad fi. Bias damnaturus quempiam ad mortem lacrymatus eſt, & cùm dixiſſet quidam quid eſt, quod fleas? cùm penes te ſit condemnare hominem? reſpondet, quia neceſſarium eſt naturæ quidem condolere, legi autem ſuffragari. Et Demoſ. ait, Iuſtũ eſt miſereri non improborum hominum, ſed eorũ qui immeritò infelices ſunt. Et illud Lyſiæ apud Stob. ſer. 44. ad fi. cecinit.

Bias lacrymatur

Qui de

Qui de malis pœnas non ſumunt, bonos
Aſſici volunt iniurijs.

Eſt † igitur homicidium corporis peremptio, authore Aug. 6
lib. xix. contra Fauſtum. c. xxiij. c. homicidium. de pœn. diſt. j. *Quid ſit homicidiũ*
corpus autem humanũ intelligo, & animatũ cùm alioquin
peremptio nõ conueniat corpori inanimato. Idem Aug. lib.
j. de libero arb. idque conſtat extra c. homicidium. xxiij. q. v.
ſcribit homicidium eſſe hominis occiſionem: homo autem
cõſtat ex anima rationali, & carne, aut corpore, at homo non
dicitur ſine anima. c. in quibuſdã. de celeb. miſſ. c. cùm Chri-
ſtus. de hæret. l. in lege Falcidia placuit. ff. ad l. Falc. Etenim
homicidij pœna plectetur qui hominẽ in vtero exiſtentẽ in-
teremit. † Fœtus dicitur animatus, ſi maſculus ſit die quadra 7
geſimo à conceptione, ſi fœmineus die octuageſimo ab ipſo
cõceptu, gl. in ſum. v. d. quam † inibi ſequũtur doct. frequen- 8
tiori omniũ cõſenſu, & in c. ſicut. & in c. ſi aliquis. de homic.
Alber. in iij. ſtat. par. q. lix. glo. in clem. j. de ſum. Trin. verbo
ſimul. Alc. in l. quod dicimus. num. 9. ff. de verb. ſign. Plinius
verò, cui magis fides adhibenda eſt, hoc in negotium. lib. vij.
c. vj. in fœmineo ſcribit partũ animatũ eſſe xc. in maſculo xl.
die, & idem profeſſus Ariſt. lib. vij. de hiſt. anim. c. iij. idẽ exi-
ſtimat inter primarios medicinæ authores, Auicen. c. ix. de
animal. Et diuus Auguſt. in q. liiij. in ſuis quæſt. atque ideo
ex corpore & anima verus homo veráque creatura ſubſiſtat,
adſtipulatur Ariſt. lib. ij. de animal. & ibidem c. j. de partibus
anim. & glo. in l. diuus Seuerus. ff. de extr. ord. crim. Et inibi
Bart. Alber. Ang. & communi conſenſu doct. gloſ. vulgo re-
cepta in l. penult. ff. de ſica. & inibi Iac. Bald. Salic. & doct. id
adnotant. Alber. in l. qui in vtero. ff. de ſtatu hom. iij. col. ver-
ſic. ſi autem quæritur. glo. in c. ſicut. de homic & inibi Abb. &
Cardin. idem exiſtimant, & in c. ſi aliquis. eod. tit. Bonifac. in
tract. malefic. tit. de homicidiis. colum. j. Summa Angelica,
verbo homicidium. iiij. colum. Hippol. in l. ſi mulierem. ff. ad
legem Corn. de ſica. Ang. de Malefi. in verbo ex interuallo.
col. iiij. regia l. viij. tit. viij. par. vij. atq; ideo percutiens homi-
nẽ mortuũ, aut corpore ananimato † caput, accidẽs minimè 9
accuſari poteſt homicidij, ſicuti not. Bal. per tex. inibi in l. j.
num. 16. C. qui accuſ. non poſ. is idẽ in l. ſororẽ. C. de his quib.
vt indig. & rurſus in l. ex hoc iure. nu. 10. ff. de iuſt. & iure. At-
que eadem ratione conſtat non eſſe irregularem, qui corpo-
ris mor

ris mortui membrum abſciderit animo illum hominem occidendi ſi eum viuum comperiſſet, quod ſatis diligenter notat Archid. in c.quàm periculosè.de pœni.diſtin.j.itidem in cap.vlt.xv.q.j.doct.in d.cap.ſi aliquis.& cap.ſicut dignum. de homicid.col.iiij. Alber.Trotius in tract.de vero & perfecto clerico.lib.ij.cap.xxix.num.7. Hippol. in l.vlt.nume.27. ff.de quæſt.Anan.in cap.ſicut ex literarum.col.vlt.de homic. Ludouic.Carrer.in pract.crim.tit. de homicid. §.j. num. 21. & 22.qui aſſeuerat hunc puniendum eſſe de iniuria mortuo illata, iuxta illius æquiſsimam pœnam. Ad quod argumento optimo deſeruit tex.in l.qui ſepulchra.C.de ſepulcr.viol. l.ij.§.aduerſus.ff.eod.tit. idem exiſtimat Matth.de Afflict.in conſtit.Neapol.rubr.lvj.prætereà ad id pertinet, quæ de ſepulcho violato traditur,iure regio in l.xiij.tit.ix.part.vij.l. iij.tit.xiij.part.j.l.iij.tit.xiij.lib.iiij.fori.

Iniuria mortuo illata.

10 ¶ Et quibus† ſanè quaſi ex eodem fonte,ſiue ſtipite apendices nonnullæ colligi poſſunt, interficientem poſthumum, atque fœtum animatum mortis pœna afficiendum eſſe, ſicuti exiſtimant doct.præcitati.& id intelligendum eſſe,tametſi conſtare minimè poſsit, an anima infuſa fuit necne. Siquidem huius criminis reus,vltimi ſupplicij pœna afficiendus eſt,ni fortè fortuna negatiuam probauerit. Ana.in præcit. capitulo ſicut. de homicid.& inibi Cardina. & alij pleriqueſumentes rationem ex text. in cap.ad audientiam. & in cap.ſignificaſti.de homicid.colum.ſecunda,& capitulo penulti.eodem titu.à qua ſententia ipſe quippe diſcedo exiſtimans prorſus cõtrarium ex ratione text. in l.abſentem.ff.de pœn.& in l.interpretatione.eodem tit. Nec obſtant iura contraria adducta,quominus iſthæc ſententia noſtra procedat, Siquidem contrarium adſtipulãtes ab eorum ſententia procedit,quo ad irregularitatis pœnam:minimè tamen quo ad pœnam corporis afflictiuam vti explicat Specul.tit.de ſponſal.§.iuſta.col.penult.

Cõtraria authoris ſententia.

11 † His iactis ex communi omnium traditione intelligendum fore reor,homicidij reum eſſe,tametſi hominem monſtroſum interemiſſet.Bal. idem profeſſus in l. quod dicitur. ff.de lib.& poſth.vt ſi haberet plura hominis membra diffiniens,cum tota ſubſtantia,virtus.& eſſentia ab anima & ſpiritu originẽ ducat hac pœna reus homicidij tenetur, etiam monſtrum occidendo, longè quidẽ aliter ſi quadrupedis animalis

Monſtrũ interimẽs.

mali ſ caput haberet.explicat Bald. Angel.Paul.Imol. & frequentius doct.in præcitata l.quod dicitur. & maximo apice deſeruire videtur tex.in l.non ſunt liberi.ff.de ſtatu hom.& in l.penult.C. de poſthum. hæred. inſtit. Antonius Gomez. cap.iij.de delictis.num.1. Supereſt † ſcrupulus quidam,qui 12 malè iuris vtriuſq; doct.torquet,explicare eſt animus. Quidam cenſent homicidium commiſſum ante baptiſmum, minimè efficere quem irregularem. cap.ſi quis viduam. 50. diſtinct.cùm homicidium acciderit cum peccato, quaſi in hac ſpecie irregularitas tollatur,quaſi cōſequens peccatum, longè quidem aliter vbi homicidium contigerit abſque peccato,vt in iudice: eo etenim caſu irregularitas non tollitur per baptiſmum. gloſ.Archid.& Præpoſ. & plerîq; alij, in cap.deinde.xxvj.diſtinct.Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anton.& Anchar.in cap.gaudemus.de diuort.gloſ.in d.cap.ſi quis viduam.vbi Archidiac. Domin.& Præpoſ.Gonſa.à Villadi.de irregul.cap.vlt.regia l.xvij.tit.vij. par. j. mihi tamen longè alia mens eſt & ratio,quippe qui exiſtiment. Contrariam veriorem eſſe ſententiam,quam & robora rationum ſuffulciam. Et primò eam rationem habet, quòd irregularitas procedens ab homicidio,ſolùm oritur ex horrore illo,quo efficitur is qui iuſtè aut iniquè alium occiderit,hic verò horror per baptiſmum aboletur, & ideò irregularitas ratione homicidij contingens,ſiue homicidium ſit peccatum, ſiue non,per baptiſmum tollitur.Hoſtienſ.in ſum.tit.de homic. §.quæ pœna. verſic.& hæc.Syluest.verb.irregularitas.quæſt. xxviij. Quorum opinio verior eſt, teſtibus Calder. Abb. Cardin.& Præpoſ.in d.cap.gaudemus.Innoc.in cap. presbyterum.de homicid.Henrric.in d.cap. gaudemus. Et præter hos non deſunt ex theologis, qui hanc profitentur ſententiam,ſiquidem Palud. in quarto Sent. diſtinct.iiij.q.j.Ioan. Maior.diſtin.xxvij.q.vj.& Iac. Almain.diſtin.xxv.q.j.& diſt. xxxiij.q.ij.idem exiſtimant. Quamobrem poſterior ſententia plaudet magis,quam communem fatetur eſſe Syluest.in ſum.ver.homicidiū.q.xxviij.ne mireris ſi in cōtraria ſint opinione,ſiquidē teſte Auguſt.in c.ego ſolis.ix. diſt. doct.ita lego,vt quātalibet ſanctitate, quātáue doctrina polleat: non ideò verū putem, quia ipſi ita ſenſerint :ſed quia mihi per alios authores,aut canonicas,aut probabiles rationes,quod à vero non abhorrent perſuadere potuerunt.

Homicidiū ante baptiſmū.

Cōtraria authoris ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium voluntarium quid.*
2 *Pœna homicidij voluntarij diſcutitur.*
3 *Homo quantum cæteris animantibus excellat.*
4 *Reus criminis homicidij quatuor offendit.*
5 *In homicidio animus & dolus potiſsimùm conſideratur.*
6 *Vnde homicidium commiſſum abſque vero occidenti animo non coërcetur pœna ordinaria.*
7 *Animus occidendi & dolus quonam modo probetur, analecticè declaratur.*
8 *Iudex quæ & qualia conſiderare debeat, ad remittendam pœnam criminis ordinariam.*
6 *Homicida voluntarius quomodo præſumatur.*
10 *Non inconcinna declaratio ad iura dictantia maleficia, delicta, voluntate diſtingui.*
11 *Homicidij criminis authorem teſtimonium ferre non poſſe.*
12 *Homicidam teneri in compenſationem iniuriæ illatæ filijs, vxori, aliiſue conſanguineis aliquid retribuere.*
13 *Reus homicidij in quingentis ſolidis ex regia lege iudici applicandis, condemnandus eſt, & eſt calumnia* del homezilo.
14 *Solidorum valor iure regio nouiori, in applicandis his ſolidis iudici mutatus eſt.*
15 *Diſcutitur vt homicidiorum ius applicetur iudici, quid agendum ſit.*
16 *Reus homicidij, tametſi à delicto abſoluatur, ob contumaciam expenſas ſoluere tenetur.*
17 *Vt ius homicidij locum habeat, agendum eſt de morte maſculi fœmineǽue, non tamen quadrupedis.*
18 *Tametſi minoribus iudicibus, hoc homicidiorum ius de ſoluendis ſexcentis morapetinis competat, apud ſupremos iudices hæc homicidij calumnia ad regios alguazelos (vt ita dixerim) pertinet.*
19 *Si plures homicidium commiſerint, an quilibet eorum inſolidum teneatur necne, eleganter diſcutitur*
20 *Cui competat homicidiorum ius, an iudici ſententiam proferenti, an exequenti.*
21 *Iudici incompetenti homicidiorum ius minimè competere conſtat.*
22 *Reum criminis homicidij non poſſe mediatè nec immediatè ex teſtamento neque ab inteſtato occiſo ſuccedere.*
23 *Si hæres legitimus ex teſtamento, vel ab inteſtato occiſo ſucceſſerit,*

n

ſerit, non poſſe criminis authorem in eiſdem bonis hæredem inſtituere.

24 *Declaratur quando filius criminis rei ecc iſo ſuccedere poßit.*

25 *Occidentis ſaguta ſupplicium.*

26 *Quibus caſibus morte quis afficietur, congeruntur.*

De homicidiorum pœnis, iure Cæſareo Regióue ſanciris. CAP. X.

AD ſecundam homicidiorum partem calamo
noſtro conuerſo, de voluntario homicidio,
verba vtique facienda ſunt. Voluntarium ſi-
quidē homicidiū eſt, quod dolo malo animo
occidendi committitur. l. j. in princip. & in l.
diuus. ff. de ſicar. l. in lege Cornelia. ff. eod. tit. cap. 1. §. ſi quis
hominem. de pace tenenda. cap. ſicut dignum. de homicid,
regia l. ij. † & iij. tit. xiij. lib. iiij. ordin. regal. l. xv. tit. viij. par. 1
vij. Gand. in tit. de homicid. in princ. Bonifac. eod. tit. Ang.
in tract. malefic. §. ſcienter ac dolosè. Matth. de Afflict. ſatis
diligenter in conſtitut. Neapol. lib. j. de homicid. puniendis.
Chaſſæn. in conſuetud. Burgund. rubr. j. verſic. videndum.
Iacob. Baulem. in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. Idem
aſſerit Ioan. Montolo. in promptuario iuris, in verbo, ho-
micida. ex nouioribus Ludouic. Carrer. omnium diligen-
tiſsime in pract. crim. §. homicidium. j. num. 2. Ant. Gomez.
de delict. cap. iij. in princ. Cæterùm, vt † pœna iuxta ſcele- 2
ris menſuram imponatur, de huius criminis punitione tra- *Apud Aegyptios homicidiorum pœna.*
ctandum erit. Et primò huius criminis reus apud Aegy-
ptios pœna hæc erat. Si quis ſponte, aut liberū, aut ſeruum
occidiſſet, morte damnari lege iubebant, qui non fortunæ
conditionem, ſed conſilium facti pendentes, homines à ſce-
leribus deterrebant, & ſimul vendicata ſerui morte, redde-
bantur liberi ſecuriores. Sicuti author eſt Diodor. Sicul. lib,
2. rerum antiquarum. cap. 2. fol. 44. col. 2. punitur enim ho-
micida lege Euāgelica, atq; diuina, humana, regiá ue, ſecun-
dum quas morte puniendus eſt homicida, vti conſtat Gen. c. *Iure diuino & humano homicidij pœna.*
9. Quicunq; effuderit humanū ſanguinē, fundetur ſanguis
illius. Leuit. c. 24. qui percuſſerit & occiderit hominē morte
moriatur. Nu. c. 35. Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fue-
rit qui percuſſus eſt, reus erit homicidij, & ipſe morietur.

Matt.c.26.omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. c.duo iſta.xxiij.q.iiij.& conſtat Iudic. c.8. Syzebee & Salamna fratres Gedeonis ſi nō occidiſſent, nequaquā poſtea ab eodem fuiſſent occiſi. & 2. Reg. 1. Dauid fecit occidi adoleſcentem,qui verbis annuerat, vt Saulem occidiſſet.& 2.Reg.3.Ioab occidit Abner in vltionem fratris ſui Aſahel, quem quidem ille occiderat.& 3.Reg.2.c.plura extant commentaria.& 3.Reg.c.21.ſic etiam & humana lege homicida quod fecit ſpectet.l.vnica.C.de rap.virgin. l.iij. §. legi.ff.de ſicar.& inibi Rayn.Ang.& paſsim doct.tex.eſt in l.pen. eod. tit.& in l.quoniam multa facinora.C.ad leg.Iul.de vi.tex.ad id præſtantiſsimus in l.iij.C.de epiſcop.audien.& in l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœn.& in §. item lex Cornelia.Inſtit.de public. iudic. vbi Imperator ita ſcriptum reliquit. Homicidas vltore ferro proſequitur.l.aut damnum.in princ.ff.de pœ.& in l.j.ff. ad leg. Pompe. de parricid. & in l. pen.C.ad l.Corn.de ſicar. & in c.omnis autē lex. iij. diſtinct. inibi qui cædē fecerit,capite puniatur.Quibus in locis pleraq; extant doct.reſponſa,pro hac ſententia nobilitate decorati illuſtrēſue homicidij criminis rei non afficientur mortis pœna,ſed mitiori pœna deportationis,vti & iura,quibus anteà meminimus probant. Tametſi Ang.& Hippol.in d.l. iij.§.legis Corneliæ.ff.ad legem Cornel.de ſicar. exiſtiment hodie non ſeruari:in his tamen regnis extat l.penul.tit.viij. par.vij.quæ expreſsim diffinit illuſtres deportandos eſſe homicidij reos,& nos de ratione pœnæ nobilium agentes tradidimus.num.6.cum aliis.Nec ſilentio præterire licet verba tex.in pręcitato §. item lex Cornelia.quæ homicidas vltore ferro proſequitur. Quæ quidem verba, vltore ferro, vitam adimendo adnotanda ſunt. Quibus admodum ſuffragatur tex.in l.ſi adulteriū cū inceſtu.§.Imperatores.inibi vltimum ſuppliciū remitti poteſt.ff.de adult.in hac ſiquidē ſpecie, vt vulgò circūferri ſolet, vltimū ſuppliciū mortē interpretari. l.qui vltimo ſupplicio.l.vltimū ſuppliciū.ff.de pœ.tex.eſt ad id pręſtantiſsimus in l.pen.§.qui alias perſonas.ff.de parric. & in c.i.§.ſi quis hominē.de pace ten.gl.Accurſ.quæ expreſſim hoc ipſum vult in præcit.§.itē lex Cornelia.& Chaſſa.in conſuet.Burg.rub.j.verſ.videndū.col.j. & omniū diligentiſſimè Matth.Affl.in conſt.Neap.lib.j.tit.de homicid.punien. iure autē ciuili punitur homicidiū mortis pœna, vti conſtat

ex

ex l.iij.§.legis.ff.ad leg.Cor.de ſica.& ex l.iij.C.de epiſc.aud. l.vnica.de rap.virgin. C.& vtrobiq;. dd.quibus conuenit regia ad l.j.& ij.tit.xvij.lib.iiij.for. extátq; hodie regia l.j. & iij.tit.xiij.lib.viij.in ordin. reg.& l.xv.tit.vilj.par.vij. Idque conſtat ex authoritate optimi maximiq; Dei dicẽtis Petro: Mitte gladium tuũ, &c.quia qui gladio occidit,gladio peribit. Siquidem ſanguis interfectorum continuo clamat ad Deum. Iuxta illud , clamitat ad cælum vox ſanguinis: & id perquàm manifeſtum eſt ex Apoc .ecce poſt hęc vidi animas interfectorũ clamantes ad Deum & dicentes, Vſquequo Domine non das iudicium, & vindicas ſanguinem noſtrum de interfectoribus noſtris qui ſunt in terris? Quibus pleraq; id genus alia cõgerit Hip.in l.lege Cornelia. nu.1.ff.ad l. Cor. de ſica.Io.Montolo.in prõptuario iuris, dictione homicida. & Par.de Put.in tract.ſyndic.char.cv.j.col.Iac. Baulem loco pręcitato.fol.10.col.j.& ij.Lud.Carrer.in prac.ſua crim.in §. homicidium.vij.nu. 4.& nouiſsimè ſeriose id explicat non modicæ æſtimationis apud omnes in vtraque cenſura.Ant. Gom.c.iij.delictorũ.nu.1.& 2. Quibus admodũ ſuffragatur ratio quæ doctorũ capita torquet, quod quiſque alteri facere voluerit patiatur,& ipſe.l.ij.& per totũ.ff. quod quiſq; iur.c. cũ omnes.de cõſtit.quibus ſtipulatur Cic.lib.2.Tuſc.qui alteri exitium parat,eum ſcire oportet ſibi paratã peſtẽ,vt participet parẽ.& lib.j.Offi.cõſtat,quod cuiq; obtigerit,id quiſq; teneat:eo ſi quis plus appetet , violauit ius humanæ ſocietatis.& 2.Offic.& 3.de Finib.alienũ eſſe à iuſtitia , ad quã nati eſſe videmur, detrahere quid de aliquo quod ſibi aſſumat.& in quarta actione in Verrem: Non eſt permiſſum , vt impunè nobis liceat , quod alicui eripuerimus , id alteri tradere. & lib. ,.Offic. in hæc ait verba. Suum cuique incommodum ferendum eſt,potius quàm de alterius commodis detrahendum. Itidem ait,rei familiaris amplificatio nemini nocens, non eſt vituperanda , ſed fugienda ſemper iniuria. Sed detrahere aliquid alteri,& hominẽ hominis incõmodo,ſuũ augere cõmodum,magis eſt cõtra naturã,q̃ mors.q̃ paupertas, quàm dolor,q̃ cætera quæ poſſunt aut corpori accidere, aut rebus externis.Illud enim natura nõ patitur , vt aliorũ ſpoliis noſtras facultates,copias,opes,augeamus.Neq;verò hoc ſolũ natura. i. iure gentiũ, ſed etiã legibus populorũ,quibus in ſingulis ciuitatibus reipublicæ cõtinẽtur,eodẽ modo cõ-

Ratio prima.

Cõtra naturam eſt cum alterius incõmodo ditiſ fieri.

ſtitutum eſt, vt non liceat ſui commodi cauſa nocere alteri: hoc enim ſpectant leges, hoc volunt, incolumen eſſe ciuium coniunctionem: legis enim imperio, vt decreta patrum ſentiunt hominum coërcetur audacia, tuta redditur inter improbos innocentia, infecta inimicorum iacula proferuntur, patentíſque frænis, maniciſque vt cum Caſsiadoro & propheta loquar, ferreis conſtringuntur. & Heſiodus in Theogonis: in hæc verba ait, de homicidiis agens.

Delectari putas Deum homicidijs?

Et Democritus ait.

Bonum eſt non iniuriam facere, ſed nec velle quidem.

Soli Deo chari ſunt, qui iniurias oderunt.

Et Cato in ea eſt ſententia, patere legem quam ipſe tuleris. Idque ex l. diuina conſtitutiſsimum eſt, quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. c. j. diſt. j. & Eccleſiaſtices xij. & in capit. charitas de pœni. diſt. ij. explicant dd. in l. j. ff. de ſol. & in l. ſeruus. ff. de ſer. exportandis, conteſtari poſſet iſthæc ſententia ex Hieronymo ad ca landam. in iij. epiſtolarum parte tracta. vj. epiſtol. xxij. aſſeuerans, quòd infinitæ ſunt partes iuſtitiæ: quas omnes vna breuis ſententia comprehendit, videlicet omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, hæc facite illis. tex. ad id elegans in c. ponderet 50. diſt in. & in capitulo licet. xlv. diſ. dilecti de ma. & obed. & Iob r. c. nulli nocui hominum: iuſte vixi cum omnibus. & propheta Pſalmo 110. perambulabam innocentia cordis mei, in medio domus meæ. & Exodi 21. homicida quod fecit ſpectet.

Ratio ſecũda. Secundò potiſsimum iſthæc ſententiæ ſuffragatur ratio, homicida violat cognationem humanam: cùm natura ipſa quandam cognitionẽ inter homines conſtituit. l. vt videtur. ff. de iuſ. & iur. gl. cõmuni conſenſu recepta in l. non tantũ. ff. de appel. & Cic. lib. 4. de Finibus, omnis natura eſt diligens ſui. & iterum in 3. de Natura deorum, appetuntur ea quæ ſecundum naturam ſunt, declinantúrque contraria: & omne animal appetit quædam, & quædam aſpernit. & 3. lib. Offic. profitetur homo naturæ obediens homini nocere nõ poteſt: quo fit homini intereſſe hominẽ beneficio affici. l. ſeruus. ff. de ſer. expor. Vnde Iuuen. ſaty. pen. in hæc ait verba.

Sed iam ſerpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis ſimilis fera, quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam

Exp

Expirauit aper maioris dentibus apri?

Et Ouidius faſtorum lib.cecinit.

Aſt nimium faciles qui triſtia crimina cædis,

Flumina tolli poſſe putatis aqua.

Itidem lib.1.artis Amandi.

Vacuas cædis habeto manus.

Hinc Syluius lib.4.

Caduntque ſiros aduertite ritus.

Qua in ſpecie diuus Tho.ij.ij.q.cxxij.artic.vj.exiſtimat homicidium de ſe non eſſe appetibile, ſed magis horribile: ſiquidem in ſe non habet rationem alicuius boni.itidem ij.ij.q.lxx.artic.iij.in ea eſt ſententia, inter cætera peccata quæ committuntur in proximum homicidium grauiſsimũ eſt.

Trertio hanc ſententiam coadiuuatur iuris adagio quo vulgo circunferri ſolet, quia interimit hominem qui eſt factus ad Dei ſimilitudinem, vti ſcriptum eſt Geneſeos cap.9. l.in metallum.ff.de pœnis. & Moſonius de optimo ſenectutis viatico ait, homo in vniuerſum ſolus omnium in terra degentium Dei imago eſt: & ſimiles ei virtutes habet, quo fit hominem digniſsimam eſſe creaturam, vt eſt gl. quæ expreſſim hoc ipſum vult in §.fin.inſti.de iure natur.gent.& ciui. cui ſimilis in §.pecudum.inſt. de rerum diuiſ. & in l.cognitionum.ff.de var.& extra.cognitio. & inibi gl. explicat homini angelica natura ſeruit.l.iuſtiſsimè. ff.de ædil.edicto. & Cicero lib.1.de Nat.deorum, omnium animantiũ formam, vincit hominis figura.& lib. 1.de Legibus, eſt homini cum Deo rationis ſocietas.Itidem eo.lib.nullum eſt animal præter hominem, quod habet notitiam Dei.& lib.2.de Finibus inquit, homo cæteris animantibus longè præſtat.& libro 1. Officiorum,& de Orat.lib.1.idem explicat nulla re longius abſumus à natura ferarum quàm æquitate, in quibus ineſſe fortitudinem ſæpe dicimus, vt in equis, leonibus. Iuſtitiam æquitatem non dicimus, ſunt enim rationis & orationis expertes.& lib.1.de Ora.hoc vno præſtamus, vel maximè feris, quod colloquimur inter nos,& quod exprimere dicẽdo ſenſa poſsimus, & pleraque id genus alia congerit libro 2. de Finibus,& lib.1.Off.homines cum multis rebus humiliores & infirmiores ſunt, videtur hac re maximè beſtiis præſtare quid loqui poſſunt,& hinc canet Ouid.libro 1.Metamorph.

Pronáque cum ſpectent animalia cætera terram.

Homo ad Dei ſimilitudinẽ factus.

Os homini ſublime dedit cœlúmque videre.

Et Cicero libro primo officiorum profitetur, homines ratione & oratione à reliquis animantibus differri: tametſi fœminæ quo ad quædam miſtica, minime cēſentur, imaginem Dei repræſentare.c.hæc imago.xxxiij.q.vlt. explicāt paſsim dd.in c.noua.de pœnit.& remiſ.

Quartò ſuffragatur huic ſententiæ ius naturale diuinum & humanum. Naturale quidem, quia ſecundum eum pœna iuxta delicti menſuram infligenda eſt: Deuteronomio cap. xxv. pro menſura peccati erit, & plagarum modus, cùm de ratione iuſtitiæ ſit æqualitas: quæ omnino in eius exercitio ſeruanda eſt, is enim qui proximum & rempublicam iniuria læſerit: non æquè iure naturali punitur, niſi ſit ſufficiens ea punitio ad ſatisfactionem, & reparationem illati damni. Nec aliter iuſta punitio fit, niſi delinquenti æqualis criminis pœna iniungatur, hæc verò commodè decerni nequit, niſi ipſe homicida patiatur idem quod alteri per iniuriam intulit, ſicuti hac in ſpecie diuus Thom. docet ij.ij.q.lxviij.artic. iiij. idque probant carmina quædam de Radamāti iuſtitia.

Si contra paſſus fuerit quod fecerit idem,
Iudicium plenè rectum, vindictáque fiat.

Nec prius in alio tribunali iudicaberis, quàm ipſe coram iuſtitia iudicaturus fueris, Et ex Democriti ſententia definit.

Bonum eſt iniuriam non facere, ſed nec velle quidem.
Iuſtus eſto, vt iuſta etiam conſequaris.
Iuſtus eſſe malis, quàm veninus.
Iuſta faciens Deum auxiliatorem conſequeris.
Boni viri officium eſt iuſtitiæ inſeruire.
Et malos vbique ſemper afficere malis.

Lex Moſayca. Sic & lege Moſayca cautum erat, oculum pro oculo, dentem pro dente in pœnam eruendum, Exodi 21. item & lex duodecim tabul.tit.de iniur. inquit, ſi membrum ruperit meum è pacto talio eſto, quem defendit aduerſus Fauorinum ſextus Cæcilius apud Geliū lib.noct.attic.xx.c.j. nec vt iniqua damnatur à Chriſto Ieſu, Matth.c.5. nam licet eam exiſtimet acerbam eſſe, dedit tamen conſilium remittendi iniurias, non præceptum, ac proinde pœna iuxta ſceleris menſuram imponatur.l.quædam delicta.ff.de pœ.c.non auferamus. xxiiij. q.j. citata à Tiraquello de nobilitate.c.xx.nu.113.

Quinta ratio. Quintò fortiſsimum argumentum præſtat ratio illa: homicida

micida ſiquidem quatuor offendit, primo Deum, duplici in loco, dum Dei creaturæ vitam adimit. Sicuti Hermogenes philoſophus, vti † Ariſtot. libro de regim. prin. cap. de regis iuſtitia: exiſtimat in hæc verba. Omnes nempe cœlorum vir tutes ſumma ope nituntur diuinam clamare maieſtatem dicentes domine, domine, ſeruus tuus vult tibi eſſe ſimilis, & id potiſsimum quando vnus alterum interemit. Quibus Deus reſpondit (inquit) ipſe interficit & interficietur, mihi vindictam & ego retribuam. Et vtique laudanda eſt lex illa Athenienſium quæ in ſeruitutem reuocat ingratos, dicente domino eſto ſeruus, quoniam liber eſſe neſciuiſti, & Plinius libro 8. capit. 15. id explicat. Poſtremo quia Dei præceptum contemnit: ſcriptum eſt enim non occidas, vt conſtat Exodi 20. & Deuteronom. 5. Franc. à Victoria in relectione de homicid. nu. 10. pagina 124. 4

Sexta ratio. Sextò huius criminis reus rempublicam, ac principem offendit, quorum hominē trucidauit. Reipublicæ iniuriam facit, cuius vnuſquiſque membrum eſt. Aufert enim ab ea quod ſuum eſt. Quo fit iniuriam irrogare reipublicæ qui membrum interimit, & nouiſsimè mirum in modum explicat Domi. à Soto inſignis, ac eruditione egregia inter primarios ſacræ theologiæ magiſtros maxime cenſendus is in quam libro quinto, de iuſt. & iur. quæſt. prima artic. v. ſi quidē intereſt reipublicæ refertas eſſe liberis hominibus ciuitates. l. ſecunda. C. de indicta vidui. tol. l. ij. C. commu. de ma numiſs. l. ij. ff. ſolut. matri. & diuus Adr. Imperator ſcriptum reliquit in l. cum ratio naturalis. ff. de bon. dam. imperium ampliari hominum adiectione, potius quàm pecuniarum copia malim, & Zeno dixit decorandas eſſe vrbes non pretioſis ornamentis, ſed inhabitantium virtutibus.

Septima ratio. Septimò huius criminis author parentes vtique occiſi lædit: quia teſtē eius aufert. Siquidem filij quadā immortalitate donant parentes, vt eſt text. in auth. de nup. §. j. collat. iiij. quod per nos remanere minimè poſſumus per filios vtique remaneamus, vt arg. optimo deſeruit text. in l. liberorum. ff. de verb. ſig. & parentes lædere cōſtat ex l. iij. ff. de lib. cauſ. & Ambroſ. lib. offic. j. in ea erat ſentētia multo melius ac præſtantius eſſe pati ab alio occidi, quàm alterū occidere. Et denique quibuſcunq; ciuitatibus ab huius criminis reo iniuriam fieri cōſtat ex Cic. lib. j. of. homines hominū cauſa ſunt

publicamus.col.xiij.Alexan.in l.j.col.j.de his quib.vt indig. ex nouioribus.Matth.Afflic.in conſtit.Siciliæ.incip.de Patarenorum.col.iiij.verſic.ſed quæro,an iſta publicatio. Petrus Bellu.qui eam gloſ. dicit auream in Specul.principum. tit. de amortiz.§.nunc videamus.col.iij.Pet.Rebuf.in arb. feud. ad finem.Felin.in c.de quarta.col. xj. de præſcript. & in cap. Rodulphus.char.penult.de reſcrip.quam glo. Lancel. Gall. in dicta l.Centurio. xiij. concluſi. ff. de vulg. alleg. tandem ipſe exiſtimat in ea ſpecie,quòd ſi donatarius ignoraret filios donantis fuiſſe ſuſceptos nō teneri tanquam bonæ fidei poſſeſſor.Quòd ſi certior factus eſt,adhuc inquit dubius eſt caſus,cùm & iura quæ dicunt fructus deberi ipſo iure,loquuntur quando quis priuatur ex facto proprio. Poſtremo ipſe ſubiungit,quòd ex quo reſolutus eſt titulus donationis ipſo iure ad fructuum reſtitutionem teneri, ſicuti ſupplementum legitimæ non ſit niſi petenti ex glo. Bart. & Doct. in l. ſcimus.in princ.C. de inoffic. teſtam. nihilominus fructus à tempore mortis patris reſtitui debent.glo. ordinaria j. in l. in fideicommiſſaria.ff.ad Trebel.Cardin.Florent.conſi.viij. præſuppoſito ſtatuto.Bal.in l.non eſt.C.famil.herciſc.exiſtimans id etiam procedere,ſi & fructus ſint bona fide conſumpti.idem Bald.conſi.xxij.quædam domina Nicolina.col.vlt. volum.ij. Angel. conſi.cj. vbi id etiam aſſeuerat procedere, cum legitima conſtitit in rebus corporalibus, & ſic in certa ſpecie:quod ſi in quantitate conſiſtat à tempore morę debentur.Corn.conſi.clxv.circa primum,col.j. verſic. tamen quandocunque.volum.j.Bart.conſil. incip. viſis ſtatutis. Corneus in conſil.incip. in hac videtur. lib. iij. Bertrand. conſil. cccj. volum.ſecundo.& conſil. ccj. numero 4. libro iij. & conſilio xlvij.num.2.volum.iij.& rurſus conſi.cccxxij.viſo teſtamento.ad finem.volum.iij.ex nouioribus. Fabia. Giocchi. in repetit.authent.nouiſsima. in vij. quæſt. principali. columna ſecunda. & iterum in quæſt. ſeptima.C. de inofficioſo teſtamento,Alexan.idem profeſſus, conſi. lxix. ſuper primo dubio.colum.ij.volum.j.ex l.Papinianus.§. vnde ſi quis. de inofficioſo teſtamento.Benedict.Capra conſil.lxxxviij. colum. iij.verſic.circa ſecundum. Alexander conſil.vij. viſis, & diligenter.columna iij. verſic. ex prædictis infertur. volum. ſecundo.& rurſus conſil.cxxvij.columna j.volum. vj. Franciſ. Ripen.in dicta l. vltima, nuncupatim tractat hanc quæſtionem,

nem, & denique exiſtimat donatarium non teneri ad fru-ctuum reſtitutionem, niſi à tempore quo certior factus eſt filios eſſe natos donatori. & cum anteà fuerit in bona fide, fecitque fructus ſuos, ex l. certum. C. de rei vendicatione. Nec exiſtimo in malam eſſe fidem continuò, quod ſciuit natos liberos eſſe, ſed tunc demum, cùm donator declarauerit velle donationem reuocare. Nec obſtant contraria ex dicta glo. in §. j. de incertis nupt. quæ procedit cùm reſoluitur contractus ex facto eius qui fructus percepit, atque ideo malæ fidei poſſeſſor confeſtim fit, & quod de fructibus legitimæ quidam adnotant, quod poteſt intelligi poſtquam petita fuerint, nec tex. in l. Papinianus. §. vnde. ff. de inoffic. teſtam. contrarium probat, niſi adeò quis obeſæ mentis fuerit, quod id non intelligat, qui ſane fidem faciet ſe carere ingenio.

Quicquid ſit exiſtimo, & omnis in hoc ſum, omnes beneficij fructus homicidá facere ſuos, donec per ſententiam priuetur, nec adhuc tenetur eos reſtituere. Ita Felinus in dicto cap. de quarta, num. 31. Boërius ſignanter deciſi. xcvj. parte j. num. 4. Et rurſus deciſi. ccvj. parte prima, etiam pendente appellatione, homicidam poſſe, beneficio renunciare, ex Rebufo, & Boër. deciſi. ccvj. num. 13. quorum & anteà meminimus. Et Felin. in cap. per tuas. colum. ij. præcitata, & hi omnes exiſtimant lite pendente poſſe beneficio renunciare ex quo veniebat priuandus, & id quidem vſque ad cauſæ concluſionem. Et hanc ſententiam probat tex. in c. per tuas. de ſimon. ad fin. & in c. dudum. in ſecundo, de elect. c. ex literis. c. fin. de exceſ. prælat. Tho. Ferra. in ſuo ſing. xliiij. Probus ad monachum in c. ad apoſtolicæ, nu. 10. incip. clemens. de re iudic. libro ſexto. tametſi renuntiatio facta per eum qui vero ſimiliter ſe priuandum ſciebat, non valet, ſicuti exiſtimat Ioan. Anan. in c. iij. verſi. vt prædicta faciunt ad quæſtionem, de colluſ. deteg. eo maximè, ſi renuntians erat in poſſeſsione, c. ij. de renunc. lib. vj. Archid. in c. nihil. vij. q. j. Boër. deciſ. ij. num. 5. in ij. par. ea tamen cautela. † vt iſthæc omnia ceſſent 9
adhibenda erit, ſcilicet renuntiationẽ facere beneficij, & nõ ſententiam expectare ſuper crimine, vt infamiam citius euitet, quàm ſi condemnaretur, illud incurreret. c. cum r. de re iudic. & hanc cautelam ſcribit Fel. in c. inquiſitionis. col. j. ad fin. verſi. & ideo cautela eſt. de accuſat. Butr. in d. c. dudum. col. penult. verſic. not. conſilium Ioan. de Selua. in tract. de

benefic.q.ij.fol.180.pag.2.glo.Pragmaticæ Sanctionis Gallicanæ,tit. de collat.§.item inſuper.in verbo,diſponere. col. iij. verſic.poterunt ergo.fol.114. Nicol.Boër. deciſ.xx.num. 3.parte j. adhuc tamen iſthæc cautela dubia cenſetur.Siquidem ob talem renuntiationem ſimpliciter factam, iudex non ceſſabit procedere contra eum. Si & beneficium illius, qui priuandus eſt fuerit impetratũ; propter intereſſe ipſius impetrantis.cap.ſi hi contra quos, vt lite pend.lib.vj.cùm & incertis caſibus poſt mortẽ litigatoris procedatur,vt per totũ.C.ſi reus vel accuſ.mor.fuer.& per totum ſi pend.accuſat. mors interu.C. cap.ſi electio. de elect. lib. vj. Ioan. Andr. & Hoſtienſ. in d. cap.per tuas. Quod ipſe intelligendum fore opinor, niſi & is, contra quem beneficium fuerit impetratum, prius reſignaſſet bona fide, ignorans impetrationem prædictam,ſicuti & Ant.Butrig.conſil.xlvj.incip.in Chriſti. diffiniuit,longè quidem aliter ſi impetrationem, & ipſe ſciuiſſet propter decreti irritantis clauſulam,vel ſi erat ipſo iure priuatus ex eo quod ſacris non erat inſignitus ordinibus ex cap.licet canon.& cap. commiſſa de electione, libro vj.ſi quidem & in ea ſpecie reſignare non poſſet, deciſio Rotæ v. titulo de re iudic. in antiquioribus incip. accuſatus coram ordinarium. Felin.in cap.in noſtra. xxxvij. corolario.de reſcript.iterum in capitulo cæterum.colum. penult.verſiculo viij.reſtrictio inibi,ſed caue quia non ſufficit,eo titulo deciſio Capellæ Tholoſanæ ccccxxxvj.Probus ad monachum in cap.præſenti.numero 16.verſic.vnum tamen teneas. & num. 23.verſic. Alexander.de offic.deleg. libro ſexto, ipſo tamen exiſtimo lite pendente ſuper crimen renuntiare beneficium poſſe,ex quo veniebat priuandus,& id quidem vſque ad concluſionem cauſæ longè quidem aliter poſt concluſionem in cauſa.ex l.qui pœnæ.ff.de manumiſ.inibi,quia iam lege Cornelia damnatus eſſet,vel cùm futurum proſpiceret, vt damnaretur,ex quo tex.idem conſuluit Bal.conſi. incip. quæſtio propoſita. quem & Felin.citat Innocent. in c. veniens. de renunt.Dom.conſi.cv.quorum ratio ea eſt, ſiquidem paria exiſtimantur finitum eſſe,vel concluſum in cauſa. Bald. in l. error.in ſecunda quæſt.C.de iuris & fac.ignor. Siquidem concluſio eſt terminus diſceptationis ex Ioanne Monac. Philip. Prob.num.10.& Ioan.Andr.in c.fin. de in integ reſtit. Bart. in l.mater.§.eandem.ad fin.ff.de excep.rei iudic.Rom.conſi. ccxlvj.

ecxlvj.col.ij.Iaſ.in d.l.error. notab.ij.ſuffulti ratione.tex.in l.ſi rem. §.ſin. ff. de euict. inibi, dum tamen ne prope ipſam condemnationem id fiat, & inibi gloſ. quæ exponit, id eſt, dum non ſit renuntiatum allegationibus.gloſ.in cap. ſignificauerunt. verſic.licuere.de teſtibus.& text. in cap. cùm dilectus,de fide inſtrum.& paſsim doct. vtrobique. Quo fit, quod ſi quis eſt priuandus beneficio, poſt concluſum in cauſa renuntiauerit,in fraudem feciſſe videtur,ex Barbat.conſ. xj.col.xiij.verſic.ad claram & indubitatam deciſionem.vol. primo.id deducens ex cap.ij,de renuntiat.lib. vj. vbi renuntiatio in fraudem expectantis primam vacaturam factam de pinguiori beneficio non valet,& eſt text. celebris in cap. paſtoralis.verſic.ſi verò renuntiatum fuerit vel concluſum, vt iam poſsit cauſa proprietatis diffinitiuæ ſententiæ calculo terminari,ne litibus inculcentur, & via poſsit fraudibus aperiri,cauſa non deciſa poſſeſſorio,non erit vtendũ de cauſa poſſeſsionis & proprietatis, ipſe tamen non poſſum in hoc dubio huic ſententiæ accedere,ex tex.ex diametro contrario in cap.dudum. in ſecundo de elect. inibi tandem cùm non reſtaret niſi proferenda ſentẽtia,idem tam iuri (ſi quod ei competere videbatur) quàm liti, ceſsit ſpontanea voluntate. Cuius ceſsionem ducimus admittendam: ſumo inibi argumentum,cùm non reſtaret niſi proferenda ſententia,& ſic concluſum erat in cauſa, & ſummus eccleſiæ præſul reſignationem admiſit poſt eius concluſionem. Et ante ſententiam ſuper priuationem proferendam, & inibi Ant. Butr. in d. cap.dudum. verſic.nota conſilium adnotauit. Atq; ideò impetrationem à ſummo Pontifice in euentum priuationis factam, hanc † renuntiationem non impedire,ſicuti Domi- 10
nicus conſil.cv.adnotauit,contrariam tamen ſententiam in hoc conati ſunt plures vtriuſq; claſsis viri.ex gloſ.in regula cancellar,xxvij.col.iiij. Chaſſæn.conſil.xliiij.num, 22. nota antiqua v. Probus nume.6. eo in loco,cuius antea meminimus. Anton, Butrig. conſil. xliij, Aufred. in addit. ad Capellam Tholoſ.deciſ,ccccxxxvj. Ioan.Staph. de literis gratiæ & iuſtit. fol.64. Ludouic.Gomez. in reg. de annali poſſeſſore.quæſt.xlij.num. 1. quibus multum ſuffragatur deciſ. Aegidij à Bellam. deciſ. dcclix. Quorum opinioni me ſubſcribo, eò quia magis recepta eſt, ſicuti ex doctorum Catalogo apparet, nec iure admittendũ eſſe arbitror, quod ipſe

Dominicus probare vult: nempe poſt hanc renuntiationem, aut aliam vacationem beneficij, aliter quàm per priuationem contingentem, poſſe iudicem procedere ad priuationem: etenim hic proceſſus inutilis ſanè erit, cùm ipſe aduerſus quem priuationis ſententia ferenda eſt, non poſsideat beneficium. Rotæ in nouis ccccxcj. Et Ludouic. Gomez. in d. regula de annal. quæſt. xlij. nume. 5. Sic nec ipſius Dominici ratio altera vrget, ſcilicet, quòd non poſsit fieri renuntiatio nec diſpẽſatio in præiudicium eius, cui ius quæſitum eſt. Quod ſanè intelligo, vbi agitur de præiudicio iuris purè quæſiti. Non autem vbi ius quæſitum eſt conditionale, & incertum. Roman. conſil. cclvj. Ludouic. Gomez. in d. quæſt. xlij. & in reg. de non tollendo iure quæſito. quæſt. iij. quo in loco multa ad hoc allegant. Cæterùm quod Anton. à Butr. in d. conſi. xliij. addit hanc renuntiationem nullam eſſe poſt ſententiam prioris impetrationis, quaſi ea in fraudem fiat. cap. ij. de renuntiat. in ſexto, fidem ſanè facit ſe carere ingenio. In quo mihi alia longè eſſet ratio. Siquidem qui renuntiat, iure ſuo vtitur, atque ideò nullam committit fraudem, quippè qui ſibiipſi conſulturus, vel amico, vel cõſanguineo, eidem beneficio renuntiet, non vt nocet impetranti. Etenim manifeſtè colligitur in d. cap. ij. fraus renuntiantis, qui non ſibi conſuleret, ſed vt noceret impetranti, coniecturis ad id aſsiſtentibus, renuntiat beneficio, habetque illa deciſio rationem à l. filiæ meæ, vbi Bald. ff. ſolut. matrim. notat Boër. in tract. de legato. fol. paruo 16. quibus eſt addendus Barb. conſ. lx. lib. iij. col. j. Cæterùm hæc Butr. opinio minimè ſibi ſatis cõſtat. Siquidẽ opinatur renuntiationem ipſam factã ab ignorãte validã eſſe, etiã ſi prior impetratio haberet decretum irritans. Et tamen hoc decretũ adhuc ignorãtes afficit. c. dudũ. de præb. in vj. c. j. §. addicebatur. de conceſ. præb. eod. lib. & inibi cõmuni cõſenſu omnium receptũ eſt, traditúrq; à noſtris, in c. ſi eo tẽpore. de elect. in vj. in gl. ignoranter. & in c. ſi poſtquam. de præbẽd. eod. lib. Card. in clem. j. & alij in pleriſq; aliis locis. Quo fit Dominici reſpõſum minimè eſſe ſimpliciter admittendum, ſed tunc demum quando expreſſim ſit appoſitum in prioris impetrationis literis, quòd renuntiatio lite pendente facta ab ipſo priuando cedat in vtilitatem impetrantis, de quo ſane meminère Probus in d. c. alma mater. & nouiſsimè Ioan. Staph. in tract. de literis gratiæ

tiæ & iuſtit.fol.64. ſolet ſanè concedi, atque literis clauſula iſta aſcribi poſt primam priuationis ſententiam, non anteà vt ipſe Staph. teſtatur. & ni fallor, minime tollitur epiſcopo diſpenſandi poteſtas ipſaque diſpenſatio impediet priuatio nis ſententiam, quicquid contrarium ſenſerit Domin. & Staph. d. fol. 68. quod ſi quis beneficium ſimplex habens homicidium commiſerit ex epiſcopi diſpenſatione poſſet illud retinere, tametſi etiam nondum mota lite, alter hoc beneficium impetraret in euentum priuationis non poſſet epiſcopus diſpenſare, vt homicida illud retineret, quia ex impetratione præmiſſa, ius quoddam alteri iam ſit quæſitum, nec ipſe Papa abſque huius iuris derogatione, viſus foret alteri præiudicium facere. Quod Domin. voluit conſil. cv. col. vlt. aliquot rationibus probans, & ſequitur Ioan. Staph. de literis gratiæ. fol. 68. col. ij. Quibus adde, quoad † beneficium ſimplex obtinendum, epiſcopum poſſe cum homicida diſpenſare, etiam voluntariò ex c. ij. de cleric. pugnan. in duelo. vbi frequentiſsimè eius interpretes hoc adnotarunt. Socin. item & Feli. in d. c. ad audientiam. de homicid. Staph. vbi ſuprà, qui ſecus eſſe cenſent quo ad beneficium curam animarum habens. argum. tex. in cap. j. de filiis presbyter. in vj. Spec. in tit. de homicid. §. iuxta. & in §. nunc breuiter. verſic. quintò, cùm homicida. Abb. Ant. Felin. Dec. id tradidère in cap. at ſi clerici. & in cap. cùm non ab homine. de iud. Carrer. in pract. crim. §. homicidium. vij. num. 69. Petrus de Hiaxio in tract. directorij electio. iij. par. cap. xxx. quibus in locis inſignem differentiæ rationem faciunt inter beneficium ſimplex, & curam animarum habens, vtpote in curato, ſolus Papa, in ſimplice, epiſcopus diſpenſare poſsint. Feli. in d. cap. ad audientiam de homicid. Tametſi Ioan. Anan. in d. cap ij. etiam quo ad beneficium curam animarum habẽs, exiſtimet poſſe epiſcopum diſpenſare, quod in praxi maximam confert vtilitatẽ. Libenter adiicerẽ, nẽpe poſſe diſpenſare in hac irregularitate contracta ex homicidio, quod per iudicem, aut iuſtitiæ miniſtros fuerit cõmiſſum, cùm qui poteſtatẽ habuerit diſpenſandi ſuper irregularitate id poterit, tanquã hoc homicidium caſuale cenſeatur, quippe nullam culpam, imò meritũ habeat: quod & Caiet. explicat in ſum. verſ. irregularitas. in fi. tametſi hoc homicidiũ voluntarium verè ſit licitum. His † etiam conuenit adnotare, quod & du- 12

Clauſula quæ in reſcriptis apponi conuenit.

11

In praxi maximã cõfert vtilitatem.

bitari cõſueuit, an interiori animi iudicio peracta pœnitentia homicida retineat beneficium & faciat fructus ſuos, explicat Felin. & Imol. in d. c. cum noſtris. Anch. in c. felicis. de pœ. in vj. Bal. Fau. Angel. in l. prædonis. ff. de pet. hæred. Pau, Alex. & Iaſ in l. j. C. de his quib. vt indi. Fel. in c. de quarta. de præſer. Ex his perpẽdi poterit vera interpretatio illius q. an & hic clericus priuatus per ſententiã amiſerit ipſo iure Stallum in choro, & locũ in c. an exigatur diſtalatio & remotio, ab illis per ſuperiorẽ fienda, in qua ſpecie Bald. in l. ij. col. xj. verſic. ſed hic quæritur. C. de ſeru. & aqua. refert Inno. in c. in literas. de reſtit. ſpol. aſſeuerantẽ diſtallationem eſſe neceſſariam: ipſe tamen veriſsimum eſſe exiſtimat prorſus contrarium, & clericũ hunc eſſe priuatũ ſtallo, in choro, & aliis ſimilibus. Fel. idẽ profeſſus in c. inquiſitionis. col. ij. circa medi-

13 diũ. verſ. adde Bal. de accuſ. Quibus † admodũ cõuincit deciſ. Rotæ j. tit. de accuſ. & priuatus eccleſia per ſententiã ſimpliciter cẽſetur per cõſequẽs priuatus loco in choro, & omnibus aliis, cùm & pars in ipſa eccleſia cenſeatur, & iſthæc ſententia adeò vera eſt, quod non requiratur ſententia ſuper deſertione ferenda antequã ſententia diffinitiua tranſeat in rem iudicatam, vt voluit gl. in l. eos. in prin. in verb, iniuſtã. C. de appel. quia perinde habetur, ac ſi appellata nõ fuiſſet. l. quoniam. & l. ſi contra maior. C. de appel. & in l. fin. §. illud. C. de temp. appel. & in auth. ei qui. eo. tit. Dec. Abb. Fel. in c. cùm ſit Romana. in gl. ante litis, de appel. c. ex ratione. Et iſthæc ſententia exequi poterit, etiã appellante non vocato. ex Imol. in d. c. ex ratione. & inibi Abb. col. v. & Fel. col. vlt. clem. ſi appellationẽ. eo. tit. & iudex ad quem pronuntiare nõ debet diffinitiuè abſolue vel condẽno. ſed vtiq; appellationẽ eſſe deſertã ex l. ſi preſes. C. quo. & quã. iud. Caſt. in l. eos. col. vlt. q. ij. de appel. ꝙ ſi elapſo termino proſequẽdę appellationis, iudex à quo poterit ſententiã ſuã executioni mãdare, ex Bal. in auth. ſi quis litigantiũ, verſic. quartus & vltimus caſus. C. de epiſc. aud. Itidẽ cõſ. xx. vol. iij. & cõſ. ccclxx. vol. iiij. id vnũ addẽs, iudicẽ ad quẽ non poſſe (apellatione iam deſerta) cognoſcere de cauſa nullitatis ſententiæ. Abb. in d. c. cùm ſit Romana. tametſi Dec. inibi, col. vj. in prin. verſ. an autẽ remoto iſto, cõtrariũ exiſtimat & Bal. cõſ. cccxxxviij. cuius initiũ eſt † repa-

14 ratio † appellationis deſertæ. vol. iij. exiſtimat quẽ poſſe impetrare beneficiũ per priuationẽ, vacãs poſt deſertionẽ appel-

Sufficit pronũtiare appellationis deſertionem,

lation

lationis. Tametſi pronuntiatũ non fuerit ſuper deſertione,
ſuper qua non eſſe pronuntiandũ aſſeuerat, ex gl. in d. l. eos.
referens pleroſq; alios doct. ſic in facti contingentia conſu-
luiſſe, etiãſi ex mera principis gratia ab illa deſertione rele-
uatus fuerit, longè quidẽ aliter ſi ex mera iuſtitia, vtpotè ſi
iudices impediti forẽt, tũc retro trahitur. c. quãuis. de reſcr.
lib. vj. l. in cauſę. §. interdum. ff. de min. Et in ea ſpecie ita re-
ſpondit Innoc. quẽ inibi ſequitur Abb. col. v. in d. c. ratione.
Dec. omniũ diligentiſsimè conſil. cccxxxvj. cuius initiũ eſt,
viſa inſtructione, quãuis Pet. Anchar. poſt Lapum in cle. j. de
appel. exiſtimẽt, termini lapſum in beneficialibus deſertio-
nem non operari. Quod veriſsimũ eſſe intelligunt Card. &
Imol. inibi, quãdo ſtatutus fuit terminus parte adhuc inui-
cta: longe quidẽ aliter ſi parte cõſentiente, & ex ſpontanea
voluntate, priori tamen ſententiæ ſe ſubſcripſit Feli. in d. c.
cũ ſit Romana. col. vlt. cũ & illorũ ſententia non habet locũ
in omni cauſa beneficiali, ſed ſolũ in cauſis electionũ, de qui
bus loquuntur per Lap. allegata iura. Punitur † tamẽ poſt 15
depoſitionẽ clericus homicida in monaſterij detruſionẽ, vti
conſtat in d. c. cũ ab homine. iuncto c. tuæ. de pœ. Et explicat
And. in c. j. col. pen. de parric. qui fil. occid. idq; cõſtat ex deciſ.
tex. in d. §. clericus. c. ſicut dignũ. Verũenimuerò ex eo colli-
gitur hanc detruſionẽ in monaſteriũ minimè eſſe perpetuã,
nec lõgi tẽporis, vti cõſtat ex Bern. Diaz de Luco, in prac. cri.
c. lxxxviij. Si † ad amuſsim omnia declarẽtur, & illa potiſsi 16
mũ pœna affligẽda eſt iure Põtificio pro homicidij criminis
reo perpetui carceris. ex tex. in c. nouimus. de verb. ſig. c. pen.
ad fi. de hæret. c. quãuis. de pœ. in vj. Ana. cõſ. j. Imol. & inter-
pretũ maior pars in c. qualiter & quãdo. §. ad corrigẽdas. de
accuſ. Abb. & Fel. in c. cũ nõ ab homine. & in c. at ſi clerici. de
iud. Abb. in c. tuæ. de pœ. Bal. in l. reos. col. ij. C. de accuſ. Bar.
in l. ij. col. iij. ff. de publ. iud. Steph. Aufr. in rep. cle. j. de offic.
ord. verſ. occaſione præmiſſorũ. Iaſ. in auth. ad hæc. C. de iud.
diffiniẽtes in his caſibus, in quibus Cęſarũ iure mortis pœnã
pro homicidio infligit, iure Põtificio perpetui carceris pœ-
na cõdenatur. Anch. cõſ. clvij. Cæp. cõſ. xj. Nec id mirũ alicui
videri debet, cũ ius Põtificiũ etiã pro grauiſsimo delicto ſan
guinis, nec mortis pœnã infligat. ex gl. in c. præuaricator. ij.
q. iij. Inn. in c. cũ oportet. & in c. qualiter & quãdo. de accuſ.
Abb. & Fel. in c. crimina. de col. deteg. Fel. idẽ profeſſus in c.

Lapſus termini in beneficialibus deſertionẽ non operatur.

Sãguinis pœna non imponitur iure Pontificio.

ſi quando.col.iij.de reſcrip.Abb.in d.l.at ſi clerici.& in c.no-
17 uimus.præci.diffiniẽs iure Pontificio†mortis pœnã non re-
periri.Idẽ in c.ad audientiã.de crim.fal.& in c.in Archiepi
ſcopatu.de rapt.Mar.Soci.in c. ſententiã ſanguinis. ne cleri.
vel mon. Et præter hos, Alex.poſt Bar.in d.l.ij.ff.de pub.iud.
Caſtr.conſ.cxix.Idẽ Alex.& Iaſ.in l.trã igere. C.de tranſac.
quod ſi aliquãdo pontificia iura loquũtur reũ criminis mor-
tis pœna afficiẽdum eſſe intelligẽdum fore per excõmunica
tionis ſententiã, ſicuti adnotat Abb.in c.per venerabilẽ qui
filij ſint leg.notab.vlt.Idẽ in c.j. de furtis.& in c.ij.in gl.fin.
de maio.& obed.S.Tho.ij.ij.q.xcix.art.vlt.nihilominus, ci-
tra ſanguinis pœnã exilij.ac verberationis pœna affligi poſ-
ſunt, & verberum pœna in clericorum perſonis à ſacris rece
18 pta eſt canonibus de qua fit mẽtio in c.cùm beatus. xlv.diſt.
quod eſt concilium Brachareſ.& in c.j.finalibus verbis.de ca
lum.& in c.ſi.xxxv.diſt.quod Agatenſe conſiliũ eſt.Abb.in c.
præterea.de cler.percuſ.& in d.c. in Archiepiſcopatu. & in c.
ſecundo requiris.de app.Lud.Car.in pract. crimi.§.homici-
dium vij.nu.51.Bern.Diaz,in pract.ſua cri.c.cxxv. & cum cẽ-
ſent in illis certæ pœnæ mortis,ac mẽbrorum mutilationis:
nimirum ſi hanc tanquam paternã correctionem antiqui il-
19 li† patres,ſacrorum canonũ conditores admiſerint,in infli-
genda huius criminis verberũ pœna,Eccleſiaſticos iudices
admonitos eſſe velim vt præ oculis ſemper habeant gl. do-
ctrinam aureã in præci.c.cum Bertus diffiniẽtis: quod preſ-
byteri abbates nullis debẽt verberibus ſubiacere, exceptis
grauibus, & mortalibus culpis: clerici verò in minoribus
conſtituti ordinibus pro minoribus culpis flagris,ac verbe-
ribus afficiendi ſunt. Adnotat Præp.in c.ſi.xxxv.diſt.& in his
caſibus,in quibus clericus cędendus venit,verberari non po
teſt per laicũ,etiã de iudicis eccleſiaſtici mandato.c. vniuer-
ſitatis.de ſent.exc.gl.in c.ſi clericos, eod.tit.lib.vj.regia l.in
his regnis expreſſim id diffiniẽs.l.vj.tit.v.par.j.ſed per mini
ſtros eccleſiæ flagris affici debet.Hug. & Card.à Turrecrem.
in c.aliqui.v.q.v. Abb.in c.inter alia.col.iiij.de immu.eccle.
poſſet tamẽ per clericũ in minorib.conſtitutũ verberari:nec
refert, vt aliqualis effuſio ſanguinis exeat, quæ conſideranda
non eſt,& principaliter ex ſententia non veniat, ſed ex poſt
facto accidat.c.in archiepiſc.de rapt.& in c. is à quibus.xxiij.
q.vlt.Paul.Gril.in tract.de relaxa.carcerato.v.q.Et nos infra
de ra

de ratione pœnæ, qualiter à lege, vel ab homine infligendæ ſe latiori commentario trademus. & an iudex eccleſiaſticus laicum hanc pœnam perpetui carceris, afficere poſsit, tradit Oldr.conſ.lxviij. Rom.in ſing.ciiij. Cæpol.conſ.lxxiij.

Ipſe tamen exiſtimo clericum, à pœna ordinaria homicidij immunem eſſe. & excuſari, in his ſanè caſibus † in qui 20
bus laicus homicida, à mortis pœna immunis ſit, de quibus, & nos agemus lib.ij. Epitomes.

SVMMARIVM.

1 *Plures ſi fuerint aggreßi ex conſulto, & vnius vulnere à vita vulneratus deceßit, oēs teneri de homicidio, etiā qui nō percuſſerint.*

2 *Quid etiam vt quis torturæ ſubijciatur declaratur.*

3 *Ex plurib. corrixātib. inceptor rixæ grauiori eſt afficiēdus pœna.*

4 *Quando vnus à pluribus percuſſus, nec conſtat an ex vno, vel alio vulnere mortuum eſſe omnes teneri, de homine occiſo.*

5 *Cum vnus fuit à pluribus in rixa ſubito contingenti non præmiſſo conſilio vulneratus, ſi conſtat qui vulnus intulit letale, de homicidio tenetur: alij verò de percuſſione.*

6 *Pluribus exiſtentibus domi, vno tamen lapide proijciente, ſi non conſtat, qui percuſſerit, ratione incertitudinis pecuniaria pœna omnes teneri.*

7 *Multis vulneribus percuſſus, quorum vnum tantùm eſt mortiferè, ſi non conſtat, quis percuſſerit, in hoc caſu iudicantis arbitrio omnes puniendos fore.*

8 *Ab vno affectus vulnere letale, & ab alio examinatus, & receſſus. priorē percuſſorem de vulnere: poſteriorem de homicidio teneri.*

9 *Quid in ea ſpecie quod ad irregularitatem.*

10 *Irregularitatem nullo in caſu eſſe conſtituendam, niſi & id iure pontificio fuerit expreſſum.*

11 *Diſcutiuntur Pontificiæ conſtitutiones in cap. ſi qui. & in cap. ad audientiam. de homicid.*

12 *A pluribus multis vulnerib. affectus, quorū vnū eſt mortif. ſi non conſtat quis id vulnus intulerit, omnes eſſe irregulares cenſendos.*

13 *Letaliter vulnerans, ſi ex interuallo à vita deſcedat, homicidij reum eſſe conſtat vulnerantem.*

14 *Non omnis mortiferè vulneratus moritur, atque ideo ante mortem homicidij pœna affici non poteſt.*

15 *Pax inita ex vulnere, ac deinde mors ſecuta, cenſetur facta de morte pax.*

16 *Homicidium vulnerati, non mortiferi, non imputatur, quod ad*

legem Aquiliam.

17 *In dubio ex medicorum imperitia, vulneratus cenſetur mortuus, non tamen ex vulnere. & iterum nu. 22.*

18 *A vita deſcedens ex febri accedenti ratione vulneris, percuſſor de homicidio, non tamen de vulnere tenetur.*

19 *Si vulnus illatum non fuit mortale, ſed ex immodico potu, prãdio, alijs ve mortẽ obijt nõ tenetur de homicidio. ſed vtique de vulnere.*

20 *Vulneratus ſi per ciuitatem deambularet, & febre ſuperueniente moritur iudicantis arbitrio vulnerans afficiendus eſt.*

21 *Letali vulnere affecto ex medicorum iudicio; ſiue & medicum adhibuerit, ſiue non, homicidium percuſſori imputatur.*

23 *Vulnerantem infirmum quod ſi in corpore ſano illatum eſſet, non erat mortale & à vita deſcedat, reum homi. idij non eſſe.*

Cap. Significaſti, in ſecundo de homicid. & l. ita vulneratus. cum l. item Mela. ad l. Aquil. alio ſenſu quàm qui vulgatus eſt intellectus, de pluribus eũdem hominem vulnerantibus, quædam notata ſcitu non indigna. Cap. XII.

AGENDVM ſiquidem eſt de vero, ac germano intellectu. text. in c. Significaſti. in ſecundo de homicid. In cuius quidem intellectu pauci nauigauerunt ſine periculo: & circa verum perſpicuúmque intellectum. l. item Mela. & l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquiliam. propter quorũ difficultatem turbatur totus mũdus, nec eſt qui nauiget ſecurus in eis. Ob quod non diffiteor inter alios noſtram in medium proferre ſententiam, quibus in locis tractatur de pluribus eundẽ hominem vulnerantibus, qui tandem mortem obierit, an omnes puniantur. homicidij pœna ordinaria, ſecundo an in irregularitatis labem omnes incidant. *Capitis propoſitio.*

In quo dubio priori duntaxat caſu, ſi plures fuerint aggreſsi conſulto, & ex vnico tantum vulnere à vita deceſsit, omnes de homicidio teneri eiúſque pœna puniendi erunt,
1 etiam qui † non percuſſerint. Hæc quæſtio originaliter fuit gloſſ. in fin. ff. de ſicar. text. celebris in l. prima. §. finali. ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt. text. elegans in l. item Mela. §. ſi plures. ff. ad legem Aquiliam. & ex profeſſoribus Iuris Bart. in l. ſi in rixa. col. j. ff. de ſicariis. Quo in loco Ang. Salicet.

Salicet.& pleriq; alij idem profitentur, Alber.præſertim inibi, Cinus in l.quoniam.C. de vi pub. quæſt.vltima. Gaudin. in titulo de homicidio.Decius libenter huic ſententiæ accedit, conſilio xv.& Hippol.Bart.ſententiam ſequutus in præcitata l. ſi in rixæ, & noſtræ claſsis. Doctores inter quos, & Imola in dicto c.ſignificaſti,& ex nouioribus hanc aſtipulatur ſententiam Carolus Molin. ad Alexandrum conſilio xv. volum.primo.Matth.Afflict.in conſtitutione Neapolit.lib. primo,rubrica xiij. numero 28. Thom. Gram. conſilio iiij. Ludouicus Carr.in practica criminali,titulo de homicidio. §.ſecundo,numero 68.& numero 75.itidem in §.circa.num. 445.& in §.ſexto, eiuſdem tit. de homicidio. & nouiſsimè Ant. Gomezius cap.xiij. Delictorum.numero 26. ex quibus opinor hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam,quam intelligendá fore exiſtimo ſi ſanè ex dolo & propoſito communicatoq; conſilio conſulto percuſſerint, tunc omnes teneri conſtat, modò omnes percuſſerint,modò aliqui eorũ,modò vnus tantùm, probat tex.à contrario ſenſu in dicta l.ſi in rixa.& inibi expreſsim gl.& Bar.hoc adnotant,itidem in l.finali.ff.de ſicariis.Angelus Perufinus,Hippolytus in dicta l.ſi in rixa.Ioan.à Platea in §.item lex Cornelia de ſicariis. Inſtituta de publicis iudiciis, ad finé.Felin. numero decimo.in dicto capitulo ſignificaſti. in ſecundo & ante hos Specul.titulo de homicidio.columna prima. verſiculo pone quo ad quatuor homines quibus admodum conuincit text.in cap.fin.xxiij.quæſtione finali.Et ex neotericis Thomas Gram.conſilio quarto. & rurſus deciſione xv.& regia lex lvij.ſtyli, & minimo apice deſeruire videntur ea quæ à noſtræ tempeſtatis hominibus adducta ſunt in contrarium exiſtimantes,quòd ſi animo occidendi aliquem aggrediãtur,ſi non occidant non teneri mortis pœna ex generali conſuetũdine quæ habet affectum non puniri : niſi ſecuto effectu. Quæ omnia eò tendunt quando mors ſecuta minimè fuerit. At in noſtra ſpecie mors ſequuta fuit, & vnus opem, auxilium,fauorem, alteri præſtitit,ideo omnes teneri perinde, ac ſi omnes mortem intuliſſent ex l. vnica. verſiculo ſin autem.C.de raptu virginum.& in l.is qui opem.ff.de furtis. & in l.in furti.§.ope.eod.tit.

Cæterùm hanc de qua agimus quæſtionem intelligẽdam eſſe quoad torquẽdum: longè quidem aliter quoad condem-

2 nationem, ſicuti apud Hipp. pluribus † in locis conſtitutiſſimum eſt. Siquidem & ipſe in rub. de pro. C. nu. 18. & in ſing. 67. incipiente ter, vel quater. & in §. diuus. l. j. de ſic. ff. iam ſatis diligenter explicat Dec. in regula, fauorabiliores. ff. de regu. iur. Vbi quis torturæ ſubiici poſſet, vt qui intulit vulnus oſtendat, an ex cõſulto tractúve antea habito deliquerit necne: ita ſcribit Gui. de Suza. in tra. de quæſt. & Io. de Arno. in ſing. lxiiij. & in com. xxv. quorũ meminit idem profeſſus Lud. Carr. in pra. crim. §. homicidium. lo ij. nu. 75. ad fin.

Rixæ inceptor capitis pœna tenetur.

3 Secũda ſubiicitur † ſpecies ſi ſane conſtet quis ſit rixæ inceptor, tunc ſanè ſolus tenetur capitis pœna, alij verò pecuniaria. Bon. ita reſpõdit in tit. de inſult. percuſsio. Hipp. in præcita. §. diuus. Gand. in rub. de homic. vij. col. verſ. ſol. itidem in tit. de defenſ. reorũ. col. iij. inceptor rixæ tenetur pœna corporali. alij de vulnerato. Bon. in præcitato tit. xviij. Alberic. in l. quoniam nulla. C. ad l. Iul. de vi pub. Marſ. in l. j. in prin. ix. limit. ff. de ſic. & in rub. de prob. C. nu. 418. & in d. l. fin. Cinus Alber. in l. ij. §. ſi quis non ab homine. & inibi Alexád. ff. vi bonorũ. Alex. poſt Bar. in d. l. fi. in vj. additione. ff. de ſicar. Bal. conſ. cxxx. vol. j. Bal. in pract. tit. de quæſt. col. ij. Paul. cõſ. cxcij. Hip. ſing. ccccliij. Cæpo. cõſ. xxxiiij. Hip. in pract. §. conſtante. ver. vlt. Ang. in tract. malef. in gl. Andr. auxilia. vl. im. col. verſ. niſi fuiſſet. Marſ. in l. j. C. de ſic. & in l. j. C. de raptu virg. nu. 79. & in conſ. lxvij. & in l. eiuſdẽ. §. itẽ. xv. ff. de ſicar.

4 Tertia conſtituitur ſpecies, † quando vnus à pluribus percuſſus, & tandem mortem obiit, nec conſtat, an ex vno, vel alio vulnere mortuum eſſe: tunc equidem omnes tenentur, de homine occiſo. l. item Mela. §. ſed & ſi ſeruum. verſ. ſi plures. & in l. ſi ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. in prin. gl. in l. ſi in rixa. ff. de ſicar. & inibi. Bart. col. j. verſ. non poteſt. Car. Ann. & Fel. in d. c. ſignificaſti. verſ. quod ſi decerni. And. Dec. Iſern. & inibi diſputat Afflict. in conſtit. Neap. lib. j. rubr. xiij. nu. xxvij. Io. de Ign. in l. j. §. ſi quis in villa. nu. 59. ff. ad Silania. Fel. in d. c. ſignificaſti. nu. 10. Lu. Carr. in prac. crim. §. homicidiũ. ij. nu. 69. regia l. lvij. Styli. Dinus in regula in obſcuris fin. col. de reg. iur. Bart. iij. col. in d. l. ſi in rixa. Alber. l. ſi is qui cũ telo. C. ad l. Cor. de ſic. in fi. Ang. Per. ij. col. in l. quoniá C. ad l. Iul. de vi. Platea. in §. itẽ lex Corn. de ſic. inſt. de pub. iu l. Ant. in c. ſignificaſti. in ij. de homicidio ad fi. Archi. in c. fi. xxiij. q. fi. & nouiſsimè Ant. Gome. c. iij. de li. nu. 36. l. j. §. fi. de his qui

deie

deiec.vel effud.l.ij.§. ſi quis. & in l.iiij.§. hoc edicto.ff. de vi bon.rapt.quam ſententiam intelligendam fore exiſtimo pœna extraordinaria iudicantis arbitrio puniendum ea ratione ductus.cùm ictus ac vulnus vniuſcuiuſq; attendi debeat, & cùm ignoretur quis vulnus mortale intulerit pœna criminis ordinaria affici nõ debet,ſicuti diffinitũ extat in d.l.ſi in rixa. Alb.in præcitato §. ſed ſi ſeruum. plures aſſeuerans Mutinæ eſſe pronuntiatum.itidem col.ij.in d.l.ſi in rixa. Alex. conſil. xv.vol.j. Quorũ ſententia æquitati magis fauet. Neq; certũ eſt quis vulnerauerit letaliter:tamen certum eſt ambo occidiſſe,vterque teneri videtur d.l.ita vulneratus.in qua nõ erat certus quis occiderit tametſi letaliter vulnerauerant.Neque obſtat tex.in d.§.Celſus.Siquidem l. illa ita vulneratus eſt I. Iul.Conſulti qui fuit ante Vlpianũ. cuius author erat.l.item Mela.§.Celſus.viſiſque Iuliani & Celſi opinionibus in ſententiã Celſi inclinauit:eandẽ etiã ſequutus fuit Marcel. ſubſcribendo ſe opinioni Iul.vti patet ex d.§. Celſus. ibi & hoc probabilius eſt quaſi inclinãdo in hac parte Celſi & nõ Iuliani. Quibus ſanè cõuenit hoc in caſu puniri percuſſores pœna extraordinaria:nõ verò ordinaria ob incertitudinẽ quod explicat Gand.in rub.de homic.iiij.col.Bart. Alex. Hipp.in d.l.ſi.ff.de ſicar.& Anch.omniũ diligentiſsime in cõſi.ccxvij. diligẽtiſsime pleroſq; referens Anan.& Fel.in d.c. ſignificaſti.Bal.in cõſi.ccccxlviij.vol.iij.itidẽ cõſi.ccxj.vol.vij.Bon.in tit.de pœn.in ſi.rurſus & in tit.de inſu.& percuſ.vj.col. Alex. in cõſi.xv.lib.j.& Hip.cõſi.cx.Alex.cõſi.xlvj.vol.iiij.& cõſi.cj. vol.iij.qui omnes eã adſtipulãtur ſentẽtiã ob incertitudinẽ pœna extraordinaria,nõ tamẽ ordinaria ĩ hac ſpecie omnes percuſſores teneri q tamẽ rẽ iſtã cõfuſe nimis à doct.tractantur frigidéq; explicãtur,eóq; nomine nõ parũ multi errores paſsim docẽtur. Rectius hoc ordine fieri puto ſi mox à frõte eã rẽ diligẽtius.& diſtinctius tractauerimus.neq; poteſt verè probari eorũ opinio,cùm illud certũ ſit omnes hos percuſsiſſe.& percuſſum ex iis vulneribus mortẽ obiſſe. Qua ratione certũ eſt omnes percuſſores eũ occidiſſe. Nõ me præterit hãc quam ipſe probaui opinionẽ à multis damnatã eſſe,qui ſanè nõ huius tertij caſus quæſtionẽ, ſed aliàs diffinire: tamen ſi Matth. Afflic.ad ſi.quæſtionis videatur probare Alex.opinionem.& Anch.conſi.ccxvj. cuius verba Anan. nu.24. in d.c.ſignificaſti.refert in qua quæſtione aliquod proponã ſpecies,

Propo

Proponitur quartus caſus, cùm vnus fuerit à pluribus in
rixa ſubito contingenti, nõ tamen ex cõſulto, neq; præmiſſo
5 conſilio vulneratus. †Etenim ſi cõſtat quod ex pluribus vul-
neribus ſit letale, & quis id intulerit tenebitur ſanè is de ho-
micidio, cæteri verò de percuſsione tex. l. item Mella. §. ſed ſi
ſeruum. ff. ad l. Aquil. & in l. ſi in rixa. vbi omnes hoc ipſum
adnotarunt, idémque profitentur Canoniſtæ in d. c. ſignifica-
ſti. & Conſultus in d. l. ſi, in rixa ita ſcribit, Percuſſus homo ſi
perierit ictus vniuſcuiuſque in hoc collectorum contemplá-
ri oportet glo. & interpretum maior pars, inibi. Bonifac. in
tit. de inſultis. vij. col. Gand. in tit. de homic. v. col. Ant. Gom.
num. 36. præcitata regia l. lvij. ſtyli. & omnes dd. in princ. hu-
ius c. citati. Pirrus Anglen. poſt conſuet. Aurel. c. j. collat. iij.
Zaſ. lib. ij. ſing. intellectu. c. vj. & denique iſta eſt communi
conſenſu recepta ſententia. Quo ad pœnam tamen irregula-
ritatis, qui tenetur de homicidio in labẽ irregularitatis in-
cidit, Cæteri verò ab ea erunt immunes, quod poteſt colligi
ex præcitato c. ſignificaſti. & inibi tradita per Doct.

Alia ſubiicitur ſpecies propter incertitudinem, vt puta de
homicida incertus de certis, tametſi aliquo modo non poteſt
certificari, pecuniaria pœna punire debent de pluribus exi-
ſtentibus domi, vno tamen lapide proiiciente, & tranſeũtem
6 interimente. †Si tamen non conſtat omnes teneri pœna pe-
cuniaria, ratione incertitudinis vt hac in re aſſeuerat Gãd.
in rub. de pœn. col. xxiiij. verſi. pone, quòd quatuor. Idémque
explicat Alber. in tract. ſtatu. iij. par. q. lxj. Abb. in præcitato
c. ſignificaſti. cui ſententiæ adſtipulatur ex noſtris Alex. conſi.
50. volum. j. Carol. in clem. j. xiiij. quæſt. de homic. Bal. in con
ſil. lxxxj. vol. v. & paſsim doct. Quæ omnia intelligenda eſſe
cenſeo, niſi conſultò communicatóque cõſi. in domo fuiſſent
congregati. tradunt doct. in l. j. de his qui deiec. Marſil. loco
præcit. num. 354. Quibus ſanè & illud cõuenit inita pace in-
ter duos præſtitáque expenſione de ſe adinuicem non offen-
dendo, ſi tamen ſe offendunt, nõ tamen cõſtat quis ſit aggreſ-
ſor ratione incertitudinis, vterque à pœna immunis eſt, vt
explicat Hipp. C. de prob. nu. 406. Et Lud. Carr. in pract. cri-
min. §. homicidium. vj. nu. 345. pag. 465. ac iterũ §. ij. nu. 77.

Sextus caſus proponitur qui affinis tertio caſui eſt quoties
quis vno tantum vulnere letali percuſſus fuerit, nec appareat
à quo, cùm tamen plures in cõflictu rixę cum eodem conten-
derint,

derint,vel fuit à pluribus multis vulneribus, † quorũ vnum 7
tantum eſt mortifere vulneratus,nec conſtat quis id vulnus
intulerit,& ſanè in hoc caſu omnes puniẽdos fore pœna extra ordinem arbitraria,& neminem ex eis ordinaria probat
regia l.ſtyli.lvij.optime tenet Anch.in d. conſil.ccxvj. Anan.
in d.num,24,& ibi Fel.nu.9.glo.in d.§.ſed ſi verum.ver.plures,Alex.in d.cõſi,xv.lib.j.& cõſi.ciiij.lib.iij. Hippol.in ſing.
ccxvij,idem in rub.C. de probat.num.418.& in conſi. cj. eadem ratione,quia aliàs innocens puniretur cõtra iuriſcõſulti deciſionem,in l.abſentem.ff.de pœ.& glo. rationẽ ſumens
ex illo tex.in d.l.item Mela.§.ſed ſi ſeruũ.& inibi expreſsim
Alb.Flor.& Bald,itidem & Alb.col.ij, & Ang.in l. quoniam
multa facinora.C.ad legem Jul.de vi publ. & inibi Sal. pen.
col.& ante hos Bart,in d.l.ſi in rixa.col.j.Specul.in tit.de homic.col.j.ver.pone.Archid.in c.fin.xxiij.q.fin.Ang, Arim. ad
Ang.in ver.Andræam auxiliatorem.ad fin,Anch.conſil. xvj.
Platea in præcitato §.item lex Cornelia.de ſicar,ad fin.Felin.
nu.9.in d.c.ſignificaſti.Alex. his omnibus accedit conſi. vol.
vij.& nouiſsimè Ant.Gom.præcit.num.36.regia l.lvij.ſtyli.
Ioan.Igneus in d.§.ſi quis in villa,nu,50.Paul.Pariſ.in conſi.
cxlviij,lib,iiij, nu. 3. dicens hanc opinionem cõmunem eſſe,
idem fateretur,eam ſequutus Lud,Carr.in d.§.num. 75.hoc
ipſum tenet Gand.tit.de homic,iiij.col.Alber.in d.l. vlt.ff. de
ſica.& ibi Hipp,nu.4.Spec.tit.de homic.§.j.ver. pone.Bonif.
tit.de homic.rub.de inſult.& percuſ.col,vj.& tit.de pœn.col.
vlt.Io.de Imola in clem.ſi furioſus.col.vlt.de homic. Dec. in
l.fauorabiliores.num.6.ff.de reg.iur,Et licet glo. in d.§. ſed
ſi ſeruum.velit ſimpliciter neminem puniendum in hoc caſu
eſt intelligenda quo ad punitionẽ ordinariã ſecundũ omnes,
ſic gl.in c.cupientes.ver,qui culpabiles.de elect.in vj.& in c.
quieſcamus. xlij.diſt.quæ ſentiũt omnes hoc in caſu puniendos.Et Bar,& doct.in d.l.vlt.obtinebunt quo ad pœnam extraordinariam, quam profiteur communem ſententiã Lud.
Carr.in pract.crimin.§.homicidium.& ſecundo.nu. 75.pag.
331.atque proinde ita fuit Parmæ in praxi obſeruatum.Idem
tenet Alber, pleroſque ex antiquioribus allegans in dicta l.
fin.ff.de ſicar.& in d.l.item Mela.§.ſed ſi plures.& in d.l. qui
multa.C.ad l.Iuliam.de vi publ. poſt Cinum, atque intelligit dictam gloſ.in præcitata l. fin,ff. de ſicar. & d.§. ſed & ſi
ſeruum adſtipulatur nullum hac in ſpecie teneri intelligo,
prout

prout paulò anteà pœna mortis & legis Corn. de ſicar. tantum alia mitiori punitur pœna cum ea ſanè puniri debeat ea ductus ratione, ne delicta remaneant impunita. Et huius opinionis authores ſunt Alber. in d.l.fin. Bal. in pract. in rub. de quæſt. ad fin. Bonif. in rub. de inſultis. colum. vj. itidem in tit. de pœnis. ad fin. verſic. item vbi eſt certum. Specul. in tit. de homic. §. j. ver. pone, ac in tit. de diſpenſat. §. iuſta. colum. penultima, verſic. quid ſi aliquis. Ioannes Andræas in regul. obſcuris. ff. de regulis iuris. lib. vj. Hoſtien. in ſumma, tit. de homic. §. qua pœna. idem profeſſus Anchar. conſi. ccxvij. quo in loco aſſeuerat, ita omnes Bononienſes intelligi d. gloſ. in dicta l. fin. itidem Anan. in dicto cap. ſignificaſti. colum. xiiij. poſt eum Felin. in columna tertia, Alexander conſil. xv. volum. primo. & conſilio xiiij. volumine iij. Cæp. conſilio xlj. Alexan. poſt Bartolum in l. damni. §. Sabini. ff. de damno infecto, Romanus conſi. xl. Bald. in conſil. lxxij. vol. vj, & conſil. cccxj. volum. iij. uma. conſi. cccxxxiiij. atque idem adſtipulatur Alexan. conſil. lxv. volum. ij. Matth. Afflic. in conſtit. Neapol. terminum vitæ. quæſt. iij. Hippol. omnium in pract. §. poſtquam. in rubr. C. de probat. colum. vij. atque iterum in l. prima. in princip. xv. fallen. & in l. nihil intereſt. & in l. fin. ff. de ſicariis. & in l. j. §. diuus. eodem tit. & in ſingul. ccxvij. & ccciij. & in conſil. xxiij. & xxxiiij. & xxxix. & xliij. dubio ij. & conſil. 50. & ad fin. & conſil. lxiij. & lxix. & decimo.

8 Septima ſubiicitur ſpecies, † quando quis ab vno fuit vulnere affectus letali, ac deinde ab alio exanimatus, & occiſus in hoc caſu, priorem percuſſorem de vulnere, poſteriorē de homicidio, teneri probat tex. in d.l. item Mela. §. Celſus ſcribit. ff. ad legem Aquil. regia l. ſtyli. præcitata lvij. tex. ad id celebris in l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. ad legem Aquil. tametſi maxima iuris antinomia, in qua doct. capita torquentur, inter quos & Zazi. lib. ſecundo intellectuum. c. vj. fol. 39. magno nimis anxiè hanc quæſtionem extricat. Quibus ſanè ex aduerſo opponitur ex tex. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & in d.c. ſignificaſti. ex quibus locis conſtat percutientem letaliter de homicidio teneri, & irregularem eſſe, tametſi ab alio fuerit percuſſus, exanimatus priuſquàm euentus prioris vulneris appareret. Qua ratione gl. in d.l. ita vulneratus. ver. teneri. Flor. poſt alios ibidem. idem Flor. & Alber. in d. §. Matth. in conſtit. Neap. lib. j. rub. xiij. nu. 26. pacem deſiderantibus

tibus

tibus iuribus afferre conatur hac diſt. vſus ſiquidem ſi conſtiterit primum vulnus eſſe letale, ac ex eo percuſſus moritur, tunc teneatur vulnerans de occiſione etſi poſtea vulneratus fuerit exanimatus. Ita ſanè eſt intelligendus text. in d. l. vulneratus. quod ſi dubium ſit primum vulnus eſſe letale, ita quod nō ſit certū ex eo mortē ſequuturā, licet appareat mortiferum, & percuſſus fuerit aliis illatis vulneribus exanimatus, hoc caſu minimè tenetur primus percuſſor de occiſo ſed vulnerato. Atque ita eſt intelligendus tex. in d. §. Celſus. cum ſimilibus: non aliter craſſa (vt ita dicam) Minerua. eandem diſt. ſequitur Iaſ. in l. ſi ab hoſtibus. ff. ſol. matr. num. 9, Cap. caut. v. Lud. Carr. in pract. crim. §. homicidium. 2. nu. 68. gl. in d. l. huic ſcripturę. ver. mortifere. Io. Ign. in l. j. §. ſi quis in villa. nu. 66, ff. ad Sylla. quorum diffinitio videtur frequentiori doct. calculo recepta. Tametſi communi ſententiæ refragari videatur Bal. in c. bonæ. in ij. extrà, de elec. aſſeuerans iudicē minimè inquirere poſſe de morte ante mortē, licet vulnus ſit mortiferū, nō æſtimatur mortuus. Alb. in ij. ſtatu. par. q. liij. Bal. in c. j. §. iniuria. col. penult. tit. de pace iur. firm. reum criminis mortiferè vulnerantis, ac letaliter homicidij pœna nō teneri vſquequo à vita diſcedat. Et huius ſententiæ authores habeo Bar. & Neotericos in l. damni, §. Sabini. ff. de dam. infecto. Flor. in l. ait lex. ff. ad l. Aquil. Alber. in ij. ſta. par. quæſt. xxxvij. Bal. in l. j. C. de nund. itidem in cap. j. in princ. & inibi, idem profeſsi. Alber. Cardin. Alex. tit. quibus modis feudum amitt. in vſibus feud. & his admodum inuiti accedunt plerique alij, inter quos & Franc. Aret. in l. ex ea parte. §. inſulam. col. vlt. de verborum oblig. ex noſtris Fel. in cap. ſignificaſti. in ij. col. de homic. Quo fit ſi lege diffinita ſit pœna pecuniaria pro vulnere, ſi ſanè mortiferè vulnerauerit, licet mors ſperetur, exceptione repelli poteſt ex Alber. loco prædicto. Multa ſiquidem accidere poſſunt, vtpotè minimè à vita diſcedat, ſicuti argumento optimo deſeruit text. in ſimili, in l. naturalem. §. j. ff. de acquir. rerum dom. §. illud quæſitum. Inſtit. eod. tit. & id conſtat ex Theocriti Idillio iiij. dum cecinit ex Græco Latina tranſlatione.

Conſiderare oportet amice Batte, forſan cras erit melius
Spes in viuis, deſperati autem mortui.

Et tradit Tiraquel. de retract. lign. §. xv. num. 12. horum tamen non meminit, tametſi alioqui incongerendis authoribus

ribus

9 ribus diligentiſsimus ſit,& † pleniori manu nos trademus, num.14. infrà. Atque ideò ſecundum hanc diſtinctionem erit iudicandum, de irregularitate, vt quotiens vulnerans teneatur de occiſo, etiam irregularis erit, non ſic in alio caſu, quod notat in ſpecie Cardin.& Anan. nume. 31. in d. cap. ſignificaſti. Contrarium tamen adſtipulatur in pœna irregularitatis.gloſ.Ioan.Andr.& Panorm. inibi quos pleniori manu ſequitur Gonſa. à Villadie in tract. de irregul. C. de percuſſ.col.iij. quaſi iure Pontificio, quo ad irregularitatem per tex. in d. cap. ſignificaſti. Quam opinionem eam profitendo communem ſequitur Io. Ign. in d. §. ſi quis in villa. Et profectò hæc ſententia tutior eſt, tametſi tex. in d.cap.ſignificaſti.ſit intelligendus, ſecundum iuris Cæſarei diffinitionem. Ex qua perpendi poteſt, quod in c. ſignificaſti. quo ad iſtum caſum clericus minimè cenſetur irregularis, quoties apparet, vulnus ab alio illatum non fuiſſe letale, irregularis verò cenſetur, vbi conſtat vulnus ab alio fuiſſe letale, vel de hoc extat dubium, attamen neutro caſu decerni poteſt, ex quo vulnere percuſſus perierit, ex primo ne, an ex ſecundo, vel tertio: tunc enim iuſtiſsimè conſtituitur irregularitas, vt ſuo declarabitur loco, at ſi primum vulnus fuit letale conſtiterit ipſum percuſſum extinctum fuiſſe, & exanimatum ex ſecundo vulnere: hæc etenim quæſtio non diffinitur, in d.c. ſignificaſti. teſte Anan. inibi, atque ideo eſt diffinienda ex j.diſt. quam adduximus ad intellectum iuris ciuilis. Et tradit Nicol. Plo. in tract. de irreg. irreg. xxviij.

Quo ad irregularitatem ſolent oriri contentiones in ea ſpecie ſi à pluribus multis vulneribus, quorum vnum tãtùm eſt mortiferum, nec conſtat quis id vulnus intulerit. Et hãc quæſtionem gloſſ. in d.cap. quieſcamus. ſentit expreſsim deciſam eſſe in præci.cap.ſignificaſti. Tamen Ioan.And. inibi, & plerique alij dubitarũt. Spec. in tit. de diſpenſa. §. iuſta. nu. 52. hanc quæſtionem indeciſam reliquit, ſicut & Hoſt. in tit. de homicid. §. qua pœna aſſeuerantes quemlibet relinquendum, & obligandum ſuæ cõſcientiæ, vt potè, qui ſcit vulnus letale dediſſe irregularem ſeipſum cenſeat, & iudicet. Idem profitetur Hoſtien. & Card. in dicto cap. ſignificaſti. & inibi Io. And. atque Ana. nu. 22. & fere omnes, & hoc ipſum probãt, & ſequuntur. Idem Nic. Plob. de irreg. reg. xxviij. itidem Maria. Socin. in cap. ad audiendum. numero 46. de homicid.

qui ea

qui tamen poſt pleroſque alios admonet, in dubio, quo ad
forum conſcientiæ quod quilibet ex his abſtineat à diuinis
conſulendũ eſſe, perinde ſe exiſtimet irregularẽ eſſe. Quod
videtur ſanè rationi conſonum ex d.c.ad audientiam.de ho-
micid.vbi conſtat in dubio, an quis ſit iudicandus irregula-
larem eſſe, quia id ſit iudiciũ tutius.text. ad id celebris in c.
ſignificaſti.ij.verſ.quod ſi decerni. de homicid. Nihilomi-
nus † aduerſus hãc opin.tot ſeculis confirmatã quaſi penitus 10
friuatam labefactemus: obiici poteſt illud quod apertiſsimi
iuris eſt irregularem nullo in caſu eſſe conſtituendum, niſi
iure Pontificio id fuerit expreſſum.tex.in c.ſi quis.de ſenten.
excom.lib.vj.quem doct.præſertim Franc. commendarunt:
idem Franc.in c.dilectis.col.iiij.de appel.Bertac. in tract.de
epiſcopo.c.vlt. num.8. & cum id fuerit iure Pontificio indu-
ctum ac humano non contingere, niſi ſit eodem iure diffi-
nitum.Huic obiectioni Ioan.And.Card.Abb.Ana. & Socin.
num.46. in d. c.ad audientiam. reſpondere conantur diſtin-
guentes inter forum interius conſcientiæ & exterius iudi-
ciale.Priori caſu in dubio tenetur quis à diuinis abſtinere,
& ſeipſum cẽſere irregularẽ.c.illud.de cleric.excom.miniſt.
in poſteriori iudex non poſsit irregularẽ ipſum per ſenten- *Intellectus cap. ad audientiam.*
tiam pronuntiare, ſic ſanè eſt intelligendus tex.in d.c. ad au
dientiam. & ſimiles procedunt in conſcientiæ iudicio, non
tamẽ in foro iudiciali. Quæ ſanè differẽtiæ ratio nequaquã
eſt admittenda, cũ deciſio tex.in præcit. c. is qui, in cõſciẽtiæ
foro idẽ obtineat. Ceterũ quod reſpõſum eſt in d.c.ad audien
tiã.& ſimilib' iuribus, ad forũ exterius & iudiciale pertinet,
ſicut ex ipſis cõſtitutionibus deducirur, quo in negotio Inn.
in d.c.ad audiẽtiam, indiſtinctè profitetur in dubio, quẽ eſſe
cenſendum irregularem. Siquidem tum iure humano ſit ir-
regularitas introducta, quæ ratio etiam militat in animæ iu
dicio, ſicut & in iudiciali, qua de cauſa communem opinio-
nem ſatis eleganter improbat Mart. Azpicuelta in c.ſi quis
autem.de pœnit.diſt.vij.nu.35. Idcirco † longè quidem ali- 11
ter præter omnes doct.opinor intelligi poſſe Pontificia con-
ſtitutio in d.cap.is qui.& in d.c. ad audientiam. nam vbi ſit
dubiũ, an irregularitas inducta ſit in aliqua ſpecie iure Pon-
tificio, tunc non eſſe irregularem conſtituendam, in eo caſu
reſpondendum eſt, niſi expreſſum id fuerit iure canonico.
Et vbi ſimus certi iure irregularitatẽ induci in caſu certo,

& tamen ambigitur, an Petrus irregularis ſit ex illius cauſę ratione, & id vitiũ præter eam cauſam contraxerit, vt plane, non de iure ſed de facto dubiũ ſit, tutior erit in vtroque foro eligenda via, eritque Petrus irregularis cenſendus ad eum effectum, quod abſque diſpenſatione minimè diuinum officium exequatur: quæ ſententia deduci poteſt à prædictis reſponſis, nempe ex d.c. ad audientiam. & cap. ſignificaſti. in ij. de homicid. Quo fit cum obuia erunt quæ in dictis Decretalibus traduntur, erunt ſeruandæ eorum deciſiones adhuc in iudiciali foro, ſiue forũ ſit exterius ſimplex iudicio cœpto per accuſationem aut denuntiationem, quod eſt contentioſum ſiue mixtũ exteriori, abſq; accuſatore & denuntiatore, licet Felin. in d.c. ad audientiam, exiſtimet dictam conſtitutionem & ſimiles in hoc vltimo ſeruandas fore tantùm. Idcirco præfata reſponſa erunt ſic perpenſa, & ad vnguẽ memoriæ commendanda, ne falſa eorũ interpretatione deceptus, in maiores lapſus incidat, & ab optimis inſtitutis merè quis diſcedat. Vide lector, quiſquis veritatem amas, quàm planus ſit is intellectus, qui ex ipſis Pontificum reſponſis ineuitabiliter, imò ex ipſorum verbis fundatur, & eſt ratione & moribus æquiſsimum. Quo intellectu ſic perpenſo, ſecundum inibi tradita in hac cõtrouerſia potius accedere, etiã in foro exteriori opinioni eorũ, qui probãt, ſi à pluribus multis vulneribus, quorum vnum tantùm eſt mortiferum, nec conſtat quis id vulnus intulerit, hos omnes irregulares eſſe cenſen-
12 dos. Sic † etiam placuit glo. in præcitato cap. quieſcamus. & opinionem tutiorem appellat Barth. Brix. in q. dominicali, aliàs venerabili xv. ipſe tamen hanc ſententiam potiſsimùm admitterem in ea ſpecie, quo conſtat omnes iſtos percuſsiſſe occiſum. cap. vlt. xxiij. q. v. Quo in caſu idem profeſſus adſtipulatur Ioan. And. Godofr. Anan. num. 22. Card. col. pen. Ant. Abb. & Henr. in præcitato c. ſignificaſti. Quorũ opinionem profitetur magis communem Alber. Troci, in tract. de vero & perfecto clerico. lib. ij. c. xxvj. nu. 6. tamẽſi præcitati doct. quorum ad prioris opinionis authoritatẽ in hac ſpecie contrarium præter Io. And. ab. Io. Anan. Card. voluerint, & glo. in c. nolite. in j. xj. q. iij. ſitq; ab eis citata extrauagans quædã conſtitutio Georg. non pro deciſione huius quæſt. quam Henric. cenſet reuocatam fuiſſe. Ex his poterit examinari quæſtio, quæ doct. capita nimis anxiè torquet, in quorũ nu-

mero

mero Guliel.Laud.in clem.vnica,de homicid.in gl.vlt. ſcribit irregularem eſſe eum qui alterũ percuſſerit,tametſi non mortifere,ſi ex medici imperitia,aut ex malo corporis regimine obierit:hoc ipſum profitetur Lud.Carer.in prac.crim. tit.de homic.§.vj.num.322.verſic.vbi limitat.idem explicat Henr.in d.c.ſignificaſti.in ij.col.ij. à quorũ ſentẽtia prorſus diſcedit Caiet. in xxij.q. lxiij.art. viij.ex hoc,inquit,excuſatur,non intendẽs occidere percuſſor ab homicidio,quando mors ex mala cura vel regimine ſequitur: ipſe veriorẽ opinor opin. Gul. & Henric. ſiquidem negari non poteſt, hunc vulneratũ mortem obiiſſe ex vulnere, vt ferè cauſa propinquã nam ex eo ſequuta fuit mors, etenim nõ illato illo vulnere,percuſſus minimè obiiſſet, permiſſa percuſſoris culpa, ſatis eſt ad irregularitatem ex homicidio conſtituendam. c. de cætero.de homicid. tex.in ſpecie in c.tua nos.in princ.de homicid.Nec obſtat tex.in c.exhibita. de homic. quominus hæc ſententia procedat. In qua ſpecie nullã habuit culpam is qui ab irregularitate excuſatur,ſi culpam aliquam in ipſo vulnere inferendo habuiſſet,dubiò procul irregularis foret iudicandus,ſi ex vulnere culpa medici, vel incuria infirmi mors ſequatur,ſicuti inibi profitetur Inoc.Abb.& Feli. poſt Hoſt.& Henr.Quorũ opinio communiori cõſenſu doct.ſtabilita eſt in hunc ſenſum,quòd illa decretalis contineat ius commune,non diſpenſationem,& inibi gl. vlt. aſſeuerat ex multis:quia culpa defuit, & propter imperitiam medici, & propter negligentiã ipſius parentis in ipſo vulnere medendo & curando.Attamen Hoſt.Henr.& Felin. ſentiunt plurimum excuſare medici imperitiam. Quòd ſi vulnus illatum ſit adeò leue, quòd nullo vel modico medicamine percuſſus poſſet liber euadere,vtporè quia vulneri appoſitum eſt venenum, tunc percuſſor, ni fallor, minimè iudicandus eſſet irregularis: quia ex veneno potius quàm ex vulnere diſcedit. Quoties verò diximus præſumi vulneratũ obiiſſe ex culpa medici,aut ipſius infirmi, atq; ideò non teneri percuſſorẽ de homicidio,ſed de vulnere id ſanè intelligendum eſt quo ad mortis pœnã,non quo ad alia,vt explicat Hip.conſ.vij. Lud. Gomez.in reg.cancellariæ.de infirmis.q.xj.vbi tractat de iudicio medicorũ poſt Bar.in l.vlt.ff.de ſicar.nu.12. Illud non eſt prætermittendum, quòd ſi quis quẽpiam letaliter vulnerauerit,& ſi ex interuallo à vita decedat,homicidij reũ eſſe

conſtat ex l.ita vulneratus.§.j.ff.ad l. Aquil. ſatiſq; diligēter tradit Lud.Carrer.in pract.crim.pag.173.num. 2. Siquidem occidere dicitur, qui letaliter vulnerauerit, licet ex interuallo moriatur, præcitata l.ita vulneratus.& inibi Bar.cæteriq; eius claſsis doct.itidem Bar.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam. infec. idémq; eſt profeſſus Bald.in l.j.ad fin. C.de nundin.in qua ſpecie is ſanè cēſendus eſt letaliter vulneratus qui mortem obiit, & ſecundum medicinæ regulas ab ea euadere minimè poteſt aut difficulter, explicat Bart. in c.j. quib. modis feud.amit.Thom.Gram.conſ.ij.Lud.Carrer.loco prçcitato, num.5.atq; ideò ſtatutum loquens in occidente, locum ſibi
14 vendicat in letaliter vulnerante, ea lege, vt † ex eodem vulnere moriatur, aſſeuerat Bald. in d.l.j.licet non omnis cui morbus letalis eſt obit mortem, vbi conſtat ex l.in ratione. la j.§.ſi ſeruus teſtamento. ff. ad l. Falcid. & ſcribit Gal. lib. Aphoriſm.Hippoc.6.cap.18.vt nec omnis qui mortiferè vulneratus eſt, à vita diſcedit.l.j.§.vlt. ff. ad ſenatuſconſ. Sillan. pro quo extat l.qua actione.§.ſed & ſi quis.ff.ad l.Aquil.Vbi ſcribit aliud vulnus mortiferum eſſe ſolere. Scribítq; Tull. ad Attic.lib.Epiſt.9.Epiſt.12.ægroto dū anima eſt, ſpes eſſe dicitur, quod ſumptum eſt, ni fallor ex Theocriti Illidio 4.

Fidere Batte decet, melius cras forſan habebis:
Sperandum eſt viuis, functis ſpes nulla relicta eſt.

Et adhuc haud dubiè alludit illud Vergilij ſi is eſt in obſcœno carmine.

Dum viuis ſperare decet.

Et id conſtat ex Theocriti Illidio 4. dum cecinit ex Græcè Latina tranſlatione.

Confidere oportet amice Batte: forſan cras erit melius:
Spes in viuis, deſperati autem mortui.

Ex Euripide in tragœdia, cui Troyades nomen eſt.

Non idem ô filia, viuere & mori,
Hoc enim nihil eſt, vitæ verò inſunt ſpes.

Et illud Clitiphonis Terentiani in Heauton.

Liceat modò viuere, eſt ſpes.

Quibus conuenit illud lepidum adagium, tametſi ex Græco deductum, quod eſt Palade ex lib.1.Epigrammaton.

Multa cadunt inter calicem ſupremáque labra.

Stob.ſerm.109.Eraſ.Chiliad.1.Centuri 5.Prouerb.1.adnotāt ex noſtris, Io.And.in c.commiſſum.extrà, de decim.Cardin. Alex.

Alex.in c.commiſſum.de ſponſa.Iaſ.in l.ſciendum. col.pen. ff.de verb.oblig.ſicuti potentia antequã in actũ deducatur, conditioni æquiparatur. Quo fit interim minimè naſcitur obligatio.l.j.ad fin.ff.de cond.& demonſtr.l.interdum.ff. de verb.oblig.l.Arethuſa.ff.de ſtat.homin.&ex Ouidiano carmine conſtat,Helena ad Paridem.

Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.

Ex Siluio Italico lib.7.in principio.

Spes heu fallaces.

Itidẽ Tul.ꝑ Mil.ô ſpes fallaces,ô cogitationes inanes meæ: & hãc ꝓfitet Tiraq. in vtroq; retractu,de retractu *lignagier.* §.xv.nu.12.in extremis morbis. extrema remedia adhibẽda ſunt,ſicuti Tul.author eſt lib.Offic.1.& Hippoc.lib.Aphoriſ. 1.c.6. ita & extrema ſummãq; cura exactiſsimãq; diligentia hiſce ęgrotis adhibẽda eſt. Ex quib⁹ & illud adſtipulari videtur,quod & Alc.in ſuis Embl. in ſimulachrum ſpei adnotat.

Quid manibus mortis tella refracta geris?
Quod viuos ſperare decet præcido ſepultis.

Et ſimile eſt illud Prouerbiũ apud Feſtũ Pomp. inter manũ & mentũ,quo quidẽ monemur, ne ſpem in rebus quantumuis proximis ac vicinis reponamus, & Græcum illud diſtichõ lib.1.epigrãmaton,incerti authoris Latinè verſum, ait.

Spem volucrem & Nemeſim noſtras prope cernitis Aras:
Hac ſperare diu,nihil ea habere iuuet.

Et apud Plautum in Moſtellaria.

Inſperata accidunt magis ſæpe,quàm quæ ſpes.

Et illud Siluij Italici lib.7.

Spes heu fallaces.

Et illud Euripidis. ita vertit Eraſmus:

Sunt fortunæ varij caſus,
Plurima,quæ aut ſperabis vnquam,
Ea conficiunt numina diuum,
Rurſum quæ certò ſperaris,
Ea fruſtrato non contingunt.

Et ſpes vendi,& in contractum deduci poteſt.l. nec emptio. ff.de contrahen.emp.l.ſpem. C. de donat. Azo in ſum.C.de contrahen.empt.col.ij.verſic.item ſpeciem: tametſi regulariter quis experiri non poſsit abſque actione, ex l.quoties. §. ſi temporalia. ff.de adminiſt. tutor. Nihilominus ſi actio ſperatur in litis conteſtatione,poteſt quis agere ratione ſo-

lius ſpei, tametſi actionem non habeat in principio. l. Titius. ff. de verb. oblig. & inibi Bar. & plerique alij, & in legis Aquiliæ actione venit damnum ſpei cohærens corpori. l. inde Netatius. l. proinde. §. j. l. in lege Aquilia. ff. ad l. Aquil. Bald. conſ. clxxxij. col. j. vol. j. & propter ſpem quis mittitur in poſſeſsionem bonorum abſentis. l. ſi filiusfamiliàs. ff. quib. ex cauſis in poſſeſs. eatur. & inibi Angel. & Zazi. tametſi Terentianum illud in Adelphis obſtare videtur, dum ait.

Ego ſpem pretio non emo.

Nihiloſecius in ſpecie, qua agimus nihil tam certum ſperari, quod non repetinus caſus aliquis queat inuertere, nec eſſe tutum venturis fidere: ex quo & conſulti definiunt, animal letaliter vulneratum nondum eſſe vulnerantis, niſi & ceperit, ſi quidē multa accidere ſolent, vt non capiāt. l. naturalem. §. j. ff. de acq. rerum domin. §. illud quæſitum eſt. Inſtitut. eod. tit. Bar. poſt Guil. à Cun. in l. ſciendum. q. pen. ff. qui ſatiſd. cogan. & expreſsim in noſtra ſpecie ſcribit Bald. in cap. bonæ. in ij. de elect. iudicem non poſſe inquirere de morte anteaquam à vita diſcedat vulneratus, veluti qui mortiferè vulneratus non eſt, pro mortuo habendus non eſt. Baldus in c. j. §. iniuria. col. pen. verſ. quæro nunquid. tit. de pace iura. firman. Alber. in ij. par. ſtatu. q. liij. item quæro, ſi aliquis. Bar. & neoterici paſsim adnotant in l. damni. §. Sabini. ff. de damno infect. Floria. ſignanter idem ſcribit in l. ait lex. ff. ad l. Aquil. Alber. poſt Din. in ij. ſtat. par. quæſt. xxxvij. Franc. Aret. in l. ea parte vij. inſulam. ff. de verb. obli. Bal. in l. j. C. de nundi. ad fi. itidem & Alber. & Cardin. Alexand. in capit. j. in princip. quibus mod. feud. amitt. & hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam exiſtimat. Adnotat etiam Feli. in c. ſignificaſti. in ij. col. de homicid. & vt vetus prouerbium eſt à Catone pronunciatum in Oratione, de ædilibus vitio creatis inter eos, & offam multa accidere poſſe, dum ait, in ſegetibus, & in herbis bona frumēta eſſe: nolite ibi nimiam ſpem ponere, ſępe audiui inter os & offam multa interuenire poſſe, refert Geil. lib. xiij. c. xiiij. Et his maximo apice deſeruire videntur, quæ & Io. And. in c. cōmiſſum extrà de dec. Card. Alex. in c. commiſſum. de ſponſ. adnotauere, & Iaſ. in l. ſciendum. col. pen. de ver. oblig. & Cic. lib. de Orat. tertio inquit, O fallacē hominū ſpem fragilémq; fortunam, & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſępe franguntur!

Ex qui

Ex quibus & illud adiiciá omnibus his, quę ad amuſſim, & diligenter penſitabimus. Pro huius capitis coronide, animaduertendũ cẽſeo. Vulnerans letaliter, ante mortẽ non poterit aliquo modo homicidij pœna affici, ex d.l. ita vulneratus. & in l. huic ſcripturę. §. ſi ſeruus. & in l. itẽ Mela. §. Celſus. & inibi Bal. ff. ad leg. Aquil. Fel. in c. ſignificaſti, col. iij. ver. aduerte tamẽ. de homic. Bar. in l. damni. §. Sabini. & inibi Ang. Alber. & Rom. ff. de dam. infe. Ang. Aret. de male. in verſ. vna alia percuſsione. Et his deſeruire videntur, quæ & nos coniecimus ſuprà num. 8. Siquidem, dum ille viuit, non poteſt dici mortuus. l. qui duos. ff. de manumiſ. teſtam. Bald. & Cardi. Alex. in c. j. in prin. quib. mod. feud. amit. Tametſi inibi Cardin. ex tex. in l. proinde. in princ. ad leg. Aquil. exiſtimat mortiferè vulneratum mortuo æquiparari. Hoc quidẽ intelligo fictione iuris: ſiquidem mors ficta naturali nunquam æquiparatur, niſi in caſibus expreſsis in gl. c. ſuſceptum. de reſcri. lib. vj. & in l. ex ea. §. inſulam. ff. de verb. obl. Lucas à Penna in l. vna. C. publicæ læti. lib. xij. col. j. verſ. xxvij. Alexand. conſil. xv. col. ij. lib. j. & eſſe communẽ profitetur Nicol. Boër. nu. 6. in deciſ. cccxxiij. ij. part. Nec obſtat iunioris cuiuſdam dubitatio, aſſeuerãtis mortẽ ſequutá ex vulneris qualitate, ad diẽ vulneris trahi: & retro occiſus videatur, qui letaliter vulneratus moritur, ex d.l. ita vulneratus. & inibi Bal. & Flo. in prin. itidem in l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ad leg. Aquil. & in l. ſi is qui. de confeſ. tex. ad id præſtãtiſsimus in l. ait lex. & inibi Flor. not. vj. ad leg. Aquil. Et huic ſentẽtiæ pleriq; alij acceſsêre, inter quos & Lud. Bol. in l. fi. C. ſi reus, vel accuſ. mor. Socin. cõſ. lv. col. iiij. verſ. iij. quia creditur. vol. 1. Bal. in c. j. quibus mod. feud. amittatur. & inibi Cardin. Alexã. colum. iiij. verſ. quid ſi dominus vulneratus deceſsit. Felin. in dicto cap. ſignificaſti. colum. ſecunda. Bald. in rubr. C. de prob. colum. penul. & inibi Hipp. fol. 12. colum. quarta. verſic. capio modò Alber. in ſecundo ſtatuto. part. quæſt. liij. & xlvj. Tametſi ab hac ſententia diſcedat Bar. in §. Sabini. l. dãni. ff. de dam. inf. etiã ſi idem Bart. in l. ſenatus. C. de accuſ. contrariam ſententiam aſſeueret. Quæ omnia intelligenda ſunt fictè, non tamen verè, ſicuti & paulò antè meminimus: vel ſi retrahãtur, tamen ante mortẽ. Et hinc diſcuti poterit grandis doctorum quæſtio, quòd † ſi pax inita fuerit ex vulnere, ac deinde 15 mors ſequuta fuerit, cenſetur facta de morte, ex Bal. ad Spec.

Contrariá ſententia.

tit.de accuſatore. col.j. verſic.pax facta de vulnere. & ſic pax poſſet iniri ante mortem ex l.diuus.ff.ad Sylla.Hipp.in ſing. xlvj.Bal.in l.qui occidi.ad leg.Aquiliam. Ipſe tamen in contraria ſum ſententia,ex tex.in l.ſi vulnerato ſeruo.& in l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil.quòd ſi ſententia lata fuerit ante mortem,ſiue pax inita de vulnere,& mors inde ſequatur,homicidam reum eſſe, non obſtante ſententia, vel pace inita, Cæpola conſ.xlj.col.iiij.Signo.de Hom.conſ.clxxiiij.Boër. deciſ.cccxxiij.num.*.par.ij.deciſ.quòd ſi vulnus ſit letale, & verò ſimiliter ex eo ſperatur mori,certo certius pax inita ad mortem extenditur, vtpotè illa videatur remiſſa, ex ratione text.in l.damni infec.§.Sabini ſententia.ff.de dam.infec.Sin minus vulnus nõ erat mortale,in ea ſpecie pax inita ad mortem vſque non extenditur, cùm de morte non cenſeatur cogitatum.l.ſi vulnerato.ff.ad leg.Aquil.l.cùm Aquiliana.& l. qui cum tutoribus.ff.de tranſactionibus.& in l.tres fratres. vbi paſsim adnotant doctores. ff. de pactis. & in ea ſpecie Bart.reſpõdit idem profeſſus in præcitato §.Sabini.col.j.& inibi interpretum maior pars,inter quos & Alberi.Paul.Caſtren.Molen. Ang. Cuma. Florian.in l.ſi vulneratus. num. 2.ff.ad leg:Aquil. Spec.tit.de accuſat.colum.iiij.Ang.in malefic.tract.in verſ.comparent dicti inquiſiti.Tametſi Gandinus fol.28.in eo tract.quem publicum fecit,de malefic.prorſus contrarium exiſtimet:cuius ſententia,quàm ſit à ratione deuia, videtnt profectò,qui in excutiendis legum veris intellectibus meritò laborant, & recto limatóq; ſunt iudicio: ſicuti ex perplexo doctorum præcitatorum catalogo, ſatis iam ſatis diffinitum id extat. Aduocatos tamen admonitos eſſe velim, vt ineunda hac pace inſeratur clauſula, Non ſolùm ſuper vulnere,ſed etiam ſuper morte paſſa,inita fuit,ex doct.in d.§.Sabini ſententia.

Contraria ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Vulnus quid ſit explicatur.atidem num.2.*

3 *Inſignis differentiæ ratio adijcitur inter vulnus,& vlcus.*

4 *Quæ ſint loca in corpore humano,in quibus & vulnera illata letalia exiſtimentur.*

5 *Quo ad naturalia,ea certitudo,quæ communiter contingere ſolet, non tamen ea,quæ non fallat,exigitur.*

6 *Medicorum iudicio relinquitur,an vulnus ſit mortale,necne.*

7 *Peritus in arte & ſi aſſeueret vulnus nõ eſſe letale,tametſi percuſ-*

ſus

ſus deinde moriatur, vulnerans homicidij reus non eſt.

8 *Magis fides adhibetur paucioribus medicis, aſſeuerantibus vulnus eſſe letale, quàm pluribus contrarium exiſtimantibus.*

9 *Minimè requiritur, medicos doctorali dignitate eſſe inſignitos ſuper vulnere teſtificantes.*

10 *Plures medicos exigi, qui ſuper vulnere teſtificētur, expilcatur.*

11 *Medicorum electionem, qui ſuper vulnere teſtificentur, ad partes pertinere, non tamen ad iudicem.*

12 *Quoties ex litigantiū conſenſu teſtis in arte peritus perſona priuata eſt, ad iuramentum non requiritur litigantium præſentia, nec citatio.*

13 *Homicidij reus eſt, ſi ex iudicio medicorum vulnus eſſe letale conſtat, ſi moriatur, tametſi percuſſus medicum non adhibuerit.*

14 *Executioni ſententia non mandatur, ſi medici atteſtantes contraria teſtificentur.*

15 *Vulnerati aſſertioni in articulo mortis non ſtatur.*

16 *Nec ex eadem aſſertione quis torturæ ſubijci poteſt.*

17 *Plurimum iuuare Petrū, ſi in articulo mortis ex pluribus vulneribus illatis aſſeueret percuſſus à Petro non eſſe percuſſum.*

18 *Immunem non reddere percuſſorem, ſi teſtator aſſeueret ex culpa medici à vita diſcedere, ni & coniecturæ adſint.*

19 *Teſtē nō poſſe id, qđ in iudicio dixerat infringere in alterius præiudiciū, etiā ſi mortis tēpore falſum dixiſſe teſtimoniū profiteatur,*

20 *Quid de notario, diſcutitur.*

21 *Ex eodem ſtipite de iudice in articulo mortis adſeueranti iniquam tuliſſe ſententiam, diſcutitur.*

22 *Infra quod tempus præſumi debet vulneratum mortem obijſſe ex vulnere, quædam adnotantur ſcitu non indigna.*

23 *Tametſi ex longo interuallo moriatur, nihiloſecius dicetur ex illo vulnere diſcedere.*

24 *An vulneratus à vita diſcedat ex vulnere, iudicantis arbitrio relinquitur, ibidem nu. 25.*

26 *An & quod de homine vulnerato dicitur, ſi infra triduum moriatur, idem cenſendum ſit in equo aliáve quauis quadrupede vendita, ſi poſt venditionem infra triduum moriatur.*

27 *Analiticè explicantur aliquot caſus, in quibus & vulnera letalia iudicanda ſunt.*

28 *Iuris ea eſt præſumptio, ſi vulneratus conſurgit, & poſt triduum ſuper baculo deambulauerit, non ex vulnere deceſſiſſe, ſed potius in curia ipſius vulnerati.*

Quis dicatur in iure letali vulnere affectus, & de vulneris letalis atteſtatione pleraque reſponſa veterum explicata, & alio ſenſu, quàm qui vulgatus eſt, intellecta. CAPVT XIII.

SED antequàm in diſputationis hucuſq; arenam condeſcendam: de letali vulnere affecto
1 illud memoriæ repetere libet, quid † ſit vulnus, & ex conſulto in l. ſi ſeruus. §. rupiſſe, inibi, vt ſcinderet alicui corpus, vel timorē faceret. definitum extat, quòd vulnus eſt tumefactio, aut inflatio corporis, & inibi Bart. Bald. Floria. primo notab. ff. ad leg. Aquil. Bar. idem profeſſus in l. lex Cornelia. §. j. & iterum in l. prætor edixit. §. fin. ff. de iniur. ibi, inter pulſationem, & verberationem. Et rurſus in conſ. cix. in nomine Domini. Felin. in c. cùm illorum. de ſentent. excom. & id quidem quando ſciſſuram ab intra fecerit, non tamen extra cutē, Bald. in l. ſi prædium. & in l. fi. C. de ædil. edict. Capo. conſ. xlj. col. ij. Cardi. Alexand. in cap. j. colum. iij. verſ. quid ſi vulnus. quibus mod. feudum admitt.

Quid ſit vulnus.

2 Caeterùm † & illud diſcuti oportet, vulnuſculū modicum vulnus cenſeri, ex l. j. §. perinde leuis febricula. Et inibi Bal. ff. de ædil. edict. & in præcitata l. ſi prædium. Corn. idem profeſſus conſ. xxxviij. litera B. volum. primo. Andr. Barb. conſ. lxj. col. iiij. verſicu. & quod notat Bald. volum. tertio. Quod maximo iuris apice deſeruire videtur ad pleraque municipalia ſtatuta, loquentia de vulnere non eſſe intelligenda in vulnuſculo, ex Angel. in l. extat. ff. quod met. cauſ. aſſeuerāte ſtatuta eſſe intelligenda de vulnere magno, non tamen de leuiſsima inciſione, quæ eſſet abſque ſanguinis effuſione. l. j. §. pen. inibi, niſi aut vulnera ipſi fecerunt. ff. ad Syllani. Alexan. conſ. ciij. volum. primo. & conſilio 100. num. 8. volum. ſexto. & iterum conſilio clxxxvj. nu. primo. libro ſeptimo. Hipp. idem profeſſus conſil. lxxj. num. quarto. volum. primo. & in conſil. lxxx. numero 15. itidem conſilio ciij. numero 16. vol. ſecundo. Et rurſus in ſua practica. §. & quia. folio 131. nume. primo. Angel. Aretin. in ſuo maleſic. tracta. in verb. vna alia percuſsione. verſic. quæro, ſtatutum punit vulnus. fol. 66. Ex qua Baldus in capit. primo. §. primo, quibus modis feudum

admitt

amittatur. & inibi Card. Alex. col. iij. verſic. quæro vtrum id. ſcribunt, quòd negatiua illa, Aſſeuerãte vulnus magnũ in loco periculoſo nõ fuiſſe cauſam mortis, eſſet difficilis probationis. Fel. in c. presbyterũ. col. j. de homic. Cep. cõſ. lxij. col. 3.

Ex † quo inſignem differentiæ rationem exiſtimo eſſe conſtituendam inter vulnus & vlcus: ſiquidem vulnus dicitur illatum, & vlcus innatum, ex glo. quæ expreſsim idem definit in l. ob quæ vitia. §. fin. ff. de ædil. edic. in verb. aut mediocre vlcus, & ex illo carmine definiri poterit. 3

Illatum vulnus, innatum dicitur vlcus.

In quo dubio, ſecundum medicinæ authores, aliam aſsignant differentiæ rationem, de qua eſt vtique videndus Gui. de Caulia. in ſua chirurgia, tit. de vulnerib. c. j. & iterum tit. de vlceribus. c. j. Galen. ſignanter in quarta Terap. Ioan. de Hug. in ſua praxi, in arte chirurgica, lib. iij. de vulner. & an vulnus poſsit eſſe abſque ſanguine, explicat Catal. de ſyndic. quæſt. cxxxv. glo. in c. j. de conſecrat. eccl. vel alt. & ſerioſè id explicat Gal. lib. j. de ſpeciebus ſalutis. & lib. de reg. ſanitatis. quibus in locis ad nauſeam vſque id explicatur.

Secundò illud non minimam dubitationem facit, cùm de vulnere letali agendum ſit: quæ † ſunt loca & partes in homi- 4
nis corpore, in quibus quidem vulnera illata exiſtimantur letalia, ſeu mortifera, & Bal. in conſi. cxcv. verſic ſecundò dixi. exiſtimat, quòd ſi in gula, pectore, capite, inteſtinis, & huiuſce ſimilibus, letalia vulnera exiſtimantur: cùm caput ſit principale organum ſenſus, cap. presbyterum. de homicidiis. inibi, percuſsit in capite. Bald. in cap. j. §. adhuc. colum. iiij. de pace iuram. firman. Cumanus conſi. cxxiiij. viſis denunciationibus. in princip. Et huius ſententiæ authores habeo Socin. conſi. xxvj. primo aſpectu. colum. j. volum. j. Corn. conſil. cclxxiiij. in litera T. volum. j. Felinus in cap. ſignificaſti. columna ſecunda. de homicidiis. Angelus in l. ſi quis in metallum. C. de pœnis. & pleraque alia: de cicatrice eſt videndus Bald. & Alexan. inibi, in dicta l. ſi quis in metallum. & quid de vulnerato cum ſagitta venenata, tradit Bald. conſil. cxc. & conſil. cccij. colum. ij. in ea ſpecie tempus non patitur conſilium deliberandi, ex l. j. ff. de exercit. actio. Quibus in locis plenæ ſunt chartæ codicéſque refecti.

Quamobrem quædam hic adnotare ſatis congruum viſum eſt, eò maximè circa Zazij ſententiam, lib. ij. ſingularium

Ex quo primo illud conſtitutiſsimum eſt, an † vulnus ſit 6
mortale, necne, iudicio medicorum relinquendum eſſe, ex l.
ſi ab hoſtibus. §. j. ff. ſol. matr. l. ſi maritus. ff. locati. c. ſignifica-
ſti. in ij. de homic. Spec. idem profeſſus, tit. de homic. §. j. col.
j. ver. pone. Bal. in c. j. quib. mod. feud. amit. Card. poſt Matth.
in clem. j. & inibi Imola colum. vlt. de homic. Signorolus de
Hom. conſi. lxiij. col. ij. & conſi. clv. col. vj. in princ. iij. dubio.
itidem conſi. clxiij. Florianus in l. ait lex. col. ij. ff. ad l. Aquil.
Soc. idem profeſſus conſi. clxxviij. col. ij. lib. ij. Et huius ſen-
tentiæ authores habeo pleroſque alios, inter quos & Bald.
conſi. ccxxxij. col. ij. vol. ij. & rurſus conſi. cccxxviij. vol. ij. Pa-
ris à Puteo in ſynd. tract. ver. tortura. verſic. officialis. Gand.
tit. de homic. col. penult. Et ex nouioribus hanc veriſsimam
exiſtimant ſententiam Tho. Gram. conſi. ij. & conſil. xlix. &
xxiiij. Et an ex vulnere ſigna mortis præceſſerint, necne ex-
plicat Hipp. conſi. xvij. Quo fit hanc eſſe communi conſenſu
receptam ſententiam medicorum iudicio relinquẽdum eſſe
ſit mortale vulnus, necne, eleganter explicat And. de Iſer. in
c. j. iij. col. hic finitur lex Corradi. itidem in cõſtit. terminum
vitæ. & eſt tex. ad id inſignis in l. ſemel. C. de re milit. lib. xij. l.
j. §. j. ff. de ventre inſpic. Quibus & illud conuenit adnota-
re in hoc duntaxat tractatu, ſi ſanè † medicus, aut chirurgus 7
profiteatur vulnus minimè eſſe letale, ac deinde percuſſus
mortem obiit, vulnerantem non eſſe homicidij reum cõſtat,
ſicuti definitum extat apud Ioan. de Platea, & Lucam à Pen.
in præcitata l. ſemel. de re milit. C. quibus libenter accedit
Maſuer. in pract. ſua, tit. de præſumpt. num. 7. Bart. Iacob. Re-
buf. in d. l. j. Bart. Alber. & Doct. in procem. Digeſtorum, in
princ. Dec. conſil. ccccxv. num. 8. Iacob. à Bello viſu in tract.
crimin. tit. de quæſt. fol. 106. col. iij. Cæp. conſi. xxviij. col. iiij.
Bald. conſi. cv. Andr. de Iſer. in j. conſtit. Neapol. fol. 18. num. 8
11. Nicol. Boërius omnium diligentiſsimè in deciſ. cccxxiij.
num. 21. parte ij. & in hoc negotio, qui exigantur medici, tra
dit Bart. in tract. de percuſſion. & in d. l. j. cuius additionator
litera C, plura congerit. Iaſ. in d. l. j. §. fin. num. 11. Abb. & eius
additionator in c. ſignificaſti. de homic. & in c. propoſuiſti.
num. 11. litera G. de probat. Reſtat † & illud expendere in hac
controuerſia, duobus ſanè medicis peritiſve in arte magis
fides adhibetur, aſſerentibus vulnus eſſe letale, quàm vigin-
ti contrarium exiſtimantibus, not. glo. in cap. j. de præſcrip.
lib. vj.

Iudicio medicorũ relinquitur, an vulnus ſit letale.

Medicis affirmantibus paucioribus magis fides adhibetur quàm pluribus negantibus.

cuſsione. Et quòd medicum vna quæque ciuitas debeat habere, tradit Ripa de peſte. fol.74.num.50. poſſet tamen ciuitas ſine medico eſſe, ex Cagn.in l.ij.§.poſt originẽ. nu. 208. ff.de orig.iur. ex Plin.lib.29.aſſerente Romanos annis ſexcentum medicis carere voluiſſe, quibus receptis, rem in deterius veniſſe. Quapropter dicebat Strabo lib.vj. quibus plures ſuperſunt medici, multas adeſſe ægritudines. Vnde Socrates (vt Plato ſcribit) vetuit ne medici in ciuitate multiplicarentur. Quibus & illud conuenit, veluti totius capitis coronis, quòd ſi inuicem contrarientur medici in atteſtatione vulneris, ſtandum eſt maiori numero, & authoritate ſuperioribus.l.iij.§.j.verſic.numerus.ff.de teſtib.Bar.in præcitata l.j.verſic.vlterius.ff.de vent.inſpi.& in l. admonẽdi.xiij. col.ver.quæro.ff.de iureiu.& in l.vulgò.ad fi.ff.de admin.tut. Ant.Butr.in c.cùm dilecta.not.v.de elec.Cin.ante hos in l.in bonæ fidei.C.de iureiu.q.vlt.cæterùm ſi numero pares ſunt, dignioribus fides adhibenda eſt.l.iij.§.eiuſdẽ.inibi, aliâs dignitas.ff.de teſti.In quo dubio quid agendum ſit, ſi periti in arte ab imperitis in atteſtatione diſſentiant, explicat Cin. in l.diui fratres.ff.de iu.patr.Ang.in proœ. Digeſt. Ex profeſſo Canonicæ Philoſophiæ adſtipulatur Imol.& Ant. in præcit. c.propoſuiſti. Alex.poſt Bar.in l.ſi ad fi.ff.de ſica. Etenim maior fides adhibetur peritis paucioribus, quàm pluribus imperitis. Spec.aſſeuerat in tit.de prob.§.fi.ver.hoc quoq;. pro peritioribus adſtipulatur gl.in c.vt te verũ.lv. diſt. Fel. in d.c. propoſuiſti.his etiã q veriſimiliora deponũt, ac iuri cõſona, fides adhibẽda eſt, teſte Bal.in c.j.col.v.quib.mod.feu. amitt. l.ob carmen.§.fi.ff.de teſti.c.licet cauſam.de prob.tametſi numero pauciores ſint, vti conſtat ex d.§.fi. Quibus accedit rationem reddentibus maior fides adhibenda eſt. Pleriq; noſtrę claſsis viri in ea ſunt ſententia: ſiquidẽ Iacob.Butr.Bald. in l.presbyteri.ad fi.C.de epiſc.& cler.in c.j.§. ſacramẽtum. de conſuet.recti feudi.Roma.in l.j.in princ.ff.de noui oper. nuntia. Notandum etiam eſt, maiorem fidem adhiberi teſtibus in ſpecie deponentibus ſuper vulnere, quàm in genere: quæ explicat Nic. de Neapoli in l.turpia. ff.de legat.j.Imol. in c.auditis.de præſcrip.ſatis diligẽter Nicol. Boërius deciſ. cccxxiij.nu.24.char.ij.

In pari numero deponentium quid.

Subſequitur, etiam dubium diſſoluendũ: ſi ſanè deponentes ſint numero pares, dignitate ſcientia, cæteriſq; qualitatibus: ex vtroque latere magna pars authors

thorum multum effuderunt tractatum in hac controuerſia. Siquidem plerique in ea ſunt ſententia, contra percuſſorem eſſe iudicandum, aſſeuerat Bal. in cap. j. in princ. vj. col. quib. mod. feud. amit. Catellia. in tract. ſyndic. verſic. ccxxxvij. in verbo, adde quòd quando. Feli. in d. cap. presbyterum. col. j. de homicid. Hippol. in l. j. col. iij. verſic. item pro hac parte. C. de ſicar. Itidem in l. j. §. diuus. ff. eod. Thom. Gram. conſil. xl. col. j. Paris in tract. ſyndic. in verbo, tortura. c. officiales. col. ij. Nic. Boër. loco præcitato. Prædicti tamen doct. in veritate decipiuntur, & ſuo fruſtrantur voto in hac noſtra ſpecie, in qua nec doctorum authoritas, nec ratio adiuuat, quin etiam à veritate ipſa diſſeratur, quorum ſane defectus in hoc dubio nunquam purgabitur. Atque ideo contrariam opinionem abſq; vllo dubio tenendam eſſe cenſemus, exiſtimantes mitiorem partem, quòd vulnus non ſit mortale, nec percuſſum à vita deceſsiſſe ex vulnere iudicandum eſt. Atq; ita huius opinionis authores habeo Bald. conſil. cxcv. vol. j. itidem in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. Cuma. explicat conſil. clxiiij. col. ij. Anchar. conſi. cclxxxv. Soc. conſ. clxxviij. col. iiij. Fel. idem opinatur in præcit. cap. propoſuiſti. ad fin. Roman. in l. j. §. fin. ff. de verb. oblig. Hip. in d. §. diuus. col. ix. glo. & inibi doct. in c. clericus. lxxxj. diſt. & tradita in regula, fauorabiliores. de reg. iur. & quæ doct. in hoc dubio contrarium opinantes miſcent, tam ſunt frigida, vt nullla confutatione egeant. Quibus ſanè reſpondit Cæpola præcit. conſ. xxviij. ad fi. & quonam mo lo debeant deponere iſti medici, & an iis fides adhibeatur, ſi ſanè de crudelitate deponant, explicat Bar. in l. j. §. j. ff. de vent. inſpic. & inibi Alex Bar. Bald. in proœm. digeſt. Par. de Put. in tract. ſyndic. verbo, tortura. verſic. oficialis. Ioan. Andr. Abb. & plerique alij in c. fraternitatis. poſt gl. ij. de frigid. & malefic. Felin. in d. cap. propoſuiſti. iij. col. poſt Ant. & Abb. inibi, & an † neceſſario dictis 11
eorum ſtare debeat iudex, aſſeuerantibus vulnus eſſe mortale necne, docet Bar. in d. l. ſemel. C. de re milit. lib. xij. Andr. in præcit. cõſt. terminũ vitę. q. v. Et medici in deponẽdo circa vulnus mortale, maturo cõſilio, pẽſata anima deliberatione (teſte Caul. in ſua chirurgia, tit. de vulneribus. c. j. col. vij. Bal. in rub. C. de prob. col. ij.) agãt. Ex his etiã poterit examinari quæſtio illa, ad quẽ ſanè medicorũ electio pertineat, ad iudicẽ ne, an verò ad partes? In qua ſpecie Gãd. reſpõdit ad partes

Medicorũ electio an ad iudicẽ partẽſve pertineat.

pertinere:is,inquam,in rub.de homic.ad fi. Siquidem in his
minimè iudex poteſt officiũ exercere, ni partes ſint diſcor-
des.Itidẽ aſſeuerat Io.And.ad Spec.tit.de homic.§.j. in prin.
Augu.pleniori manu idẽ profeſſus poſt Ang.in tract. malef.
ver.ex interuallo.illud tamen conuenit perpẽdere:Quoties
12 ex† cõſenſu litigantiũ,teſtis,peritúſue in arte,perſona priua
ta eſt,non eſt neceſſaria citatio, nec præſentia litigantiũ ad
iuramentũ.Bar.in l.Theopõpus.nu.9.ff.de dote prę leg.Ant.
in c.veniens. in j.de teſtib.vij.par.nu.250.Et hanc profitetur
communẽ Dec.in c.ij.de teſtib.col.pen.Alex.cõſ. cxxx. nu.5.
lib.j.Tametſi contrariũ exiſtimet Abb.in d.c.ij.nu.13.& Fel.
inibi nu.14.dubitet,tutiórq; ſit Abb.ſentẽtia. Nihilominus
ab opi.Bar.recedẽdũ non eſt,cùm ea ſit crebriori calculo re-
cepta.Is tamen qui à iudice electus eſt medicus, agrimẽſor,
aliúſue peritus ad cauſę definitionem,poteſt nec vocato,nec
citato litigante id facere.Bar.loco præcit.nu.11.ex notatis in
l.ſi quando.C.de teſtib.notat Aret.in §. quædã. de act. ad fin.
Feli.in c.quia iudicãte.col.j.de præſcr.Cur. Iun.conſ. xxxiij.
13 col.pen. Subſequitur & alia ſpecies, † quoties conſtat iudi-
Si conſtat vulnus eſſe letale. cio medicorũ vulnus fuiſſe, & eſſe mortiferũ, & in hoc caſu
ſiue percuſſus medicũ non adiuerit, aut tandem imperitũ,&
moriatur,homicidiũ percuſſori imputatur, non tantùm vul
nus:ſicuti hoc in negotio ſenſit Alex.in d.l.ſi ab hoſtib'. §.j.
col.ij.omniũ diligentius Soc.conſ.clxxviij.col.ij. gl. & Alb.
in l.huic ſcripturæ.ff.ad leg. Aquil. Etenim minimè excuſat
offenſi exculpatio,aſſerẽtis ſe à vita diſcedere nõ ex vulnere,
ſed vtiq; ex mala medela,ipſum percuſſorẽ,ſi ſane ex diuerſo
extãt ꝓbationes,ac depoſitiones medicorũ,vulnus mortale
habere vulneratum. Et huius ſententię authores ſunt Anch.
in c.fi.de ſucceſ.ab.inteſt.Fel.in c.literas.pe.col.de prę ſump.
Hip.profitetur in ſing.xxij.itidẽ in pract. §.diligenter.xviij.
char.verſ.quęro vlterius.& in §.reſtat.& §.& quia.& in ſing.
lxxviij.Quibus in locis plenæ ſunt chartæ codicéſq; refecti,
Nic.Boër.deciſ.cccxxiij. nu.24.col. v.par.ij.& nos.c.ſeq.ple-
14 niori manu trademus. Cæterùm ſi à pluribus percuſſus, vi-
De eadem re ſi probatione contraria cõſtet. táque diſcedens. & medici atteſtatione conſtat obiiſſe mor-
tem ex vulnere Titij, qua aſſeueratione Titius condemna-
tur: Titius verò alios † peritiores adhibendos eſſe petit: ſi
ſanè profiteantur minimè ex vulnere Titij deceſsiſſe,ſed ex
alio,ſententiam minimè eſſe execution i mandandam,cùm
ſit

ſit nulla: ſicuti ſi per falſos teſtes, & inſtrumenta falſa eſſet lata: adſtipulatur Gand. in tit. de homic. ad fin. idem Ioan. And. ad Spec. eod. tit. §. j. verſic. ſed pone. Bal. in præcitata l. ſi ab hoſtibus. ſolut. matr. ff. Rom. in l. admonendi. ix. col. ff. de iureiur. Flor. in l. ſi dominus. cum ſeq. ad fin. ff. ad leg. Aquil. Ang. in l. ꝑ ſi nolit. §. ſi mancipiū. ff. de ædil. edic. Bal. & Salic. in l. teſtium. C. de teſtib. Anan. in d. c. ſignificaſti. Et hãc profitetur communem Fel. in d. c. propoſuiſti. iiij. col. Tametſi ab hac opin diſcedat Abb. & Aret. quos refert Felin. in d. c. ſignificaſti. Dec. q. iij. in d. c. propoſuiſti. & xxiiij. q. Quoties ſtandũ eſt ex lege reſpõſioni alicuius iuratæ, probatio in cõtrarium admittenda eſt, gl. in d. c. propoſuiſti. & in d. c. continebatur. & in c. ij. verbo, effectata. de tempor. ord. lib. vj. glo. in l. ij. §. ſi abſens. & ibi Pau. Caſtrenſ. Alex. Soc. Iaſ. ff. ſi ex noxali cauſa. Angel. in l. qui vas. in princ. ff. de fur. Fel. & Dec. col. ij. in præcitato c. propoſuiſti. quorum opinio communis eſt, teſte Alex. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. columna pen. Iaſ. in d. l. quando. col. iiij. & in repet. l. admonendi. num. 304. Angel. per tex. inibi, in l. qui reſtituere, ff. de rei vendic. Optimus tex. in d. l. qui vas. & in l. videamus. §, idem videndum. iuncta l. vlt. ff. de milit. teſtam. tradit Hip. in rub. C. de probat. num. 157. omnium diligentiſsimè Andr. Tiraq. lib. j. de retrac. §. iiij. gl. j. Solent non leues oriri contentiones in ea quæſtione, quæ his proxima eſt, vulnerati aſſertionem aſſeuerantis in articulo mortis ex pluribus vulnerantibus Petrum percuſsiſſe letaliter, minimè probare, tex. celebris in l. ſi quis in graui. §. peregrè. ff. ad Syllan: vbi ita ſcribit Conſult. aſſertionem † vulnerati, dicentis etiã in articu- 15
lo mortis à Titio ſe eſſe percuſſum, minimè probari. Rom. & Io. Ign. inibi, Ant. in c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. Ioan. Andr. ad Spec. in tit. de don. inter vir. & vxo. §. j. Bal. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cler. Girard. ſing. lv. Nic. Boër. deciſ. xc. nu. 7. doct. in l. rationes defuncti. inibi, etſi in vltima voluntate. ff. de prob. Bar. Salic. & doct. in d. §. j. Aret. Felin. col. j. in c. ſicut nobis. de teſtib. Fel. in c. exhibita. col. ij. de homic. cuius ratio eſt, quam ex profeſſo citat gl. in c. in cauſis. §. vaſalli noſtri. in verſ. ſicut. de pace Conſtantiæ. in vſib. feud. Siquidem nõ omnis qui moritur eſt Ioannes Euãgeliſta, gl. & inibi Bal. in c. literas. de præſump. Et argumẽto optimo deſeruit tex. in l. verbo teſtamenti. C. de teſta. Bal. in conſ. cccciiij.

Vulnerantis aſſertio an probet.

lib.j.itidem conſ.ccclxxxiiij.lib.iij.gl.Bar.Bal.Alber.Angel. Rom.in d.§.ſi quis moriens.Alber.in rub.de hæret.lib.vj.q. xvj.Ant.Gom.de delict.c.xiij.nu.16.& hanc eſſe communem aſſeuerat Alex.in l.ſciendum.col. xij. de verb. oblig.ff.Dec. idem profeſſus conſ.clxxv.nu.7.Felin.num.11.in c.literas.de præſump.Alciat. ſignanter in eo tract. quem prodit de præſumpt.regula iij.c.iiij.nu.7. Et omnium diligentiſsime Iaſ. in l.j.num.16.à 4.vſque ad 15.dilatando chartas,quàm plurimis remiſsionibus declarat,tametſi ab ea ſententia prorſus diſceſſerit Rom.& Io.Ign.in d.l.ſi quis in graui. §.j. & Hip. num.41.in rubr.ff.de fideiuſ. Adhuc ad huius capitis veram reſolutionem cenſeo ex hac morientis confeſsione non eſſe Petrum torquendũ,niſi aliæ coniecturæ,aliáue indicia huic morientis teſtimonio acceſſerint,ex gl.in l.mater.C. de calumn.Cuius meminit idem profeſſus Marcus Ant. Blan. in tract.de quæſt.nu.390.ex nouioribus Ant.Gomez. nume. 16. præcitato:& ante hos Alex.conſ.xiij.vol.iij. Anan.in c.exhibita.de homic.Iaſ.in l.j.ff.de eo,per quem fac. erit. col.ij. & in l.de die.ff.qui ſatiſd.cog.Brun.in tract.de indiciis & tort. iij.q.quæ quidẽ gl.aſſertionem defuncti appellat vilem præſumptionem.Quanquam cõtrarium opinentur Iac.de Bellouiſu in pract.crim.tit.de indic.xij.iudicio.Hippol.in ſing. cccccxvj.itidem in pract.§.diligenter.num.119. & ante hos Ang.in d.l.ſi quis in graui.§.j.ea ducti ratione, quòd nemo propriæ ſalutis immemor in periculo cenſetur. l. vlt. C. ad leg.Iul.repet.gl.in c.ſancimus.j.quæſt.vij. & in c.literas. de præſump.quorum ſentẽriam,vt immunis ſit,intelligendam eſſe opinor in ea ſpecie,vtporè ſufficiens indicium non inducatur,ſed tantùm vt Petrus in carcerem mittatur:quod fieri paſsim vidimus,& in praxi ſeruaui,ex Angel. in d. l. mater. Alex.conſil.xiiij.lib.iij.num.5. Bal.Salic.in d.l.tranſigere.C. de tranſact. definiens defuncti confeſsionem nequaquã reo prodeſſe, ſi ex facti qualitate manifeſtè oppoſitũ probatur. Rom.conſ.cxiij.Alex.conſil.xxiiij.vol.ij.Brun. de indic.v.q. principali,ad fin.Hip.conſ.cix.& ſing. xxij. confeſsio offenſi.& in §.diligenter.in pract.ſua Petr.Girar. in ſing.lv. Io. de Arno.in commen.xx.& cautel.iij. Matth. de Afflict. in conſtitut.ſi damna clãdeſtina.notab.xiiij.ad fin. itaq; ſufficiens erit indicium,vt in carcerem ducatur. Nec admodum inuitus accedit Bertran.conſil.cxxxvij.col ij. vol. ij. & hanc eſſe

commun

communem aſſeuerat Anton.Gomez.nu.16.eo loco,cuius & anteà meminimus,ex eo quòd cùm ad capturam ſimplex & ſummaria cognitio ſufficiat, ex morientis aſſertione in carcerem detrudendus eſt.Iaſ.in l.de die.ff.qui ſatiſd.cog.ad fin. & in l.j.ff.de eo per quem fac.erit.col.ij.Alex.conſ.xiij.vol.3. Ang.Peruſ.in d.l.mater.Anan.in c.exhibita. de homicid.col. ij.Brun.in tract.de indiciis & tort.iij.q. Hinc † definiri poterit aſſertionem defuncti in vltimo vitæ articulo conſtituto minimè ſufficere, vt quis torturæ ſubiiciatur, tametſi mortis temporé reſponſio fiat publica iudicis authoritate, etiã iuramento præſtito. Et huius opinionis authores habeo Rom.Ang.& Ioan.Ign.in d.§.j.idem tamen contrariam ſententiam ſelexit in d.l.mater.quem Alex.ſequitur conſ.xiiij. lib.iij.num.5.& Bertrand.d.conſil.cxxxvij.lib.ij. ſi † tamen vulneratus in extremis vitæ conſtitutus, profiteatur ſe non fuiſſe vulneratum à Petro,plurimum proderit hoc teſtimonium ipſi Petro, ex d.l.ſi quis in graui. §.j. adeò vt torqueri non valeat,etiam ex legitimis indiciis, Bald. in l. j. & inibi Iaſ. C.commun.de leg. Alexand.præcitato conſil.xiiij.nu.2. itidem conſil.j.num.16.vol.iij.Hip.ſing.xxij.Girar.lv.Alcia. de præſumpt.reg. iij.c. iiij. ad fin. qui admonet non eſſe ſeruandam hanc Baldi ſententiam.vbi indicia forent valde vrgentia. Et verè tunc iudex iuſtiſsimè torquebat huius criminis reum, minimè obſtante occiſi atteſtatione: ipſéque Alciatus, ſi in ea ſpecie caſus accideret, torturæ ſubiiceret, firmat: & niſi adeſſent indicia vrgentiora, priori ſubſcriberem ſententiæ: ſiquidem potentior eſt præſumptio, quæ ex defuncti confeſsione conſtat,quàm contraria, vti argumento optimo deſeruit text.in l.qui cùm maior. §.fin.ff. de bon. libert.l.Paulus.in ij.§.j.eod.tit.tex.in l.mater.C.de calumn. Bald.in l.j. C. communia de legat. nume.31. cuius meminit Iaſ.pro ſing.inibi nu.12.& in l.j. de eo per quem factum erit. numero 9. & in d.l.de die. ad finem. Auguſt. Arim.ad Ang. in tract. malefic. in parte, qui iudex approbationem ſuæ inquiſitionis. Felin. in cap.j.de præſumpt.numero 18.Hippol. conſil.xvij.numero 10.in practica ſua §.diligenter. nu. 200. Aret. in cap. tertio loco.nume. 11. de probat.Felin. in cap.j. de præſumpt. numero 28. Alexand. conſilio xiiij. volumine tertio, & conſilio vigeſimo quarto,numero 11,volumine ſecundo,ex nouioribus Antonius Gomezius in cap.xiij. deli-

ctorum.num.17.ad fi.ex quo aliqua coniicienda ſunt ex hac principali aſſertione, quæ partim hanc totam quæſtionē de-
18 finiat, partim aperiat. Et primò apparet ex præmiſsis: ſi † moriens profiteatur in vltimo vitæ ſpiritu ſe culpa medici à vita diſcedere, non tamen ex vulnere percuſſorem immunem non reddere conſtat, ni & cōiecturis, & aliis indiciis apertiſſimis appareat, ſicuti poſt gl. definière Bal. Ang. in l.ij. de calumniat. Bald. in l.j. in vlt. col. ver. ſed poteſt teſtator. C. commun. de leg. & cōueſtiri poſſet ex gl. in l.ij. ff. ad Sylla. & inibi Bartol. Alber. Ang. Bal. Rom. Cum. & interpretum maior pars, Gandinus in tract. malefic. in rubrica de tranſact. & pactis in maleficio faciendis. Nihilominus teſtantis aſſertio multum proderit, vtpotè ex tali morientis confeſsione delinquenti ignoſcatur, ex l. ſecunda. ff. ad Syllan. & inibi Dinus, Bald. Alberic. itidem Bald. in rubr. de treuga & pace. colum.j. in vſibus feud. ſtantéque regia lege in his regnis. xxij. tit.j. parte vij. qua definitur remiſsio delicti facta cum offenſo, pœna corporalis minime infligitur: & cùm ex tali confeſſione morientis delicti remiſsionem appareat argumento text. in l. tale pactum. ff. de pact. & inibi Bart. & Bal. proderit quidem moriētis teſtimonium. l.ij. ad Sylla. ff. & inibi Din. Alber. Bald. Anton. Gomezius num.17. eo in loco, cuius & anteà meminimus. Et nos infrà, libro tertio. De tranſactione homicidiorum tractantes pleniori adnotabimus manu.

Secundò, ſi rationē principalem dictæ q. obſeruemus, pla-
19 nè † conſtabit moriētis teſtimonium, nec eius dictum alicui non prodeſſe, ex Bal. in l. generaliter. vlt. not. C. de non num. pec. aſſeuerāte teſtem non poſſe id, quod in iudicio dixerat, infringere, aut retractare in alterius præiudiciū, & dānum, etiam ſi mortis tēpore aſſeueret falſum dixiſſe teſtimoniū. Idem Bart. Salic. in d.l. ſi quis in graui. §.j. per tex. inibi Iaſon in d.l.j. col.ij. de homic. itidem col.j. & Aret. in c. ſicut nobis. de teſt. licet de hoc dubitet Rom. & Ign. in d.l. ſi quis in graui. §.j. Hip. nu.41. in d. rubr. de fideiuſ. ff. ab opinione tamen Bar. nec latum quidē vnguem diſcedendū eſſe exiſtimo, quæ & frequentiori calculo recepta eſt, teſte Alex. in l. ſciendum. colum.xij. ff. de verb. oblig. Dec. conſil. clxxv. nume.7. Alciat. de præſumpt. regu.iij. cap.iiij. num.7. Tertiò ex eodem fon-
20 te definiri poterit, ſi † notarius à vita diſcedens in extremis conſtitutus profiteatur inſtrumentum falſum confeciſſe in

alter

alterius præiudiciũ, vel teſtis dicat protuliſſe teſtimonium falſum, minimè nocet tertio, illo inſtrumento vtenti ex Bal. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. itidem in d. l. ſi quis in hoc genus. Anton. ſignanter in c. fin. de ſucceſs. ab inteſt. idem cenſendum eſt, ſi & teſtis pretio & prece corruptus falſum protuliſſe teſtimonium fateatur, tertio non præiudicat, ex Bar. Rom. in d. l. ſi quis in graui. in princ. Rom. conſ. cccccl. Frāc. Curt. conſ. lxx. Ant. Butr. in c. ad audientiam de preſcrip. & in c. comparati. de appel. Barb. conſ. xxx. col. vj. vol. j. & text. in l. j. §. ſi quis filium. ff. de Carbon. edicto. & inibi Ang. & Rom. Alex. in l. generaliter. col. j. C. de non num. pec. Bart. in auth. ſi dicatur. col. ij. eod. tit. Ioannes Lopi. ſuper cap. per veſtras. de donation. inter. quinto notab. numero 10. ex nouioribus Alberic. ſatis diligenter in cap. quoniam. de hæreticis. lib. vj. quæſt. xvj. fol. 163. Boër. conſ. xl. num. 118. Ex eodem ſtipite præ cæteris ſatis iure probatur † iudicis aſſeſſoris ſve teſtimo- 21
nium etiā in mortis articulo aſſeuerantis iniquam protuliſſe ſententiam in præiudicium Victoris, minimè probare, ex Bar. & Ro. in d. l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriēs. ni, forte fortunà eſſet iuris præſumptio cōtra latam ſententiā, ex mente Abb. nu. 12. in c. ij. de arbi. quē & alij idem profeſsi ſequūtur. Bal. in l. ſi teſtis. n. 3. C. de teſt. Felin. in c. per literas, nu. 20. de præſc. Iaſ. nu. 4. in d. l. j. de eo per quem factū erit. Ang. conſil. cccix. itidem & Imol. in l. j. §. ſi quis negat. ff. quemadmodum teſtamen. aperian. Abb. in cap. cauſam. de teſti. Innocent. in c. cùm dilectus. de election. quibus & plerique alij acceſsēre, quos coogerit Boër. d. conſ. xl. nu. 119.

His ſanè perpenſis, & ad pulmonem reuulſis rationibus, ſatis dubiam eſſe cōſtat Antonj opinionem hac in quæſtione, eo in loco, cuius & anteà meminimus: à qua pleriq; alij doctores diſcedunt, inter quos & Alber. in c. j. de hæretic. in vj. q. xvj. num. 72. & ante eum Imol. Areti. col. vlti. Felin. concluſ. tertia, in d. c. cùm in tua. Ego autem miror doctiſsimos viros hoc ita ſcriptum reliquiſſe. In qua ſpecie, vt diluantur errorum cauſæ, noua fortaſsis erit adhibenda diſtinctio, vtpotè Antonij opinionem, nec omnino explodendam, nec admittendam exiſtimo. Siquidē inſpectis negotij, loci, temporis perſonarúmq; qualitatibus, quantum fidei, & teſtimonio teſtis ſit detrahēdum optimus iudex arbitrabitur, ſit ne probatio ad ſententiā ferēdam ſufficiēs, quòd in ſpecie opi-

Quis dicatur in iure letali vulnere affectus, & de vulneris letalis atteſtatione pleraque reſponſa veterum explicata, & alio ſenſu, quàm qui vulgatus eſt, intellecta. CAPVT XIII.

SED antequàm in diſputationis hucuſq; arenam condeſcendam: de letali vulnere affecto
1 illud memoriæ repetere libet, quid † ſit vulnus, & ex conſulto in l. ſi ſeruus. §. rupiſſe, inibi, vt ſcinderet alicui corpus, vel timorē faceret. definitum extat, quòd vulnus eſt tumefactio, aut inflatio corporis, & inibi Bart. Bald. Floria. primo notab. ff. ad leg. Aquil. Bar. idem profeſſus in l. lex Cornelia. §. j. & iterum in l. prætor edixit. §. fin. ff. de iniur. ibi, inter pulſationem, & verberationem. Et rurſus in conſ. cix. in nomine Domini. Felin. in c. cùm illorum. de ſentent. excom. & id quidem quando ſciſſuram ab intra fecerit, non tamen extra cutē, Bald. in l. ſi prædium. & in l. fi. C. de ædil. edict. Capo. conſ. xlj. col. ij. Cardi. Alexand. in cap. j. colum. iij. verſ. quid ſi vulnus. quibus mod. feudum admitt.

Quid ſit vulnus.

2 Cæterùm † & illud diſcuti oportet, vulnuſculū modicum vulnus cenſeri, ex l. j. §. perinde leuis febricula. Et inibi Bal. ff. de ædil. edict. & in præcitata l. ſi prædium. Corn. idem profeſſus conſ. xxxviij. litera B. volum. primo. Andr. Barb. conſ. lxj. col. iiij. verſicu. & quod notat Bald. volum. tertio. Quod maximo iuris apice deſeruire videtur ad pleraque municipalia ſtatuta, loquentia de vulnere non eſſe intelligenda in vulnuſculo, ex Angel. in l. extat. ff. quod met. cauſ. aſſeuerāte ſtatuta eſſe intelligenda de vulnere magno, non tamen de leuiſsima inciſione, quæ eſſet abſque ſanguinis effuſione. l. j. §. pen. inibi, niſi aut vulnera ipſi fecerunt. ff. ad Syllani. Alexan. conſ. ciij. volum. primo. & conſilio 100. num. 8. volum. ſexto. & iterum conſilio clxxxvj. nu. primo. libro ſeptimo. Hipp. idem profeſſus conſil. lxxj. num. quarto. volum. primo. & in conſil. lxxx. numero 15. itidem conſilio ciij. numero 16. vol. ſecundo. Et rurſus in ſua practica. §. & quia. folio 133. nume. primo. Angel. Aretin. in ſuo maleſic. tracta. in verb. vna alia percuſsione. verſic. quæro, ſtatutum punit vulnus. fol. 65. Ex qua Baldus in capit. primo. §. primo, quibus modis feudum

admitt

amittatur.& inibi Card.Alex.col.iij. verſic. quæro vtrum id. ſcribunt,quòd negatiua illa, Aſſeuerāte vulnus magnū in loco periculoſo nō fuiſſe cauſam mortis, eſſet difficilis probationis.Fel.in c.presbyterū.col.j.de homic.Cęp.cōſ.lxij.col.3.

Ex † quo inſignem differentiæ rationem exiſtimo eſſe conſtituendam inter vulnus & vlcus:ſiquidem vulnus dicitur illatum, & vlcus innatum,ex glo.quæ expreſsim idem definit in l.ob quæ vitia.§.fin.ff.de ædil.edic. in verb. aut mediocre vlcus,& ex illo carmine definiri poterit. 3

Illatum vulnus,innatum dicitur vlcus.

In quo dubio,ſecundum medicinæ authores, aliam aſsignant differentiæ rationem,de qua eſt vtique videndus Gui. de Caulia.in ſua chirurgia,tit.de vulnerib.c.j.& iterum tit. de vlceribus.c.j. Galen. ſignanter in quarta Terap. Ioan. de Hug.in ſua praxi,in arte chirurgica, lib.iij. de vulner. & an vulnus poſsit eſſe abſque ſanguine,explicat Catal,de ſyndic. quæſt.cxxxv.glo.in c.j.de conſecrat.eccl. vel alt. & ſerioſè id explicat Gal.lib.j.de ſpeciebus ſalutis.& lib.de reg.ſanitatis. quibus in locis ad nauſeam vſque id explicatur.

Secundò illud non minimam dubitationem facit, cùm de vulnere letali agendum ſit:quæ † ſunt loca & partes in hominis corpore,in quibus quidem vulnera illata exiſtimantur letalia,ſeu mortifera,& Bal.in conſi.cxcv.verſic ſecundò dixi.exiſtimat,quòd ſi in gula,pectore,capite,inteſtinis, & huiuſce ſimilibus, letalia vulnera exiſtimantur: cùm caput ſit principale organum ſenſus,cap.presbyterum.de homicidiis. inibi,percuſsit in capite.Bald.in cap.j.§.adhuc. colum. iiij. de pace iuram.firman.Cumanus conſi. cxxxiiij. viſis denuntiationibus. in princip. Et huius ſententiæ authores habeo Socin.conſi.xxvj.primo aſpectu.colum.j.volum.j.Corn.conſil.cclxxiiij.in litera T. volum.j. Felinus in cap. ſignificaſti. columna ſecunda.de homicidiis.Angelus in l. ſi quis in metallum. C. de pœnis. & pleraque alia : de cicatrice eſt videndus Bald.& Alexan. inibi, in dicta l. ſi quis in metallum. & quid de vulnerato cum ſagitta venenata, tradit Bald.conſil. cxc.& conſil.cccij.colum.ij. in ea ſpecie tempus non patitur conſilium deliberandi,ex l.j.ff. de exercit. actio. Quibus in locis plenæ ſunt chartæ codicéſque refecti. 4

Quamobrem quædam hic adnotare ſatis congruum viſum eſt, eò maximè circa Zazij ſententiam, lib. ij. ſingula-

rium

Ex quo primo illud conſtitutiſsimum eſt, an † vulnus ſit mortale, necne, iudicio medicorum relinquendum eſſe, ex l. ſi ab hoſtibus. §. j. ff. ſol. matr. l. ſi maritus. ff. locati. c. ſignificaſti. in ij. de homic. Spec. idem profeſſus, tit. de homic. §. j. col. j. ver. pone. Bal. in c. j. quib. mod. feud. amit. Card. poſt Matth. in clem. j. & inibi Imola colum. vlt. de homic. Signorolus de Hom. conſi. lxiij. col. ij. & conſi. clv. col. vj. in princ. iij. dubio. itidem conſi. clxiij. Florianus in l. ait lex. col. ij. ff. ad l. Aquil. Soc. idem profeſſus conſi. clxxviij. col. ij. lib. ij. Et huius ſententiæ authores habeo pleroſque alios, inter quos & Bald. conſi. ccxxxij. col. ij. vol. ij. & rurſus conſi. cccxxviij. vol. ij. Paris à Puteo in ſynd. tract. ver. tortura. verſic. officialis. Gand. tit. de homic. col. penult. Et ex nouioribus hanc veriſsimam exiſtimant ſententiam Tho. Gram. conſi. ij. & conſil. xlix. & xxiiij. Et an ex vulnere ſigna mortis præceſſerint, necne explicat Hipp. conſi. xvij. Quo fit hanc eſſe communi conſenſu receptam ſententiam medicorum iudicio relinquẽdum eſſe ſit mortale vulnus, necne, eleganter explicat And. de Iſer. in c. j. iij. col. hic finitur lex Corradi. itidem in cõſtit. terminum vitæ. & eſt tex. ad id inſignis in l. ſemel. C. de re milit. lib. xij. l. j. §. j. ff. de ventre inſpic. Quibus & illud conuenit adnotare in hoc duntaxat tractatu, ſi ſanè † medicus, aut chirurgus profiteatur vulnus minimè eſſe letale, ac deinde percuſſus mortem obiit, vulnerantem non eſſe homicidij reum cõſtat, ſicuti definitum extat apud Ioan. de Platea, & Lucam à Pen. in præcitata l. ſemel. de re milit. C. quibus libenter accedit Maſuer. in pract. ſua, tit. de præſumpt. num. 7. Bart. Iacob. Rebuf. in d. l. j. Bart. Alber. & Doct. in procem. Digeſtorum, in princ. Dec. conſil. cccexv. num. 8. Iacob. à Bello viſu in tract. crimin. tit. de quæſt. fol. 106. col. iij. Cæp. conſi. xxviij. col. iiij. Bald. conſi. cv. Andr. de Iſer. in j. conſtit. Neapol. fol. 18. num. 11. Nicol. Boërius omnium diligentiſsimè in deciſ. cccxxiij. num. 21. parte ij. & in hoc negotio, qui exigantur medici, tradit Bart. in tract. de percuſsion. & in d. l. j. cuius additionator litera C, plura congerit. Iaſ. in d. l. j. §. fin. num. 11. Abb. & eius additionator in c. ſignificaſti. de homic. & in c. propoſuiſti. num. 11. litera G. de probat. Reſtat † & illud expendere in hac controuerſia, duobus ſanè medicis peritiſve in arte magis fides adhibetur, aſſerentibus vulnus eſſe letale, quàm viginti contrarium exiſtimantibus, not. glo. in cap. j. de præſcrip. lib. vj.

6 *Iudicio medicorũ relinquitur, an vulnus ſit letale.*

7

8 *Medicis affirmantibus pauciorib⁹ magis fides adhibetur quàm pluribus negantibus.*

lib.vj.Bal.in l.actor.C.de probat.& in l.ij.C.de reſcin. vend. col.vlt.Imola in l.inter pares.ff.de re iudic.Fel.in d.c.propoſuiſti.ad fin.Gand.in rub.de homic.ad fin.idque explicat Soc. in tract.fallen.reg.ccccxxvj.& Alex. conſil. cxlviij.vol .ij. his ſanè creditur tanquam peritis.Bar.in l.fin.ff. de ſica. & inibi Hipp.Bar.& Bal.in proœ.Digeſt.Bal.in d.c.j.quib.mod.feu. amit.Abb.Anan.in c. prætereà. de clerico percuſſore. Doct. in d.c.ſignificaſti.lib.ij.Cæp.idem exiſtimat conſi.xlj.& xlij. & xxviij.Ang.in d.gl.ex interuallo.Tho.Grā.in voto xxiiij. & conſi.ij.& xlix.quæ omnia vera eſſe cēſeo, ni notoriū eſſet vulnus eſſe letale:eo ſiquidem caſu minimè requirēdum eſt medicorum iudicium,docet Bald.in l.ij.col.ij. C. vt quæ deſunt aduoc.Fel.in præcitato c.propoſuiſti.ad fi. Hip. in rub. C.de prob.num.169.itidem in l.j.§. ſi ſeruum.ff. de quæſt. & in pract.§.aggredior.num.130.vtpotè, ſi eſſet notorium vulnus eſſe letale ex eo,quòd conſtabat eſſe percuſſum in capite alióve corporis loco periculoſo,vti cōſtat in d.c. ſignificaſti. explicat And.in conſtit.terminum vitæ. & inibi Matth. iiij. fallen.verſi.quis probauit. cæterùm probatur per famā vulnus eſſe letale,vt per And.& Afflic.inibi. Rurſus hoc in ne-

9 gotio,quod obiter menti occurrit,adnotandum viſum † eſt, an neceſſariò requiratur, quòd iſti medici peritique in arte ſint inſigniti doctorali dignitate an etiam ſufficiat practicos eſſe tantùm?in hoc dubio paſsim recepta ſentētia exiſtimat minimè requiri doctorali dignitate decoratos eſſe. Siquidē fœmina & ſeruus eſſe poſſunt medici, ac in arte deponere, vti aſſeuerat Alex.conſi.xv. ad fin. vol.j. Bart. eleganter in l. ſciendum.ff.de ædil.edic. Anan.in rub. de magiſtris. Abb. & Fel.in d.c.propoſuiſti.de probat. Iaſ. in l.ij. in princ.ff. quod quiſque iuris.Matth.in d.conſtit. terminum vitæ. etſi refragari videatur,quòd teſtes, qui peritiam artis medicinæ minimè habent,tametſi deponant vulnus non eſſe mortale,vel mortale,fides eis non adhibetur,tex.ad id optimus in auth. de ſanc.Epiſ.§.j. collat.ix.Bar. cæteriq; huius claſsis autho-

An exigatur, quòd deponentes ſint graduati.

10 res in proœm.Digeſtorum, Innoc.& alij plerique in c. cauſam.de teſtib.And.in d.conſtit. terminum vitæ. niſi & teſtes deponerent,quòd famā ferebatur vulnus eſſe letale. Matth. inibi iiij.fallent. His † etiam conuenit adnotare plures exigi medicos,qui in hoc caſu teſtificentur. l. ſemel.C. de re mil.lib.xij.Bar.in j.conſt.Digeſtorū.& inibi Bal. col.iij. quo in loco

Plures exigi medicos in atteſtatione vulneris.

in loco Alex.ad Bar.pleroſq; allegat Io.Anan.in c.ſignificaſti.col.v.de homic,Petr.Iacob.in pract.tit. de actio. ex empt. Guido Pap.conſi.clxxvj.nobilis,Petr.col.ij.& ante hos Bart. in l.j.§.j.ff.de vêtre inſpic.ex §.quod ait,in auth. de nõ alien. col.ij.Caſtren.in l.qui luminibus.ff.de ſerui.vrb.præd. Ang. in l.quod ſi nolit,§.mancipium.ff.de ædil,edic.Franciſ. Auil. c.ij.prætor.num.9.in verb.*Niguno*.Boër.in deciſi.cccxxiij.nu. 23.par.ij.& Ant.Gomez.c.iij.delictorum. num. 28.& id quidem,ſi ſint in ciuitate,aut loco, vbi vulnus letale infligitur, ſin minus eo in loco,vbi percuſſus eſt,non adeſt copia medicorum,nec chirurgorum ſufficit vnius atteſtatio, textus celebris in auth.de non alien.§.quod autem. aſſeuerat Bart. in proœm.Digeſtorum.col.iiij.& in l.i.§.j. ff.de ventre inſpic. Doct.in d.c.propoſuiſti.& in præcitato c.ſignificaſti. Bart.in l.idémque.ff.pro ſocio.Roma.conſi.xxij.Cæp.d.conſil.xviij. Hipp.in d.l.fin.Auguſt.poſt Ang.in verſi. vna alia percuſsione.Hippol.in l.diuus Pius.ff.de quæſt.itidem in l.infans.ff.de ſicar.& in l.j.§.ad quæſtionem.ff.de quæſt.tametſi ab hac ſententia prorſus diſcedat Abb.in d.c. propoſuiſti. exiſtimans minimè vnum ſufficere,quinimò ad loca vicina mitti debere pro alio.Cuius exploſa ſententia,me ſubſcribo priori opinioni authoritate Bar.in præcitata l.ſemel.& in tract. de peſte.verſi.lata culpa.aſſeuerante vnum ſufficere, præſertim ſi & is in arte peritus eſt.Itidem Bar.in l.i.§.fin.ff.de verb.obl. Felin.in præcitato c.propoſuiſti.ij.concluſ.fallen.iij. Thom. Gram.conſi.xlix.Fel.in d.c.ſignificaſti. præſertim ſi is medicus ſolus,qui deponit, haberet ſtipendiũ de publico, eius dictis fides adhibetur,docet Bar.in l.j.per tex.inibi.C.de põde. & aur.lib.xj.Galiau.in l.j.§.fi.ff.de verb.obl.Nic.Boër.in deciſ.cccxxiij.nu,4.quod ſanè ipſe exiſtimo intelligendũ,ni ciuitatis ſtatutũ contrariũ diſponat,vtpote ſi exigeret duorum numerũ,tunc equidem vnius atteſtatio minimè ſufficeret,ni ſtatutũ dicat,ꝙ procedatur,ſola facti veritate inſpecta:Siquidem tũc vnus ſufficit,Th.Grã.cõſi.xxij.Paris in trac.ſyn.ver. ſententia. Rurſus intelligo, niſi & is vnus eſſet bonæ famæ, aliàs eius atteſtationi nõ ſtatur.Bal.profitetur in Spec.tit.de homic.§.j.ver.ſed pone.Aug.poſt Ang. in d.gl. vna alia percuſsione Tertiò intelligo,niſi medicus originem traheret à gẽte Iudaica, ſiquidẽ ei fides nõ adhibet, nec ſtari debet eius dicto,Alex.cõſ.xxxvj.vol.j.Euer.poſt Aug.d.gl. vna alia per-

cuſsio

cuſsione. Et quòd medicum vna quæque ciuitas debeat habere, tradit Ripa de peſte. fol.74.num.50. poſſet tamen ciuitas ſine medico eſſe, ex Cagn. in l.ij.§.poſt originē. nu. 208. ff.de orig.iur. ex Plin.lib.29.aſſerente Romanos annis ſexcentum medicis carere voluiſſe, quibus receptis, rem in deterius veniſſe. Quapropter dicebat Strabo lib.vj. quibus plures ſuperſunt medici, multas adeſſe ægritudines. Vnde Socrates (vt Plato ſcribit) vetuit ne medici in ciuitate multiplicarentur. Quibus & illud conuenit, veluti totius capitis coronis, quòd ſi inuicem contrarientur medici in atteſtatione vulneris, ſtandum eſt maiori numero, & authoritate ſuperioribus.l.iij.§.j.verſic.numerus.ff.de teſtib.Bar.in præcitata l.j.verſic.vlterius.ff.de vent.inſpi.& in l. admonēdi.xiij. col.ver.quæro.ff.de iureiu.& in l.vulgò.ad fi.ff.de admin.tut. Ant.Butr.in c.cùm dilecta.not.v.de elec.Cin.ante hos in l.in bonæ fidei.C.de iureiu.q.vlt.cæterùm ſi numero pares ſunt, dignioribus fides adhibenda eſt.l.iij.§.eiuſdē.inibi, aliàs dignitas.ff.de teſti.In quo dubio quid agendum ſit, ſi periti in arte ab imperitis in atteſtatione diſſentiant, explicat Cin. in l.diui fratres.ff.de iu.patr.Ang.in proœ. Digeſt. Ex profeſſo Canonicæ Philoſophiæ adſtipulatur Imol.& Ant. in præcit. c.propoſuiſti. Alex.poſt Bar.in l.ſi ad fi.ff.de ſica. Etenim maior fides adhibetur peritis paucioribus, quàm pluribus imperitis. Spec.aſſeuerat in tit.de prob.§.fi.ver. hoc quoq;. pro peritioribus adſtipulatur gl.in c.vt te verū.l v. diſt. Fel. in d.c. propoſuiſti. his etiā q veriſimiliora deponūt, ac iuri cōſona, fides adhibēda eſt, teſte Bal.in c.j.col.v.quib.mod.feu. amitt. l.ob carmen.§.fi.ff.de teſti.c.licet cauſam.de prob.tametſi numero pauciores ſint, vti conſtat ex d.§.fi. Quibus accedit rationem reddentibus maior fides adhibenda eſt. Pleriq; noſtrę claſsis viri in ea ſunt ſententia: ſiquidē Iacob.Butr.Bald. in l.presbyteri.ad fi.C.de epiſc.& cler.in c.j.§. ſacramētum. de conſuet.recti feudi.Roma.in l.j.in princ. ff.de noui oper. nuntia.Notandum etiam eſt, maiorem fidem adhiberi teſtibus in ſpecie deponentibus ſuper vulnere, quàm in genere: quæ explicat Nic. de Neapoli in l.turpia. ff.de legat.j.Imol. in c.auditis.de præſcrip.ſatis diligēter Nicol. Boërius deciſ. cccxxiij.nu.24.char.ij. Subſequitur, etiam dubium diſſoluendū: ſi ſanè deponentes ſint numero pares, dignitate, ſcientia, cæteriſq; qualitatibus: ex vtroque latere magna pars au-

In pari numero deponentium quid.

thor

thorum multum effuderunt tractatum in hac controuerſia. Siquidem plerique in ea ſunt ſententia, contra percuſſorem eſſe iudicandum, aſſeuerat Bal. in cap. j. in princ. vj. col. quib. mod. feud. amit. Catellia. in tract. ſyndic. verſic. ccxxxvij. in verbo, adde quòd quando. Feli. in d. cap. presbyterum. col. j. de homicid. Hippol. in l. j. col. iij. verſic. item pro hac parte. C. de ſicar. Itidem in l. j. §. diuus. ff. eod. Thom. Gram. conſil. xl. col. j. Paris in tract. ſyndic. in verbo, tortura. c. officiales. col. ij. Nic. Boër. loco præcitato. Prædicti tamen doct. in veritate decipiuntur, & ſuo fruſtrantur voto in hac noſtra ſpecie, in qua nec doctorum authoritas, nec ratio adiuuat, quin etiam à veritate ipſa diſſeratur, quorum ſane defectus in hoc dubio nunquam purgabitur. Atque ideo contrariam opinionem abſq; vllo dubio tenendam eſſe cenſemus, exiſtimantes mitiorem partem, quòd vulnus non ſit mortale, nec percuſſum à vita deceſsiſſe ex vulnere iudicandum eſt. Atq; ita huius opinionis authores habeo Bald. conſil. cxcv. vol. j. itidem in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. Cuma. explicat conſil. clxiiij. col. ij. Anchar. conſi. cclxxxv. Soc. conſ. clxxviij. col. iiij. Fel. idem opinatur in præcit. cap. propoſuiſti. ad fin. Roman. in l. j. §. fin. ff. de verb. oblig. Hip. in d. §. diuus. col. ix. glo. & inibi doct. in c. clericus. lxxxj. diſt. & tradita in regula, fauorabiliores. de reg. iur. & quæ doct. in hoc dubio contrarium opinantes miſcent, tam ſunt frigida, vt nullla confutatione egeant. Quibus ſanè reſpondit Cæpola præcit. conſ. xxviij. ad fi. & quonam mo lo debeant deponere iſti medici, & an iis fides adhibeatur, ſi ſanè de crudelitate deponant, explicat Bar. in l. j. §. j. ff. de vent. inſpic. & inibi Alex Bar. Bald. in procem. digeſt. Par. de Put. in tract. ſyndic. verbo, tortura. verſic. oficialis. Ioan. Andr. Abb. & plerique alij in c. fraternitatis. poſt gl. ij. de frigid. & malefic. Felin. in d. cap. propoſuiſti. iij. col. poſt Ant. & Abb. inibi, & an † neceſſario dictis 11
eorum ſtare debeat iudex, aſſeuerantibus vulnus eſſe mortale necne, docet Bar. in d. l. ſemel. C. de re milit. lib. xij. Andr. in præcit. cõſt. terminũ vitę. q. v. Et medici in deponẽdo circa vulnus mortale, maturo cõſilio, pẽſata animi deliberatione (teſte Caul. in ſua chirurgia, tit. de vulneribus. c. j. col. vij. Bal. in rub. C. de prob. col. ij.) agãt. Ex his etiã poterit examinari quæſtio illa, ad quẽ ſanè medicorũ electio pertineat, ad iudicẽ ne, an verò ad partes? In qua ſpecie Gãd. reſpõdit ad partes

Medicorũ electio an ad iudicẽ partéſve pertineat.

o

pertinete:is,inquam,in rub.de homic.ad fi. Siquidem in his minimè iudex poteſt officiũ exercere, ni partes ſint diſcordes.Itidẽ aſſeuerat Io. And.ad Spec.tit.de homic.§.j. in prin. Augu.pleniori manu idẽ profeſſus poſt Ang.in tract. malef. ver.ex interuallo.illud tamen conuenit perpẽdere:Quoties
12 ex† cõſeuſu litigantiũ,teſtis,peritúſue in arte,perſona priuata eſt,non eſt neceſſaria citatio, nec præſentia litigantiũ ad iuramentũ.Bar.in l.Theopõpus.nu.9.ff.de dote prçleg.Ant. in c.veniens. in j. de teſtib.vij.par.nu.250.Et hanc profitetur communẽ Dec.in c.ij.de teſtib.col.pen.Alex.cõſ. cxxx. nu.5. lib.j.Tametſi contrariũ exiſtimet Abb.in d.c.ij.nu.13.& Fel. inibi nu.14.dubitet,tutiórq; ſit Abb.ſentẽtia. Nihilominus ab opi.Bar.recedẽdũ non eſt,cùm ea ſit crebriori calculo recepta.Is tamen qui à iudice electus eſt medicus, agrimẽſor, aliúſue peritus ad cauſç definitionem,poteſt nec vocato,nec citato litigante id facere.Bar.loco præcit.nu.11.ex notatis in l.ſi quando.C.de teſtib.notat Aret.in §. quædã. de act. ad fin. Feli.in c.quia iudicãte.col.j.de præſcr.Cur. Iun.conſ. xxxiij.
13 col.pen. Subſequitur & alia ſpecies, † quoties conſtat iudicio medicorũ vulnus fuiſſe, & eſſe mortiferũ, & in hoc caſu ſiue percuſſus medicũ non adiuerit,aut tandem imperitũ,& moriatur,homicidiũ percuſſori imputatur, non tantùm vulnus:ſicuti hoc in negotio ſenſit Alex.in d.l.ſi ab hoſtib⁹. §.j. col.ij.omniũ diligentius Soc.conſ.clxxviij.col.ij. gl. & Alb. in l.huic ſcripturæ.ff.ad leg. Aquil. Etenim minimè excuſat offenſi exculpatio,aſſerẽtis ſe à vita diſcedere nõ ex vulnere, ſed vtiq; ex mala medela,ipſum percuſſorẽ,ſi ſane ex diuerſo extẽt ꝓbationes,ac depoſitiones medicorũ,vulnus mortale habere vulneratum. Et huius ſententię authores ſunt Anch. in c.ſi.de ſucceſ.ab.inteſt.Fel.in c.literas.pe.col.de pręſump. Hip.profitetur in ſing.xxij.itidẽ in pract. §.diligenter.xviij. char.verſ.quęro vlterius.& in §.reſtat.& §.& quia.&in ſing. lxxviij.Quibus in locis plenæ ſunt chartæ codicẽſq; refecti, Nic.Boer.deciſ.cccxxiij. nu.24.col. v.par.ij.& nos.c.ſeq.ple-
14 niori manu trademus. Cæterùm ſi à pluribus percuſſus,viuáque diſcedens, & medici atteſtatione conſtat obiiſſe mortem ex vulnere Titij, qua aſſeueratione Titius condemnatur: Titius verò alios † peritiores adhibendos eſſe petit: ſi ſanè profiteantur minimè ex vulnere Titij deceſsiſſe,ſed ex alio,ſententiam minimè eſſe executioni mandandam,cùm

Si conſtat vulnus ſe letale.

De eadem re ſi probatione contraria cõſtet.

ſit

ſit nulla: ſicuti ſi per falſos teſtes, & inſtrumenta falſa eſſet lata: adſtipulatur Gand. in tit. de homic. ad fin. idem Ioan. And. ad Spec. eod. tit. §. j. verſic. ſed pone. Bal. in præcitata l. ſi ab hoſtibus. ſolut. matr. ff. Rom. in l. admonendi. ix. col. ff. de iureiur. Flor. in l. ſi dominus. cum ſeq. ad fin. ff. ad leg. Aquil. Ang. in l. ꝓ ſi nolit. §. ſi mancipiũ. ff. de ædil. edic. Bal. & Salic. in l. teſtium. C. de teſtib. Anan. in d. c. ſignificaſti. Et hãc profitetur communem Fel. in d. c. propoſuiſti. iiij. col. Tametſi ab hac opin diſcedat Abb. & Aret. quos refert Felin. in d. c. ſignificaſti. Dec. q. iij. in d. c. propoſuiſti. & xxiiij. q. Quoties ſtandũ eſt ex lege reſpõſioni alicuius iuratæ, probatio in cõtrarium admittenda eſt, gl. in d. c. propoſuiſti. & in d. c. continebatur. & in c. ij. verbo, effectata. de tempor. ord. lib. vj. glo. in l. ij. §. ſi abſens. & ibi Pau. Caſtrenſ. Alex. Soc. Iaſ. ff. ſi ex noxali cauſa. Angel. in l. qui vas. in princ. ff. de fur. Fel. & Dec. col. ij. in præcitato c. propoſuiſti. quorum opinio communis eſt, teſte Alex. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. columna pen. Iaſ. in d. l. quando. col. iiij. & in repet. l. admonendi. num. 304. Angel. per tex. inibi, in l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. Optimus tex. in d. l. qui vas. & in l. videamus. §. idem videndum. iuncta l. vlt. ff. de milit. teſtam. tradit Hip. in rub. C. de probat. num. 157. omnium diligentiſsimè Andr. Tiraq. lib. j. de retrac. §. iiij. gl. j. Solent non leues oriri contentiones in ea quæſtione, quæ his proxima eſt, vulnerati aſſertionem aſſeuerantis in articulo mortis ex pluribus vulnerantibus Petrum percuſsiſſe letaliter, minimè probare, tex. celebris in l. ſi quis in graui. §. peregrè. ff. ad Syllan: vbi ita ſcribit Conſult. aſſertionem † vulnerati, dicentis etiã in articulo mortis à Titio ſe eſſe percuſſum, minimè probari. Rom. & Io. Ign. inibi, Ant. in c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. Ioan. Andr. ad Spec. in tit. de don. inter vir. & vxo. §. j. Bal. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cler. Girard. ſing. lv. Nic. Boër. deciſ. xc. nu. 7. doct. in l. rationes defuncti. inibi, etſi in vltima voluntate. C. de prob. Bar. Salic. & doct. in d. §. j. Aret. Felin. col. j. in c. ſicut nobis. de teſtib. Fel. in c. exhibita. col. ij. de homic. cuius ratio eſt, quam ex profeſſo citat gl. in c. in cauſis. §. vaſalli noſtri. in verſ. ſicut. de pace Conſtantiæ. in vſib. feud. Siquidem nõ omnis qui moritur eſt Ioannes Euãgeliſta, gl. & inibi Bal. in c. literas. de præſump. Et argumẽto optimo deſeruit tex. in l. verbo teſtamenti. C. de teſta. Bal. in conſ. cccciiij.

Vulnerantis aſſertio an probet.

15

lib.j.itidem conſ.ccclxxxiiij.lib.iij.gl.Bar.Bal.Alber.Angel. Rom.in d.§.ſi quis moriens. Alber.in rub.de hæret.lib. vj.q. xvj. Ant.Gom.de delict.c.xiij.nu.16.& hanc eſſe communem aſſeuerat Alex.in l.ſciendum.col. xij. de verb. oblig.ff.Dec. idem profeſſus conſ.clxxv.nu.7.Felin.num.11.in c.literas.de præſump.Alciat. ſignanter in eo tract. quem prodit de præſumpt.regula iij.c.iiij.nu.7. Et omnium diligentiſsime Iaſ. in l.j.num.16.à 4.vſque ad 15.dilatando chartas,quàm plurimis remiſsionibus declarat,tametſi ab ea ſententia prorſus diſceſſerit Rom.& Io.Ign.in d.l.ſi quis in graui. §.j. & Hip. num.41.in rubr.ff.de fideiuſ. Adhuc ad huius capitis veram reſolutionem cenſeo ex hac morientis confeſsione non eſſe Petrum torquendũ,niſi aliæ coniecturæ,aliáue indicia huic morientis teſtimonio acceſſerint,ex gl.in l.mater.C. de calumn.Cuius meminit idem profeſſus Marcus Ant. Blan. in tract.de quæſt.nu.390.ex nouioribus Ant.Gomez. nume.16. præcitato:& ante hos Alex.conſ.xiij.vol.iij. Anan.in c.exhibita.de homic.Iaſ.in l.j.ff.de eo,per quem fac. erit. col.ij. & in l.de die.ff.qui ſatiſd.cog.Brun.in tract.de indiciis & tort. iij.q.quæ quidẽ gl.aſſertionem defuncti appellat vilem præſumptionem.Quanquam cõtrarium opinentur Iac.de Belloviſu in pract.crim.tit.de indic.xij.indicio.Hippol.in ſing. cccccxvj.itidem in pract.§.diligenter.num.119. & ante hos Ang.in d.l.ſi quis in graui.§.j.ea ducti ratione, quòd nemo propriæ ſalutis immemor in periculo cenſetur. l. vlt. C. ad leg.Iul.repet.gl.in c.ſancimus.j.quæſt.vij. & in c.literas. de præſump.quorum ſentẽtiam,vt immunis ſit,intelligendam eſſe opinor in ea ſpecie,vtpotè ſufficiens indicium non inducatur,ſed tantùm vt Petrus in carcerem mittatur:quod fieri paſsim vidimus,& in praxi ſeruaui,ex Angel. in d. l. mater. Alex.conſil.xiiij.lib.iij.num.5. Bal.Salic.in d.l.tranſigere.C. de tranſact. definiens defuncti confeſsionem nequaquã reo prodeſſe ,ſi ex facti qualitate manifeſtè oppoſitũ probatur. Rom.conſ.cxiij.Alex.conſil.xxiiij.vol.ij.Brun. de indic.v.q. principali,ad fin.Hip.conſ.cix.& ſing. xxij. confeſsio offenſi.& in §.diligenter.in pract.ſua Petr.Girar. in ſing.lv. Io. de Arno,in commen.xx.& cautel.iij. Matth. de Afflict. in conſtitut.ſi damna clãdeſtina.notab.xiiij.ad fin. itaq; ſufficiens erit indicium,vt in carcerem ducatur. Nec admodum inuitus accedit Bertran.conſil.cxxxvij.col ij. vol. ij. & hanc eſſe

commun

communem aſſeuerat Anton.Gomez.nu.16.eo loco,cuius & anteà meminimus,ex eo quòd cùm ad capturam ſimplex & ſummaria cognitio ſufficiat, ex morientis aſſertione in carcerem detrudendus eſt.Iaſ.in l.de die.ff.qui ſatiſd.cog.ad fin. & in l.j.ff.de eo per quem fac.erit.col.ij.Alex.conſ.xiij.vol.3. Ang.Peruſ.in d.l.mater.Anan.in c.exhibita. de homicid.col. ij.Biun.in tract.de indiciis & tort.iij.q. Hinc † definiri poterit aſſertionem defuncti in vltimo vitæ articulo conſtituto minimè ſufficere, vt quis torturæ ſubiiciatur, tametſi mortis temporè reſponſio fiat publica iudicis authoritate, etiã iuramento præſtito. Et huius opinionis authores habeo Rom.Ang.& Ioan.Ign.in d.§.j.idem tamen contrariam ſententiam ſelexit in d.l.mater.quem Alex.ſequitur conſ.xiiij. lib.iij.num.5.& Bertrand.d.conſil.cxxxvij.lib.ij. ſi † tamen vulneratus in extremis vitæ conſtitutus, profiteatur ſe non fuiſſe vulneratum à Petro,plurimum proderit hoc teſtimonium ipſi Petro, ex d.l.ſi quis in graui. §.j. adeò vt torqueri non valeat,etiam ex legitimis indiciis, Bald. in l. j.& inibi Iaſ. C.commun.de leg. Alexand.prætcitato conſil.xiiij.nu.2. itidem conſil.j.num.16.vol.iij.Hip.ſing.xxij.Girar.lv.Alcia. de præſumpt.reg. iij.c. iiij. ad fin. qui admonet non eſſe ſeruandam hanc Baldi ſententiam,vbi indicia forent valde vrgentia. Et verè tunc iudex iuſtiſsimè torquebat huius criminis reum, minimè obſtante occiſi atteſtatione: ipſéque Alciatus, ſi in ea ſpecie caſus accideret, torturæ ſubiiceret, firmat: & niſi adeſſent indicia vrgentiora, priori ſubſcriberem ſententiæ: ſiquidem potentior eſt præſumptio, quæ ex defuncti confeſsione conſtat,quàm contraria, vti argumento optimo deſeruit text.in l.qui cùm maior. §.fin.ff. de bon. libert.l.Paulus.in ij.§.j.eod.tit.tex.in l.mater.C.de calumn. Bald.in l.j. C.communia de legat.nume.31. cuius meminit Iaſ.pro ſing.inibi nu.12.& in l.j. de eo per quem factum erit. numero 9. & in d.l.de die. ad finem. Auguſt. Arim.ad Ang. in tract. malefic. in parte, qui iudex approbationem ſuæ inquiſitionis. Felin. in cap.j.de præſumpt.numero 18.Hippol. conſil.xvij.numero 10.in practica ſua §.diligenter. nu. 200. Aret. in cap. tertio loco.nume. 11. de probat.Felin. in cap.j. de præſumpt.numero 18. Alexand. conſilio xiiij. volumine tertio, & conſilio vigeſimo quarto,numero 21,volumine ſecundo,ex nouioribus Antonius Gomezius in cap. xiij. deli-

ctorum.num.17.ad fi.ex quo aliqua coniicienda ſunt ex has principali aſſertione, quæ partim hanc totam quæſtionē de-
18 finiat, partim aperiat. Et primò apparet ex præmiſsis: ſi † moriens profiteatur in vltimo vitæ ſpiritu ſe culpa medici à vita diſcedere, non tamen ex vulnere percuſſorem immunem non reddere conſtat, ni & cōiecturis, & aliis indiciis apertiſſimis appareat, ſicuti poſt gl. definière Bal. Ang in l. ij. de calumniat. Bald. in l. j. in vlt. col. ver. ſed poteſt teſtator. C. commun. de leg. & cōueſtiri poſſet ex gl. in l. ij. ff. ad Sylla. & inibi Bartol. Alber. Ang. Bal. Rom. Cum. & interpretum maior pars, Gandinus in tract. malefic. in rubrica de tranſact. & pactis in maleficio faciendis. Nihilominus teſtantis aſſertio multum proderit, vtpotè ex tali morientis confeſsione delinquenti ignoſcatur, ex l. ſecunda. ff. ad Syllan. & inibi Dinus, Bald. Alberic. itidem Bald. in rubr. de treuga & pace. colum. j. in vſibus feud. ſtantéque regia lege in his regnis. xxij. tit. j. parte vij. qua definitur remiſsio delicti facta cum offenſo, pœna corporalis minimè infligitur: & cùm ex tali confeſſione morientis delicti remiſsionem appareat argumento text. in l. tale pactum. ff. de pact. & inibi Bart. & Bal. proderit quidem moriētis teſtimonium. l. ij. ad Sylla. ff. & inibi Din. Alber. Bald. Anton. Gomezius num. 17. eo in loco, cuius & anteà meminimus. Et nos infrà, libro tertio. De tranſactione homicidiorum tractantes pleniori adnotabimus manu.

Secundò, ſi rationē principalem dictæ q. obſeruemus, pla-
19 nè † conſtabit moriētis teſtimonium, nec eius dictum alicui non prodeſſe, ex Bal. in l. generaliter. vlt. not. C. de non num. pec. aſſeuerāte teſtem non poſſe id, quod in iudicio dixerat, infringere, aut retractare in alterius præiudiciū, & dānum, etiam ſi mortis tēpore aſſeueret falſum dixiſſe teſtimoniū. Idem Bart. Salic. in d. l. ſi quis in graui. §. j. per tex. inibi Iaſon in d. l. j. col. ij. de homic. itidem col. j. & Aret. in c. ſicut nobis. de teſt. licet de hoc dubitet Rom. & Ign. in d. l. ſi quis in graui. §. j. Hip. nu. 41. in d. rubr. de fideiuſ. ff. ab opinione tamen Bar. nec latum quidē vnguem diſcedendū eſſe exiſtimo, quæ & frequentiori calculo recepta eſt, teſte Alex. in l. ſciendum. colum. xij. ff. de verb. oblig. Dec. conſil. clxxv. nume. 7. Alciat. de præſumpt. regu. iij. cap. iiij. num. 7. Tertiò ex eodem fon-
20 te definiri poterit, ſi † notarius à vita diſcedens in extremis conſtitutus profiteatur inſtrumentum falſum confeciſſe in

alter

alterius præiudiciũ, vel teſtis dicat protuliſſe teſtimonium falſum, minimè nocet tertio, illo inſtrumento vtenti ex Bal. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. itidem in d.l. ſi quis in hoc genus. Anton. ſignanter in c. fin. de ſucceſs. ab inteſt. idem cenſendum eſt, ſi & teſtis pretio & prece corruptus falſum protuliſſe teſtimonium fateatur, tertio non præiudicat, ex Bar. Rom. in d.l. ſi quis in graui. in princ. Rom. conſ. cccccl. Frāc. Curt. conſ. lxx. Ant. Butr. in c. ad audientiam de præſcrip. & in c. comparati. de appel. Barb. conſ. xxx. col. vj. vol. j. & text. in l. j. §. ſi quis filium. ff. de Carbon. edicto. & inibi Ang. & Rom. Alex. in l. generaliter. col. j. C. de non num. pec. Bart. in auth. ſi dicatur. col. ij. eod. tit. Ioannes Lopi. ſuper cap. per veſtras. de donation. inter. quinto notab. numero 10. ex nouioribus Alberic. ſatis diligenter in cap. quoniam. de hæreticis. lib. vj. quæſt. xvj. fol. 163. Boër. conſ. xl. num. 118. Ex eodem ſtipite præ cæteris ſatis iure probatur † iudicis aſſeſſoris ſve teſtimo- 21 nium etiā in mortis articulo aſſeuerantis iniquam protuliſſe ſententiam in præiudicium Victoris, minimè probare, ex Bar. & Ro. in d.l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriēs. ni, forte fortunà eſſet iuris præſumptio cōtra latam ſententiā, ex mente Abb. nota. in c. ij. de arbi. quē & alij idem profeſsi ſequūtur. Bal. in l. ſi teſtis. n. 3. C. de teſt. Felin. in c. per literas, nu. 20. de præſc. Iaſ. nu. 4. in d.l. j. de eo per quem factū erit. Ang. conſil. ccc ix. itidem & Imol. in l. j. §. ſi quis negat. ff. quemadmodum teſtamen. aperian. Abb. in cap. cauſam. de teſti. Innocent. in c. cùm dilectus. de election. quibus & plerique alij acceſsēre, quos congerit Boër. d. conſ. xl. nu. 119.

His ſanè perpenſis, & ad pulmonem reuulſis rationibus, ſatis dubiam eſſe cōſtat Antonj opinionem hac in quæſtione, eo in loco, cuius & anteà meminimus: à qua pleriq; alij doctores diſcedunt, inter quos & Alber. in c. j. de hæretic. in vj. q. xvj. num. 72. & ante eum Imol. Areti. col. vlti. Felin. concluſ. tertia, in d. c. cùm in tua. Ego autem miror doctiſsimos viros hoc ita ſcriptum reliquiſſe. In qua ſpecie, vt diluantur errorum cauſæ, noua fortaſsis erit adhibenda diſtinctio, vtpotè Antonij opinionem, nec omnino explodendam, nec admittendam exiſtimo. Siquidē inſpectis negotij, loci, temporis perſonarúmq; qualitatibus, quantum fidei, & teſtimonio teſtis ſit detrahēdum optimus iudex arbitrabitur, ſit ne probatio ad ſententiā ferēdam ſufficiēs, quòd in ſpecie opi-

nionem Antonij intellexit Alex.conſ.ccxxiiij.nu.5.lib.vj.& ſic Antonij ſententiam non offendi cõſtat. Quo fit eam omnem doctorum dubitationem explosam eſſe.

22 His omnibus accedit,& illud extricandũ.infra quod tẽpus pręſumi debet vulneratũ mortuũ eſſe ex vulnere:in quo dubio in varias ſciſsi ſunt ſentẽtias doct.quorũ magna pars in ea eſt ſententia:ſi ſanè poſt triduũ à vita diſcedat, ex l.j.& inibi gl.de emend.ſeru.Bar.in l.ſi.ad ſi.de ſic. Bal.in proœm. Digeſt.col.v.gl.in c.ij.de cleric.percuſſ.& in c.presbyterum. de homicid:& in c.continebatur.eo.tit.Alij verò profitentur longe aliam ſententiam contrariam, ſi & is moriatur infra quadraginta dies. Ant. Butr.in c.præthereà.de cleric.percuſſ. Angel.in d.l.j.& in tract.malefic. verſ.ex interuallo.alij contraria cenſuère,exiſtimantes infra ſexaginta dies,vti aſſeuerat Papienſis in pract.ſua,tit.de inquiſitione.

Sunt tamen . qui opinentur infra octo menſes,dummodò non conualuerit,ſed continuo morbo laborauerit. Fel.in d. c.presbyterum.Hip.in l.ſi.nu.63.de ſic.Bal.& Ang.in l.quod ſi nolit.§.ſi mancipium.ff.de ædil.edic. Flor.in l.ait lex.ff.ad leg.Aquil.Soc.conſil.clxxviij.Cor.conſ.cxciiij.vol.ij. itidem conſ.cclxxiiij.Boniſ.in rubr.de inſultibus,Anan.in d.c.prætereà.Ioan.de Arn.in ſoliloquio. Alij verò opinantur relinquendum eſſe medicorum,& iudicantis arbitrio ex vulneris qualitate,à vulnerati valetudine. Anton.in d.c.pręthereà.Bar. & Alex.in d.l.ſi.de ſicar.Anch.conſ.cclxxxv. Anton.Abb.Fel. in c.ſignificaſti.in ij.& in c.presbyterum. de homicid. doct. in l.ſi ab hoſtibus.§.j.ff.ſol.mat.Corp.conſ.xlj. Bald.in cap.j. quib.modis feud.admittatur.Thom.Gram.conſ.xlix.altiori tamen commentario id petendum eſt.

Eſt & alius iuris appendix in eadem ſpecie,hoc in tractatu diſputatione dignum,quod & Bald.ſcribit in conſ.cv.ad euidentiam præmittendum eſt.Et iterum conſ.cxcv.an vulnus fuerit mortale.volumin.j.& conſ.ccij.proponitur quod Titius percuſsit.volum.ij.& in quodam alio conſ.Bal.quod admiſcuit lecturæ Inſtitutionum,ad fin.Cuius initium habet ad euidentiam præmittendum eſt.Quo in loco ſex coniecit coniecturas, vt criminis homicidij author immunis ſit à criminis pœna:& itidẽ ſex coniecturas,in quibus vulnerãs condẽnatione dignus eſt: Quarum & illa prima eſt,de qua & paulò anteà meminimus: ſi infra triduũ vulneratus à vita diſce

Sex coniecturæ criminis.

diſcedat,ex gl.in d.l.vnica.quá & inibi Cin.Faber Bar. Bald. Lud.Bolou.ſequuntur,& Bal.in conſ.cxc.vol.j. aſſeuerás hoc argumētum à natura aſſumi. Siquidem ſi percuſſus illico infra triduum decedat quodammodo ipſa narura oſtendit ex vulnere mortuum eſſe:& adſtipulatur illud Marci 13 vbi, Pilatus autem mirabatur, ſi iam obiiſſet:& accerſito Cēturione, interrogauit eum, ſi iam mortuus eſſet Ieſus. Anch. ex illa gl. idem profeſſus conſ.cclxxx. Alberic.in d.§.Celſus Flor. in præcit.l.ita vulneratus. Cæp.conſil.crimin.xxviij. col.iiij. verſic.item propter breuitatis temporis. Quibus admodum ſuffragatur tex.ad omniū id præſtantiſsimus in c.ad audientiam de homic.inibi, aliquandiu vixiſſet. Et ita intelligēdus eſt text.in c.ſi qua fœmina.ibi, intra certum diem.50.diſtin. & tex.in c.presbyterum inibi, poſt paucos dies expiraſſet.de homic. Quia exitus acta probat.l. rem non nouam.§. patroni.C.de iudic.Bald.in c.j.in prin.q.vj quib. mod.feud.amit.

Illud Mar.15.

Secundò eadem ratione conſtat, quod & gl.in l.ventri.ad fi.ff.de priuileg.credi.adnotat, quòd ex breuitate temporis iuris præſumptio eſt, quod dictum vel factum fuerit,& inibi Bart.expreſsim id adnotat Cuma.in conſ.cxxiiij.in princip. col.ij.verſic.non enim præſumitur. Bald.in conſ.cv.ad euidentiam.vol.j.in ea, de qua agimus quæſtione, exiſtimat homicidij reum eſſe vulnerātem, ſi & percuſſus non ſolùm intra tres ſed intra quinque, pluréſve dies deceſſerit ea lege ac conditione, vt conſtet vulnus eſſe letale, incurabile, abſque medicorum ſpe:ſiquidem in ea ſpecie mors, & vulnus ſe habent, vt cauſa, & effectus immediatus occidere exiſtimetur, qui animam à corpore ſeparat, ex præcitata l.ita vulneratus. Bal.in d.conſ.cccij.colum.ij.verſ.& ex magna diſtantia temporis. Et huius ſententiæ authores habeo doctores in albo primariæ doctrinę poſitos, inter quos & Butricenſem in c.ij. de cler.percuſſ.Iaſ.in l.lecta.col.xiiij.ff.ſi certū petatur. Hippol.conſil.vij. nume.27.& 51.volum.j. Rip.in eo tract.quem de peſte prodit, fol.82.num.185.

Ex breuitate temporis.

Tertiò ſunt, qui exiſtiment ex c.continebatur.de homic. ſi & vulneratus infra octo dies à vita diſcedat: quinetiam ſi infra octo menſes deceſſerit, duntamen ex vulnere, homicidij reus eſt, criminis author, ſicuti definitum extat in d.c.ij.
de cler.perc. Tametſi † ſit longum interuallum, nihiloſecius 23
dicetur ex illo decedere vulnere.l.ait lex.§.j.ff.ad leg.Aquil.

& inibi Bal.& Flor.col.j.verſ.item nota. Quinetiam, ſi intra annum moriatur, exiſtimatur ex vulnere diſceſsiſſe, ex l.in omnibus.in tit.de plagiis.& compoſ.liber.homi.in lib.Feudorum.l.ſi quis ſeruo alieno.& in l.non omnes. de plag.ſer. Et huic ſententiæ, tametſi inuitus, Abbas accedere videtur in d.c.ij.& Hipp.in d.l.ſi in rixa.nu.63.exiſtimantes, quòd ſi nunquam conualuit ex vulnere, ſed quotidie grauiori dolore cruciabatur vulneratus, ſi poſt annum à vita diſcedat, ex vulnere mortuus eſſe exiſtimatur. Ex quo præter alios ſubiicio intellectum ad gl.in d.l.vnica.de emend. ſeruor. intelligendam fore, ſi non conſtet poſt triduum, quòd vulneratus grauiori afficiebatur morbo, vt vulgò circũfertur de malo in peius. Quòd ſi ita proceſſerit, nec cum baculo ſurrexiſſet, tametſi poſt pleroſq; dies à vita diſcedat, exiſtimandus eſt ex vulnere diſceſsiſſe, & inibi Bar.tametſi grauatus, & quẽadmodum inuitus huic intellectui accedere videtur Ludouic. Bolon.idem profeſſus conſilio quinto. Felinus in præcitato capitulo presbyterum. nota. ſecundo, ſin minus conualuit, ac deinde diſceſsit, non præſumitur ex vulnere mortuus, ſed ex alia cauſa, & in ea ſpecie criminis reus de occiſo non tenetur. Philip.Corne.hanc ſententiam veriſsimam eſſe putat conſilio cxciiij.in principio litera b.& c.volum.j. Cæpo.conſilio crimin.qui pleroſque alios ad hoc allegat.

Quid ſi nunquam cõualuit.

Ex quo manifeſtum eſt, quod & Bald.in c.j.col.vlt.de pactis.adnotat, quòd ſi ſtatuto municipali ſancitũ fuerit, quòd in extremis laborantes, abſque propinquorum conſenſu contrahere non poſsint, quòd ſi poſt contractũ initum multis vixit diebus, non dicitur in extremis laborare: longè quidem aliter ſi ex illa infirmitate, eodémq; morbo diſceſſerit, ex textu ad id præſtantiſsimo in l.alumnæ.§. finali.ff. de alimen.leg.capitulo Rainutius.verbo, extremis. de teſtamentis. Et inibi Andræas Barb.& in rubric.illius tituli.num, 14. Nicol. Boër.deciſ.cxlix.cuius initium eſt, quæritur an maritus poſsit.ad finem. 24 Poſtremò ſunt, qui † exiſtimant id iudicantis arbitrio eſſe relinquendũ, an vulneratus à vita diſcedat ex vulnere, necne, ex qualitate, ſeu magnitudine percuſſionis, ex d.c.ſignificaſti.& medicorũ dictis in ea re, quib.ſtãdum eſt.ex l.ſemel.de re mili.lib.xij.C.Abb.vlt.col.& Butri. in d.c.ij.Bar.col.penul.in præcitata l.ſi in rixa.Gand.in trac. malefic.tit.de homicic.verſic.quæro etiam. Franciſ.Aretin.

in cap

in c.propoſuiſti.de probat.Ang.Aret.in verſic.ex interuallo. in tract.maleficiorum.Dec.conſil. ccccxv.num.7. Bonifac.de Vital.in tract.crimin.tit.de inſul.& percuſ. num.16. Et ante hos Bar.in d.l.ſi in rixa..id ſi.& in ſuo tract.de percuſ. Bal.in l.lecta.& inibi Iaſ.col.xiij.ff.ſi cer.pet.Soc.conſi.clxxviij.vol. ij.Hipp.in l.j.§.ſi quis vltrò.ff.de queſt.Io.Berb.in ſuo viatorio iuris,tit.de homic.verſi.aduertendum.Ita quidem iudex arbitrabitur ex aſſertionibus medicorũ,an ex vulnere,aliàve cauſa mortuus fuerit,ex l.huic ſcripturæ.§. ſi ſeruus. ad leg. Aquil.ff. Salic. in d.l.vnica. de emend. ſeruo. Guido Pap.his omnibus accedit.ſing.cccxcj. His tamen ſic perpenſis præter has rationes minimè deſunt authores, qui & cõtrarium aſſeuerent,exiſtimantes communem medicorũ opinionem eſſe,vulnere letali affectum vltra quadraginta dies viuere nõ poſſe,ſicuti & Ang.in d.l. vnica. exiſtimat Auguſt. Arim. ad Ang.in tract.maleſi.in verſi.ex interuallo.in ij.additione : & præter hos Gui.de Caulia.in tract.de chirurg.tit. de vulner. c.j.col.vij.præfiniit ad quadraginta dies vſque. In hac cõtrouerſia antiqui patres,& neoterici adeò ſe inuoluerunt,vt nulla ferè eorum ſententia ſibi conſtet:quæ res efficit, vt in his, quæ dubia ſunt,nihil verum teneri, nec falſum verti poteſt.
In quo dubio,ſi conſtet † vulneratũ ex percuſsione mortem 25
obiiſſe,tunc nihil refert ad punitionem, quod ex interuallo, vel intra breue tempus deceſſerit,Bar.in d.l.vlt.ad fi. & inibi Hipp.num.63.itidem conſi.vij.Anch.Card.Abb.& Fel. in d. c.presbyterum.Anan.in d.c.ij.de cler.percuſſ. text. ad id elegans in l.ait lex.& in l.ſi ex plagis.in princ. ff. ad leg. Aquil. explicat Abb.in d.c.ij.tametſi præſumptio non leuis ſit mortem ex vulnere non eſſe ſequutam,quãdo percuſſus ex interuallo mortem obierit, præſertim poſtquàm ſemel cõualuerit,tex.ad id præſtantiſsimus in præcitato c.presbyterum.& in c.ſeq.& in d.c.ij.& in c.ſi qua fœmina.iam citato.gl. in d. l.vnica.C.de emen. ſer. hoc tamen opinor iuxta medicorum iudicium cenſendum,vti Bart.& alij huius farinæ authores notant in d.l.vnica.Anch.conſi. cclxxxiij. Bologninus conſi. v.colum.ij.atque ita viſum eſt omnibus doctoribus,quorum ad hanc quæſtionem ſuprà mentionem fecimus, nec aliter poterit quæſtio iſta definiri, quæ omnia maximo apice deſeruire videntur,quo ad irregularitatis pœnam & quo ad homicidij vel vulneris illati ordinariam vel extraordinariam

punit

26 punitionem. Illud tamen vtiliter inquirendum † erit, an & quæ de homine vulnerato paulò antè meminimus, ſi infra triduum moriatur, an idem cenſendū ſit in equo, aliáve quadrupede vendita, ſi poſt celebratam venditionem intra triduum moriatur: morboſa cenſeatur tempore venditionis necne, vt agi poſsit ad pretium contra venditorem, & in ea ſpecie Ioan. And. ad Spec. tit. de empt. & vend. §. ſciendum. verſic. & nota, quòd in venditione affirmat, quòd ſic. Io. de Montal. idem profeſſus in l. ſi quis cùm aliter. ff. de verb. oblig. Iac. de ſancto Geor. in l. paciſci. nu. 4. ff. de pact. Franc. de Ripa in tract. de peſte. fol. 82. num. 184. & iterum num. 186. Alex. ad Bart. in d. l. ſi in rixa. in vlt. addit. Hippol. in d. l. ſi in rixa. num. 65. & in l. ſtatuliber. colum. ij. de quæſtionibus.

An idē ſit in quadrupede.

Illud tamen obiter diſcutiendum erit in hoc duntaxat 27 tractatu, quod & † iudicantibus quotidie obuiū erit, ne forte fortuna in iudicanda vulnera letalia in errorem labantur, aliqua eſſe conſideranda: quæ & hanc definiant quæſtionem: & illa eſt maxima coniectura, vulnere letali affectum, ex eodem vulnere deceſsiſſe, ſi & nauſeabundus ſit, & febrem ab initio vulneris habuerit, ex Bal. in d. c. ad euidentiam. cùm & effectus cauſam ipſam oſtendant, & ſigna vltrò citróque penſitata ad oculum cauſam demonſtrent. l. j. ff. de ventre inſpic. & cōtinuus dolor infirmi, ex Bal. in d. conſi. cxcv. col. iij. Abb. in d. c. ij. & de febre ex vulnere ſuperuenienti ex tex. in d. c. presbyterum. & inibi Ioan. Anan. & Fel. col. ij. Cæp. conſi. crimin. lxij. col. iij. Soc. conſi. xxvj. col. ij. Alexan. conſi. incip. vt oportet. Raphaël Cuma. conſi. cxxxiiij. Corn. conſi. cxciiij. in litera v. vol. ij. Signorol. de Home. conſil. clvj. Tancredus in compendio ſuo, tract. xiij. quæſt. xix. Gand. loco præcitato. Hinc etiam conſtabit vulnus eſſe letale ex vulneris latitudine. l. vulneris magnitudo. ff. de iniur. Ang. in conſil. cxc. c. vlt. de homic. lib. vj. Alia erit coniectura ex inſtrumenti qualitate, quod non conſueuit leue inferre vulnus, ex c. ſignificaſti. & inibi Fel. col. iiij. de homic. l. j. §. diuus. & in ver. ſed ſi claua. & gl. ibi in verbo, percuſſerit. Ang. & Hipp. ff. de ſica. Bal. in conſi. cccij. col. j. eò maximè ſi in capite alióve periculoſo loco percuſſus foret, Marian. Soc. in c. de his. col. vlt. de accuſat. Fel. & Doct. in d. c. ſignificaſti. Dec. conſi. ccccxv. num. 9. Ang. in l. ſi quis in metallum. de pœnis. Ex quibus, & pleriſque aliis, qui iudicandi munus habet, vltrò citróque penſatis,

In indicāda vulnera letalia.

ſatis,

ſatis, conſiderabit an ex vulnere à vita diſceſsit percuſſus, necne:alia erit coniectura,vt immunis ſit is,qui vulnus intulit,ſi vulnerati eſſet robuſta & fortis natura,quæ bene cuſtodita rarò periret.Siquidem dura textura,duráque cutis difficulter ſoluitur ex Bal.in d.c.ad euidentiam.vt ſunt mulieres, quæ grauiora ſuſtinent vulnera, quàm viri, glo. in l. nihil. verſi.tam grauia.ff.de adult.Alber.in l.ſi inter virum. & Soc. in l.qui duos.§.ſi maritus.ff.de rebus dub.Nicol.Boër. num. 25.in deciſi. cccxxiij. ſecundæ partis: & nos de quæſtionibus tractantes pleniori trademus manu. Alius ſubiicitur caſus, vbi homicida immunis eſt, quando vulneratus propter negligentiam adhibitam in cura obiit.l.qui occidit.§.fin. ver.fin.ad l.Aquil.ff.glo.quæ expreſsim hoc ipſum vult in l.ſi ab hoſtibus.§.fin.ff.ſol.mat. & inibi Bald. Imol. Alex.& Iaſ.& Paul.Caſtren.Doct.in c.propoſuiſti.de probat.Ex quibus intelligenda eſt gloſſa illa celebris, de qua & paulò antè non ſemel meminimus in l. vnica.C. de emend. ſeruo. definiens, quòd ſi † vulneratus conſurgit,& ſuper baculo deambulauerit poſt triduum,præſumptio iuris non eſt ex velnere deceſſiſſe,ſed potius negligētia,& incuria ipſius vulnerati.Quam & inibi Salic.& plerique alij exiſtimant pro ſingulari.Cuius gloſſæ ſentētia,quàm ſit à ratione deuia,& ſanè ab albo primariæ iuris doctrinæ reiicienda. Siquidē ſolùm attendi debet.an vulnus mortale fuit.necne,an ratione vulneris deceſſerit:non verò an infra triduum, vel poſt aliud tempus ambulauerit:vel ſanè in ea ſpecie erit intelligenda,vulnus præſumi non eſſe mortale, quando poſt triduum aliúdve breue tempus ambulauerit,ex Bal.& Salic.inibi Bart.in l.fin.ff. de ſicar.num.12.Bald.in l.j.de ædil.edic.num.12. Abb.in c.ij. de cler.percuſ.Fel.in d.c. presbyterum. Hippol. in pract. ſua.§. ſed quia.col.iij.num.16.

Quid ſi negligentia ſua vulneratus obiit.

28

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium à famulis,vel conſanguineis commiſſum, an ſit domino imputandum?*

2 *Homicidium à famulis commiſſum in dubio dominum criminis reum non facit.*

3 *Dominus tenetur ex delictis ſeruorum vel conſanguineorum improborum,quos domi ſuæ alit.*

4 *Famuli vel conſanguinei ſi domini contemplatione delictum perpetrarint,pœna ordinaria punitur dominus.*

Dominus

6 Dominus an teneatur homicidij, ſi paulò antè, quàm famulus homicidium patraſſet, ei in aurem loquutus fuiſſet.
7 Intellectus ad c. Petrus. de homic. analyticè declaratur.

Cap. Petrus. de homic. agens de amicis, conſanguineiſve, & famulis, dominorum contemplatione delinquentibus, quædam reſponſa veterum explicat.

CAPVT XIIII.

AGGREDIAMVR illam quæſtionem, Deo auſpice, in qua apud literatos necdum dubitari conſueuit homicidium, maleficiúmve à famulis vel conſanguineis commiſſum, ſitne dominus aliqua afficiendus pœna: Secundò an in irregularitatē criminis reus incidat: multis hæ duæ quæſtiones argumentis confulciuntur, quarum prima multiplici veſte ornatur à doctoribus noſtris, vt etiam frigore intentiſsimo caleſceret, tamen ſunt veſtes inutiles: ideo breuitati
1 ſtudens, has quæſtiones ad examen deducam, & † in prima ſolet non infrequenter ambigi homicidium à famulis commiſſum, conſanguineiſve, domino imputandū eſſe. Conſtat primò ex ſententia Cicer. in Verr. 4. act. Siquidem cùm Verres ſe defenderet ab obiecto crimine, quod pecuniam quampiam, quæ malè & iniuſtè ablata fuerat, non accepiſſet, ſed Volcatius, qui è Comitibus eius erat: Comites, inquit, illę tui delicti manus erant tuæ: Quo quiſque te maximè cognitione, affinitate, neceſsitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur. Ac rurſus primum omniū opera tanta danda eſt, vt eos nobis conducamus, qui noſtræ famæ capitíque cōſulant: deinde ſi in hominibus eligēdis nos ſpes amicitíve fefellerit, vt vendicemus, miſſos faciamus: ſemper ita viuamus, vt rationem reddendam nobis eſſe arbitremur. Ac deinde ait: Sed cùm & tuos amicos in prouinciam quaſi in prædam inuitabas, ac cum illis ac per eos prædabare, non ſtatuebas tibi non ſolùm de te, ſed etiam de illorum factis rationem eſſe reddendam: & inibi alia quoque multa in hanc ſententiam. Cæterum Tullius in 5. actio. in Verrem in ea eſt ſententia: Socij putandi ſunt, quos inter res cōmunicata eſt. Itidem pro Roſcio Amerino, in hæc ait verba: In rebus minimis

nimis ſocium fallere turpiſsimum eſt,propterea quod auxilium ſibi ſe purat adiunxiſſe, qui cum altero rem cõmunicauerit:ac proinde nobiles teneri,& quoſcunq; alios de ſuorum famulorum facinoribus,ex tex.c.conſtitutus.in ij.& inibi gl. in verbo,veriſimile.de teſtibus. cui ſimilis clem. ne in agro. §.porrò.in verbo,familiaribus.de ſtatu monach.gl. quæ expreſsim hoc ipſum vult in c.cùm ad ſedem.in verbo,interdictum.verſi.ſed non ex eo.de reſtit.ſpol. Quibus accedit Bart. in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.quæſt.x.ff. de noui oper. nun. Alber.in j.ſtatut.par.q.50.& plerique alij in ea ſunt ſententia,quos congerit Fel.in c.Petrus.de homic.ex Andr.Alc. in tract.præſump.reg.iij.præſump.xl. nu.4. itidem in l. pronunciatio.§.ſeruientium.ff.de verb. ſig. & ſcribit Iuuenalis,

Maxima quæque domus ſeruis eſt plena ſuperbis.

Et Cicero lib.2.de Diuinat.ait,Non domo dominus,ſed domino domus honeſtanda eſt. Verùm enimuerò Doct. hanc quæſtionem nõ ſatis diſcuſsêre, tametſi tota iuris ſchola in hoc ſentiat,ſicuti cõſtat ex Lud.Carr.in prac. crim.§. homicidium.nu.39.& 56.& Ant.Gom.c.iij.delicto.nu. 47. nobilitate decoratos, & alios, qui quidem in famulatio eorũ ſunt, ac in contubernium ſicarios,lenones , idq; genus improbos quoque retinent,ex eorum delictis dubiò procul teneri conſtat.Iuris apertiſsima præſumptio eſſe conditionẽ illorum notã fuiſſe,nec aliqua tergiuerſatione poſſet celari.nec vtiq; eis licuit deteſtabiles hoſce domi habere,& fauorib' pſequi.

Cæterùm † in dubio minimè delictũ à famulo cõmiſſum, 2 dominũ criminis reũ facit,nec itidẽ cõmiſſum à conſanguineo,amicóve,ſicuti in hac ſpecie pbat tex.in c.Petrus. de homic.& inibi paſsim doctores,gl. celebris in c. quia præſulatus.j.q.iiij.& argumento optimo deſeruit tex.in c.ſicut tuis. de ſimo.c.ad ſedẽ.& inibi gl.mag.de reſt.ſpol.Cui ſententiæ accedit Bal.in l.ad inuidiã.C.quod metus cau. itidẽ in l.j. C. de ſer.fug.col.iiij.nu.11.& in c.veritatis.de dolo & cõt.nu.5. Spec.idem profeſſus in tit.de leg.§.iuſta.num.83.verſi. quod amici mei.Oldr.in conſi.xcij.tex.habeat.Et huius ſententiæ ſunt doctores in albo primariæ doctrinę poſiti, inter quos & Rom.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori. col.ij. ff. de operis noui nunt.Bart.quæſt.x.& inibi Alex.nu.24.Iaſ.nu.14. Abb. in c.cùm cauſam & in c.conſtitutus.de in integ.reſt.Boni.in tit.quid ſit accuſatio,ad fin.Iaſ.in l.ciuitas.ij,col.ff.ſi certum. pet.

petat. Fel. in c. Petrus. id ſerioſè explicat pluribus axiomatibus de homicid. num. 2. Lud. Carre. in pract. crim. §. homicidium. nu. 39. & 56. pag. 100. & nouiſsime Ant. Gomez. cap. iij. delictorum. nume. 47. & Tiraq. in tract. de nobilitate. q. xxiij. nu. 9. itidem de primogenitura, q. xxxvij. nu. 125. poſſet prædicta ſententia vltra omnia ſuprà allegata corroborari, ſumpto maximo argumẽto à l. qui accuſare. C. de eden. ſiquidem deficiente probatione, dominũ minimè teneri conſtat, eò maximè in criminalibus. l. ſinguli. C. de accuſat. l. actor, quod aſſeuerat C. de probat. atque huic ſententiæ accedit ex Summiſtis Angel. in ſum. ver. homicidium. j. §. ij. Hippol. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. Franc. Purpur. nume. 8. in pracitata l. qui accuſare. l. xxxix. tit. ij. par. iij. l. j. tit. vj. lib. j. foro legum. His, quæ modò diximus, quibuſdam contra
3 rium videtur: ſiquidem, qui † conſanguineos famulóſve improbos ſceleratóſq; habet in domo ſua, teneri conſtat ex illorum delictis, ſicuti mirum in modum adnotat Card. Cabar. in clemen. ne in agro. §. porrò. de ſtatu monach. Petr. Ferr. in pra. in forma inquiſit. verbo, tranſeat. n. 6. Iaſon in l. age cum Geminiano. nu. 7. C. de tranſ. Decius in l. iij. num. 8. & inibi Curtius Iunior num. 9. & plerique alij neoterici idem adnotant. C. de pactis. quibus acceſsêre, nec admodum inuiti Fel. in c. Petrus. num. 7. de homicid. Alcia. in tract. præſumptio. iij. regul. præſump. xl. Fran. Zoanetus Bononienſis in conſil. xxvij. numero 6. Albertus Gan. in tract. malef. tit. de præſumption. & indiciis dubitatis. col. iiij. verſic. præſumptio enim naturæ eſt. cum pleriſque aliis, quæ congerit Andr. Tiraq. in l. vj. connubiali. num. 6. pro qua recepta omnium ſententia ſunt iura ad id præſtantiſsima, in c. nulli. de accuſat. & in l. fi. de abigeis. quorum ratio ea non inconcinna aſsignanda eſt: ſiquidem ex ipſorum delictis dominum teneri cõſtat, ex eo, quòd iuris præſumptio eò tendit, quòd in ſuis delictis perſeuerabunt, regula, ſemel. de reg. iur. lib. vj. & dominus in ſuo famulatu eoſdem recipiens præſumitur de illorum moribus ac conditione eſſe inſtructus, ex l. fi. §. ſeruorum. ff. nau. caupones, ſtabu. Nec obſtat, ſi aliquis obiiciat, dominum minimè teneri eò, quia vulgò circunferri ſolet quemlibet præſumi bonum, ni & cõtrarium probetur. c. dudum. de præſump. glo. paſsim recepta in c. j. in verbo æſtimare. de ſcrut. & in l. cùm pater. §. rogo. de leg. j. ff. eá que naturæ præſumptio: eſt

glo.

glo. communi conſenſu admiſſa in l.fin. C. quod met. cau. Angel.in l.ſciendum.ad fin.ff.de verb.oblig.Hip. idem aſſeuerans in l.j.num.67.C.de ſicar.Soc.in regula xxiiij.Felin. in cap.dudum.à num.11.ad 16.vſque præcitato.Bern.Diaz in regula lxiiij.& ante hos Iac.de Bello viſu,per tex.inibi in l. omni modo.C. de inoffic.teſtam. Quorum doct. ratio quominus iſthæc noſtra ſententia obtineat, nemo ſanæ mentis diffitebitur: ſiquidem eo tendit, ni aliqua eſſet infamia, vel præſumptio,vtpotè in noſtra ſpecie dominus tenetur de familiæ facto, quoties familia eſſet infamata, ſicuti adnotant *Infamata familia.* doct.in l.qui iuraſſe.§.quid tamen. ff.de iureiur. Bern. Diaz in reg.cxl. quam communi conſenſu receptam ſententiam intelligēdam fore opinor dominum teneri, non tamen eadem pœna, qua & ipſi famuli conſanguineiue criminis rei coërcendi erant,ſed vtiq; iudicātis arbitrio,ex Inno. c.quia veriſimile.de præſumpt.nu.2.aſſeuerās,vbi quis ex præſumptionibus pœna coërcendus eſt, ſumma ope niti decet iudices pœnam alleuiare:quo in loco id communi cōſenſu adnotaut doct.inter quos Abb.&Felin.num.6.& huius ſententiæ authores habeo Thom.Gram.in deciſ.xlij.num.13. Dec. in c.tertio loco.num.6.de probat.Iaſ.in l.j.nume.21.ff.ſi cer. pet.eundem in l.j.num.28.C.de ſeru.fugit.& hanc Inno.ſententiam frequentiori doctorum calculo eſſe receptam profitetur Ioan.Lop.in allegatione hæreſis.§.xj. idémq; profeſſus Iacobinus, nume.7.in rubr.ff.de probat.& potiſsimùm ea poſſet aſsignari ratio, quia in hac ſpecie dominus potius de culpa,quàm de dolo circumueniendus eſt,ex Bal. in c.veritatis.num.5. de dolo & contumacia.c.culpa caret.de regul. iur. à qua ſententia præpoſitis quibuſdam iuris aſſertionibus aliquot excipiuntur caſus,in quibus iſthęc ſententia locum ſibi non vendicabit. Et ex his primis ſubiicitur caſus, ſi† ſanè à famulis conſanguineiſve, domini contemplatione delictum perpetratum eſſet, pœna delicti ordinaria, qua 4 & criminis rei puniuntur,afficiēdus eſſet dominus,ex Barb. in c.j.nu.34.de offic.deleg.Bald.in l.de pupillo.§. ſi quis prætori.ff.de noui oper.nuntiat.vbi in ea eſt ſententia,famulum iudicis verberantē appellantē,iuris eſſe præſumptionē iudicis mandatū præceſsiſſe.Bar.Alex.Bal.& pleriq; alij neoterici in d.l.j.C.de ſer.fug. Quibus ſubſcripſere Matth. Afflict. *Verberans appellātē.* in cōſt.Neap.lib.j.rub.xij.n.18. Hip.in conſ.xx.n.1.& ſerioſè

P

id explicat Feli.in c.mulieres.de ſent. excom.nu.4. ꝙ ſi delictum famuli cedat in cõmodum domini, atq; eius contemplatione ipſi domino imputetur,ex doct.præcitatis. Ex quo pleraque alia definiri poſſent huic rei maximè neceſſaria.Et primò,ſi aliquis delictũ perpetrauit in alicuius cõmodum, tametſi ad ſuam notitiã non peruenerit,teneri probat Bart. in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori. ff.de noui oper.nunciar. Io.Ana.Felin.in c.Petrus diaconus.de homic. Barb.in c.j.de offic.deleg.col.viij. expreſsim definientes delictum famuli, domino imputari,ſi ad cõmodũ cedat domini: diſtinctione vſus,de qua per doct.inibi,an conſanguineus certior factus fuit de delicto futuro,& potuit prohibere:ſi nõ ꝓhibuit,eidẽ imputatur:aut ignoratur prorſus,& in ea ſpecie domino nõ imputatur,nec conſanguineo. Aut ſumus in dubio,ſciuerit necne,an ignorauerit:& in ea ſpecie,aut factũ eſt ſucceſsiuũ, & præſumitur ſciẽtia:aut eſt momentaneũ,& tunc ignorantia præſumitur,ex Bar.& doct.in præcitato §.ſi quis ipſi prætori.Barb.in c.conſtitutus.de teſtib. Alex.conſ.lxix. num.9. vol.ij.exiſtimantes ꝙ delictũ à filio perpetratum in his, quæ patris cauſam cõcernunt, de patris voluntate factũ eſſe præſumitur.Quod ipſe veriſsimũ eſſe intelligerẽ, quando qualis qualis præſumptio eſſet contra patrem,ex Hipp.conſ. iij. nu.18.& ex nouioribus Franc.Auiles in c.prætorũ. fol.55.& rurſus c.iiij. fol.106. tametſi quibuſdã viſum fuerit prorſus contrariũ, niſi & mandatum expreſſe vel tacite interueniſſe probauerint, maximè in criminalibus,ex tex. in l.qui accuſare.C.de eden.& in l.ſinguli. C.de accuſ.& in l. actor, quod aſſeuerat.C.de probat.c.quia præſultatus.j.q.iiij.& gl. inibi definiens, ſi & conſanguinei offenſi inimicum percuſſerint, non tenetur offenſus,ni mandatũ offenſi probauerint: probat tex.in d.c.Petrus.c.ſicut tuis.de ſimo.c.cùm ad ſedem.de reſtit.ſpol.iuncta gl.magna inibi,ex qua definitur,ꝙ ſpoliatione facta per conſanguineos,amicos familiares,famulos, nõ tenetur dominus,niſi & mandatũ probetur. Bal. idẽ profeſſus in l.ad inuidiã.ad ſi.C. qđ met.cau.itidẽ in c. veritatis. col.ij.n.5.de dolo &cont.& in l.j.C.de ſer.fug.nu.11. Spec.in tit.de leg.§.iuſta.n.13.verſ.ꝙ ſi amici mei. Et huius ſentẽtiæ authores habeo Rom.in l.de pupillo.§.ſi qs ipſi prætori. col. ij.ff.de ope.no.nunt.& inibi Alex.& Iaſ.ille n.24. hic nu.14. Sum.ang.in ver homicidiũ.j.§.xx.Fel. ſerioſè id declarãs n. 20.in præcit.c.Petrus,tametſi ab hac ſententia ſub nube diſ-

Optima iuris diſtinctio.

Spoliatio facta per conſanguineos,an teneatur dominus.

Bar ſententia explosa.

cedat Bar.n.19.in d.§.ſi quis ipſi prætori.cui & Alex.& Iaſ.di
ligẽter eidẽ ſatisfaciũt, ipſe tamẽ exiſtimo, ꝙ ſicut iniuria il
lata eſt.certior factus eſt amicos velle occidere, iniuriámue
irrogare offenſori, tenetur quidẽ ex eorũ facto, ſi & prohibe-
re potuit, & nõ prohibuit, ſicuti arg.optimo deſeruit tex. in
l.ij.cũ aliis. ff.de noxal.& in l.iij.verſ.itẽ is. ff.ad l.Corn. de
ſica.& in c.conſtitutus.in j. de teſtib. & inibi Abb. Et huius
ſentẽtiæ authores habeo Fabr.in §.j.Inſt.de noxa.col.ij. Bal.
n.5.in d.c.veritatis.Fel.n.6.in præcit.c.Petr⁹.Ale.&Iaſ.his in
locis, quibus & anteà meminimus. Atq; ideo ſecũdus erit ca-
ſus in ea ſpecie: Quãdo is, cuius cauſa perpetratur delictũ po
tuit prohibere, cõſentire viſus eſt, ſi nõ prohibuit, eũmq; te-
neri cõſtat, ex c.Petrus.de homic. & quò ad irregularitatẽ in
hac ſpecie nos ſtatim trademus. Subſequẽter ad ampliorem
declarationẽ ſupereſt caſum nõ omnino facilẽ ſubiicere, quo
ties quis tractatui pręſens fuit ſuper occidẽdo eius inimico,
dominũ teneri cõſtat: ſiquidẽ tractat⁹ homicidij fit eius cau-
ſa, eóq; cõſentiẽte, ſicut arg.optimo deſeruit tex.in l.qui pa-
titur.ff.mand.clem.j.de proc.l.filiusfamiliàs.ff.ad Maced.c.
cõſtitutus.in j.de teſtib.Abb.& Fel.in d.c.Petrus.Iaſ. omniũ
diligẽtiſsimè.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.n.14.ff.de
no.oper.ꝙ dominus cõſentire delicto videtur, ſi ſanè ipſe qđ
eſſent facturi famuli in iniuriæ ſibi illatæ vindictã ſciuit, nõ
tamẽ ꝓhibuit. Et huic quęſtioni tandẽ à plériſq; ſic reſpõde-
tur, quos diligẽter cõgerũt doct.præcitati. Quartus ſubiici
tur caſus, in quo inſignis eſt admodũ & perplexa quæſt. quæ
à iuris vtriuſq; profeſſorib⁹ nõ infrequẽter diſcutitur, cuius
examẽ ex profeſſo adnotãt doct.in l.ſi qs mihi bona.§.pater
Seio.per tex.inibi Bar.n.2.ff.de acq.hæred.Si ſanè † dominus 5
cui illata eſt iniuria, dixerit famulo, conſanguineóue, ne re-
uertaris domũ niſi ſentiã nouũ de te: in ea ſpecie, ſi famulus
aliquẽ occideret, dominũ de homicidio teneri cõſtat, & huic
ſubſcripſère ſentẽtiæ Abb.Anch.ſumẽtes rationẽ ex tex.ibi,
in c.ex literis.de exceſ.prę̨l.Alex.in cõſ.cxxvij.n.4.Ripa in l.
ſi vẽtri.§.ſi.n.4.ff.de pri.cred.Iac.de S.Georg. in l.j.n.6. C.de
ſer.fu.Ang.Are.in trac.mal.in ver.& Sẽproniũ mãdatorẽ.n.
41.& inibi Arim.ad Ang.hãc.Bar.ſentẽtiã ꝓfitetur cõmuni
cõſenſu eſſe receptã: Cuius meminit Alex.idẽ ꝓfeſſus in cõſ.
xxviij.n.5.vol.iiij.& serioſè idẽ explicãs accedit Fel. in c.au-
ferte, n.3.de prę̨ſum. Et pro hac oĩm recepta ſentẽtia adſtipu

Quid ſi certior factus eſt an teneatur?

Dominus videtur delicto conſentire.

latur id, qđ ſcribit Bar. in l. iij. §. ſi ꝓcurator. ff. qđ cuiuſq; vni. itidē in l. ſed ſi vnius. §. ſeruus. n. 2. ff. de iniur. vbi ex ꝓfeſſo in ea eſt ſentētia. Vbi ſi ꝓpter iniuriā alteri illatā alius quiuis aliquē interimat, cui quidē ex neceſsitate eidē tenebat obedire, dictiſq; eius obtēperare, homicida exiſtimādus eſt: Pro qua ſentētia eſt tex. ad id præſtātiſsimus in l. ita tamē. §. geſſiſſe. ff. de adm. tut. tex. in c. mulieres. de ſent. exc. & inibi expreſsim ad hoc not. Abb. n. 9. & Fel. n. 2. Quib' acceſſēre Hie. Grat. cōſ. v. n. 11. vol. j. Mat. Affl. in cōſt. Neap. lib. j. rub. xij. n.
17. His ſanè præmiſsis, plura, quę iuris vtriuſq; interpretes variis ꝓpoſitis diſtinc. adducūt, pro extricāda iſthac ſententia, tribus dūtaxat iuris axiomatib' cōplectar in hūc modū, Primò, frequētiori doct. calculo receptā ſentētiā procedere, ſi dominus famulo, cōſanguineóue ad aurē loquutus fuiſſet, & paulò pòſt famulus aliquē interemiſſet, dominū teneri, ac perinde ex eius mādato præceſsiſſe cōſtat, ex gl. paſsim recepta in l. ſi vētri. §. fi. ff. de pri. cred. cuius meminit idē profeſſus Bal. in l. multū. col. ij. C. ſi quis alteri vel ſibi. itidē in c. veritatis. col. iij. de dolo & cōt. & in l. j. col. iiij. C. de ſer. fug. Io. Ana. in cōſ. xxiij. Hip. in §. prętereà. l. j. n. 27. ff. de quęſt. Grat. in cōſ. cx. n. 11. vol. j. Quib' nec admodū inuitus accedit Fel. in c. j. num. 12. de offi. del. Alex. in l. ſi cū dotē. §. ſi mulier. not. ij. ff. ſol. mat. Et ante hos expreſsim profeſſus Bar. in præcit. l. ſi vētri. §. fi. n. 1. & inibi Ang. Alia ſubiicitur ſpecies, in qua gladiis acutis à doct. dimicatū eſt, intelligēdo ſanè ſecundū cōmunē ſententiā dominū teneri de homicidio: tametſi dominus q eidē famulo alloquut' eſt auriculariter, & expreſſim inhibuiſſet, ne inimicū occideret ſuū, nihilominus homicidio perpetrato dominū teneri cōſtat, ex c. fi. de homic. lib. vj. Mar. Soc. in c. ad audiētiā. n. 63. de homic. Iaſ. in l. j. à n. 28. ad 58. vſq; de ſer. fug. prępoſitis quibuſdā iuris aſſertionibus id declarat. Cuius meminit Ber. Diaz, in reg. ccj. & ante hos Bal. in l. nō ideò minus. n. 34. c. de accuſ. & Matheſ. ī ſing. clxxxviij. ad fi. Quæ oīa ſ alia in q. negotiū nobis fuit. Illud tamē nō omittā, qđ & Bar. in ea ſpecie ita reſpōdit in l. ſi qs mihi bona. §. ſed qđ ſi mādauit. ſumēs rationē ex tex. inibi. ff. de acq. hęr. pœnā criminis ordinariā militi Florētię impoſitā fuiſſe aſſeuerat, q iſthæc verba ꝓtulit. Bal. Ang. Imol. Pau. Caſt. Are. & Rom. idē exiſtimauēre, inibi Abb. in d. c. ex literis, & inibi Anch. col. ij. Bal. in c. veritatis. de dolo & cōt. n. 5. Abb. in c. pen. n. 20. ne cler. vel monac. Ang. in maleſ. tract. in

ver. Sẽproniũ mãdatorẽ.q.xxj.&inibi Auguſt.ad Ang.Fel.in
c.Petrus.de homic.n.5.ex nouiorib⁹ Ant.Gom.c.iij.delicto.
n.45.Lud.Car.in prac.cri. Tametſi his refragare videatur,
quo p iſthæc verba nõ videtur proferẽs mãdaſſe,vt homici-
diũ fiat ex illo vulgato iuris adagio,in criminalib⁹ pœna cri
minis ordinaria qs afficiẽdus nõ eſt,quãdo probatio nõ eſt li
quida & indubitata,ex his quę cõgerit Inn. & pleriq; alij in
c.qa veriſimile.de præſum,ex qua ratione & Iaſ. in ea ſpecie
dubitauit in d.§.ſed qd ſi mãdauit.Itidẽ in l.j.C.de ſer.fug.
n.28.&in l.j.n.21.ff.ſi cer.pet.q pleroſq; alios in errorẽ attra
xit:vtcũq; tamẽ ſit,priori ſentẽtiæ me ſubſcribo, & veriorẽ
eſſe cenſeo,aduerſus Iaſ.& aliorũ, & illorũ offendicula in ea
ſpecie manifeſtè tollũt,cũ & Iaſ.cõſideratio, qñ delicti pro-
batio eſt dubia & anceps,& plenè nõ cõſtat de ipſo delicto,in
noſtra tñ ſpecie,delicto ſecuto apertè cõſtat,& de ipſo mãda
to:qd licet ſit generale,iure tamẽ habet mãdati ſpecialis effe
ctũ:&cũ ſit triuiale iuris adagiũ,tantũ valere genericã diſpo
ſitionẽ,quo ad ea,quę cõprehẽdi ſub genere poſsint, ſicuti &
diſpoſitio particularis,quo ad ſpeciẽ,ex l.Cẽturio. & in l.Lu-
cius.ff.de vul.& pup.prec.C.de impu. His itaq; explicitis,&
illud inquirẽdũ eſt,ex quib⁹ † cõiecturis mãdatũ præſumat: 6
in ea ſpecie,qua agimus:& ex pleriſq; pręſumi cõſtat,vtpotè
ſi inimic⁹ alterius locut⁹ fuerit ad aurẽ,famulo,aliiſue ami-
cis,cõiũctiſue perſonis,& modico tẽporis interuallo interie
cto,ille,cũ quo locutus fuit,iniuria irroget inimico, ex hoc
mãdaſſe offenſam fieri cõſtat:ſiquidẽ ex act⁹ celeritate,&aliis
pleriſq; iũctis ea iuris pręſumptio eſt mãdatũ præceſsiſſe,ex
l.ſi vẽtri.§.fi.ff.de pri.cred.l.fi.ff.ſi qs teſta.liber.l.dubiũ.C.de
repu.l.ſed Iulian⁹.§.ſed etſi fili⁹.ff.ad Maced.l.j.§.quę onerã-
dę.verſ.& in ſumma.ff.quar.rer.doct.in c.fiſci.extrà de elec.
Raph.Cu.Ang.Per.Bar.& pleriq; alij in d.l.ſi vẽtri.§.fi. Bar.
n.5.in d.c.veritatis.itidẽ in l.j.C.de ſer.fug.n.10.&inibi Ale.
ad Bar.Fel.n.5.in pręcit.c.Petr⁹.de homic.Hip.in cõſ.iij.n.8.
& in l.v.§.pręterea.n.27.de quæſt.Abb.in l.ex literis.not.iij.
de exceſ.præl.adnotat ante hos Bar.n.8.in l.poſt cõtractũ.C.
de donat.Bal.in l.j.n.12.C.de ædil.act.& in l.ſi prædiũ. C.de
pręd.min.itidẽ in l.eã quã.n.4.C.de fideic. Quæ oĩa intelli-
gẽda fore ex qualitate iniuriæ illatæ,vtpotè ſi eſſet verbalis,
nõ videt mãdaſſe inimicũ occidi: & in ea ſpecie de homici-
dio nõ teneri,ex ratione tex.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iu.l.iij.

§.cum igitur.ff.de vi & vi ar.doct.in l.j.C.vnde vi.Rom.in l. ſi quis mihi bona.§.ſed quid.& inibi Aret.Iaſ.n.21.Alex.in l. j.C.de his quib.vt indignis.n.6.Itidē conſ.ccxxj.vol j.& cōſ. xxviij.vol.iiij.Iaſ.in l.j.n.31.C.de ſer.fug.Augu.ad Ang.loco præcitato quæ intelligenda fore, vt pœna criminis ordinaria nō puniatur,iudicātis tamē arbitrio pœnas luere tenetur. Ex quorū doct.verbis,ne mēbranas occupē ſupradicti difficilis reſpōſi ratio ſatis colligi pōt: tametſi hoc quidē non ignoro ab aliquib.improbari,ſed tñ quæ ab eis afferūtur, nihil obſtare facilè quis videbit, ſi & pōtificiæ cōſtitutionis reſpōſū in d.c.ſi.diligēter expēderit:& multa poſſent pro ea aſtruēda cumulari: ſed qm̄ alij ſatis diligenter proſequuti ſunt, nos omittere hic poſſumus: cū lōga ſanè de hac re diſputatio ſit: nec ſcio an aliquis nodus apud iuris ꝓfeſſores clarior,in hoc dūtaxat tractatu.Cæterū ad prioris quæſt.cōgruā reſolutionē prænotādū eſt,rē ſubtilius inueſtigādo:tametſi per lōgū tem poris ſpatiū famulus,cōſanguineuſve homicidiū perpetraſſet,cōtemplatione dñi ceſeri cōſtat, ex Bar.in l.non ſolū.§.ſi mādato.nu.12.ff.de iniuriis.cuius meminit idē ꝓfeſſus Ang. Aret.in maleficiorū tract.n.15.in verbo,& Sēproniū mādato rē.& ex noſtris Inn.in c.ad audiētiā. de homic.Fel.in c.ſicut dignū.n. 2.e.tit.& ita hāc,de qua agimus,quęſtionē extricādā fore exiſtimo:tametſi doct.multa inuoluūt:& nihil reſoluunt:multa implicāt,& nihil explicāt. Ad rē igitur, qua digreſſi ſumus redeundo illud etiā obuiū eſt,dominū tametſi eo meliori modo impedierit,nec fuerit pręſens tractatui,ſed tantū ſcientiā habuit,teneri conſtat, ex Bal.in d.c.veritatis. Feli.& alij in precitato c. Petrus. licet nō ſit pœna ordinaria infligēda,ſaltē corporis afflictiua. Alia ſubſequitur ſpecies: ſi quis dederit cauſam rixæ, ipſoq; rixāte inimici acceſſerint alterius,atq; eū occiderīt, minimè tamē vt negotium iſtius agerēt,ſed propriū, ratione propriæ iniuriæ nō teneri dñm explicāt doctores in c.Petrus.& Socin.in c.ad audiētiā.n.50. pœna tamē ordinaria tametſi iudicātis arbitrio puniendus ſit:quam ſñiam & nos j̄.in tertia irregularitatis ſpecie trademus,& explicat Alci.de verb.& re.ſig.fo.magno 370.n.34.& plura ſolē à iuris vtriuſq; interpretib.tradi in ea ſpecie,qua agimus,q̄ miſſa facio,cū à doct.lectori obuia erunt ꝑcitatis. Ad ij.igitur q.circa intellectū tex.in c.Petrus.de hom.in quo opportunè ſubſequitur germanus intellectus,homicidiū ne,

Dominus tenetur, licet prohibuerit, ad delictum.

à fam

à ſamulis,amicis,cõſanguineiſq; ꝑpetratũ, ĩputandũ ſit eorũ
cõsãguineo,amico,dñove,cuius cã homicidę occiſionẽ agreſ
ſi ſunt in vindictã iniuriæ illatę?& vt à capite ad calcẽ iſthæc
q.intelligatur,aliquot diſtingã caſus de eius intellectu. Pri-
mũ ſiquidẽ ſi qs cãm rixæ dedit,& eius amici,famuli vel con
ſanguinei,alterũ pugnãtẽ occidit , & ſanè ꝑter eius volũtatẽ,
qnimò cõtra ei⁹ ꝓhibitionẽ,& tũc nõ eſſe irregularẽ , doct.
cõiter notãt in præcitato c.Petrus.idẽq; ꝓfitetur Mar.Soc.in *Irregula-*
c.ad audiẽtiã.n.50.de homic.citãs dictũ tex.vbi excuſatur ab *rẽ eſſe cẽn*
irregularitate,q ignorauit,vel prohibuit,qa nõ dedit cãm cõ *ſtdr inſſe*
tẽtiõi,nec rixę:imò ipſe occiſus fuit in culpa illi⁹ inimicitiæ. *cie.*
Itidẽ aſtipulatur Gũd.Auill.de irregularit.c.de ꝑcuſ.col.viij.
tametſi ab hac cõi ſnĩa ꝓrſus diſcedat gl.in c.vlt.xxiij.q.vlt.
quã idẽ ꝓfeſſus ſequitur Bal.in l.data opera.C.q acc. nõ poſ.
col.pe.& in l.j.col.vj.de ſer.fug.Hip.in l.vnica.C.de rap.vir.
nu.81.& pacẽ diſsidẽtibus afferã iuribus. Intelligo gl.quam
eſt ſequutus Feli.in præcita.c. Petrus.procedere quo ad exte-
riorẽ pœnã ordinariã:lõge qdẽ aliter quo ad irregularitatẽ.
Vel aliter & ſecũdò,& qđ obiter mẽti occurrit,ad iſti⁹ quæſt.
examẽ adnotandũ viſum eſt:quia doct.hucuſq; ſuis ineptiis
illã gl.clariſsimã obſcurauerũt, & iuuenũ ingenia, quæ ma-
turare debuerãt,perturbauerũt:& dũ anſam ſoluere ſatagũt,
nõdũ ligãt. Quò ſit,gl.illa ꝓcedet,vbi qs nõ dedit cãm rixæ,
nec fuit in culpa : qa alter fuit pugnæ aggreſſor:tametſi cõis
ſnĩa dubia ſit,tutior tamẽ mihi apparet ex eo,qđ is, quẽ cõis
ſnĩa iudicat irregularẽ,culpãq; habuit,deditq; rixæ cauſam.
Atq; ideo doct.noſtrorũ errores refellẽdi ſunt,& plurimorũ
iuriũ german⁹ & natiuus intellectus hac interpretatione re
ſtituẽd⁹.Rurſus in hac ſpecie alius & ij.ꝓponitur caſus, quo
ad irregularitatis labẽ incurrẽdã,ſ.qñ cuius cauſa delictũ per
petratur,potuit ꝓhibere,& deniq; ꝓhibuit delictũ cõmittẽ-
dũ,nihilomin⁹ ob iniuriã illatã ei homicidiũ ab altero ꝑpe-
tratur:ſi nõ ꝓhibuit,cõsẽtire viſus eſt,atq; ideo irregularita
tẽ cõtraxit,ſicuti maximo apice deſeruire videt̃ tex.ĩ ꝑcitato
c.Petr⁹.ad ſi.exploſa vtiq; gl.inibi,quæ rationibus adeò infir
mis cõtrariã ſnĩam cõſtruxit , & exploſa illa gl. id ẽt conſti-
tutiſsimũ eſt ex his,quæ Bal.adnotat in l.data opera. C.q ac.
non poſ.ad ſi.& in d.l.j.col.iiij.C.de ſeruis fug. omnium dili
gẽtiſsimè Hipp. in loco paulò anteà citato. Et qa multiplex
tractatus exponitur, magnis præconiis ab oĩbus doct.in hac

ſpecie, de qua agimus, in qua & plura extãt doctorũ reſpõſa, ideo & nos clarioris intellectus cauſa tertiũ ſubiiciamus caſum, quo ad irregularitatẽ cõſtituẽdã: ſi ſanè qs pſens fuit tractatui: ſuper occidẽdo eius inimico, à cõſanguineis, ſeruis, vel famulo ſuo degẽtib. in hac dũtaxat ſpecie, ſi dñs tacuit, & ei⁹ cauſa tractat⁹ factus fuit, in irregularitatis labẽ incidere cõſtat, ſicuti argumẽto optimo deſeruit tex. in l. qui patitur. ff. mãdati. c. cõſtitutus. de teſtib. in primo. l. filiusfamiliâs. ff. ad Macedon. Abb. & Fel. in d. c. Petrus. quæ omnia alia in quæſtione negotiũ nobis fuit, & de his paulò antà mẽtionem fecimus, & idẽ explicat Iaſ. in d. l. de pupillo. §. ſi quis in præt. n. 14. ff. de no. ope. nunt. quo in loco pleraq; id genus alia cõiecit, quæ curioſis cõiiciẽda relinquo. Et hic tertius caſus argutiis quibuſdã vitã tacitè claudit: ſicuti quilibet, q huiuſcemodi artẽ mediocriter calleat, ex his noſtris ingenuè fatebitur. Cæterũ quartus ſubiicitur caſus, vtpotè ſi rixæ causã qs dederit, ipſóq; rixãte acceſſerũt alterius inimici eúmq; occiderũt, propriæ iniuriæ, ac inimicitiæ ratione, minimè tamẽ, vt negotiũ illius agerent, eſſe irregularitatis reum exiſtimat Gũdiſ. à Villadiego noſter Hiſpan. in tract. de regularitate. c. de percuſſo. col. viij. Cuius opinio, quàm ſit à ratiõe deuia, cõſtat ex c. ſignificaſti. in ij. de homic. à cuius ſñia in ea ſpecie diſcedit Soc. in c. ad audiẽtiã. n. 50. de homic. Et hãc ſentẽtiã profitetur Abb. in pcitato c. Petrus. & interpratũ ferè maior pars hoc tenet, pleraq; alia fortiora argumẽta cõtra Gũdiſal. adducẽtes. Poſtremò, vt colophonẽ addã quo ad irregularitatẽ, huic quæſt. quintus ſubiicitur caſus, antiqua doctorũ retia, & difficillimos nodos reſoluẽtes, & ſuperuacuas diſtin. doctorum exulare cupiẽtes, dñm teneri exiſtimo, tametſi eo meliori modo delictũ impedierit, nec tractatui fuit præſẽs, ſed vtiq; eius ſciẽtia fuit neceſſaria, in irregularitatis crimen incidere cõſtat: ſi qdẽ eius reuelatio neceſſaria fuit ad vitãdũ crimẽ, nihilominus, mala mẽte, malóq; animo, ac Zelo hanc omiſerit reuelationẽ. Et huic accedit ſentẽtię Hẽr. in d. c. Petrus. tametſi Imol. & alij pleriq; inibi diuerſa ſensêre, & doc. in diuerſas ſciſsi ſunt ſñias: ipſe tñ ĩ hoc dubio exiſtimo, nõ ſolũ eſſe locũ irregularitati. ſed & aliis pleriſq; pœnis, q̃ ex d. c. cõſtitut⁹, deducũtur. & in c. ſicut tuis. de ſimonia. Et huic accedit ſñiæ Fel. & alij ſignãter hanc deducẽtes q. in d. c. Petrus. & Bal. ante hos in c. veritatis. de dolo & cõt. tametſi nõ

ſit

ſit pœna ordinaria infligẽda, ſaltim criminalis vel corporalis, ſed vtiq; in irregularitatis labẽ incidere cõſtat: licet Legiſtæ & Canoniſtæ diu in varias opin. ſecti ſunt, ſed tandẽ crebrior ſnĩa hæc inualuit. Sic eñ & antiqui iuris cõtẽtio dirimitur, & immẽſa librorũ vol. ad mediocrẽ modũ, & hos caſus tandẽ peruenitur. Et his videtur Imolæ, & ſequaciũ perſpicaciam defeciſſe: alioquin pleraque in iure prægnantia reperientur, quæ his ſpeciebus & hac diſtinctione tolluntur.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus c. vlt. de homi. l. b. vj. examinatur præter alios non inconcinnè.*

2 *Mandans & mandatarius in caſu d. c. vlt. pœna delicti ordinaria tenentur, ſi homicidium ſequatur.*

3 *Mandatum tacitum quibus verbis cenſeatur inductum.*

4 *Mandans tantùm tenetur de vulnere, licet occidi mandauerit.*

5 *Irregularitas conſtituitur ex homicidio caſuali, quoties voluntas fuerit ad homicidium indirecta.*

6 *Mandans an teneatur de actu perpetrato per mandatarium vltra mandati formam.*

7 *Mandans an teneatur de homicidio, ſi mandatarius mandatum repudiauerit, tamen poſteà occiderit.*

8 *Mandatarius, ſi alteri mandat homicidium fieri omnes tenẽtur.*

9 *Nuntius qui ſciens, literas defert, perpetrãdi homicidij cauſa, æquè ac mandatarius tenetur.*

10 *Qui plurib. homicid. ũ fieri mãdauit, an vnica tãtũ pœna puniat̃.*

11 *Clericus mandans percuti Titium, ſi in aggreſſu occidatur mandatarius, an incurrat irregularitatis labem.*

12 *Clerici armis ſi quis pcutiatur, an cleric⁹ incurrat irregularitatẽ.*

13 *Occidi an poſſit impunè, qui impunè poteſt offendi.*

14 *Mandatarius qui profitetur ſe occidiſſe, non vt adimpleret mandatum, ſed quòd ſibi eſſet inimicus, excuſat mandantem.*

15 *Mandans an teneatur ſi conſtet mandatarium delictum attentaſſe non tamen conſummaſſe.*

16 *Si delictum mandatum fieri Arenſi, committatur Pampilonæ, an ſit inſpiciendus mandati locus, vel delicti.*

17 *Ratione delicti nõ ſolũ quis ſortitur forũ, ſed etiã ratione mãdati.*

18 *Mandatarius an ſit legitimus teſtis contra mandantem.*

19 *Mandatarius torqueri poteſt, donec oſtendat mandantem.*

20 *Mandans an teneatur homicidio ſequuto ex delicto, quod non animo occidendi fieri mandauerat.*

21 *Nobilis mandans pauperi delictum committi, eadem, qua pauper, pœna afficiendus eſt.*

22 *Statuti vel legis municipalis verba ſuper homicidio loquētia quomodo intelligantur.*

23 *In his quæ ſunt à iure prohibita, ſi mādatarius non eſt ſubiectus mādāti, ſi delinquat ex mādato, nō eſt à criminis pœna immunis.*

24 *Quid etiam in grauioribus criminibus dicatitur.*

25 *Pricipis ſuperiorisve mādato, obtēperādū nō eſt, ſi et iniuſtū fuerit.*

26 *Qui mandatum ſuſcipit, ſi & perſona ſit, quæ obtēperare tenetur mādanti, adhuc in grauioribus criminib. mitiori pœna afficiatur.*

27 *Quid etiam ſi id, quod mandatur, eſt de genere prohibitorum, ſed alia quauis cauſa permiſſum, quid & agendum.*

28 *Adulterum occidere, niſi filijs abſque criminis pœna mandari non poteſt.*

Examinatur celebris Bonifacij octaui cōſtitutio in c.fi.de homic.lib.vj.cum nouo detecto intellectu plurium iurium de his, qui homicidium committi mandârunt, agentium. Cap. XV.

1 MVLTIPLEX † tractatus exponitur, magnis præconiis ab omnibus doctoribus circa intellectum Bonifacij octaui, in c.fin. de homicid. lib.vj. Cùm vix alius fundus ſit, qui maiorem vberiorémque meſſem reddat, circa mandātis homicidium committi pœnam. Multæ enim in hac materia dubiæ ſunt interpretum opiniones, in qua plura extant doctorum reſponſa. Nam non de lana caprina, vel glāde legenda, ſed vtique de pœna committi mandantis delictū agitur: quocunq; me verto, eſt cœlum vndiq;, & vndiq; pontus: nec ſatis video in tanto, támq; turbulento fluctu opinionum, ne ventorum dicam dextrorſum ne, an ſiniſtrorſum, nauis ducenda ſit, quo in portū ſatis tutū conferre nos poſsimus: tamen omnibus non oſcitāter perſpectis, quæ ſit dubiæ ſententia mēti expediā. Accedit tamen hic fortaſsis, quod in pratis fertilibus ſolet, quibus & zizania innaſcitur, quā omni ſtudio & labore extirpare agricolæ diligentius ſolent: ita ipſe, qd ferre valeāt humeri, experiar: Itaq; ſubſequitur alius primi articuli appēdix in caſu c.vlt.de homic. lib.vj. Cuius hæc ſunt verba: Is, qui mandat aliquem verberari, licet expreſsè inhib

inhibeat, ne occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur: ſi mãdatarius fines mãdati excedẽs mutilet vel occidat, cùm mãdãdo in culpa fuerit, & hoc euenire poſſe debuerit cogitare. Hactenus prædicta cõſtitutio. Quo quidem caſu quidã vere cenſent, mãdatorẽ nõ eſſe puniendũ mortis pœna, nec homicidij volũtarij ordinaria, ſed extraordinaria tãtùm. Huius opin. authores ſunt Franciſ. de Capitibus Liſte, Ant. de Roſel. Ang. à Caſt. Pau. Caſtr. filius, apud Cæp. cõſi. xxxv. & xxxvj. & xxxvij. ſingularis ad hanc rẽ editis reſpõſis, Gem. in d. c. ſi. Soc. in c. ad audiẽtiã. Anan. in c. ſicut dignũ. §. ſi. de homic. Bar. & Iaſ. in l. non ſolùm. §. morte. ff. de noui oper. Bar. in l. diuus. ff. de ſicar. Marſil. in eadẽ l. §. diuus. & in l. j. C. eo. Bal. Pau. Rom. Aetius, Iaſ. in l. ſi qs mihi bona. §. ſed qd ſi mãdauit. ff. de acq. hær. Cum. cõſ. cxxxiiij. doct. in l. quid ergo. §. pen. ff. de leg. j. arg. l. in lege Cornelia. & in d. l. j. §. diuus. Quibus nec admodũ inuitus accedit Cæp. cõſ. xxxiiij. & ĩ ea ſpecie cõſuluit Hip. cõſ. lxvij. Et rurſus cõſ. x. doct. paſsim in l. quoniã multa. C. ad leg. Iul. de vi publ. ex quibus omnibus vno ore ſolet colligi pœnã ordinariã homicidij nõ eſſe admittẽdã, vbi homicidiũ cõmiſſum fuerit abſq; vero animo & directa occidẽdi volũtate, vt paulò anteà diximus c. præced. Deniq; eãdẽ opinionẽ quo ad mãdatorẽ adſtipulãtur doct. ſecuti ſunt Dec. cõſ. ccxxxiiij. & cõſi. ccccl xxxij. Hip. cõſ. lxvj. Bal. in prac. tit. de quæſt. ij. col. Pan. & alij plerique in ea ſunt ſentẽtia in c. ex literis. de exceſ. præl. & iterũ c. ſentẽtiã. ne cler. vel monac. Fel. in c. vniuerſitati. in princ. de ſen. exc. Imo. in d. c. ſicut dignũ. Hip. ſing. clxxvj. Th. Gram. in cõſ. xx. Paul. Par. cõſi. clxj. lib. iiij. quorũ opinio humanior eſt & tutior, teſte Lud. Car. in prac. crim. ti. de homic. §. circa. nu. 61. tãetſi prorſus cõtrariã adſtipulat ſnĩam Barth. Cæp. d. cõſi. xxxiiij. multiſq; rationibus ꝓbare nititur hũc mãdatorẽ puniendũ fore pœna ordinaria homicidij. Circa cuius examen perſpicuùmq; intellectũ nõnulli extrema ſua iudicia miſcuerunt, nõ ſine captionis ſuſpicione, ſed quia in his regnis põtificia iſth æc deciſio paſsim in controuerſiã adduci ſolet, ideo in eius enucleatione experiar, quid ferre valeant humeri ingeniiq; vires. Et primò † intelligo pontificiã cõſtitutionem 2 præcitati c. fin. & communi conſenſu receptam ſententiam, ſi homicidium ſequitur teneri mandantẽ & mãdatariũ pœna delicti ordinaria. l. nõ ſolùm. §. ſi mãdato. ff. de iniur. l. j. §. deieciſſe

Mandantis crimen committi pœna.

Qua pœna puniatur abſq; voluntate interficiẽs.

deieciſſe.ff.de vi & vi arm.l.nõ ideo minus.C. de accuſ.l.ſeruos.C.ad l.Iul.de vi pub.l.1s dãnũ.ff.de reg.iu.l.pen.C.ſi reus vel accu.l.lege Cornelia.§.fi.ff.de iniur.l. hoc iure.ff. de reg. iur.Bar.in d.§.ſi mãdato.col.j. Et huius ſentẽtiæ authores habeo Iac.But.Sal.& pleroſq; alios in præcitata l.non ideo minus.& nouiſsimè ſignãter huic accedit ſentẽtię Ant.Gom.tomo iij.delict.c.iij.nu.39.quod cõuinci poſsit ex pleriſq; aliis, quæ cõgerit Th.Grã.Pariſ.Carr.locis pręcitatis, & Cæp.omniũ diligẽtiſsimè pleraq; eo in loco,cuius & anteà meminimus. Nec aliquo iuris apice obſtat cuiuſdã iunioris dubitatio,exiſtimãtis rei turpis nullũ eſſe mãdatũ, nulꝰ cõtractus, nulláq; actio,nulláq; obligatio,ex l.ſi remunerandi.§. ĩ paſſus.ff.mãdati.vbi ſcribit Cõſultus, Rei turpis nullũ mãdatũ eſt.l.à reo.§.fi. ff.de fideiuſ. Siquidẽ intelligẽda ſunt, quo ad actionẽ pariẽdã inter mãdãtẽ & mãdatariũ,longè quidẽ aliter,quo ad actionẽ,vel accuſationẽ quærẽdã ei,in cuius pręiudiciũ mãdatũ eſt,ſicuti magna authorũ pars diffiniêre, inter quos eſt Bar.in præcit.l.nõ ſolùm.§.ſi mãdato.col.j.ff. de iniur.Iac.But. Sal.& pleriq; alij in l.nõ ideo minus.C.de accuſ. Ex quorũ lectione cõſtitutiſsimũ eſt in accuſatione criminali,huius criminis teneri,locus, & tẽpus delicti cõmiſsi ponere,nõ tamẽ locus,& tẽpus mãdati. Secũdus iuris eſt appẽdix, ꝙ tẽpus accuſationis currit à tẽpore cõmiſsi delicti, nõ tamẽ à tẽpore mãdati,ex tex.ad id præſtãtiſsimo in l.ſi qs vxori.§. nec verbo.ff.de fur.Vbi Cõſul.ita ſcriptũ reliquit. Quare,& opẽ ferre,vel cõſiliũ dare tũc nocet, cùm ſequuta cõtractatio eſt,tex.in l.qui ſeruo.eo.tit.ff.Bar.idẽ profeſſus nu.9.in præcitato §.ſi mandato. cui nec admodũ grauatus accedit Ang. in trac.malefic.in par.Sẽproniũ mãdatorẽ.col.vij. ver. ſepti mò quęritur.principalẽ cõcluſionẽ intelligẽdã fore opinor, tãetſi ex interuallo,mãdatũ executioni mãdet,ex Innoc.nu.2.Anc. Anan.& pleriſq; aliis in c.ad audiẽtiã.de homic. Bart.in d.§. mãdato.nu.2.Bal.in l.nõ ideo minus.C. de accuſ.col.fi. & ibi Sal.nu.14.nec obſt.ſi qs recti limatiq; iudicij vir obiiciat, ꝙ in dubio iuris adeſt præſumptio, ꝙ actꝰ geſtꝰ nomine ꝓprio potiꝰ videt,ꝙ̃ alieno,niſi & id expreſsim dicat noĩe alteriꝰ gerere,ex l.iij.§.ſi ꝓ tutore.ff.iu.ſol.l.quacũq;.ff.de ꝑcu.l.Papinianus.ff.mãd.l.& magis.ff.de ſol.l.cùm poſt.§.j.de admi.tut. l.fi.ff.de inſt.act.Bar.& pleriq; in l.j.§.nũtiatio.ff. de ope. no. nũt.nu.12.Cui in ꝓpatulo eſt rñſio, cùm & illud in ciuilibus

Rei turpis nullum eſt mandatum.

Quãdo noceat opem ferenti.

cauſis

cauſis,in qbus & actus nõ poteſt cõpetere niſi & vni , intelligendum eſt lõgè quidẽ aliter in cauſis criminalibus , in quibus & vterq; quãdoq; tenetur:rurſus,qa in delictis odiũ vertitur,& nõ fauor,ideo cõtra vtrũq; fit interpretatio: etſi doctores ex his in varias ſciſsi ſunt ſentẽtias,atq; ideo difficillima ſit huius nodi ſolutio:ipſe tamẽ potius probarẽ priorẽ ſentẽtiã,ni percuſsio mãdata maxime oſtẽderet(eius qualitate inſpecta)mãdãtis voluntatẽ fieri homicidiũ directè,ex his quæ nos aliquot axiomatib⁹ declarauim⁹ ſuprà c.xiiij. idq; quàm maximè cõueſtiri poſſet ex his,quæ elegãter Bal.hoc in ꝓpoſito adnotat in l.nõ ideo minus.C.de accuſ.itidẽ in l.cũ mandati.C.mãd.& ſerioſè alia cõgerit Rom.Alex.in l. ſi qs mihi bona.§.ſed qd ſi mãdauit.col.vlt. & inibi expreſsim adnotat Iaſ.poſt Caſtr.& Aret.Ang.in malefic.tract.verbo , Sẽproniũ mãdatorẽ.q.x.ſiquidẽ ſi mãdetur pcuſsionẽ eo inſtrumẽto fieri,vtpotè difficillimũ ſit adhibere modũ, quin homicidiũ ſequatur,cõſtabitvtiq; mãdatorẽ volũtatẽ ſuã in homicidiũ direxiſſe. Ex qbus euidẽter cõſtabit,in ſpecie c.vlt.homicidiũ eſſe volũtariũ,nõ tñ caſuale:& regiæ leges extant,ſicuti & nos eo loco adnotauim⁹ præcitato.Cæterùm põtificiã cõſtitutionẽ in præcit.c.vlt.diligẽtius explicãdã aſſumpſi,q̃ hucuſq; factũ fuerit ab interpretibus noſtris : qa in nõnullis ꝓfeſſores noſtros deliraſſe dignouerint circa illius tex.verum examen, perſpicuúmq; intellectũ. Et intelligo minimè exigi mãdãtẽ eſſe præſentẽ,vtpotè de mãdato ac delicto ꝑpetrato p mãdatariũ teneat,ex tex.ad id omniũ præſtãtiſsimo,in l.j.§.prætor. ff.ne qs eũ,q in ius vocat⁹ eſt,vi eximat.quẽ adnotauêre inibi ad id Pau.Iaſ.& alij pleriq; in albo primariæ doctrinæ poſiti huius farinæ authores.Idẽ ꝓfitet Bar.in l.ſi p aliũ.eo.tit.apud quos id ſatis iã ſatis definitũ eſt.Secũdò ex eodẽ fonte & illud deducit,nõ tãtùm ꝓcedere in mãdato expreſſo,ſed in mãdato tacito,vt mãdatori homicidiũ imputet quo ad irregularitatẽ,etiã ſi præmiſſa fuerit ꝓteſtatio de nõ occidẽdo quẽquã, teſte Matheſil.not.clxxxvij.& ſentit Corſ. in ſing.ver. præcepti. Et huius declarationis exẽplũ erit,qd ex Bar.ſolet adduci in l.ſi qs mihi bona.§.ſi qd ſi mãdauit.aliàs.§.pater Seio.ff.de acq.hær.& nobis negotiũ fuit c.xiiij.nu.5.ſuprà de illo ſanè q paſſus iniuriã dixit filio vel famulo,Nõ regrediaris in domũ meã,donec ipſe aliquid nouũ audiã de te. Nã † & Bar. & alij 3
pleriq; in ea ſunt ſentẽtia,ſubeſſe mãdatũ tacitũ de offendẽdo illum,

Voluntas mandatarij in homicidium.

illum, à quo domino illata eſt iniuria, tex. optimus in c. ex literis. de exceſ. pr. elat. vbi Anch. & Abb. Rom. in ſing. dccxix. Mar. Soc. in c. ad audiẽtiã. de homic. nu. 74. Ang. in trac. maleficiorũ. in ver. Sẽproniũ mãdatorẽ. q. xxj. Alex. cõſil. cxxvij. vol. iiij. Bal. in c. veritatis. iij. col. de do. & cont. Alex. & Iaſ. in d. l. ſi qs mihi bona. §. ſed ſi mãdauero. Iáſ. idẽ profeſſus in l. j. C. de ſer. fug. col. vj. Rom. ſing. dccxix. Corſ. in ſing. verb. prçceptũ. lo j. incip. famulus cuiuſdã. Alex. cõſ. cvj. & cõſi. liij. vol. iiij. Fel. idẽ adſtipulatur in c. afferte. de prçſum. ver. datur etiã exẽplũ. Et iterũ in c. ſicut dignũ. de homic. Alex. cõſi. lxix. vol. ij. & in l. j. de his quib. vt ind. Hip. cõſi. cxxxij. Abb. in c. pen. ne clerici vel monen. Fel. in c. Petrus. de homic. iiij. fal. Dec. cõſi. ccxxiiij. ad fi. Anan. cõſi. lix. ex quorũ doctorũ perplexo catalogo hãc eſſe frequẽtiori calculo receptã ſententiã cõſtat. Etenim & in hoc mãdato præſumpto locũ ſibi vẽdicat reſpõſio tex. in d. c. vlt. de homic. lib. vj. ſicuti paſsim doct. locis præcitatis meminêre.
4 Tertiò † obſeruãdũ eſt quid è cõuerſo. vbi delictũ alteri demãdatũ eſt expreſsè ac directè tẽdẽs ad homicidiũ: & ſanè mãdatarius vulnerauit, nõ tamen occidit, teneri nẽpe de vulnere, minimè tamen de homicidio, vti exiſtimat Bal. Paul. Rom. Aret. & Iaſ. in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſi. & in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. & huic ſentẽtię accedit Corſ. cõſi. cclxix. vol. j. in princ. iij. col. & præcitato §. diuus. ff. de ſicar. tametſi ad peccatum vel irregularitatem incurrendam animus inſpiciatur. Abb. in c. Henricus. de cler. pug. in duel. Alex. conſi. clxxix. vol. vij. & cõſi. lxix. vol. iiij. non tamen ad actũ puniendũ, in quo factũ cõſideratur, tradit Lud. Carr. in prac. crimin. §. homicidiũ. nu. 58. Et huic obiectioni lõgè aliter reſpõdit Iaſ. & Rom. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuc. Ang. in malefic. tract. in verbo. Sempronium mandatorem. xiiij. q. quorũ reſpõſionẽ cõſultò miſſum facio, ne lectorẽ nimis fatigemus. Nihilominus aduerſus hãc cõcluſionẽ ſolet obiici reſpõſio tex. celebris in c. is qui. de ſen. exc. ĩ vj. dicẽtis irregularitatẽ nullo in caſu eſſe cõſtituẽdã, niſi in iure põtificio id fuerit expreſſum. Quẽ tex. ibi maximè cõmẽtãtur, prçſertim Frãc. dicẽs eũ ſingularẽ eſſe. Idẽ Frãcus in c. dilectus. col. iiij. de appel. Bert. in trac. de Epiſc. c. vlt. nu. 8. nã cùm hoc vitiũ ſit iure humano inductũ ac põtificio, nũquã ei cõtingere cõſtat, niſi expreſsim ſit eodẽ iure definitũ, eo ĩ loco, cuius & anteà meminimus. Eodẽ iure definiri poterit, ꝙ in hac ſpecie

Quid ſi mandatur homicidiũ committi, & vulnerauerit.

cie vtiliter inquirendũ erit, ꝙ ſi poſt mãdatum delictũ nõ ſequatur, vtpotè quia mãdatarius nõ potuit executioni mãdare, vel q̃a ſibi reuocatũ eſt mãdatũ, an ratione mãdati ſuſcepti teneatur? In quo tãetſi dubiæ ſint interpretũ ſñiæ, ipſe veriſsimũ eſſe exiſtimo, ꝙ ſi delictũ erat atrox, ex ſolo mãdato iudicãtis arbitrio pœna afficiẽd' eſt, ſicuti argumẽto optimo deſeruit tex. in l. j. ff. de extraor. crim. & in l. ſi. ff. quod qſ. iur. Sin minus leue erat delictũ, immunis eſt à criminis pœna, etiã nec extraordinaria, ex l. itẽ apud Labeonẽ. §. ſi curauerit. ff. de iniur. Bar. in d. §. ſi mãdato. nu. 3. Ang. Sal. nu. 13. in pręcitata l. nõ ideo minus. Et huius ſentẽtiæ authores habeo Flor. in l. liber homo. in ij. nu. 6. ff. ad l. Aquil. Alb. in l. itẽ apud Labeonẽ. §. ſi curauerit. ff. de iniur. Ang. in trac. malefi. in pa. Sẽproniũ mãdatorẽ. col. iij. ver. quæro ſecũdò. tex. ad id præſtãtiſsimus in l. ſæpe. ad fi. ff. de ver. ſig. & in l. ſi qs vxori. §. nec verbo. ff. de fur. Quartò deducit vera ratio ad tex. in præcit. c. vlt. vt qs irregularis cõſtituat ob homicidiũ, ĩ quo eius volũtas minimè fuit directa, imò illud abhorrẽs, & nihilominus mãdator in hac ſpecie irregularis eſt, ratione homicidij volũtarij. Fertur ſiquidẽ volũtas in id, ex quo immediatè mors fuit ſecuta: atq; ideo eſt indirecta volũtas ad homicidiũ ꝑpter illã culpã, quã habuit mãdator, minimè pręcauẽdo, ꝙ ex his pcuſſionib' & actib' ſoleat immediatè mors cõtingere, atq; ideo nõ oĩno eius in cauſa incuria excuſare debet, ex eo ꝙ nõ habuit animũ occidẽdi. hãc rationẽ colligo ex tex. præcit. c. vlt. quæ ineuitabiliter ex illius verbis fundatur: & eſt ratione & moribus æquiſsimũ. Quintò ſubiicit ſpecies, † quo ad prædicti põtificij reſpõſi adnotationẽ: cauẽdũ eſt pquàm maximè irregularẽ quẽ cõſtitui ex homicidio caſuali, quoties fuerit volũtas ad homicidiũ indirecta, ſicuti Bar. ſenſit ĩ l. diuus. ad fi. ff. de ſica. vtpotè ſi qs poteſtatẽ habuerit diſpẽſandi circa irregularitatẽ ex homicidio caſuali cõtractã nõ poſſet (vt opinor) eã tollere irregularitatẽ, q̃ ĩ caſu pręſcripto cõtracta fuiſſet. Siquidẽ homicidiũ volũtariũ, tãetſi nõ fuerit ꝑpetratũ directa volũtate ad occiſionẽ, imò fuerit volũtas ad homicidiũ indirecta. Q̃d Bar. ſenſit ĩ d. l. diuus. ad fi. ff. de ſica. & doc. quorũ formã deanteà meminimus. Sextò, ſolet ad illius c. deciſionẽ † adnotari mãdatorẽ nõ teneri de actu ꝑpetrato p mãdatariũ cõtra mãdati formã, aut pręter illã: nẽpe, vt rem exẽplo ſubiiciã: Si mãdator iuſſerit mãdatario quod extra pręetoriũ Sẽpronium percu 5 6

Si contra mandati formã delictũ committatur, nõ tenetur mandans.

percu

percutiat, is verò intra prętorium percuſſerit: tenebitur quidem mandator à percuſsione illa extra prætorium, non autem de ea, quæ intra prætoriū contingeret: vtpotè ſi diuerſa foret pœna conſtituta. Et huius ſentētiæ authores habeo in albo primariæ doctrinæ cōſtitutos, Io. Ana. in c. ſicut dignū. de homic. & ibi Fel. col. ij. & nouiſsimè huic accedit ſententię Lud. Carrer. in prac. crim. §. homicidiū. nu. 73. ad fin. apud quos id definitum eſt. Septimò, hinc & illud ad germanum illius c. fi. intellectū & examē cōſtitutiſsimū ſit, tametſi mandans minimè proferat adeò illa verba expreſſa, ſicuti in prędēti declaratione, ſed ſub nube, vtpotè quia ꝓferat ea verba, Perperā eſſe hoc factū, ac non cōuenit hāc iniuriā remanere impunitā, alloquēs cū famulo filióue: Siquidē per talia verba cēſetur mandaſſe, vti hac in re extat tex. in c. ex literis. de exceſsibus prælat. ac idē profeſſus Ro. ſing. 719. quod & nos ad ambas (vt aiūt) aures adnotauimus ſuprà c. xiiij. ver. quartus ſubiicitur caſus. n. 5. Octauo. his oībus cōuenit ad pōtificiæ cōſtitutionis examē, ꝙ ſi mādatarius † mandatū expreſſim repudiauerit, ac deinde occiderit, à criminis pœna dn̄m immunē eſſe aſſeuerat Bal. in l. ſi literas. ad fi. C. mādati. itidē in l. j. col. iij. C. de ſer. fug. Bart. in l. qui aliena. §. ſi is qui. ff. de acq. hær. Itidē in l. fi. de quæſt. & in l. nō ideo minus. C. de accuſ. & in l. quicūq;. C. de ſer. fug. Quibus nec admodū inuitus accedit Alex. poſt Bar. in l. is q. §. vnde quæritur. ff. de manumiſ. Alex. etiā in præcitata l. fi. Porrò hæc eadē quæſtio in hoc dūtaxat tractatu perplexa valde exiſtimatur, q̄ maximè doctorū capita torquet, & in varias ſciſsi ſunt ſnīas doctores, & alij alia adiecêre, quę nobis hîc ꝓſequi nō lubet. In quo dubio hac ſola vſus diſtinctione rn̄deo: ſi ſanè homicidiū cōmittat ex īteruallo grādi poſt mādati repulſionē, dn̄m īmunè eſſe à criminis pœna, miniméq; teneri. Quā diſtīctionē ꝓfitet Bar. in præcit. l. nō ſolū. §. ſi mādatū. ver. quęro mādauit. ff. de iureiu. in j. q. Innoc. idē ꝓfeſſus ī c. ad audiētiā. de homic. Bal. in l. j. C. de ſer. fug. ij. col. verſi. & idē ſi mādatū. & Ant. Gom. huic accedit ſnīæ. c. iij. delict. nu. 40. hîc plura ſingulariū doctorū ſcripta cumulare poſsē, quæ cōſultò omitto: ītelligēdo ſanè prædictā ſpeciē ea lege, eóq; pacto, vt mādatario reuocationē notificaret, certioréq; faceret eū, q offendēdus eſt, ſicuti exiſtimat Anch. in cle. j. de renūt. Cæp. caut. vl. nu. 255. quibus acceſsêre Hip. cōſ. cl. Alex. cōſ. lxxxiij. vol. vij. ſiue & is tacitè, ſiue

Mandās non proferēs verba expreſſa, an verè cenſeatur mandaſſe.

7

ſiue expreſsim mandatum reuocauerit: in ea ſpecie à crimi-
nis pœna immunis eſt mandans, ſicuti maximo apice de-
ſeruire videtur cap. quicunque. de ſentent.excom. lib. vj. &
inibi gl.& paſsim doct.adnotant,& in ea quæſtione expreſ-
ſim cenſetur reuocare quando verbis expreſsis reuocat, ne
mandatum exequatur, vt per Bart.in d.§.ſi mandato. & in l.
ſi non remunerandi.§.ſi mãdauero.ff.mand.tacite,quia man
dans fecit pactum pacémue cum offendendo: arg.l.iij. ff.de
adim.leg.Angel.in verbo, Sempronium mandatorem.Lud.
Carrer.in pract.crim.in §.homicidium. nume. 79. & aliqua
tradidimus de aſſaſsinis tractantes, viij. caſu, & nouiſsimè
Ant.Gom.cap.iij.delicto.num.19.ampliat.j.Siquidem ſi non
conſtet de mandati reuocatione virtute præcedentis man-
dati, tametſi ex longo interuallo iuris præſumptio eſt deli-
ctum eſſe commiſſum,ex Bart.in d.§.ſi mandato.nu.2.Bald.
in d.l.non ideò.ad fi.& inibi Sal.nu.14. Nonò verumenim-
uerò,quæri ſolet hoc in negotio: Si quis † mandat vni com- 8
mittere ſanè homicidium,ac rurſus, qui ſuſcepit mãdatum
alteri mandat, vtrunq; de homicidio teneri reſpõdit Bal. in
l.ſi ego.per illum tex.ff.quod vi aut clàm. Bart.in l.j.§.inci-
dit.ff.ad Turpil.Bal.in l.j.§.nec autem.de caduc. tol. iij.col.
verſic.extra tex.atq; ideò Bald.Bar. Ang.locis præcitatis. Hi
omnes aſſeuerant idem cenſendum eſſe in nuntio † portante 9
literas ad homicidium perpetrandum,eo ſecuto, eúmq; te-
neri ea lege ac conditione.ſi nuntius certior factus foret ho-
micidij committendi,eam ſanè pœnam luere debet, perin-
de ac mandatarius. Et huius opin. authores ſunt Cyn.in d.l.
non ideò minus.C.de accuſ.& Bart.in præcit.§.incidit.Bar.
& Marſil.in l.ſcienter.ff.de parric.is idem cõſ.xxvij.& in l.j.
§.prætereà.ff.de ſica.nu.181. Io. de Arno. in ſoliloquio xliij.
incip.Nuntius.Bal.in l.j.§.nec autem.C.de caduc.tol.Bar.in
l.j.§.incidit.ff.ad Turpil.& in l.aut qui aliter.§.j.ff. quod vi
aut clàm. Idem ſanè exiſtimo in nuntio portãte literas pro-
ditionis contra rempublicã principémue,tenetur ſiquidem
vt principalis.not.doct.in l.j.ff.ad leg.Iul maieſt. Idem cen-
ſendum eſt in nuntio mandante alteri: nam vterq; tenetur.
Bal.per illũ tex.in l.ſi ego.ff.quod vi aut clàm.&inibi Bolog.
in eius interpret.Bal.in præcit.§.nec autem.Ang.in malefic.
tract.in ver.Semproniũ mandatorem.q.vj. plura hîc exami-
nanda ſe offerebant,quæ vt breuitati ſtuderẽ, explicare non

De nuntio literas afferente ad homicidiũ committendũ.

Itidem de portante literas proditionis.

eſt animus. Decimò, his ita prænotatis, lectorem admonendum cenſeo alia eſſe menti tenẽda in prædicti Pontificij reſponſi adnotatione: ſi ſane † quiſpiam pluribus mãdat homicidium perpetrare, & plures occidunt quempiá, ſitne vnum delictum cenſendum mãdantis, ac vnica pœna puniatur: an plura, nempe per pluribus pœnis? In quo dubio ea ductus diſtinctione reſpondendũ cẽſeo: ſi ſanè vnum eſt delictũ commiſſum à pluribus, vnica pœna punitur mandator, quando vnicum mandatur delictũ, tametſi pluribus mandetur: longè quidem aliter, ſi plura perpetrãtur delicta, ac homicidia, Nam quot ſunt delicta, tot pœnis afficiendũ eſſe mãdantem exiſtimat Bar. in l. ſi. ij. col. verſic. & pro hoc poteſt ſolui. ff. de ſica. ibidem Bar. in l. ſi. ff. ſi famil. fur. fec. dic. & in ſimili quæſtione tradit Corn, conſ. xxxiij. vol. iij. apud quos iuris antiſtites ſatis hoc iure probatur. Vndecimò etiá conuenit, & illud ex præmiſsis deducitur, ꝙ ſi quis mandat, inſtigat, vel animum alicuius alliciat, aut ſane ſolicitat ſacris initiatum clericúmue percuti, mandatariũ teneri, ac in labẽ & excommunicationis incidere pœnam, perinde ac ſi ipſe mandans percuſsiſſet. Et huius opin. authores ſunt Bald. Ang. Raph. Cum. in l. quid ergo. §. pen. ff. de leg. j. idémq; reſpõdit Alex. poſt Bar. in precitato §. ſi. mandato ad fin. Abb. in c. mulieres. de ſent. excom. & omnium diligentiſsimè Iaſ. in l. j. C. de ſer. fug. quod ſane nõnulli intelligunt mandatorẽ teneri de actu perpetrato per mandatarium, tametſi mandans ante delicti conſummationem reuocet mandatum, vt per Bart. in l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruus. ff. de cond. ob cauſ. gl. in præcitato c. mulieres. & not. in c. cùm quis. de ſent. excom. lib. vj. Imol. in c. ad audientiam. de homic. Felin. in c. ſicut dignum. eod. ti. qui modus eſt intelligendus, vt per Fel. in d. c. mulieres. & Bal. in Margar. ſua, ver. mã lans. ver. vj. Duodecimò hinc profectò manifeſte conſtat verſa vice: nempe ſi inſignitus ſacris ordinibus mandat, aut inſtigat aliũ percuti aut occidi, in labem irregularitatis incidere conſtat ex doct. reſponſis in d. §. pen. & in c. ſicut dignũ. præcitato. Tametſi prohibeat expreſſe, ne occidat, vti exiſtimat Bal. in l. cùm mandati. C. mand. Ang. in d. ver. Semproniũ mandatorem. viij. & ix. q. apud quos id definitũ extat. Decimotertiò hinc etiam examinari poterit

An in excommunicationẽ incidat qui ſolicitat clericũ percutere.

70 (margin, at "ſponſi adnotatione")

71 quæſtio illa, quæ doct. capita torquet: ſi ſanè † clericus mandat percuti Titium, & mandatarius in aggreſſu occidatur,

incid

incidátne in irregularitatis labem per mādatarij mortem?
traditur à doct.in d.c.ad audientiā.& inibi Abb.ad hoc mul
tum notat extrà de homic. Decimoquartò,hinc etiā conue-
nit:ſi † quiſpiam armis clerici percutiat, laborétne clericus 12
irregularitatis vitio? notāt doct.in c.Petrus.de homic. ac de
hac q.ſatis diligenter reſpondit Nic.Plob.in tract.de irregu
laritate.nu.13.& 14.irregul.pleniori manu Fel. in præcitato
c.ſicut dignū. Decimoquintò, accedat quaſi totius materiæ
coronides,quod & Bart.hac in re tradidit in conſ. clxxxviij.
inducens text. in præcitato c.vlt.de homicid. ad aſſertionis
probationē,quam ipſe aſſeuerat, poſſe impunè occidi eum
qui poterat † impunè offendi,quaſi ſub permiſſa vel incōdi 13
ta offenſione,& homicidiū mandatum cenſeatur:cuius indu
ctio Bar.quàm ſit à ratione deuia, viderint omnes, qui recti
limatiq; iudicij ſunt:ſiquidem in d.c.vlt.irregularis non eſt
mandator, ex eo ꝙ ad occiſionem mandatum cenſeatur de-
diſſe,ſed quia ſecutū fuit homicidiū immediatè,& per ſe,ab
illo actu,qui mandato continetur: aut propter culpā, quam
mandator habuit directā,vel indirectam ad ipſum homici-
dium,quod deinde ſecutū eſt.Qua ſanè ratione ſic perpenſa,
minimè probatur Bart. opin.in d.c.vlt. quā etiam ipſe tenet
in l.iij.§.vlt.ff.de adim.legat.Imol.& inibi latiori cōmenta
rio Alex.in l.in ſuis.col.j.& ij.ff.de lib.& poſth.poterítq; eius
opinio probari ex his,quę notantur in c.j.de homic.in vj.&
in c.felicis.de pœn.lib.vj.c.j.de ſciſmat. a urb.nauigia. C.de
fur.auth.itē quæcunq;.C.de epiſc.& cler.regia l.iij.tit.xxvij.
par.vij.l.iij.§.vlt.ff.de ſica.not.Cyn.in l.reos.C.de accuſat.q.
vj.Ang.conſil.xiiij.& pleriq; alij in ea ſunt ſententia,tractan
tes de bannitis:quibus eſt addendū,ſecuto delicto,mandan-
tem & mandatarium teneri,ni legitimè excuſentur, vt ex-
plicat Bar.in d.§.ſi mandato.ij.col.verſ.ſed quando. Ang. in
gl.Sempronium mādatorem.ij.col. Decimoſextò,alia ſub-
iicitur ſpecies,ſi † ſanè mādatarius profiteatur delictū com- 14
miſiſſe, etenim non vt adimpleat mandatum, ſed quia eius
inimicus erat, eius confeſſio excuſat ac prodeſt mandāti ea
lege ac cōditione,quòd aliæ cōcurrant cōiecturæ.ac præſum
ptiones inimicitiæ,ſcribit Bal.in l.j.§.iniuria. viij.col. verſ,
quæro.de pace iur.fir.Cæp.caut.xlj.Hip.d.cōſ.lxj,ad fi. Paris
de Put.in tract.ſynd.ver.tortura.verſ.quia ſæpe. & verſ. an ſi
quis mandauit.Cæp.idem profeſſus caut.xxix. Hipp.in l. j.

Confeſſio mandatarij excuſat mandantem.

SCRIBIT Alexander tertius: Illi etiá, qui non vt ferirent, ſed vt percuſſoribus opem ferrent, ſi fortè per aliorum violentiam impedirentur, paulò minori debent pœna mulctari: quia cùm ſcriptum ſit: Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberauit, eũ occidit: conſtat ab homicidij reatu immunes nõ eſſe, qui occiſoribus opem contra alios præſtare venerunt: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori nõ deſinit obuiare. Hæc ille. Quo ad punitionem huius delicti generaliter obſeruãdũ eſt, auxilium, & opẽ præſtãtẽ homicidio pœna ordinaria puniri illius criminis. cùm ipſe auxiliator cooperatur ſimul in ipſo delicto. Sed quia in hac ſpecie, & viri noſtræ tempeſtatis diligentiſsimi ſcripſère, & nos in eadẽ luſuri palæſtra, certandi occaſionem nacti, aliqua nõ incõcinna, nec omnibus obuia, quo ad reſponſum Alexãdri tertij nouo ſenſu declaratũ, conjiciemus, ſcitu nõ indigna: & totã hanc materiã trino ordine diſtinguã quo ad breuem interpretationem illius tex. & in primis agetur, quãdo quis opẽ, auxiliúmve ante delictũ cõmiſſum præſtat. Secũdo, quãdo in ipſo actu auxiliũ quis præſtat, & tẽpore quo delictũ cõmittitur. Poſtremò quãdo poſt delictũ cõmiſſum.

Ad rem igitur deueniendo, vt propius operi accingar opem
1 ferre † maleficio. in hac ſpecie tũc dicetur. quãdo is, qui præſtitit, cõmodauit arma, ferramenta. famuli, amici, ad crimen perpetrãdũ adſunt, de quibus loquitur Bar. in l. is qui opem. ad fi. & inibi Ang. in l. is qui opem. ff. de fur. Bart. in l. in furti. §. ope. verſi. venio ad ſecundũ. eod. tit. ex tex. ad id præſtãtiſsimo in l. ſi pignore. §. qui ferramẽta. eo. tit. & in l. vtrũ. cũ ſeq. de parric. Ang. & Hip. in l. qui domũ. ff. de adult. ex nouioribus ſatis diligenter id extricãt Boër. deciſi. clxvij. nu. 1. Ant.
2 Gomez. c. iij. delict. nu. 48. Primo quidem caſu, quãdo † ante delictũ, opem, auxiliúmve præſtat, afficitur eadem pœna. qua & ipſe principalis, ex tex. in l. nihil. ff. ad l. Cornel. de ſicar. vbi ita à Cõſultis reſponſum eſt: Nihil intereſt, vtrũ occidat quis, an cauſam mortis præbeat: & inibi gl. frequentiori doctorum calculo admiſſa. l. prætor ait. in ij. §. ſi cùm ſeruum. ff. de vi bon. rap. l. ſi ſciente. ff. ad l. Põp. de parric. §. interdum. Inſtit. de oblig. quæ ex delic. naſc. l. is, cuius ope. ff. de adul. l. j. §. inci

Quando quis dicatur opem ferre.

Qui ante delictũ cõmiſſum opem præſtat, qua pœna afficiendus.

§.incidit.ff.ad Turpil,c.notum.ij.q.j.& tex.in d.§.illi autem. quibus admodum conuenit iuris adagium, quo deciſum eſt: Qui cauſam damni dat,& damnum dediſſe cenſetur, ex tex. in l.qui occidit.§.in hac.ff.ad l.Aquil.Sal.in l.vnica.nu.27.de rap.virg.Cin.Bal,Ang.& interpretum maior pars, in l.j. C. de Nili agge.non rump.Bal.in l.non ideo minus.C.de accuſ. Ang.in trac.maleſi.in par.Andreã auxiliatoré.iij.col. Hipp. nec admodum grauatus his accedit in l.ſi in rixa.nu.29.ff. ad l.Cornel.de ſica,Boër.& Gomez.his in locis, quibus & anteà meminimus:& in ea ſpecie, auxilium præſtans pœna crimi- nis ordinaria afficiendus eſt.Tametſi Bal.in d.l.j.de Nili ag- ger.non rump.ab hac ſententia diſcedat,quem ſequitur Pet. Rauan.in ſuo alphabeto aureo,fol.131.col.iiij. verſi.fuit à me qu æſitũ.exiſtimantes mitiori quidẽ pœna afficiendũ eſſe au- xiliũ præſtãtem:quorũ ſententia, vt immunis ſit ab offendi- culis doctorũ,intelligẽda eſt,quãdo qui præſtat opem,nõ de- dit cauſam maleficio,vtpotè ſi quis arma ignoranter præſti- terit,ex l.quicunq;.C.de ſer.fug. Prior tamen opinio intelli- genda ſit,in arma ſcienter ad delictũ cõmittẽdũ præſtãte, ex Bal.in l.quicunq;.col.pen.verſi.nota ſextò.C.de ſer.fug.doct. in l.apud antiquos.ad ſi.C.de fur.& in l.Metrodorũ.ff.de pœ. Bal.in cõſi.xxij.in quæſtione domini Millani,col.ij.verſi. ſe- quitur videre de opere.vol.iij. Fel. ſatis diligẽter in d.c.ſicut dignũ.col.iij.& in Lõgobarda eſt tex. in l. ſi quis arma alte- rius tollere præſumpſerit,& cùm eis malũ fecerit,nõ ſit illi culpa cuius arma ſunt, ſed illius, qui cum eis malè fecit.in tit.de eo qui cum armis alterius damnum fecerit. Et eſt tex. in l.j.eod.tit. Lud.Bologn.in conſi.v.col.vlt.verſic. primo ca- ſu. Alex.ad Bar.in d.§.ope.Bart. in l.omnes.in ij.C. de agric. & cenſi.lib.xj. Sal. in l.j. col.v. verſic. nunc tranſeamus.C. de rap.virg. Abb.col.ij.verſi.tertium membrum,Barbat. col.xj. verſi.capio nunc tertium.de offic. deleg. Ex quo multa poterã inferre,quæ iuſſum profectò volumen exigerent.Sed quia cãdido lectori obuia erũt ex doctoribus præcit. ab eis petat.

Prior opinio quomodo intelligatur.

Secundò quidem caſu,quãdo quis opem præſtat in ipſomet flagranti delicto, aſſociãdo:in ea ſpecie, quoad punitionem huius delicti,auxiliũ,& opem præſtans homicidio,pœna or- dinaria punitur illius criminis:cùm ipſe auxiliator coopera tur ſimul in ipſo delicto:quod apertiſsimi iuris eſt,ſiquidem in hac ſpecie potius eſt dicendus criminis author, quàm au xiliator

Quando quis opem præſtat in ipſo delicto.

xiliator, ita quod abſque eo auxilio delictum non fuiſſet effectum l.vtrum.ff.de parric.l.j.de crim.pec.l. vnica. ver. ſin autem.inibi,quàm eorum ſodalium,comitũ,vel ſequacium, & qui eis auxilium præbuerunt.C. de rap.virg.l,j. verſic. ſin verò.inibi,qui ad hoc miniſterium præbuerunt, cùm eo,qui fecit,ſupplicio capitali plectẽdi.c.felicis.de pœn.lib.vj.clem. j.de pœn.quia abſq; eo auxilio delictum nõ fuiſſet effectum. l.j.C.de rap.virg.l.nihil intereſt.ff.de ſicar.c.felicis.de pœnis. in l.ſi quenquam.C.de Epiſcop.& cler.c.j.de offic.deleg. cap. ſicut dignum.§.illi autem.de homic.optimus text. in l.item Mela.§.ſi alius.ff.ad leg. Aquil. regia l.x.tit. viij. par. vij. ex nouioribus.Boër.deciſi.clxvij.num.3.Ant.Gome.c.iij.delict. num.49.quod intelligendum fore reor, ſi opem præſtiterit delicto,tunc pari punietur pœna ipſe auxiliator, qui cooperatur ſimul in ipſo delicto.l.nihil intereſt.& ibi Hipp. ff. ad leg.Cornel.de ſica.Cin. in l.j.C.de Nili agge.non rump. Bal. in d.l.nõ ideo minus.col.iij.C.de accuſ.Albert.de Gãd.in tit. de homic.& eſt tex.in l.moris.§.iſte ferè.ff.de pœn.Bal d.cõſi. cccccxxxvj.videmus genus.vol.j.Din.in d.l.is qui opem.& ſex ponuntur exempla,quibus opem præſtãs auxiliúmve,eadem cum principali afficitur pœna,vti cõſtat ex Hipp. cõſi.xxiiij. nu.17.Fel.in d.c.ſicut dignũ.col.ij.Hip.in ſua prax.§.cõſtãte. & in conſi.xlvij.nu.44.vol.j.& cõſi.lxix. nu.7.eod. vol. Paul. Caſtr.cõſi.ccxxvij.Lud.Bol.cõſi.v,col.pen.verſi.capio nũc ſecundum principale dubium.Barth.de Firmio.in rep. verbo. auxilium. Et Boër.ſatis diligenter eo in loco, cuius & anteà meminimus, Quòd ſi quis ita opem, vel auxiliũ præſtiterit delicto,vt nõ dederit proximam facinori cauſam, puniẽdus erit pœna extraordinaria.Probat tex.in d.l. vnica. C. de rap. virg.inibi,qui eos comitati.& in d.c.felicis.inibi,ſimplici fauore.tex.ad id præſtantiſsimus in l.is qui opem.ff. de furt. & l.ij.C.de his qui latr.occul.c.ſicut dignũ.§.illi etiã.prçcitato. Abb.Fel.& Dec.in d.c.j.de offic.deleg.Hip.in l.ſi in rixa.nu. 34.ff.de ſica.quam diſtinctionem profitetur Sal.in d.l.vnica. fol.16.Gand.& Fel.his in locis,quibus & anteà memini mus, poſt pleroſque alios veteres,quorum hi doctores meminêre: atque eſſe hanc opinionem communem fatetur Socin.conſi. clxxxviij.lib.j.col.iiij.eãdem ſequitur profeſſus Lud. Car.in prac.crim.§.homicidiũ.nu.67.& 69.Hipp. ſing. xv. apud hos authores comperiet quis varia, & plura huius diſtinctionis exem

exempla. Et ex nouioribus pleraq; his cõiecit Paul. Pariſien. conſi.clij.& iterum cõſi.cliij.nu.20.lib.iiij.Cæp.conſi.xxvij. & xxviij.dubio ij. Ipſe tamen præter alios ex plenioribus doctorum commentarijs petenda arbitror: cùm enim quotidie in controuerſiã veniat, & paucis exactè cõprehendi nequeat, quam quæſtionẽ aliquot cõcluſionibus eneruare contendam ad pœnam huius criminis, vt ſanè quis teneatur: de auxilio, exigitur ꝙ alliociet, aut manu armata aſsiſtat conſultò, & ex propoſito, vt pœna criminis ordinaria afficiatur; quòd † ſi 3 ignoranter, nec certior factus aſſociaret quem non tenetur pœna criminis ordinaria, ex l.ij.§.homines.ff.vi bon.rap.gl. in l.culpa caret.ff.de reg.iur.Innoc.in c.ſi.de cler.percuſ.Bar. in d.l.ſi in rixa.Bal.in l.raptores.C.de Epiſc. & cler. col.ij. & in l.j.C.de ſer.fug.nu.6.itidem in c.j.de benefi.frat.col.ij.in vſibus feud.& in l.ob hæc verba,num.5.ff.de his qui not. inf. & in l.data opera.C.qui accuſ.non poſ. nu.25. Fel. nu.5.in d. c.ſicut dignum.Rom.in l.j.§.ſed ea. ff. ad Syllania. Bonifac. in tract.maleſi.tit.de inſul.col.viij.verſic,ſed pone,Hipp.nu. 87.in d.l.vnica.de raptu virg.& in præcitata l.ſi in rixa. Paul. Grilan.in eo tract.quem publicũ fecit,de relaxatione incarceratorum,in rub.de abſolut. innocentis. vij. quæſt. Ariminenſis ad Ang.in tract.maleficiorum,in par.dictus Andræas armatus.col.j.& in verſi. dicto maleficio ſemper aſsiſtit.j. & vij. col. verſic. quæro quando. ex nouioribus Tho. Gram.in conſi.xxxij. Alex.poſt Bar.in l.is qui opem.præcit.Cæp.conſi. xxxiiij.Ioan.Anan.conſi.lxxxiij.Ant.Gom.& Boër.his in locis,quibus & anteà meminimus. Et in ea ſpecie opem cenſetur dare delicto,quando eſt præſens, & ſuadet maleficiũ perpetrare, ex d.l.vnica. Alex.conſi.cxxxviij.num.4. vol.vj. Soc. conſi.xxxvj.viſa bulla Pauli ſecũdi.col.iiij.verſi.ſed interim. vol.ij. Hip.ſing.xv.& in l.eiuſdem.nu.4. ff. de ſicar. & in d.l. vnica.nu.80.Boër.n.4.eo in loco,cuius & anteà meminimus.

Quãdo eſt præſens dicitur opem dare maleficio.

Ex his adnotanda ſunt aliqua huic rei maximè neceſſaria, quod præſtans opem delicto cõmittendo, vel in ipſo delicto, æquali pœna afficiendus eſt, qua & principalis, quum & ipſe auxiliator cooperetur ſimul in ipſo delicto, ſicuti & paulò anteà nõ ſemel adnotauimus. Ita qdẽ intelligendũ fore reor, quãdo præſtiterit auxiliũ proximũ ipſi facto, vel delicto: † longè quidẽ aliter, ſi per actũ remotũ ab ipſo delicto, cùm & in 4 ea ſpecie mitiori pœna iudicantis arbitrio afficiendus eſt,

ex l.

Præſtans auxilium proximũ facto, pœna eadẽ, qua principalis afficiendus eſt.

ex l.j.C.de crim.pecul.& inibi Bald.Ang.in d.l.is qui opem num.4.& in l.furti.§.ope.ff.de fur. Cardin. in cap.j. col.j. de offic.deleg.& inibi Felin.col.vj. Bald. & Felin. in d.l. vnica. col.vij.de rap.virgin.ſed in ea ſpecie,qua agimus,ex docto-rum perplexo catalogo,auxilium remotum ipſi delicto cen-ſeri,ſi ante delicti perpetrationem conſultò præſtitiſſet ar-ma,vel quãdo quis ſimul cooperabatur in ipſo delicto, cum principali pari eſt afficiendus ſupplicio,ex §.interdum.Inſt. de oblig.quæ ex delicto naſcuntur.regia l.x.tit.ix.par.vij.& l.xviij.tit.xiiij.ea parte. Tertius ſubiicitur caſus, qui gran-
5 dem habet dubitationem:Si quis † opem præſtat delinquẽti

Quid ſi poſt delictum perpetratum auxilium præſtetur.

poſt delictum perpetratum,vt criminis author à Iudice non capiatur,in ea ſpecie dubium non eſt, eadem pœna cũ prin-cipali non teneri, paulò mitiori , cùm delictum fuerit com-miſſum,atq; ideo iudicantis arbitrio pœna afficiendus erit, ex textu in l.j.& ij.ff.de recep.l.j.& ij.C.de his , qui latro.l. congruit.ff.de offic.præſi. & cùm in his criminis reis,pœna à iure non ſit declarata,arbitraria afficiendi ſunt pœna , ex text.in l j.verſic.idcirco.ff.de effracto.l. ſanctio legum.l. ho-die.ff.de pœn.l.lex Iulia. §.hodie.ff.ad leg. Iul.repetund.l.ij. C.de crimine ſtellion. Nec his obſtare videtur iunioris cu-iuſdam dubitatio , obiicientis text.in l.j.ff.de receptato, ex-preſsim diffinientis,quòd perinde puniatur receptator ſicut criminis author:ſed paulò altiori commentario perpenden-dus eſt intellectus illius text. ſiquidem receptator afficien-dus eſt pœna propter delictum,non tamẽ ſimili pœna, ſicuti & gloſſ.Card,Angel. Alberic.inibi exiſtimauêre, Barr.idem profeſſus in l.in furti.§.ope.ff.de furt.nu.4.aſſeuerans quan-dóque qui iudicantis munus habent in ea ſpecie grauiter er-rare. Et huius ſententiæ authores habeo ex noſtræ claſsis ho-minibus,Anch,in c.acceſſorium.de reg.iur.in vj.oppoſi. vij. Felin.in c.ſicut dignum.colum.ij.de homic.quibus & pleri-que alij acceſſère,inter quos & Ang.in §.interdum.Inſtit. de oblig.quæ ex delic.naſc.Hipp.num.29.in l.ſi in rixa.ff.ad le-gem Cornel.de ſicar.itidem in l.vnica.C.de raptu virg.num. 86.Ang.in trac.malefic.in par.dicto maleficio ſemper aſtitit. & inibi Ariminenſis ad Ang.col. iiij.& in parte , Andræam auxiliatorem.iij.col.Paul.Grilan.in tract.de relaxat.incarce. rub.de abſolut.Innocen. quæſt.vij.& ante hos Bald.in l.non ideo minus.fin.col.C.de accuſat. Salic. in d.l.vnica. num.27.

quibus

quibus & plerique alij acceſſere: quos à doctoribus petere poteris, quibus & anteà meminimus. Et hanc eſſe frequentiori calculo receptam ſententiam exiſtimo, quam intelligendam fore reor, niſi & inter eos præceſsiſſet tractatus & promiſsio auxilij: in qua ſpecie, ſicuti non ſemel adnotauimus, pœna criminis ordinaria auxiliator, qui cooperatur ſimul in ipſo delicto, afficiendus eſt, ex Bart. in d.l.in furti. §. ope.num.6.Ang. August. Arim. his in locis, quibus & anteà meminimus. Ex eadem radice eodem iure diſputari poterit, quo frequenter in huius quæſtionis controuerſias incidit, intelligendam fore communem ſententiam, ni & poſt delictum commiſſum opem præſtiterit criminis authori, aſſociando eum, ex concilio Vienenſi, in clem.j.de pœnit. & in l.j.ad medium.C.de rap.virgin.Bald.inibi not.xij.itidem & Bart.in l.j.§.ſed in eo.ff.ad Syllan. Alex.poſt Bald. in l.raptores.C.de epiſc. & cler. & in d.l.is qui opem. Socin.conſil. clvij.vol.ij. Alex.in conſil.cxxxviij.vol.vj. Bald.in l. j.de ſer. fugit.col.ij.& conſil.ccccxxxvj.volum.j.ex nouioribus Ant. Gom.& Boër.his in locis, quibus & anteà meminimus.

Quibus & illud conuenit, quòd † iuris præſumptio ſatis 6 ſuperque eſt contra comitantem percuſſorem poſt delictum perpetratum: huius opinionis authores habeo Curtium in conſil.xlj.Cæpol.conſil.j.Alber.in tract.ſtatut.q.xxxiiij.Pau. Grilan. in tract. de pœn. omnis nefarij coitus. q. x. vbi pleniori manu hanc controuerſiam explicat, quando ante delictum, & in ipſo delicto, & poſt delictum comitatur percuſſorem: itidem in tract. de relax. carcer. in tit. de abſolut.vij. q. idémque profeſſus Bonifac.tit. quid ſit accuſ. col. xxiij. & Hippol.in l.j.xj.col.cap.de recept.& inibi Salic.iiij.& v.col. Quo in loco & illud explicat: Si ſanè homicidij viam monſtrauit, vt aufugiat. itidem Bonif.in tit.de indiciis, in princ. & paulò anteà nos adnotauimus, dicitq; auxilium præſtare, ſi non à longe ad id manu armata eſſet. Explicat Aret.in l.j. C.de ſer.fug. Feli.in c.ſicut dignum.de homic.limit.vij. Itidem in c.j.de offic.deleg. Curt.in conſ.cccxlij. Anch. in reg. acceſſorium.de reg.iur.lib.vj.idem exiſtimat Dec. in l. quo tutela.§.vi actum.de reg.iur.ff.& in c.j.de offic. deleg. Quibus & illud accedit: ſi ſanè ſacris initiatus aſsiſtat bello iniuſto, ludiſue interſit: Etenim ſi ludẽtes efficiantur promptiores ac audaciores, in irregularitatis labẽ incidere opinatur *Sacris initiatus bello aſsiſtẽs, irregularitatis labem incurrit.*

Felin. in præcitato c. ſicut dignum. quod ipſe intelligo communicato conſilio, habitóq; tractatu, armatus inſiſteret: longè quidẽ aliter ſi caſu: aſſeuerat Thom. Gram. in conſil. xxxij, ac Felin. loco paulò antè citato, ex hoc ſolo, quòd armatus aſsiſtat, quæſtioni poſſet ſubiici, declarat pleniore manu, q̃ hucuſq; factũ fuerit ab interpretibus noſtris Aret. in d. l. j. C. de ſer. fug. & Cæp. in conſil. ij. Alber. Brun. in tract. indiciorum. col. xvj. Itidem is præſtare fauorem cenſendus eſt, ſi ſanè literas miſerit, quod conſtat ex l. j. §. fin. ff. ad leg. Iul. maieſt. Bonifac. in tit. quid ſit accuſatio. xxiij. col. Et deniq; quis dicatur auxilium præſtare, vt ſanè hac pœna teneatur, eſt omnino videndus ad ambas (vt aiunt) aures Lud. Carrer. in prac. ſua crim. §. homicidium. nu. 13. pag. 251, & deniq; qui dicantur ſequaces, ſocij, complices, adhærentes, ac fautores, traditur in cle. j. de pœn. & inibi Card. & in c. felicis. de pœ. lib. vj. Bal. in d. l. j. C. de ſer. fug. & Lud. Carre. loco præcit. nu. 15. quibus in locis lector vigilãtiſsime, in hac materia obuia tibi erũt. Et ea iuris præſumptio eſt, cõmunicato cõſilio id feciſſe, ſi criminis authorem poſt delictũ comitetur, ex Bal. in d. l. non ideò minus. Felin. in d. cap. ſicut dignum. num. 4. Hippol. in d. c. vnico, num. 86. & in l. ſi in rixa. num. 39. præcitatis. quòd ſi quis criminis authorem ſcienter receptauerit, pœna criminis ordinaria afficietur: longè quidem aliter, ſi ignorauerit, ſiquidem & tũc nulla afficietur pœna. l. Metrodorum. ff. de pœn. l. iij. verſic. ſed etenim. ff. de incend. ruina & naufr. l. eos. C. de fur. l. ſi quis ſeruum. C. de plag. l. ex maleficiis. §. longè minus. ff. de act. & oblig. l. cùm ſatis. §. fin. C. de agric. & cenſit. lib. xj. §. interdum. Inſtit. de oblig. quæ ex delicto. c. felicis. de pœ. in vj. l. j. C. de his qui latr. inibi, ſciens vt ceperit, regia l. xviij. tit. xiiij. par. vij. l. xxxvj. tit. fin. libro xlij. ordin. definientes, adhuc in grauioribus criminibus, diuinæ & humanæ maieſtatis procedere: & in ea ſpecie, qua agimus, ignorantia ſemper præſumitur, niſi & ſcientia probetur, vti argumento optimo deſeruit text. in l. verius. ff. de prob. l. j. C. de his qui ſibi aſcrib. in teſta. niſi & contrariũ probetur ex l. pe. C. de peric. tut. Secundò, ab eadẽ radice procedit difficultas, quæ ſolet hac in ſpecie contingere: Si & † receptator eſſet conſanguinitate cõiunctus reo criminis, mitiori afficietur pœna, ex iuſta cauſa, quã habet in ſanguinis defenſionẽ. l. ij. ff. de recept. l. iiij. §. fin. ff. de re milit. inibi, datur

Criminis authorem ſciēter receptantis pœna.

7 *Quid de receptatore conſanguineo.*

tur venia affectioni parentum & affinium.l.iij.§.pietas.ff.de lib.hom.exhib.l.omnes.in ij.C.de agric.&cēſ.lib.xj.gl.in d. l.j.ff.de recep.quo in loco Bar.Salic.Ang.Alber.& interpretum maior pars idem exiſtimant.Hi etiam omnes in præcitata l.j.C.de his qui latr. Rom.in l.ſi quis in graui.§. ſi quiſque.ad Syllan.col.fin.Salic.nu.4.in l.quicunq;. C. de ſer.fug. Platea in l.j.C.de deſert.lib.xij.num.3.Hipp.nume.196.in d. l.vnica.C.de rap.virgin. Gand.in malefic.tract.tit.de recept. malefic.Ang.& Arim.his in locis, quibus & anteà meminimus,apud quos ſatis ſuperq; ad ambas(vt aiunt)aures,eſt huius quæſtionis diſputatio ,ex quorum doctorū perplexo catalogo,breuitati ſtudens,aliqua hic coniiciam,huic rei maximè neceſſaria. Subiicitur alius caſus, vt † teneatur de au- 8 xilio quiſpiam , exigitur quòd delictum fuerit conſummatum,nec vtique ſufficeret attentari. Explicat glo.in hac ſpecie,in l.ſed & diuortij.ff.rer.amot. Bal.in l.j.xxj. colum.iiij. oppoſ.C.de ſer.fug. idq; profeſſus Cæp.conſil. xxxiiij.& his accedit Ioan.de Amicis conſil.liiij.Hippol. conſil. xxx.& in præcitato §.conſtante.niſi in his caſibus , in quibus quidem attentatum perinde punitur,ac ſi eſſet cōſummatum, vti in crimine læſæ maieſtatis,vt cōſtat ex l.quiſquis.C.ad leg.Iul. maieſt.& in aſſaſsino, & aliis ſimilibus. In hac cōtrouerſia etiam illud requiritur, vt † de principalis delicto conſtet,vt 9 ſanè quis de auxilio teneatur,docet Bar.in l.ſi is qui.§.ſi initium.ff.de fur,atq; idem conſil.ccxxix.col.vlt.iij.vol.& conſ. xxiiij.vol.v. Explicat Anch.conſil.cxij.Alex. pleniori manu in l.ſed etſi duo patroni.in prin.ff.de iureiu.& in cōſ.ccxxiij. vol.ij.Anan.in c.ſignificaſti.el ij.col.xv.de homic. Matth.de Afflict.in conſt.Neap.conſtitutio,terminum vitæ. vj.not. q. ij.Marſil.in d.§.conſtante,& in rubr.C.de prob. itidē conſil. xlix.& in conſ.xxxv.& lxvij,& lxix.ac iterū in l.j.C.de ſicar. & in l.nihil intereſt.ff.eod.Ang.in tract.malefic.verſ.& dicto maleficio.ad fin.Bal.in d.l.j.C.de ſer.cor.Ang.in l.j.§.ſi quis in villam.ff.ad Syllan.Bar.in l.denunciaſſe.§.fin.de adult.ff. idem Bar.conſil.cxciiij. Hipp.conſil.xx.& conſ.xxxix.& cōſ. xliij.& cōſ.lxxxj. & ex. dilatat chartas pluribus remiſsionibus,Alex.conſil.xcix.volum.j.apud quos longa eſt huiuſcemodi articuli examinatio , quòd per teſtes , principaliſue confeſsionem expedit conſtare:in qua ſpecie minimè ſufficeret per fictam principalis confeſsionem, vtpotè per con-

Quid ſi delictū ſit conſummatum.

tumaciam,vel per ſtatutum , explicat Bart. in præcitato §.ſi
initium.Felin.tradit eleganter in d.c.ſicut dignum. Hip. in
d.§.conſtãte. Etenim nec per publicã latronis cõfeſsionem,
vti aſſeuerat Bal.conſ.aſſeſſores delicto.Felin.loco præcita-
to,ac Hip.millies. Cæterùm & illud adnotandum eſt,in du
10 bio † caſu non ex propoſito præſumitur adeſſe , ac aſsiſtere
maleficio:vt hac in ſpecie Bal.in l.j.de ſer,corrup. Alex. poſt
Bar.in l.in furti.§.ope.ff.de fur.adnotauêre , & his Anchar.
conſ.ccxvij.Felin.in loco præcitato.Pau.Gril.in tract,de pœ.
omnis nefarij coitus.q.x.verſ.reſtat.Bonifac.in rub.de inſul
tis.viij.col.Hip.in d.l,j. C.de rap.virgin. & in d.§.conſtante.
Tho.Gram.cõſ.lxxxij.atq; ideò minimè tenetur de ope, au-
xilióue,niſi ſcienter,non tamen ignoranter opem præſtitiſ-
ſet,atq; ideò in inquiſitione,accuſationéue, articulari ope-
repretiũ erit dolosè,ſcienter,ac ex conſulto,non tamẽ igno-
ranter opem præſtitiſſe: & ni per legitimas probationes cõ-
ſtet, vtiq; reus abſoluendus eſt , huius ſententiæ author eſt
Bar,in l.omnes.C.de agric.& cenſ.lib.xj.explicat Alex. poſt
Bar.in d.l.is qui opẽ.Quibus accedit Ang.in auth. de eccleſ.
tit.§.iubemus.collat.ix.Hipp.in præcitata pract.§. conſtan-
te.poſt alios veteres, quorum hi doctores meminère. Rur-
ſus quantum attinet ad huius capitis verã reſolutionem , il-
11 lud explicari operepretiũ duxi,probationem † contra prin-
cipalem factam ac deinde ſententiam in eum latam , mini-
mè nocere auxiliatori.Siquidem exigitur opem præſtantis
probatio. huius opinionis authores habeo Bar.in his.§.fin.
ff.de fur.&inibi Alex.Bal.conſ.incip.de acceſſo.Pau.de Caſt.
in l.cùm filius.§.j.ff.de verb.oblig.explicant doct.in l.ſi vte-
ris.C.de fide inſtrum.ídq; profitetur Salic. in l.j.verſ. quæro
ſucceſsiuè.de rap.virgin.Ang.in d.§.ſi initium.Anch.conſil.
cxviij.Marian.Soc. omnium diligentiſsimè in c.qualiter &
quando.ij.q.xj.art.vj.de accuſat. Felin. in d.c. ſicut dignum.
Angel.in tract.malefic.parte,& dicto maleficio. & parte An-
dræam auxiliatorem.Hip.pleroſq; alios allegans,loco præ-
citato. §. conſtante. apud quos longa ſanè de hac re diſpu-
tatio eſt ; nec ſcio , an aliquis nodus implicatus , ſit in hoc
duntaxat tractatu , quin etiam nec abſolutoria principalis
prodeſt auxiliatori , nec vtique condemnatoria nocet , vt
explicat Bar.poſt Alex.in l.ſi is,§.j.ff,de furt. Idémque profi-
tetur Din,in conſil.incip.ſed pone reum abſolutum, Angel.
poſt

In accuſatione an ſit articulandum.

Contra principalẽ probatio, minimè nocet auxiliatori.

poſt Bart.in l.is qui reus. ff.de public.iud.Alexan.poſt Bart. exiſtimat itidem in l.adulter.§.j.ff.de adult.Gand. in rub.de homicid.iij.col. & iterum in rub.de pœn.x.col.Ang. in trac. malefic. verſic. itaque moriatur. & in verbo, Andræam auxiliatorem.xij.col. verſic.quæro an Caio. ex quorum verbis ſupradicti difficilis reſponſi ratio ſatis colligi poteſt. Præterea quod obiter menti occurrit, hoc in loco adnotandum viſum eſt,negatiuam † probari poſſe, in hac ſpecie : ſi ſanè 12
teſtes profiteantur interfuiſſe maleficio,ac vidiſſe occiſorem ac percuſſorem, ac Titium opem minimè præſtitiſſe, ex eo quia præſens fiat homicidiũ, ac proinde nõ opẽ præſtitiſſe, nec præſtare potuiſſe,quin ipſe vidiſſet:explicat Ang.in auth. de teſtib.§.ſi verò abſunt: ac iterum in authen.de hæredib.& falc.§.hinc nobis.ad fin.verſic. nota ex iſta glo. Alex. pleniori manu poſt Bart.in l.is qui opem.ff.de fur.tradunt doct.in cap.ex tenore.de teſtib. Quatenus vero ad irregularitatem 13
pertinet, illud ſit conſtitutiſsimum auxilium † tunc irregularitatem inducere, quando id fuit cauſa proxima delicti committendi:ſic ſanè,quod delictum eo auxilio,vel ope ceſſante,nec præſtita,nequaquam foret perpetratum delictum, idémque cenſerem quoties auxilium audaciorem efficeret ipſum delinquentem ad criminis executionem, quod probatur ex d.cap.ſicut dignum.§.qui verò.& §.clericos. de homicid.ipſe tamẽ exiſtimo fauorem præſtitum,ſeu auxilium datum poſt commiſſum delictum, minimè conſiderandum fore, niſi fuerit cauſa proxima,vel inducens ad committendum delictum. Ex quo & illud conſtat,præſtãtem fauorem, opem,vel auxilium ad homicidium,mutilationémue membri,ita in labem irregularitatis incidere,ſicuti homicida,ac membri mutilator.explicat Panor.in d.c.ſicut dignum.poſt Imol.itidem in c.pen.eod.tit.idem exiſtimat Card.in clem. prima,quæſt.xij. de homicid. Spec. tit. de diſpenſat.§.iuſta.

Hac eadem radice illud conſtitutiſsimum eſt, clericum irregularem eſſe aliquem aſſociantem, minimè tamen ex propoſito ſe immiſcendi, niſi neceſsitas cogeret, tametſi nihil fecerit, aſſeuerat ex profeſſoribus noſtris Hostienſ. poſt alios in cap. ſicut dignum. §. illi. de homicid.iis accedit Nicolaus Plonius in tract. de irregul. xxx. irregularitate. Quibus & illud conuenit, præſtantes arma præliantibus, ſi ſanè is clericus ſit, minimè ab irregularitate im-

Aſſociãs an irregularis ſit.

munē eſſe, vt profitetur Nicol. Plouius inibi, irregularitate xxxj. Et q ignoranter præſtitiſſet arma, ex eo nēpe quod Petrus profitebatur velle iter agere, vel aliud creditu dignū, ac
14 deinde quēpiā occidat, minimè teneri † teſtibus, Bal. in l. qui cunque. pen. col. verſ. nota quintò. C. de ſer. fugi. Bar. in conſ. xxiiij. Alex. poſt Bar. in d. §. ope. Imol. & Aret. in l. ſi ſtipulatus fuerit. ff. de ver. obli. idem profeſſus Ang. in §. interdum. Inſtitu. de oblig. quæ ex delict. naſcū. Felin. in c. ſicut dignū. §. limitatione. de homicid. Ioan. An. in cautela xxxj. Hippo. in pract. §. cōſtante. apud quos pleraq; id genus alia congerū-tur, tāetſi in Hiſpaniæ regnis, apud Iudices, quos peſquiſidores appellamus minimè id obſeruēt, abſq; vllo delectu, huc atq; illuc prēſtantes arma, ignorāter maleficio, ac viā delinquēti moſtrantes, tāetſi illos ignorent velle delinquere, graues faciunt luere pœnas, in optimorū hominū iniuriam, ac iuſtitiæ diſpendiū, & Dei optimi maximiq; irreuerentiā, in innocentiū ſanguinē anhelātes. Nō me latet crimina oportere coërceri, potiſsimū hac noſtra tēpeſtate, in qua delictorum ſcelera pullulant, & quos virtutis amor nō alliceret ad benefaciēdū, eos ſaltim criminis reos pœnarū formido à delinquendo abſterreret, vt formidine pœnę conuertantur, & reſipiſcant, ſicuti Horatius cecinit lib. epiſt. j.

Quid apud iudices quos peſquiſidores appellamus.

Oderunt peccare boni, virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Et qui noluerūt prodeſſe, morte certè eorū reſpublica vtat: necdū neceſſariū eſt, vt & nocētes puniātur, ſed etiā iuſtiſsimū, & in republica chriſtiana bene inſtituta interdū vltimo ſupplicio afficiātur, & iuſtitiæ metu humana coërceatur audacia, totāq; ſit inter improbos innocētia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio nocendi facultas, refrænetur audacia, ne ſub eorū imperio, reorū augeatur improbitas: ſed non ita proteruè, ſed penſata animi deliberatione iudicum.

SVMMARIVM.

1 *Ex conſilio quis tenetur, ſi alioquin non facturo conſilium dederit. itidem nu. 8.*
2 *Quid quo ad irregularitatem, examinatur.*
3 *Irregularis eſt cenſendus, ſi occiſus foret is, cui conſiliū datum eſt.*
4 *In excōmunicationis labem incidit conſulens, vt clericus percutiat.*
5 *Quid etiam ſi mutilatio membri ſequatur.*
6 *Quid, ſi ſacris initiatus occiſionem licitam ſuaderet.*

Perpen

8 *Perpenditur intellectus §.qui verò.c.ſicut dignum.de homicid.*
9 *Conſulens delictum perpetrare,tametſi conſilium reuocauerit,adhuc tenetur.*
10 *Conſulens alioquin facturo,iudicantis arbitrio punitur.*
11 *Conſulens,an in interdicto vnde vi,eandem,quam principalis pœnam luere teneatur.*
12 *Diſcutitur quomodo probetur,quòd erat aliàs facturus.*
13 *Cui conſilium datum eſt, in aliam perſonam delictum perpetrauerit,an & conſulens teneatur.*
14 *Quid in dubio præſumendum eſt,an conſilium dederit,néc ne.*
15 *Statuta loquentia de auxilio, an intelligēda ſint de his, qui opem præſtant.*
16 *Accuſatus de mandato, & in litis proſequutione de conſilio conſtiterit,an de conſilio puniendus ſit.*
17 *Si diuerſis afficiatur pœnis conſulens,& opem præſtans,an vna pœna per aliam extinguatur.*
18 *Ad reſtitutionem teneri non ſolum,qui conſilium & fauorem dederit,ſed is etiam,qui acceptioni dedit cauſam.*
19 *Conſilium præſtantem teneri ad eandem pœnam,ad quam criminis author tenetur.*
20 *Perpenditur, an eadem pœna conſulens, & auxilium præſtans, coërcendi ſint.*
21 *Conſulēs rapturo alioquin centum,ſi & alia centum rapiat, nunquid tenetur reſtituere ducenta?*
22 *Diſcutitur Abb.opi.circa intellectum c.ſicut dignum.de homic.*
23 *Conſulentem teneri de illo ſanè damno, non tamen de ſequentibus commiſſis,in quibus & conſilium non dederit.*

Declaratur §.qui verò.cap.ſicut dignum. de homic.& l.1.§.perſuadere. ff. de ſeru.corr. agentes de conſiliũ dãtis pœna,iura hactenus nõ ſic intellecta.

CAPVT XVII.

PERPLEXA valde exiſtimatur quæſtio illa, quæ doctorum capita torquet.& non leues ſolent oriri contentiones,an† ex conſilio & per- 1
ſuaſione quis teneatur ad eandem pœnam, ad quam delinquens: & in hac ſpecie communis vtriuſque doctrina profitetur teneri,ſi alioquin non facturo conſilium dederit:tex.in c.nuper.de ſentẽtia excom. Vbi gl.

Ex conſilio & perſuaſione an quis teneatur.

text.in l.j.§.perſuadere.in verbo, facturus.ff.de ſer. corr. & ibi Bal.c.de catero.de homic.l.qui occiderit.§.pen.ff.ad leg. Aquil.c.ſicut dignũ.§.qui verò.de homi.& gl.ibi,cui ſimilis in §.ope.verbo,certe.Inſtit.de oblig.quæ ex deli.naſc.quã dixit ſolennem Iaſ.in §.actiones.nu.3.de act.tradit Bart.in l. ſæpe.ff.de verb. ſig.& ibi gl.in verb. condici poteſt.Abb.& ibi Deci.dilatat chartas pluribus remiſsionibus,in c.j.de of. deleg.itidem Decius in l.conſilij.ff. de reg.iur. Franc.in reg. nullus.de reg.iur.nu.6.pulcher tex.in l.non ſolùm.§.ſi mandato.verſ. Atticilinus.ff.de iniu.& ibi Bar.Bal.in l.j.n.7.C.de ſeruis fug.& in l.data opera.n.79. C.qui accuſ.non poſſ.Bal. in l.ob quæ verba.ff.de infami.Salicet.in l.vnica.C. de rapt. virg.Hipp.ſing.665.Io.de Imol.hanc profitetur communem opinionem,& ibi Dec.n.43.in c.j.de offic.deleg. Cœpola in conſ.lxv.in crimi.Steph. Aufrer.in clem.j.de offic. ordin.in reg.iij.Fel.in præcit.c. ſicut dignum.§.qui verò.n.7.& in c.j. n.11.de offic.deleg.Ang. Aret.in tract.malefic.verb.Sempronium mandatorẽ.n.43. Mathelilanus in notab.xcvij.in quo dubio diſtinctione tollitur difficultas,quæ pleroſque interpretes malè torſit,de qua per gl.in præcitato §.ope.Carre in pract.crimin.§.homicidium.n.163.ad fi.pag.343. in labémq; irregularitatis incidere, qui conſilium homicidio aut mutilationi dederit,text.in c.ſi quis viduam.50.diſt.c.ij.de cleric. pug.in duelo d.c.ſicut dignũ.§.clericos. de homic.quod probatur ex eo,quod regulariter ex conſilio in delictis quis tenetur,vt in iuribus præcitatis ſatis ſupérq; conſtat. Quibus in locis omnes vtriuſq; iuris interpretes in hoc cõueniunt,

2 quòd ex conſilio quis teneatur ad criminis pœnam,& irregularis fit, ſi conſilium datum ſit ei, qui alioquin non erat illud crimen cõmiſſurus. Etenim in eo tota verſatur contro uerſia : Qui dederit ei,qui nihilominus erat facturus. Nam text.in d.l.non ſolùm.§.ſi mandato.verſ.Attilicinus.ff.de iniur.probat ex conſilio quem minime teneri, vbi is, cui præſtitum eſt, erat aliter facturus,text.in d.l ſæpe.& in iuribus paulò ante citatis,quorum opinio communis eſt,teſte Iaſ.in §.actiones. Inſtit.de acti.nu.3.& iſthæc ſententia communis eſt hac adhibita diſtinctione,de qua in d.§.ope.ſequitur Fel. in præcitato c.ſicut dignũ.§.qui verò.n.7.itidẽ in c.j.n.11.de of.dele.Bal.in l.j.n.7.C.de ſer.fug.& in l.data opera.n.79.C. qui accuſ.nõ poſ.Ang.Aret.in tract.malef.in ver.Sẽpronium

mand

mandatorẽ.n.43.& huius ſententiæ authores habeo Stephã.
Aufr.in trac.de poteſtate ſeculari in eccleſiaſticas pſonas.in
reg.iij. Cæpol.in conſ.crimin.lxv. Hipp.ſing.665.Matheſil.
notab.cxvij. Bern.Diaz.in reg.cxlv.& hanc profitetur cõem
Imola in c.j.de off.deleg.& nouiſsimè hanc eſſe frequentiori
doctorum calculo receptã ſententiam profitetur Lud.Carr.
in pract.crimi.in tit.de homic.§.circa.n.163.& n.ſequẽti aſ-
ſeuerat hanc cõem æquitati magis fauere:quam ſententiam
multis præpoſitis axiomatib.explicat Fel.in d.c.ſicut dignũ.
n.7.& in c.j.n.9.de offic.deleg. Dec.in d.c.j.n.43.ad 60.vſq;.
& omnium diligentiſsimè Lud.Carr.vbi ſuprà.Eſt igitur in
hoc tract. obſeruãdum irregularitatem contrahi ex cõſilio,
quando non eſſet alioqui facturus,nec homicidiũ commiſſu
rus is,cui conſilium præſtitũ fuerit. quod not. Hoſt.& Abb. *Irregula-*
in c.ex literis.de exceſ.prælatorũ.col.vlti.Feli.in d.c.ſicut di- *ritas ex cõ*
gnum.de homi.n.12.& in d.c.de of.deleg.n.13.tex.ad id om- *ſilio con-*
nium prẹſtantiſsimus in d.c.ex literis.& eſt frequẽtiori cal *trahitur.*
culo recepta ſententia in c.ad audientiã.de homic.no.Alber.
Trotius de vero & perfecto cleri.lib.ij.c.xxj.nu.7.tractat de
conſilio Marian.Soci.in c.ad audientiã.n.70.vbi quo ad ir-
regularitatem aliquod quæſtiones dilatando chartas exami
nat,quas itidem Alb. Trotius & alij noſtræ claſsis doctores
tradidère.Cæterùm,ſi quis conſilium dederit alioqnin factu-
ro.ita tamen vt ex iniquo is ſit deterior factus, videtur for-
taſsè hunc irregularem eſſe propter homicidium inde ſecu-
tum:& huius opinionis authores habeo Innoc.& doctores
cõmuniter,& inibi probare conãtur hoc conſilium ſufficere
ad iuris canonici excõmunicationem.Idẽ profitetur Syluef.
verbo,excõmunicatio.viij.q.vlt. & verbo, excõicatio.vlti.q. 3
iiij.quibus ſuffragatur text.celebris in præcit.c.ſicut dignũ. *Quid ſi*
§.qui verò.in parte eius priore.Quod ſi ex prauo conſilio ad *nõ occida*
homicidiũ non ſit occiſus is aduerſus quẽ tractatus præceſſe *tur is, con*
rit:ſed ipſemet dubioprocul,cui conſiliũ datum eſt, nihilo- *tra quem*
minus erit cõſulens irregularis,ex Cardi.in c.ad audiẽtiam. *conſilium*
n.3.de hom.Io.And.Domin.& Frãc.in c.vlt.de hom.in vj.Fe *datũ eſt.*
li.in prẹcit.c.& in d.c.ſicut dignũ.Alber.Troc.in d.c.xxj.n.9. 4
quã exiſtimat veriorẽ opin.eſſe Maria.Soc.in d.c.ad audien- *Quid ſi*
tiam.n.80.tametſi Spec.in tit.de diſp.§.iuſta.n.42.ab hac ſen *pſuadeat*
tentia prorſus diſcedat. Quibus admodũ & illud cõuenit,ꝙ *quis cleri*
ſi qs̃ cõſulat,inſtigat,ſuadet,vti clericus pcutiatur, in labem *cũ percuti*

ſanè excommunicationis incidit. Huius opin. authores ſunt doct. in c. mulieres. & in c. nuper. de ſent. exc. & ex profeſſoribus iuris ciuilis Bal. Ang. Raph. & Imola in l. qui ergo. §. pe. ff. de leg. j. Alex. poſt Bar. in d. §. ſi mãdato. ad fi. Ang. de male. in verbo, Semproniũ mandatorẽ. q. viij. idem ſane e cõuerſo exiſtimãt doct. Si quidẽ, ſi clericus cõſulendo, perſuadẽdo, & inſtigãdo pcutiatur, ac proinde mors ſequat, irregularis eſt. In ſpecie explicat Bal. in prac. ſua, tit. de q̃ſtio. col. xliij. Iaſ. l.
5 j. C. de ſer. fug. idẽ Ang. inib. q. ix. Hipp. in conſ. x. Id † enim intelligo ſanè, necdũ ſi ex cõſilio ſequatur homicidiũ, ſed & mẽbri mutilatio, vt in d. c. ſicut dignũ. & in c. ſiqs viduã. 50. diſt. tex. ad id celebris in c. ſi quatuor. xxiij. q. viij. c. ij. de cle. pug. Quin etiã ſi cõſuleret inſtrumẽtũ bellicũ fore actũ tali in loco, ex quo homicidiũ ſequatur, vt docet Innoc. in d. c. ad audientiã. & inibĩ Abb. tradũt doc. in c. presbyterũ. de homi. & Nicol. Plouius, in tractatu de irregu. regula. xij. Quã ſententiã intelligendam fore reor, niſi ſacris initiatus ſuaderet
6 occiſionẽ † licitam, vtpotè pro patria, pro eccleſia, pro proximo, vt docet Spec. in d. tit. §. iuſta. verſ. porrò. & Nicol. Plou. loco præcitato, irregularitate xiiij. Quibus admodum adnotari libet ex ſola nuda voluntate quẽ minimè effici irregularem teſte Archi. in c. periculoſè. de pœni. diſtin. j. explo ſa gl. inibi, & in §. ſi ergo. xij. col. xvij. q. iiij. & in c. fin. xxiij. q. viij. Nicol. Ploui. pleniori manu tradit loco præcitato, irregularitate xxvij. etenim ex ſolo conſilio, ſi homicidium nõ ſequatur, minimè effici irregularem. c. felicis, de pœn. in vj. & in cle. j. v. oppoſitione. & rurſus xij. q. Card. ſatis diligẽter tradit. Ex his ſanè multa poſſent deduci, & diſputari, quæ iuſtũ profectò volumen exigerent & poſtularent, potiſsimũ tamẽ hoc in loco aliqua tractare conabimur, q̃ ſunt huiuſce tractatus reſolutioni conducibilia. Et primò, in d. §. qui ve-
7 rò, in princi. † cõſtat etiã in hoc conſiliũ puniendũ fore: ſiquidem & inibi punitur, qui regi alioquin facturo cõſiliũ dederit, Din. in d. reg. nullus ex conſilio. Bar. in d. §. mandato. col. pen. Imol. in cle. j. de pœn. col. v. Ang. in trac. malefi. verb. Sẽproniũ mãdatorẽ. q. xxij. ĩ ſpecie tñ ex cõſilio quẽ puniendũ eſſe: ſiue ille, cui p̃ſtitum fuit, erat alioquin facturus, vel nõ. Hoc ipſum ĩ criminib⁹ atrocib⁹ ſaltim admittit, in l. j. col. ij. C. de ſer. fug. p tex. ĩ c. felicis. de pœ. lib. vj. cui opinioni refragatur Feli. in c. j. de offi. deleg. contrariũ omnino probãs. ex d. c. ſicut

Ex conſilio quãdo quis punitur.

d.c.ſicut dignum.vbicunque ageretur de homicidio Archie-
piſcopi,ſit diſtinctio quo ad purgationem, an ille, cui conſi-
lium datum eſt,eſſet alioquin facturus,vel non,& dubio pro-
cul Bal.prior ſententia minimè probatur in d.c.felicis.quic-
quid profiteatur Dec.in d.c.j.num.9.ſequutus Bal.quē etiam
ſequitur Hipp.ſing.dclxv.& Lud.Carr.in pract.crimin.tit. de
homic.§.circa.num.164.tex.ad id præſtantiſsimus in l.quiſ-
quis.C.ad legem Iul.maieſt.Bal.in l.data opera.verſi.conſi.&
in d.l.j.C.de ſer.fug. Verùm enimuerò diſtinctio præmiſ-
ſa communi omnium ferè conſenſu recepta eſt.Nam & eam
eſſe communem exiſtimat Alb.in d.l.ob hæc verba.ff.de iis
qui not.infam.nu.3.Dec.in d.c.j.num.9.& in d.l.conſilij.ff.de
reg.iur.nu.4.Fel.in d.c.ſicut dignum. num.7. itidem in c. j.
nu.11.de offic.deleg.Bonifac.in tit.de inſultis & percuſſ.col.
vj.Ang.in tract.malefic.ver.Semprònium mandatorem.Pau.
in tract.de pœn.omnis nefarij coitus. col.iij.q.x. & denique
hanc profitetur communiori æquioriq; conſenſu doctorum
eſſe receptam ſententiam Lud.Carr.in pract.§.homicidium.
nu.163.& poſtremò in hunc equidem ſenſum iſthæc ſenten-
tia iure magis probari poſſet, quòd † dans conſilium alio- 8
quin non facturo,eadem pœna puniatur, ſecundum omnes,
ex tex.in præcitato §.Attilicinus autem ait.& ſi perſuaſerim
alicui aliàs nolenti, vt mihi ad iniuriam faciendam obedi-
ret,poſſe iniuriarū mecum agi.l.qui ſeruo.ff. de fur.l. ſi quis
vxori.§.nec.eod.tit.l.ſæpe.ff.de verb.ſign.l.conſilij.ff.de reg.
iur.l. hæc verba.ff. ad legem Iul.de adult.l.j. §. incidit. ff. ad
Turpillia.l.iij.ad fi.C.ad legem Iul.maieſt.c. ſi quis viduam.
50.diſtin.c.nullus.de reg.iur.& in præcitato c.ſicut dignum.
§.qui verò.c.felicis.de pœn.clem.j.eod.tit.Bar.in d.§.ſi man-
dato.v.col.nu.16.glo. in §. interdum.ver. cum ope. Inſtit. de
oblig.quæ ex delic.naſcun.apud quos definitum extat, an ſit
facienda diſtinctio,eſſet aliàs facturus necne,& cui perſuaſit,
teneatur ac mandator:inſignis eſt differētiæ ratio inter man
dantem & conſulentem perſuadentémve ex gloſ. in d.l. nul-
lus ex conſilio.Lud.Carr.num.139.in eo.§. cuius. & nos me-
minimus anteà. Is verò,qui conſilium dederit alioquin fa-
cturo,pœna puniatur ſanè,ſed vtiq; mitiori iudicis arbitrio,
quēadmodū Dec.in d.l.cōſilij.& in d.c. j.ex pfeſſo tenet poſt
Ang.in l.is qui opē.ff.de fur.& in l.furti.§.ope.ff.eo.Cæp.cōſ.
xxvij.col.pe.Carr.loco præcit. apud quos ſatis definitū extat.

Quibus

Mandās poſtquàm mādatum reuocauerit, an immunis ſit.

9 Quibus † & illud adiiciam, & quod obiter menti occurrit adnotandū eſt, tametſi mandans immunis ſit à criminis pœna poſtquàm mādatum reuocauerit expreſsim, vel tacitè ea lege ac cōditione, ſi reuocatio perueniat in mādatarij notitiam, nihilominus perſuadēs & cōſulens minime excuſatur, etſi perſuaſionē reuocauerit, ſed vtiq; onus ei incūbit, ne delictū ſequatur, vel ei denūcietur, in cuius perſona delictū perpetrādum erat: ea ſola ratione ductus, ſiquidē mādatū fit gratia mādātis. Quo fit veriſimile eſſe, ꝙ mādato reuocato, delictū nō fiet: ac pſuaſio fit gratia accipiētis, vnde ſi ſemel in animū induxit ſuū facere, haudquáquā deſiſtet: vnde nō ſufficit ſimplex reuocatio, ſicuti huius ſentētiæ authores habeo Innoc. in c. ad audiētiā. de homic. nu. 2. & inibi paſsim doct. Bart. in præcitato §. ſi mādato. ad hi. Bal. in l. mādatū. pen. col. C. mandati. nec inuitus his accedit Sal in l. vnica. C. de rap. virg. nu. 126. Ang. in ver. Semproniū mādatorem. ad fi. verſ. xxiij. Paul. Grilan. in tract. de pœ. omnis nefar. coitus. x. q. nu. 14. Imola, Card. in c. j. de renūt. Doct. in c. cùm quis. de ſen. exc. Alex. cōſ. lxv. vol. iiij. Lu l. Carr. n. 118. vbi ſuprá. Quáobrē etiá in atro-
10 cioribus eadē † diſtinctio admittēda eſt: ita tātùm vt in his criminib⁹ cōſulēs alioquin facturo nō ordinaria delicti pœna ſed extraordinaria, maiori tamen, quàm in aliis cōmunibus delictis puniēdus ſit, quod ex mētę Bal. & aliorū ego deduco, licet quidā alij expreſsim cōtrariū notauerint, ſic tex. in d. §. ope. intelligētes dū dixit ex cōſilio nō teneri quē: fur ſiquidē annotādus eſt pœna ordinaria, ſed mitiori, qui furti cōmittēdi cōſilium dederit ei, qui alioquin furtū cōmiſſurus erat: ſic ſanè eſt intelligēdus ille tex. nō vt aliqui, qui in errorem cæteros attraxerūt cōtrariū opinātes indiſtinctè teneri eū, qui cōſiliū dederit de dolo, ratione cōſilij, ac proinde pœna cōtra fures ſtabilita puniri. ſicuti hac in ſpecie exiſtimat Innoc. in c. querelā. de elec. Card. in cle. j. de fo. cōp. Bar. Bal. in l. j. C. de ſer. fug. & inibi Sal. Bal. in d. l. ij. de ſer. & aqua. col. xv. ver. quæro. qui ſanè eo modo ſunt intelligēdi, vt qui cōſiliū præbuerit furto, mitiori pœna puniatur, alioquin Doct. ſentētia minimè eſſet admittēda. Alia ſpecies proponitur in
11 interdicto vnde vi, cōſulens † etenim nō tenetur eandē luere pœnā, ſicuti & principalis, vt profitetur Innoc. in d. c. querelam. de elec. Abb. in d. c. ſicut dignum. Flor. in l. ſeruitute. ff. quemadmodū ſeruit. amit. tametſi ab ea ſentētia prorſus diſ-

cedat

cedat Bar.in l.ij.col.ix.de ſer.& aqua.c.felicis.in præcitato c. j.de offic.deleg.& inibi pleniori manu Dec.atque ita fuit deciſum per Rotam,teſte Rom.in ſing.incip.conſilium.& incip.contractibus. Quibus & illud conuenit adnotare,quaſi ſit prora & puppis totius materiæ,quonāmodo † probabitur 12
quod erat aliàs facturus:& cùm cōſtet ex facto debet probari vti hac in ſpecie eſt tex.celebris in l.metū.C. quod met.cau. etenim conſtabit minis præcedentibus, ac pleriſq; id genus aliis vti explicat Bal.in d.l.metum.& in pręcitata l.j.& inibi Paul.gl.Accur.Anan.in l.apud Celſum.ff.de except.rei iud. Ang.in l.j.ff.de eo,per quem fac.fuer.in d.l.metum.Fel.in d. c.j.& in d.c.ſicut dignum.Hipp.conſi.lxij. Sed † ſi quis con- 13
ſilium dederit alioquin facturo, & is non cōmiſerit crimen in eam perſonā,cui conſilium datum eſt, ſed in aliā,non eſt cōſulens aliqua pœna puniēdus,teſte Bal. in c.j. col.iiij. quibus modis feud.amit.cujus opinio eſt de pœna criminis ordinaria intelligēda,quaſi velit Bal.poſt Iſer. ibi aliud dicendum fore,vbi quis conſiliū dederit ad crimen cōmittendum in ipſamet perſona,cui conſilium datur, vt eo caſu conſulēs teneatur pœna ordinaria,etiam ſi eſſet alioquin facturus,qui conſilium accepit:etenim ſi quis conſilium dederit ſeruo, vt fugiat à domino:vel alicuius fœminæ coniugatæ, vt adulterium cōmittat.l.j.§.perſuadere.ff.de ſer.corru. In alio verò dubio † an alioquin facturus eſſet delictū is,cui cōſiliū præ- 14
ſtitū eſt,præſumitur eū abſq; conſilio nō eſſe facturū, quod not.Ang.in l.j.ff.de eo per quē factū fuerit.in prin. Bal.in l.j. C.de ſer.fug.Fel.& Dec.nu.10.in d.c.j.itidē Dec.in præcitata l.conſilij.nu.9.Fel.pleniori manu in d.c. ſicut dignū. nu.12. Bal.in d.l.data opera.nu.79.C.qui accuſ.nō poſſ.& idē profitetur in c.j.§ iniuria.de pace iur.fir.Hip. ſing. ccxviij. idem in l.j.§.duobus.ff.de ſicar.quod ſanè probatur tali ductus ratione,quòd in dubio nemo præſumitur delictū cōmiſſurus. l.merito.ff.pro ſocio.glo.in l.qui iuraſſe.§ ſi patri.ff. de iureiur. Et ſatis diligenter Iaſ.in §.j.eiuſdem legis, nu.8. itidem in l.ex hoc iure.num.11,ff.de iuſti.& iu.& in l.rogaſti.§. ſi tibi.ff.ſi cert,pet.& ſignanter Paul,Pariſien. in c. in præſentia. num.33. de probat. & omnium diligentiſsimè Andr. Alcia. in tract.præſumptio.iij.regul.,præſumpt.j. Hippol. ſingul. ccxviij.& in l.j.§.diuus,ff.de ſicar. & ante hos Alex. in l.j.C. de his,quib.vt ind.itidē cōſi.cxcij.vol.ij.& conſi. cvj. vol.iiij.

Illud

Illud etiam ad huius materiæ traċtatum & illud conue-
15 nit † adnotare, an conſilium dans dicatur vtique opem præ-
ſtare:& inſuper, an in ſtatuto de auxilio includatur qui opē
præſtiterit, explicat ſignanter in hac ſpecie Sal. in d.l.j. C. de
rap.virg.& Paul.Grillan, in trac.de pœna omnis nefa.coitus.
x.quæſt. & ex nouioribus Lud. Carr. eo loco, cuius & anteà
mentionem fecimus, nu, 131.& an ſit aliqua differentiæ ratio
inter conſilium perſuaſionem, inſtigationem explicant doc.
in d,l.in furti.§.conſil.& pleraque id genus alia:de hiſce ma-
teria conſilij dilatat chartas plurimis remiſsionibus Carr. à
numero 128.ad 184.vſque. Multa equidem de conſilio lector
percipiet ab eo,& ab iis, quæ à præcitatis authoribus tradun
tur, Alia denique multa recenſeri poſſent, niſi nos ab inſtitu-
to plus æquo reuocarent. Cæterùm & illud in hoc dũtaxat
traċtatu diſcutiendũ eſt:ſi quis fuerit accuſatus de mãdato,&
in litis proſecutione de conſilio conſtet, dubium inſigne cen
ſeri ſolet, an criminis cõſilij author de cõſilio pœna coërcen-
16 dus eſt, an de mandato.† Siquidem de conſi. nec vtiq; accuſa-
tus fuerit,& Alex.in eo dubio, in conſi.cxxix.vol.iiij.ſecutus
Ant.de Prato veteri exiſtimat nequaquã eſſe puniendũ, cùm
aliud ſit mandare, aliud cõſulere, inter quæ inſignis differen-
tiæ ratio eſt, & gl.ita cõſiderans reſpondit in l.nullus ex con-
ſilio.ff.de reg.iu.& ea fulcitur ratione, ſicuti in ciuilibus vna
duntaxat aċtione propoſita, ſi de alia probetur, ſuccumbit:ita
quidem in criminalibus, cùm ad inſtar cauſarũ ciuiliũ proce
datur, vt ſcribit Hip.in praċt.ſua, in §.diligẽter ex cõſequen-
ti. Et adhuc in ea ſpecie alius obex diſſoluendus reſtat:ſi pro-
poſita accuſatione adieċta ſit clauſula illa ſolita apponi. Su-
per quibus omnibus & ſingulis, cum annexis & connexis, ac
prorſus extraneis petit ſibi ius & iuſtitiæ complementũ mi-
niſtrari omni meliori modo, via, iure & forma, an tunc tam-
etſi accuſatio non proponatur de conſilio, ex vi illius clauſu-
læ cõſilij pœna coërcendus eſt? de qua quidem clauſula tam
in ciuilibus, quàm in criminalibus ſignanter explicat Bal.in
l.ij.C.de probat.Iaſ.in §.omnium.Inſtit.de aċt.doċt.commu-
ni conſenſu in c.ij.de ord.cog.Felin.in c. ex parte. de reſcrip.
Hipp.in conſi.lxxv.Corn.in conſi.cxcij.vol.ij.Dec. in c.licet
cauſam.in glo.aſtrinxit, de probat.Iaſ.in l.petens.C. de paċt.
Amod.in trac.ſynd.nu.18.in ver.emergẽtibus.Cãp.in deciſi.
ſacri, conſi. x, Paris à Put.in trac.ſynd, in verbo, ſententia.&
ruiſus

In criminalib' ad inſtar cauſarum ciuiliũ proceditur.

rurſus in verbo,ſuper quibus omnibus.Bar.conſi.cxvij. licet interpretum ferè maior pars huic accedat ſententiæ, ipſe tamen veritati contrarium magis fauere exiſtimo. Siquidē ex vno capite agens,alio tamen probans,abſoluēdus eſt,ex Bar. in l.j.in princ.ff.de eden.& ſignanter Innoc.in c. ex parte, de priuil.Tho.Gram.in ea ſpecie ita reſpondit in conſi.xxvj. Et omnium diligentiſsimè Lud.Carr.in pract.crimin.§. homicidium. num.139. pag. 138. qui aliquot additis axiomatibus contrariæ reſpondit ſententiæ. In hoc duntaxat tractatu illud ſilentio prætereundum non eſt:ſi diuerſis †afficiatur pœ- 17
nis conſulens & opem ferens, an in ea ſpecie vna pœna per aliam extinguatur?& Bar. in l. nunquam plura.ff. de priuat. delic.itidem in l.& ſi amicis.ff.de adult.Bal.in l. aduerſus, C. de furtis.Bon.in tit.de inſul.& percuſ.exiſtimant,ſi ad vnum tendunt effectum, vnam quidē per aliam extingui pœnam, Hipp.in l.fi.ff.de ſicar.Rurſus quibus in caſibus delicta à criminis pœna confundantur, explicat Alber. in tract. ſtatuto, q.xviij.Bald.in c.j.§.futurum.de pace iur.firman.Aret.conſi. x.Gand.in rub.de pœnis.xvij.col.& diligenter Hip.in pract, crimina.§.pro complemēto.& in l.j.C. de raptu virg.itidem conſi.lj.Ang.in maleficiorum tract.in glo.fecit inſultum. Et id ſatis iure probatur apud iuris antiſtites, quorum anteà mentionem fecimus. Hactenus viſum eſt de dantis conſilium pœna:nunc in ea ſpecie,de qua agimus,dubiæ ſunt interpretum opiniones,& plura extant doctorū reſponſa, quibus admodum etiam illud cōuenit,teneatúrne ad reſtitutionem conſilium dans,vt iniquè acciperet rem alienam. † In 18
qua ſanè quæſtione reſpōdeo,quòd tenetur ad reſtitutionem non tantùm is,qui iniquè accepit,ſed & is,qui conſilio, ope, auxilio,vel receptatione dedit acceptioni cauſam efficientē, quæ ipſam iniuſtam acceptionē efficiet,ſicut explicat Innoc. in c.ſicut dignū.de homic.Io.Anan.in c.tua nos.eo. tit. & inibi Ant.Fel.in his locis,qbus & nos paulò antè meminimus. Lud.Car.in prac.crimin.§.circa.num.176. hanc ſententiam eleganter tradit Tho.xxij.q.lxiij. art. vij. quē Theologi paſſim ſequuntur,præſertim Caietan.inibi, Flor.ii. par.tit.ij.c, ij.§.iiij.Adr.in iiij.ſentent.tract.de pœn.& reſtit.c.ij.dubitatur.Io.Maior in iiij.diſtin.xv.q.xxvj.Sylueſt.ver. reſtit. iij.§, vj.Ioan.ā Medina,de reſtit.q.vij.& viij.ſiquidem ex eius cōſilio motus fuit ad damnum illud inferendū,tenebitur vtique quo

quo ad ſatisfactionem, quod apud noſtræ claſsis doctores

Qui cauſam dãni dat, damnum dediſſe videtur.

probatur, ea ratione, quòd qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. c. vlt. de iniur. c. ſuſcepimus. cap. de cætero. de homic. l. nihil intereſt. ff. de ſicar. & inibi Bar. & doct, quod & alibi ſæpiſsimè per iuris regulã traditur: Sed in ſpecie huic concluſioni accedit cõmunis iuris vtriuſq; doctrina, qua paſſim traditur conſulentẽ ex† cõſilio teneri ad eandẽ pœnam,
clæ authores habeo Alex.conſi.lxxviij.lib.v.nu. 21. Deciũ in l.ſemper ei,qui non prohibet. de regul.iuris. Quamobrem meũ induco animũ in atrocibus adhuc criminibus, minimè eſſe locũ pœnæ ordinariæ,propter ratihabitionem. Siquidẽ omnes rationes ac authoritates, quibus probatur in delictis puniendam eſſe ratihabitionem,non tamen pœna ordinaria ſed iudicantis arbitrio,extraordinariè loquuntur, quicquid ſcripſere aliqui noſtrę claſsis viri,in c.j.de homi. Et nouiſsimè nimis anxiè ac perplexè valde tradidit Ludoui.Carre.in practi.crimi.§.circa.nu.695.Siquidẽ ea æquitas, quę in delictis ratihabitionẽ retrahit,dictat eadẽ.etiã perſuadet, minimè pœna ordinaria ipſius delicti puniri debere eũdem ratũ habentẽ ex hac legis fictione. Rurſus & in hac controuerſia hanc pœnam locũ habere opinor,ſi ſanè expreſsè ratum habeat:lõgè quidem aliter in tacita ratihabitione per ſigna.In quo dubio glo. Bar.expreſsim id adnotant,in prędicato §.ſed cum quis.verbo,expreſſè.atq; ideo minime teneri pœna ordinaria in hac ſpecie,vti conſtat ſerioſè præter alios per Ludoui.Carre.loco præcitato.nu.198. Et ex eo cõueſtiri poſſet. Siquidem ſi ex præſumptionibus per ſigna puniretur, ſane afficiendus eſſet pœna:pœna autẽ minoratur, ac proinde nõ corporalis,vti conſtat ex his,quæ maximo conatu congeſſit doctores in c.afferte.de præſump.Fel.in c.auditis.de preſcri. & inibi expreſsim adnotat Inno.itidem & Abb.in c.quiaveriſimile.de pręſumpt.Gandi.in rubri.de indiciis indubitatis ad condemnationem. Brunus eo tractatu. Ludoui.Carre. eo loco,cuius & anteà mentionem fecimus.nu. 198. ad finem. *Pœna locum habet in expreſſa ratihabitione,non tamen in tacita.*

Quibus & illud conuenit adnotare, quod in controuerſiam venit: Si lex actum exegerit perſonalem minime ſufficere ratum habere eò maxime in ſtatutis, in quibus & mera rerum veritas inſpicitur.Ioan.Anan. in c.ſicut.de ſimonia. gl. Cardin.in c.j.de conuer.infidelium. Et cum in his veritas attẽdatur,teſte Bart.in l.ſi is qui pro emptore.in iij.quæſ.principali.ff.de vſucapionibus,Quo in loco de fictione inductiua verba agit Bar. Et eò maximè iſthæc ſentẽtia ſtabiliri poſſet, quod per fictionẽ fit,id impropriè dicitur fieri.l. lege Cornelia.vbi Bal.expreſsim adnotat.ff.de teſtamen. At ſtatuta impropriè nec fictè intelligi debẽt,Bar.per tex.inibi i l.j.§.hoc interdictũ.de ciſterna.ff.de fonte. Quo i loco cõmuni cõſenſu adnotãt doct.tex.ad id pſtantiſsimũ in c.in noſtra. de iniur 4

rantes non contrahi irregularitatem ex ſola ratihabitione eius homicidij, quod iam commiſſum ab alio fuerat, ſiue nomine ratum habentis, ſiue alterius cuiuſcunq;. Illud hoc in tractatu non erit obliuioni tradendum, & ad huius opinionis probationem vtar aliquot rationibus, quæ rem iſtam faciliorem efficiant. Primùm conſtat irregularitatem non cõtrahi niſi in caſibus expreſsis in iure. c. is qui. de ſen. excom. in. vj. & alibi non ſemel tradidimus. In iure verò pontificio nullibi expreſſum eſt ex ratihabitione homicidiũ cõmitti, & ita cõmiſſum irregularitatem inducere. Igitur hoc in caſu nõ cõtrahitur irregularitas. Nec obſtat quod recti limatique iudicij vir ſubiiciat ratihabitionẽ mandato comparari, & eidem æquipollere. regula, ratihabitionem, & in reg. ratum. ff. de regul. iuris. l. quo enim. verſi. j. ff. rem ratam habe. & adducunt Tiraquel. & Carre. locis prçcitatis. Cui obiectioni reſponderi ſatis poterit, eam regulam procedere in vniuerſum, quoties ſpecifica deciſio non requiritur, tunc nõ eſt ſatis argumentatio ex ratihabitione, quæ mandato per çqui pollens, non tamen in ſpecie comparatur, nec idem eſt cum mandato. l. Meuius. l. ſi hæredi. §. vlti. ff. de cond. & demonſt. Quo fit, quòd licet ex mãdato irregularitas contrahatur, nõ idem erit in ratihabitione, cùm ad irregularitatem eſſe neceſſariam homicidij culpam probat inſignis tex. in c. ſi aliquis. de homici. Is verò, qui ratum habuit homicidium iam commiſſum, verè nullam culpam habuit homicidij quo ad ipſum actum. Nec in hac controuerſia illud prætermittendũ nõ eſt, quòd † ſi quis ratũ habeat crimẽ eius nomine nõ com- 6
miſſum, minimè excõicationẽ incurrit, nec irregularitatẽ, licet peccet. Nec dubiũ eſt hanc ratihabitionẽ peccatum eſſe, quod probat tex. in d. c. cum quis. ij. eius parte. vbi Ioan. Andræ. Domi. Frã. exiſtimãt hoc peccatum eſſe veniale, nõ mortale. Quç quidem interpretatio, quã ſit à ratione deuia, perquã manifeſtum eſt: quia delectatio actus mortalis mortale peccatũ eſt, ſicuti & veniale erit ſi ſit ipſa delectatio de actu veniale. tex. optimus in c. ſed penſitandum. vj. diſt. c. ſicut. de pœnit. diſt. j. c. presbyteris. iij. diſt. c. nõ oportet. in ij. de cõſe. diſt. v. explicat Tho. & Caiet. xij. q. lxiiij. art. xxij. q. cliiij. art. iiij. Poſtremò in noſtra ſpecie aſſeuerat Caiet. in ſumma, verbo. ſpectacula. & aduerſus Ioã. Andrç. & alios expreſsim notat Martinus ab Azpilcueta, c. inter verba. xj. q. iij. col. xlvj.

quod pēſitandū eſt, ne quis decipiatur frequētiſsima Canoniſtarum opinione. Quibus & illud libēter adiiciā inſignē eſſe
17 † differētiæ rationē inter excōicationis cēſurā, & irregularitatē. Siquidē excōicatio fertur in percutiētes clericū, ob iniuriā ipſi percuſſo & ordini eccleſiaſtico illatā: hęc verò iniuria etiā infertur pro ratihabitione eius percuſsiōis, quæ fuerat illata nomine ratū habētis: & ideo in d.c.cū quis iuſtè excōicatio ſtatuit: lōge quidē aliter quo ad irregularitatē, quæ in hac materia homicidij requirit actū occiſionis vel mēbri mutilationis culpa pręuia cōtingentē: ſicuti paſsim in rubri. de homi. probat, qui actus nō cōtingit per ratihabitionē verè, nec vera culpa eū præcedit. Et in hac cōtrouerſia illud obſeruandū eſt, quaſi totius.c.coronis, ratihabitionē minimè actionē producere, ac idcirco nō pōt cōueniri in ratihabitionis loco, ſed in cōmiſsi delicti loco, explicat Bar. in l. ſi pecuniā, C. de neg. geſt. Salic. in l. non ideo minus. C. de accuſ. qui ſatis diligēter per aliquot quæſtiōes hāc materiā extricat, dilatādo chartas plurimis remiſsionib9.
28 Quòd ſi † lex expreſſim exigeret dolum tractatū & machinationē, minimè ratū habēs delictū cōprehēderetur, ex Geminiano in c. cū quis. de ſentē. excō. in. vj. ita explicāte glo. in j. c. de cōuerſio. infidel. & nouiſsimè Ludo. Carre. eo loco, cuius & nos anteà meminimus. nu. 197. in quo dubio ſubiicit caſus, in quo nō vendicat ſibi locū iſthæc ſentētia in ſpecie c. felicis. de pœnis. in vj. & in clē. j. eo tit. quo in loco & Cardinalis adnotat. Hæc hoc in c. volui inſerere, quo cæteris diligētius ea de re cogitādi anſam præberem. Ex his ſanè multa poſſent deduci, & diſputari, quæ iuſtum profectò volumen exigerēt, & poſtularent. Potiſsimùm tamen aliquot hoc in loco tractare conati ſumus, quæ ſint huiuſce tractatus reſolutioni conducibilia, cætera conſultò omiſi. Si quidem ex doctoribus præcitatis facile cādidus lector petere poſſet, & id nunquam animo fui complexus aliorum dicta tranſcribere, & alterius capitis dotem auferre, & huic attribuere: cùm id fieri prohibeat Bal. in l. falſus. pen. col. C. de fur.

S V M M A R I V M.

1 *Qui aſſaßini dicantur, varij varia censêre.*
2 *Aſſaßinos eſſe hominum genus ſceleratißimum: & à ſcindo, ſindis, originem trahere.*
3 *Qui aliquem Christianum occiderit opera et industria hominum*

quor

quorundam infidelium, aſſaſſinus vtique dicitur.

4 *Deciſionem pontificiam in c. j de homic. lib. vj. intelligendã fore non in omnibus aſſaſſinis, ſed vtique in certo perſonarum genere.*

5 *Plures deſcribuntur pœnæ aſſaſſinorum, & fruſtatim ſcindendi ſunt ac dilacerandi.*

6 *Aſſaſſinos legum ſtatutorúmque priuilegio deſtitutos eſſe.*

7 *Aſſaſſinatus criminis reos teneri pecunias pro homicidio acceptas reſtituere, & eis mortuis heredes ad id etiam teneri.*

8 *Vt pœnis pontificiæ conſtitutionis in d. c. j. locus ſit, oportet, quòd conſtet occiſum opera aſſaſſinorum eſſe Chriſtianum.*

9 *Quid etiam ſi per eum non ſteterit, quin homicidium fuerit ſequutum.*

10 *Mandans aſſaſſinatus criminis reus, pœnitentia ductus, immunis quidem erit à mortis pœna.*

11 *Propter ſceleris immanitatem, pontificiam conſtitutionem in d. c. j. in mandatore loquentem, ad mandatarium vtique extendi.*

12 *Ad conſtitutionis pœnam effugiendam, non ſufficere quòd mandator reuocauerit mandatum ante eius executionem.*

13 *Aſſaſſinum mandatarium abſque aliis indiciis, vt indicet mandantem, torturæ ſubijci poſſe.*

14 *Tametſi regulariter teſtes, quos de auditu vocant, indicium nec fidem faciant, in hoc tamen aſſaſſinatus crimine, vt torturæ ſubijciatur, indicium faciunt.*

15 *Licet in criminalibus luce meridiana probationes exigantur clariores, in hoc tamen aſſaſſinatus crimine indicia ac argumenta ſufficiunt.*

16 *Quanquàm ad corporis pœnam afflictiuam per indicia non poſſit deueniri, ĩdubitatum an aſſaſſinatus tñ criminis reus deueniri poſſet.*

17 *Teſtium dicta examinari parte non citata recipique poſſunt.*

18 *Aſſaſſini criminis reus optimo quidẽ iure ſuã tutelamque poterit renunciare defenſionem in criminis immanitatem.*

19 *Licet bannitus impunè occidi poſſit, nihilominus recepta pecunia per aſſaſſinum interimi non poteſt.*

20 *Romanũ põtificẽ aduerſus laicos & ſeculares, qui ei ſubditi non ſunt, quo ad tẽporalem iuriſdictionẽ in eo cap. nihil ſtatuere poſſe.*

21 *Bal. ſententia perpenditur circa interpretationem tex. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & cler.*

22 *Clerici ſacriſque initiati in lege condenda, per quam pœna mortis imponitur, interuenire poſſunt ſine metu irregularitatis.*

23 *Sũmus põtifex põt mortis pœnã ſtatuẽdo, nõ aut exequẽdo ĩponere.*

Commit

24 *Committentem verum aſſaßini crimen minimè gaudere templorum immunitate.*

25 *Aſſaßinorum fautores opémque eiſdem præſtantes, eccleſiarum immunitate non gaudere.*

26 *Clericus aſſaßinatus criminis reus, qua afficiatur pœna, ſeriosè explicatur.*

27 *Clericus non amittit priuilegium ex eo, quod de aſſaßinatus crimine tractetur, ni & probatum fuerit.*

28 *Minimè ſufficere probari mandatum per aſſaßini confeßionem, ni & qualitas deducta in cap. j. de homic. lib. vj. probetur.*

De aſſaſsinis, déque illorum pœnis iure Cæſareo, Regio, Pontificióve ſancitis, elucidatur elegans pontificia conſtitutio in c. j. de homic. lib. vj.

CAPVT XIX.

EXTAT elegans Innocẽtij iiij. in concilio generali Lugd. conſtitutio, in c. j. de homic. lib. vj. circa cuius examen perſpicuúmque intelleƈtum nonnulli extrema ſua iudicia miſcuerũt, non ſine captionis ſuſpicione: ſed quia in his regnis pontificia iſthæc deciſio paſsim in controuerſiam adduci ſolet, ideo in eius enucleatione omittendo allegationũ ſyluam, intricatas Sophiſticáſque doƈtorum quæſtiones, circa Innocentij iiij. reſponſum eiúſq; germanam materiã experiar, quid ferre valeant humeri ingeniíque vires, omittendo verborum aucupia, ſyllabarum tenticulas, literarum decipulas. Siquidem ex doƈtorum diƈtis inuolutio quædam legentibus oritur, & iuuenum ingenia, quæ maturare debuerant, perturbauerũt: quod eò certè perniciosius eſt iudicãdũ. Ipſe tamen hanc materiã arbitror aſſaſsinorũ, quæ poſita eſt extra popularem orbitam, aratro meo, exili arbitrio, & mea tenui cultura renouãdã delegi, in ea pro viribus ad cõmunẽ ſcholaſticorũ vtilitatẽ laborare inſtitui: ſi nihil amplius inde cõſequar, mecũ ſatis aƈtũ putabo, mea opera poſteros inuitaſſe, & forſitan excitaſſe ad idẽ munus magis acuratè obeũdũ, & magis cumulatè & perfeƈtè abſoluẽdũ. Vnde vt plenè omnia liqueant ad põtificiæ cõſtitutionis cápũ, & examen, perſpicuúmq; intelleƈtũ cõdeſcẽdo, pro cuius tex. declaratione adnotandum eſt, aſſaſsinos nullibì, ſicuti author eſt Marcus de

Mantuæ

Mantua, proprio nomine mentio facta eſt, niſi in præcitata pontificia conſtitutione. Is, inquã, in decẽ libris obſeruationum, xlj. obſeruat. pag. 148. in tit. de aſſaſsinis. & ante eũ Bal. in l. non ideo minus. de accuſ. col. j. In quo dubio Alber. in diction. verbo, aſſaſsinus. in ea eſt ſentẽtia, aſſaſsinos † eſſe quoſdam infideles, qui ſubſunt principi itidem infideli, à quo ita inſtructi ſunt, vt quoſcunq; ipſe occidi iuſſerit, facillimè occidant: & qui arbitrentur mortẽ minimè eſſe timendã ex hoc, ac deinde poſt obitum nec criminis reos eſſe, ſed vtriq; immunes arbitrentur, quinimo opinantur Deo obſequiũ præſtare. Et huic accedit ſententiæ Hoſt. in præcitato c. j. col. ij. qui quidem Decretalibus Innocẽtij quarti, quæ in ſexto collocantur libro, gloſſemata fecit. Et iſthæc lectura eſt in Decretaliũ lectura ad finẽ lib. v. fol. 132. id obiter lectorẽ admonendum eſſe viſum eſt, ne in errorẽ incidat. Cuius meminit idẽ profeſſus Probus in d. c. j. ad Ioãnem Monachũ, & nouiſſime huic accedit ſententiæ Remig. Goni. in eo libro, quem publicum fecit de immun. eccl. fallen. xv. nu. 2. pag. 133. Quibus maximo apice deſeruire videtur, & huic rei plurimũ conducit quod Raphaël Volater. teſtatur lib. xj. c. de ſectis Syriç, dicens Syriæ homines aſſaſsinos eſſe, ita hoc in cunabilis inſtructos, vt Regis inimicos, aut domini, qui obediunt eius mandato, incautos opprimant, & id quidem audacter: quod apud Chriſtianos factum eſt hos admiſſos fuiſſe frequenter, atque pretio & prece conductos. Rurſus in ea ſpecie Arch. in d. c. j. reſpondit de aſſaſsinis agens † eſſe hominum genus ſceleratiſsimum. Equidem à ſcindo, ſcindis, originem trahunt, & animam ſua arte occidunt, ac ſcindunt animã à corpore dictis dominorum ſuorum obtemperando. Et huic accedit ſententiæ Anch. vj. not. Ioan. And. col. ij. & inibi Domi. in §. cùm igitur. in princ. & Guliel. de Monte Laud. eo loco, col. j. in d. c. j. & Archiep. Floren. in ſua ſumma, tit. xxiiij. in iij. par. & Remig. Gonius vbi ſuprà, pag. 1[illegible]5.

1

2

Pleriquetamen alij non contemnendi authores, qui in albo primariæ doctrinæ ſunt poſiti, in alia fuère ſententia, aſſaſsinos dici quoſcunque, qui pecunia conducti, alióve pretio homines occidunt, percutiuntve, nihil tale ab eis præcauentes: ſicuti definitum extat apud Dominic. Imol. Philip. Prob. Banch. in d. c. j. id expreſsim adnotantes, idem profeſſus Ioan. And. inibi ad finem, dum verba agit ſuper glo. in verbo,

verbo,probabiliter.Philip.Franc.col.iij.& nouiſsimè Reml. Gonius,eo loco,cuius paulò anteà mentionem fecimus,col. ij.qui omnes vno ore,dilucidáque voce ita pontificiam conſtitutionem prædictam intelligunt in his,qui aliquem hominem Chriſtianum occidi mandant per homicidas conductos pecunia,etiam ſi & hi mandatarij Chriſtiani ſint, ſicuti conſtitutiſsimũ eſt apud Bar.nu.14.in l.non ſolùm.§.ſi mandato.ff.de iniur.in l.Cicero.ff.de pœn.Paul.Caſtr.in l.j.§.vlt. ff.de eo per quem factum erit.Bal.& Salic.in l.non ideo minus.col.pen.C.de accuſ.idémque profeſſus Alex.conſi. clxvj. vol.vij. Hippol. pleraque id genus alia congerens in pract. crimin.§.examinanda.num,21.Et rurſus in §.diligenter.nu. 156.& in l.vnica.C.de raptu virg.nu.103.& pręter alios Ang. in l.qui ſepulchra.C. de ſepul. viol.& ex iunioribus.Thom. Gram.voto viij.ix.& xj. & Campeg. ſerioſe id explicans deciſione Neapol.clv.& nouiſsimè Lud.Carr. in pract. crimin. tit.de homic.§.circa tertium. in princ. & ante hos Bald. & Ang.in l.hoc dictum.§.hæc autem.ff.de iniur.Angel. Alex. in l.j.ff.de eo per quem factum erit.Bald. conſil. lxxxiij.vol. iij. Ang.cõſi.xiij.& in maleficiorum tract.in verbo,Sempronium mandatorem.in princ.Bald.in l.Cicero.ff. de pœ. Par. à Pu.in tract. ſyndic.verbo, Inquiſi. verſi. dicit conſtitutio. Quibus omnino adſtipulatur regia l.iij.tit.xxvij.par.vij.quę ſubobſcurè tractat,qui fuerint hi aſſaſsini: quorum opinio paſsim recepta eſt,& conſuetudine approbata,teſte Aret.con ſil.clxv.col.xj.ſic ſanè crimen iſtud aſſaſsinorum vtrinque dicitur,tam quo ad mandatorem,conductorémve, quàm quo ad mandatarium,& locatorem. Mihi non admodùm placet communis interpretatio:Siquidem ea,quæ iure ſtatuta ſunt aduerſus aſſaſsinos non eſſe recipienda,nec ad praxim deducenda contra eos, qui conducti pecunia alios occidunt, nec eos,qui propria operas ad id facinus pecunia locauerint,
3 ſed tantùm huic conſtitutioni locum fore, vbi † quis aliquẽ Chriſtianum occidit, operâ & induſtriâ hominum quorundam infidelium,qui Gentilico patrióve nomine aſſaſsini dicuntur,ſicuti aſſeuerat Archidiaconus & Ioan.Andr in dicto c.j.de homic.lib.vj.Aretinus conſil. clxv. colum.xj. Syluestr verbo,aſſaſsinus.Caietan.eodem verbo.& iterum verbo,excommunicatio.caſu xvj. Quo in negotio ita Archidiac.& Ioan.Andr.ſcriptum reliquère in d.cap.j.poſt eos Alberic. in

dicto

dictionario, verbo, aſſaſsinus.

Ex his perpendi poterit vera interpretatio legis, non ſolùm. §. ſi mandato. verſic. Proculus. ff. de iniuriis. vbi ſcribit, Proculus rectè ait, ſi in hoc te conduxerim, vt iniuriam facias, cum vtroque noſtrûm iniuriarum agi poſſe. In cuius ſpecie aſſaſsinatus crimen committi dubium non eſt, cap. j. de homicid. libro vj. Ex quo ſi mulier abortum fecerit propter pecunias ſibi datas ab hæredibus, mortis pœna afficitur. l. Cicero. ff. de pœnis. Quod ſi odio ipſius mariti, aliâve quauis cauſa id fecerit, mitiori quidem pœna afficitur, exilij duntaxat pœna. Felinus in cap. ſi aliquis. de homicid. Baldus in l. non ideo minus, numero j. Salicetus columna fin. C. de accuſationibus. Bartolus & Angelus in dicto §. ſi mandato. ille num. 14. hic numero 2. Baldus, Albericus, Cinus, & Angelus in l. qui ſepulchra. ff. de ſepulchris violat. Ancharanus in dicto cap. j. Angelus in maleficiorum tractatu, in ver. Sempronium mandatorem. in ij. columna. Angelus de Peruſio in l. j. §. fin. ff. de eo per quem factum erit. & cum aſſaſsinus proditoriè & cum alleuoſia committere delictum tentet, tollit defenſionem naturalem offenſo, cùm præcaueri non poſſit. Ex quo iuris appendix deducitur, quod hic aſſaſsinus pœna, qua proditor afficiendus eſt, punietur, ſicuti & nos in peculiari huius quæſtionis tractatu, cap. xxj. trademus, & eſt textus in ea ſpecie, in l. ſeptima, titulo ſeptimo, libro octauo ordinationum. l. ſecunda, & tertia. & xvj. titul. fin, eod. lib. l. ij. tit. decimotertio. libro ordinationum regiarum.

Cæterùm Syluester in ſumma, verbo, aſſaſsini, exiſtimat in duplici differentia aſſaſsinos ſumi, Caietanus inſuper in ſumma, verbo, aſſaſsinus, aſſeuerat (quòd aſſaſsinus eſt nomen æquiuocum) Angelus conſilio xliij. exiſtimat quem incidere poſſe in aſſaſsini crimen abſque pecuniæ receptione, ſicuti pleroſque alios congerens aſſeuerat Remigius Gonius eo loco, cuius paulò anteà mentionem fecimus, num. 5. A quorum ſententia libenter diſcedit Bald. conſi. cclxxxiij. num. 1. & Socinus in l. j. §. fin. ff. de eo per quem factum erit, itidem conſi. cclxxiij. num. 1. Francis. Curt. Senior conſil. xx. num. 87. col. j. ver. omitto poſtremò. Matth. Afflic. in conſtit. Neapol. in rubr. xij. fol. 49. & rurſus in rubr. iij. num. 9. & in lib. Feudorum. tit. de cap. qui curiam vendidit. num. 19. Campeg. in Neapolit. nouis præcitatis deciſion. idem profeſſus

Aſſaſsinus nomē æquiuocū.

aliquot

aliquot proponit quæſtiones in ea ſpecie, nume. 12. Paulus Pari.conſil.lxvj.col.j.vol.iiij. Alexand.ad Bart.in l.Cicero. ff.de pœ. & ante eos Corn.conſ.cclix.col.ij.litera R.Fulg.in l.j. §.fin.de eo per quem fac.erit.ff. Hieron.Gratus his accedit conſil. lij.num.47.vol.ij. qui omnes exiſtimantes aſſaſſinos eos dici, qui pretio conducti quemcunque occiderint. Et iſthæc eſt communis interpretatio cap.j. de homic. quæ veritati magis fauet, ſi penſitemus verba, ſeriemque ipſius tex. Et hanc eſſe frequentiori calculo receptam ſententiam, ſicuti præter alios exiſtimat ex nouioribus Campez. deciſ. Neapol.clv.& Thom. Gram. idem profeſſus voto viij.& ix.& regia l.iij.tit.xxvij.parte ſeptima,ſub nube & ſub verborum immurmuratione tractat, qui fuerint hi aſſaſsini. Non me latet à plerìſque doctoribus plura de aſſaſsinis tradi in præcitato c.j.& nos in eadẽ palæſtra luſuri,certandi occaſionẽ nacti,non tanti exiſtimanda,ſed ob animi ſyncerum votum nõ vtiq; contemnẽda ad eiuſdem pontificiæ conſtitutionis examen operæpretium me facturus opinor, ſi lectorẽ hac in re pauliſper admonuerim.& dubiũ inſigne cenſeri ſolet apud ſummos iuris antiſtites,apud quos diffinitum extat pontificiam conſtitutionẽ in præcitato cap.j. intelligendam
4 fore non in omnibus aſſaſsinis,ſed† vtique in certo perſonarum genere,qui domino ſubditi ſunt, & pretio precéq; conducti homines occiderint:& huius ſentẽtiæ authores habeo Archi.Io.Andr.in præcitato c.j.Franciſ.Are.conſi. cxlv. col. x.Guil. de Mõnt.Laudu.in dicta conſtit. quam intelligendã fore exiſtimat ĩ illis,qui ſunt ſub dominio alicuius, & hi fideles ſint ſerui. Nec deſunt, qui cõtrariam profiteantur ſententiam.Siquidem Imola & Dominic. inibi ab hac prorſus ſententia diſcedant: quinetiam deciſionem pontificiam in omnibus aſſaſsinis intelligendam fore exiſtimat.

Secundò hinc apparet ratio,quid cauſæ ſit,cur exigatur ab eadem conſtitutione occiſum operà aſſaſsinorum Chriſtianum eſſe,vt pœnitentiæ,inibi expreſſæ locum habeant, Soc. Iunior conſil.vj.colum.fin.explicat.

Tertiò dubium illud definiri poterit: ancipiti quæſtione contendunt Doctores,an ſi per dictam conſtitutionem mandatores puniantur,ita etiam & ipſi percuſſores & interfectores. Quo in negotio plerique inibi in ea ſunt ſententia minimè puniri ipſos mandatarios. Quod aſſeuerat Alber. ſignan

ſignanter id explicans in cap.j.de hæret.lib.vj.q.xj.ad finem,
Aret.conſil.clxv.col.xj.& plerique in ea ſunt ſententia,quos
diligenter congerit Lud. Carrer, loco præcitato: alij ex ad-
uerſo exiſtimant dictæ conſtitutionis pœnas etiam compre-
hendere mandatarium, legis ratione perſpecta, ſicuti Ant,
Camp.deciſ.clv.exiſtimat Paris à Put.de ſynd.verbo, inqui-
ſitio.Hippol,num.103,in l.vnica.C.de rap.virgin. Itidem in
pract.crim.in §.examinanda,num.21, & in §.diligenter.nu.
256. Thom.Gram.voto ix.ad fin. Et ante hos Angel.in l.j.C.
de ſepulc.viol.& Ang.de malefic,in §.& Sempronium man-
datorem.in princ. & Bern. Diaz de Luco, in pract.ſua, cap.
xix.col.j. Euerard. in Topicis iuris, cap.lxxvj. regia l. iij.
tit.xxvij.par.vij. Rurſus † ipſos interfectores criminis reos 5
in pœnam tanti criminis pecunia ad id conductos ſcinden-
dos eſſe fruſtatim ac fore dilacerandos ſcribit Abb. in cap.
at ſi clerici, num. 41. de iudic. Chaſſæn. in conſuet. Burg.
rubr.j.ver. videndum. num.7. Campeg. deciſ. clv. Alexand,

Scindēdos eſſe fruſtatim aſſaſſinos.

conſil.cxlv. & clxiiij.volum.vij. Carrer.in pract, §.homi-
cidium. num, 35. In quo dubio Barth, Socin, in l. j.§.fin.ff.
de eo per quem factum erit. aſſeuerat in pluribus partibus
vſu ac conſuetudine receptum eſſe hunc criminis reum
ignominioſè ad equi caudam trahi, & Bald, in eadem ſpe-
cie reſpondit, conſil,ccclxxxiij, num.1, in aliquot locis lege
municipali ſancitum eſſe, huius criminis reum ad furcas
vſq; per caudā equi trahi,& inibi laqueo ſuſpendi,&pleraq;
alia congerit Soc,eo in loco, cuius anteà mentionem feci-
mus. Hinc & illud ad illius criminis rei pœnas adnotan-
dum eſt, aſſaſſinus † vbique puniri poteſt, ſiquidem & om- 6
ne amiſerit priuilegium, ſicuti definitum extat in d,cap.j.
de homicid. in vj. Huic accedit ſententiæ Alexand. in præ-
citato conſil. clxvj. §. vij, Hippol. in his locis quibus & nos
paulò anteà meminimus. Campeg. in præcitata deciſione
Carrer. vbi ſuprà, num. 32, Quibus & illud conuenit ad-
notare ad conſtitutionis examen, aſſaſſinum † cogendum 7
eſſe pecunias reſtituere, quas accepit: & ipſo à vita diſce-
dente eius hæres, lite adhuc non conteſtata cum aſſaſſi-
no. Angelus Alexander his in locis, quibus anteà memi-
nimus. Et libenter huic accedit ſententiæ Bald. in l.4.§.fin.
ff.de eo per quem factum erit. Hippol. in d.§.examinanda.
id paſſim adnotantes ex gloſ. quæ argumento optimo de-

ſeruit in l.hæredem. ff. loc. Et ne lector decipiatur, admonitum eſſe velim hanc reſtitutionem offenſi hæredi, aut occiſi per aſſaſsinum faciendam fore, ſicuti ad pulmonem reuulſis rationibus, apud Alexand. definitum extat in præcitata l.prima. §. primo. ff.de eo per quem factum erit. Ludouicus Carrerius numero trigeſimo in loco præcitato, & nos de tranſictione delictorum tractantes trademus.

Septimò hinc & illud adnotare conuenit, in generali per principem abolitione facta, minimè aſſaſsini crimen comprehendi, ſicuti conſtitutiſsimũ eſt apud Hip. pleroſq; alios iuris profeſſores, ad id adducentem §. diligenter. & §. examinanda. & pleniori manu in præcitata l. j.C. de rap. virg. apud quos ſatis id iure receptum eſt. Hinc apparet ratio, cur ab eadem conſtitutione cap.j.de homicid. lib. vj. exiga-
8 tur † occiſum aſſaſsinorum operâ, Chriſtianum eſſe, vt pœnæ imbi expreſſæ locum habeant aduerſus mandatorem, ſicuti exiſtimat Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. col. iij. de epiſc. & cler. Socin.Iun.conſil.vj.colum.vlt.aſſeuerantes hac in re oportere, quòd conſtet Chriſtianum occiſum fuiſſe, vt ſit locus his, quæ de aſſaſsinis conſtituta ſunt circa illorum punitionem. Quod ſanè ab eccleſia exigitur, idque iuſtè, ex eo, quia grauem ignominiam reipublicæ Chriſtianæ fieri exiſtimauit. Et huic acceſſere ſententiæ ex canonicæ philoſophiæ authoribus, Ioan. Andr. & doctores communiter in præcitata conſtitutione pontificia. Quo fit eandem conſtitutionem intelligendam fore, non in omnibus aſſaſſinis, ſicuti Franc. Aret. conſil.clv.præcitato exiſtimauit, falſis quibuſdam ſuſceptis fundamentis: à cuius ſententia libenter diſcedo, ex eo, quia contraria magis veritati fauet. & communi conſenſu ſtabilita ſit, ſicuti doctores adnotant in d.cap. j. exiſtimantes eam conſtitutionem intelligendam fore, occiſum opera aſſaſsinorum Chriſtianum eſſe oportere. Et nouiſsimè, nec admodum inuitus huic accedit ſententiæ Gonius, de immunitate eccleſiarum, fallent.xv.num. 6. & 7. & ante hos Philippus Corn. conſil. cxlix. volum. j. verſic. ij. ad fin. aſſeuerans prædictam conſtitutionem locum ſibi non vendicare in aſſaſsino infidelem interimente, ſicuti Ioannes Andr. & paſsim adnotant doctores in d. cap. primo, exploſa quorundam ſententia Imol. & Domin. inibi contrarium exiſtimantiũ, in omnibus aſſaſsinis intelligendam

dam fore,ſicuti & nos paulò antè obiter meminimus.

Nonò conſtat ex prænotatis conſtitutionem ſeruandam omnino fore, vt † illius pœnis, & aliis ordinariis puniatur ipſum mandatum, etiam non ſecuto homicidio, ſi per ipſum mandantem non ſteterit, quin homicidium fuerit ſequutum. Quod dubium inſigne ad pontificiæ conſtitutionis examen in d. cap. j. cenſeri ſolet. Quo in loco Ioan. Andr. Felin. Franc. itidem Ioan. Andr. in regula, in pœnis. de regul. iur. in vj. exiſtimant mandatum tantùm puniri, vt delictum ſpeciale, nec conatum hoc in caſu pœna ordinaria puniri. Siquidem non conatus, ſed crimen conſummatum punitur, ex nouioribus Antonius Gomez. cap. tertio delictorum, num. 11. idem ſcribit. In quo dubio plerique alij in alia longè contraria fuère ſententia, exiſtimantes in hoc atrociſsimo crimine affectum puniri, tametſi effectus non ſequatur, rationem ſumentes ex reg. l. j. §. diuus. ff. de ſicar. & in l. is qui cum telo. C eodem tit. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. canonizata in cap. ſi quis non dicam rapere. de pœnit. diſtinct. j. & in l. j. ad finem. ff. quod quiſque iuris. Felin. plura congerens in cap. j. de præſumpt. Itidem in tract. de conatu. colum. ſecunda, cum aliis. Thom. Gram. deciſ. ij. numero 2. & omnium diligentiſsimè Hippol. num. 3. in præcitato §. diuus. & in l. is qui cum telo. numero 24. & in l. qui falſam monetam. numero 1. ff. de ſicar. & Socin. in regula xxxj. Matthæus Afflictus in conſtitut. Neap. libro primo. rubr. xj. numero . Et extat regia lex conatum puniens, tametſi effectus non ſequatur. l. ij. tit. xxxj. par. vij. hodie verò, vt affectus puniatur, & in pœnam criminis incidat, vulnerationem requiri conſtat ex l. ij. tit. xiij. libro viij. ordin. in ea tamen ſpecie, qua agimus de aſſaſsinorum affectibus puniendis, exiſtimo conſtitutionem pontificiam in præcitato cap. primo, de homicid. lib. vj. intelligendam fore, non ſolùm quando delictum eſt ſubſequutum, quinetiam ſi non ſit conſummatum. Siquidem in aſſaſsini crimine in eius deteſtationem, ita attentatum puniri conſtat, ſicuti & conſummatum, explicant doctores in dicto cap. j. Ioannes Andræas in Mercurialibus, in regula, in pœnis. de regulis iuris in vj. Baldus & Angel. in l. item apud Labeonem. §. ſi curauerit. ff. de iniur. Et rurſus in præcitato conſil. xiiij. Alexand. conſil. clxvj. volum. vij. Et huius ſententiæ

Regia lex conatum punit.

authores habeo ante hos Corneum conſil.cxlix.vol.j. Hipp.
in pract. crimin.in §. examinanda. & in §. diligenter. & in
conſilio cv. Et ruſus in l.j. numero 146. C. de raptu virgin.
& in l. vnius.§. cogniturum. ff. de quæſt. Quibus libenter
accedit Thom. Gram. in voto viij. & ix.& Ludouic.Carrer.
in pract. crim. §.homicidium. numero 8. Decius in l. non
vult hęres.ff.de regul.iur.' haſſæn.in conſuet.Burgund.rub.
prima.§.v.regia lex ij.tit, xxxj.par. vij. cuius meminit Nu-
nius Auend.de exequend.mand.reg. cap. xxij. nume. 4. fol.
111. idque conſtitutiſsimum eſt, non ſolùm delicto ſubſe-
quuto, quinetiam ſi non ſit cōſummatum,puniendum fore,
ſiquidem ex ſolo mandato delictum perfectum eſſe conſtat,
ex Domin. Philip.Franc. in præcitato cap. primo, dum ver-
ba agunt ſuper gloſ. in verbo, mandauerit, quæ expreſsim
gloſſæ adnotant ex ſolo mandato in hoc nempe crimine li-
gari, nec locum eſſe pœnitentiæ, tametſi mandatum reuo-
cet, teſte Corn.conſil.cxlix. col,ij.in litera N. Ioan. Andr. in
regula,in pœnis.ad fin.de regul.iur.lib.vj. nec tamen igno-
ro pleroſque alia fuiſſe ſententia, numero & authoritate
maximè cenſendos, ſiquidem in præcitatæ decretalis pœna
non habere locum, ni delictum ſit ſubſequutum, exiſtimat
Din. & Angel. in l.apud Labeonem. §.ſi curauerit, ff.de in-
iuriis. Bertach.in repertorio ſuo, in verbo aſſaſsini, In quo
dubio non poſſum eiſdem accedere, quin contrariū veritati
magis fauere exiſtimo, ex Philip .Corn. & aliis, quorum &
anteà meminimus. Et his omnibus acceſsit Mat. Afflict. in
tit.an ille, qui interficit fratrem. in vſib.feudorum, col.iiij,
numero 32. itidem in tit,de capitaneo qui curiam vendidit,
§. ſi voluerit. in vſib.feudorum, numero 19.col.iiij. fol.222,
Qui in ea ſpecie agentes, id veriſsimum eſſe cenſent contra
Dinum & Angelum & Baldum in l.j.de public.iudic.ff.Bar.
in d. l. Cicero. Angel. in l. ſi hominem. §. ſi mandato. ff. de
iniur. item conſilio xiiij. Angelus de malefic.in verbo, Sem-
pronium. Rodulph.columna ſecunda, ad iiij. vſque. Ludouic,
Bologn. conſilio octauo, columna ſecunda. Chaſſæn. his o-
mnibus acceſsit, pleroſque alios congerens conſilio xiiij,
numero 7, columna ſecunda. Campegius, Remig. Goni. nu-
mero 4. pag. 143, his in locis, quibus & anteà meminimus.
Quo in loco Gon. profitetur hanc eſſe frequentiori calculo
acceptam ſententiam, tametſi ex conſuetudine generali, re-
giáque

Ex ſolo mandato crimen aſſaſsini punitur.

giáque lege præcitata, affectus non puniatur, ni & effectus ſequatur, teſte Speculatore, & pleriſque aliis, quos ad nauſeam vſque congerit Felinus, in tract. quando conatus puniatur, viij. fallent. & in dicto cap. j. de præſumpt. in aſſaſſino minimè iuris regulam intelligendam fore in tanti criminis atrocitatem, ſicuti Felinus adnotat inibi, & Marcus de Mantua in libro quinto obſeruationum legalium, obſeruatione quarta, fol. 149. & Matthæus de Afflictis in conſtit. Neapol. rubr. xj. fol. 49. numere 16. & Angel. conſil. xiiij. nos Carolus. & nouiſsimè Iacobus à Vilalpando in repet. l. xxij. tit. primo, parte ſeptima, limitatione tertia, numero 10. in interpretatione legis xxij. par. §. vj.

Decimò ex pontificiæ conſtitutionis reſolutione non incongruè proximè traditis accedit quæſtio elegans, quæ doctorum capita torquet, in eo, qui cum quolibet Chriſtiano, aut infideli, pecunia data, vel promiſſa, pactum inierit de occidendo homine Chriſtiano: ſi ad actum proceſſerit proximum, & cogendum ipſum deduxerit, & per eum non ſteterit. Plerique noſtræ claſsis viri in ea ſunt ſententia pœna criminis ordinaria puniendum fore, teſtibus Chaſſæneo in conſuetud. Burgund. rubrica j. §. videndum. numero 7. aſſeuerante ſe ita vidiſſe Mediolani, ſententia lata. Thoma Grammat. in præcitato voto ix. atq; ita pronunciatum fuiſſe in Neapolitano ſenatu, Matthæo Afflicto in conſtitut. Neapolit. libro primo, rubrica xij. numero 16. Ludouico Carrer. in practica crim. rubr. de homicid. §. ij. numero 12. & iterum §. v. numero 8. & numero 100. Angel. in conſilio xiiij. Ioan. Andr. in regula, in pœnis, de regul. iur. in vj. Bart. Alexandro, & pleriſque aliis in l. non ſolùm. §. mandato. ff. de iniuriis. & in l. Cicero. ff. de pœnis. Afflictus in conſtitutione Neapolit. incipien. aſperitatem. ſecundo notab. & in conſtitutione, ſi quis aliquem. primo notab. quæſtione xx. & in conſtitutione. mala noxia. Hippolytus in dicta l. qui falſam. ff. de falſis. Felinus in dicto tractatu, de conatu. Campegius eo loco, cuius paulò anteà mentionem fecimus: quod intelligendum fore plerique exiſtimant in mandatario faciente, & ad actum proximum procedente: longè ꝗ quidem aliter in mandante fieri, ſiquidem pœnitentia ductus, immunis quidem erit à mortis pœna, teſte Thoma Grammatico voto octauo & nono. Carrerius in

precitato num. 12. rurſus in mandatario intelligendum fore exiſtimo, criminis ordinaria pœna non eſſe puniendum, ſi potuit ſane facere, & minime fecit, dolore animi, ac pœnitentia ductus, ex Campegio in dicta deciſione clv. nu. 16. & in deciſione cxxvj. licet Ang. in l. item apud Labeonē. §. ſi curauerit. ff. de iniu. exiſtimet pium eſſe, ac rationi maximè conuenire, iudicem mortis pœnam in ea ſpecie ordinariam, in mitiorem atque extraordinariam commutare: ac proinde contrarium quoad pœnam ordinariam licet punitionem extraordinariam admittat, iudicantis arbitrio: idem Angel. in dicto conſilio xiiij. Quibus admodum ſuffragatur, quod Hippol. diligenter congerit conſil. cxv. & in d. l. is qui cum telo. ad fin. Nos tamen hoc in negotio locum fore ordinariæ pœnæ arbitramur, nec latum quidem vnguem minuendam fore, ſi ſanè ad actum admodum proximum ipſius criminis conſummationi, conatus deductus fuerit. Pro quo fortiſsimum huic rei argumentum præſtat, quòd conſtitutio pontificia Innocentij quarti à ſummo pontifice ſtatuta locum ſibi vendicat, non tantùm in mandante, quin & in ipſo mandatario, ſicuti & nos hoc in loco paulò antea tradidimus, & mox plura.

Rurſus & illud conuenit adnotare ad huius capitis apertiorem declarationem, quòd ſi mandans promittat, ac mandatarius promiſsionem, & delictum acceptet, aliàs & ſimplici oblatione, & pollicitatione, abſque acceptatione minimè contrahi aſſaſsinatum conſtat ex Baldi conſil. lxxxiij. & lxxxj. volum. iij. Felinus in cap. inquiſitionis. tertia limitatione de accuſation. Thomas Grammaticus in voto vndecimo, Campeg. in deciſione clv. dub. iij. tametſi ab hac ſententia ſub verborum immurmuratione Paris à Puteo in tractatu ſyndica. verbo, barataria. primo, verſ. vbi idem dicit, ab hac ſententia diſcedat, qua exploſa priori me ſubſcribo ſententiæ, quia & veritati magis fauet, ex Curtij conſilio xx. Angel. conſilio decimaquarto, & ante hos Ioan. Andr. in capit. penul. de cleric. non reſid. definiente pecuniæ promiſsionem ſufficere abſque traditione, quorum doctorum meminê, e Thom. Gramm. volum. ix. Campeg. vj. dubitatione. verſiculo tertia. eo in loco, cuius & antea meminimus, quinetiam aſaſsinatum cōmitti, nedum aliquid acto,

prom

promiſſore, ſed vtique vt alteri complaceat, ex Ioan. Andr. Thoma Grammatico hic in locis, de quibus anteà meminimus. Alexd. in l. j. ff. de eo per quem fac. erit. quod intelligendum fore reor, ſi ſpe conſequendi beneficium alicui complaceat. Vndecimò ex præmiſsis conſtat vera ratio illius quæſtionis ſatis controuerſæ, ſi quis pecunia data vel promiſſa, occidi alterum mandauerit, ac deinde mandatarius ad exteriorem actum minimè proceſſerit, non eſt vtique ordinaria, ſed iudicantis arbitrio extraordinaria tantùm pœna puniendus ipſe mandans. Itaque mandatarius mandatum acceptauit, & vltrà minimè fuit proceſſum ad aliquem actum, ſed re integra mandatum remanet, punietur mitiori, pecuniaria duntaxat pœna, exiſtimant Dinus & Angel. in præcitata l. item apud Labeonem. §. ſi curauerit. Amodeus in trac. ſyndicatus in verſiculo in eo quo dicti ſocij milites, quibus & plerique alij acceſsêre. ſiquidem & Gandinus, in rubrica de homicid. quarta columna. verſiculo ſed pone quòd ego dedi. Angel. in præcitato conſilio xiiij. Aretinus conſilio clxv. Hippolytus conſilio xv. Auguſtinus ad Angel. in gloſ. Sempronium mandatorem. qui omnes vno ore, vnóque marte dilucidáque voce exiſtimant exploſa gloſſæ ſententia in d. cap. j. exiſtimantis eadem pœna puniendum fore, ſiue mandatum re integra fuerit reuocatum, necne: & alioqui in aliis criminibus non ita atrocibus nulla foret pœna hoc in caſu mandati infligenda. quod ex profeſſo aſſeuerat Bart. numero 3. in dicto §. ſi mandato. Angel. columna ij. Hippo. conſilio cv. de quibus paulò anteà mentionem fecimus. Tho. Grammaticus, voto viij. iterum in deciſione ij. numero 25. & rurſus voto xx. Ludouicus Carrer. pleroſque alios congerens in practica criminali. §. homicidium. 5. numero 8. & 82. pagina 313. cui opinioni nec admodum inuiti, accedũt omnes, qui probare conati ſunt adhuc in atrocibus criminibus conatum non eſſe puniendum ordinaria pœna. Quorum opinio locum obtinet, cùm ipſe conatus non proceſſerit ad exteriorem actum, ſaltem qui proximus ſit in delicti conſummatione, ſicuti conſtitutiſsimum eſt apud omnes iuris profeſſores hanc quæſtionem tractantes, inter quos Baldus & Angelus in d. §. hæc verba. Angel. in maleficio. um tracta. in verbo ex interuallo. & omnium diligentiſsimè Carrer. loco

præcitato. quòd ſi mãdatum ſtetit in mera mãdantis cogitatione, exiſtimat Carre. inibi nec puniendum fore, ſumens rationem ex l. qua mente. ff. de furtis. ex glo. & Geminiano in dicto c. j. verbo, mandauerit. Tho. Grã. in d. vot. Duodecimò, ſi proximè ſcripta cõſiderentur ſimul, & ea, quæ in hoc capite deſiderantur, non incondigne & illud adnotandum eſt ad deciſionem d. c. j. ſecundum eius communẽ intellectum de ipſo mandatore iure conuenit, quod eadẽ pœna afficiendus ſit, qua & mandatarius. Siquidem & omnes iuris antiſtites

Quid ſi mandatũ extitit in ſola volun tate mandantis.

11 de intellectu illius tex. tractantes, loquentesq́; in mandatore, propter ſceleris atrocitatẽ ad mãdatarium vtrique extendũt, ſicuti definitũ extat ex Angelo in l. prima. C. de ſepul. viol. ad fin. Angel. in gloſ. Sempronium mandatorem. in malefic. tract. Quibus acceſſêre Thom. Gramm. voto ix. & Camp. deciſione ſacri conſi. clv. Paris à Put. idẽ profeſſus in tracta. ſyndica. in verbo, inquiſitio. verſic. dicit. & ante hos Bart. in præcitata l. Cicero. Angel. conſil. xiiij. Salic. vltim. col. in præcitata l. non ideo minus. Quo fit, vt ſi mandatarius ad actum ita proximum perfectioni criminis proceſſerit, & is quidẽ pœna dignus ſi mortis, ipſe mandator eadem erit plectẽdus pœna. Quam ſententiam ipſe deduco, rationem ſumens ex tex. in dicto cap. j. ſecundum eius communem intellectũ. Siquidem dicta Innocentij quarti cõſtitutio in mandante ipſo loquitur verè, & ad mandatarium per doctores extenditur: huius ſententiæ ſunt omnes doctores, qui in crimine aſſaſsini id cenſent. Ludoui. Carre. in §. v. nu. 8. hũc caſum ex alijs per eũ citatis definiuit. Nec poteſt iure probari differentia, quã inter hunc caſum & præcedentem conſtituit Thom. Grammat. voto viij. & ix. Siquidem actus hic proximus conſummationi ipſius maleficij ſufficiens erit ad puniẽdum ipſum mandatarium, qui crimen iuſſu ac alterius mandato commiſit: & ex eo huic opinioni locus erit, quia frequentiſsimo omnium conſenſu receptum eſt in dicto cap. primo, conatum puniri, etiam ſi non ſequatur effectus. Tandem dicta conſtitutio mandatorem potius, quàm mandatarium pœnis inibi expreſsis perſequitur, quæ perſequutio ad hunc caſum pertinet, cùm de mandato puniendo tractauerit, quemadmodum Franciſ. & doc. inibi communiter adnotàrunt.

Decimotertiò ex his euidenter apparet non incongruè conuenire proximè traditis ad diffinitionem illius quæſtionis, quæ tra

quæ tradit gloſſ. in dicto cap.j. de homicid.in vj. in verbo, mandauerit,vbi expreſsim hoc ipſum vult in crimine † aſ- 12
ſaſsini non ſatis eſſe ad illius conſtitutionis pœnam effugiendam, quòd mandator mãdatum reuocauerit ante eius executionem, quam gloſſ. ſequuntur Dominicus & Philippus Francus, inibi eius gloſſæ deciſionem veritati fauere exiſtimo, quoties mandati reuocatio minimè mandatario ſit nota, atque ideo ipſe mandatum exequitur, vel ad actum proximum ipſi crimini proceſſerit. Siquidem in ea ſpecie, reuocatio mandati mandatorem non excuſat, eò maximè vt immunis ſit à criminis pœna, & eum excuſet, re integra ipſi mandatario nota fieri debet, gloſ.celebris,& inibi communi conſenſu doctores in cap. mulieres.§. vltimo de ſententia excommunicationis. quam ſequitur idem explicans Syluefter verbo, excommunicat. vj. notab. iij. & Aufredus in clementina prima, de officio regul. iij. numero 6. Cui ſimilis eſt gloſſ. in cap.cùm quis.de ſenten. excommunicat. in vj. ordinaria, teſte Felin. in cap.ex parte decani. numero 8. de reſcrip. & notatu digna ſecundum Alex.in l.ſi pecuniam.§.primo.ff.de condit.cauſ. data. inibi Bartol.Feli. in cap.ſicut dignum.numero decimoquarto,de homicid.at ſi mandatum fuerit reuocatum, nec aliquis effectus fuit ſequutus: quia mandatarius fuit certus de reuocatione, tunc non erit locus etiam in attrocibus pœnæ ordinariæ, licet extra ordinem vtique ſit arbitrio Iudicis puniendus: quod exiſtimat in dicto conſilio centeſimoquinto. & in dicta.l.is qui cum telo.columna penult. Ludouicus Carrerius in præcitato §. circa.num.78. idem dixerat numero 8.ſed ſi mandatarius non obſtante reuocatione ad mandati executionem proceſſerit, videtur ſanè non eſſe mandatorem pœna ordinaria puniendum adhuc in his attrocibus criminibus: ſicuti apertè apparet ex gloſſ. in dicto c.cùm quis.& his, qui eam ſecuti ſunt. Ego ipſe in hac ſpecie, grauiori pœna quàm in præcedenti, punirem ipſum mandatorem.

Decimo quartò ex eadem radice diſcuti poteſt quod Bal. ſcribit columna prima, in l. non ideo minus. C. de accuſat.mandatarium † aſſaſsinum optimo quidem iure tortu- 13
ræ ſubiici poſſe abſque aliis indiciis, vtpotè indicet man-

dantem, Alexander poſt Bartol.idem profeſſus in l.repetit. ff.de quæſtionib. Hippolytus diligenter id adnotans in practica criminali.§.diligenter.verſiculo modo incidenter.Itidem in dicta lege is qui cum telo.verſiculo pro quibus facit. Baldus ante hos in pract.ſua, titulo de quæſtionib. colum. vndecima.Thom.Grammaticus voto xxxvij. in principio. Angel. in l.& ſi certus.ff.ad Syllan. Quibus libenter accedit Angel.in maleficiorum tractatu, gloſſ. Sempronium mandatorem.verſiculo & bene nota.& gloſſ.fama publica.verſiculo quæro aliquis.

14 Decimoquintò conſtat,tametſi † teſtes auriculares indicium non faciant,in hoc tamen aſſaſsinatus crimine, vt torturæ ſubiiciantur,indicium faciant,ex eo,quia coniecturam præſumptionémque faciunt teſtes,quos de auditu vulgo circunferre ſolemus. Et iſthæc per coniecturam probatio ſufficiens eſt,ſicuti ex ratione text.in d.cap.j.deducit Ludouicus Carre.eo loco, cuius paulo anteà mentionem fecimus, numero 19. Hippolytus in practica criminali.§. examinanda.

In errorē lapſus Tho.Grā. Quo fit Thomas Grammaticus in errorem lapſum fuiſſe in voto xj.ad finem,qui ex dicto capitulo primo de probationibus,argumētis, ac indiciis indubitatis pontificiam illam conſtitutionem intelligendam fore exiſtimat: in ea tamen ſpecie Thom.Gramm.intelligendus foret,quatenus ad condemnandum procederetur: contraria tamen ſententia eo tendat,quo ad torquendum:& nouiſsimè huic accedit diſtinctioni Ludouicus Carrer.numero 19.

Decimoſextò hinc & illud ex eodem ſtipite ſiue fonte deduci videtur, quod non ſemel in controuerſiam adduci ſo-

15 let,tametſi † in criminibus aliis plenę exigātur probationes, & luce meridiana clariores, ex l.fi.C.de probat.in aſſaſsinatus crimine indicia, ac argumenta probabilia ſufficere conſtat in d.c.j.ac ſatis iure definitum eſt.

In crimine aſſaſſinatus indicia ſufficere.

Decimoſeptimò eadem cōſtitutio proculdubio intelligēda eſt,licet † ad pœnam corporis afflictiuam per indicia non

16 poſsit deueniri indubitata, vti definitum extat apud omnes in c.afferte. rationem ſumentes ex tex.inibi de præſump.explicant communi conſenſu doctores in præcitata l.fin. Gandinus in rubrica de indiciis indubitatis ad condemnandum. columna tertia.Hippolytus in practica crimin.§.quoniam.

Brun

Brun.in tractatu,de indiciis,& torturis.in prima parte, quibus & plerique alij acceſsêre,inter quos & Angelus in delictorum tractatu,in gloſſa,fama publica. Et nouiſsime Lud. Carrerius omnium diligentiſsimè in peculiari huius criminis tractatu, num. 18. in practica criminali.§. homicidium. Nihilominus id conſtitutiſsimum eſt huius criminis reum per indicia & argumenta probabilia ad corporis pœnam afflictiuam condemnari poſſe, ſicuti in ea ſpecie exiſtimat Thomas Grammat.voto viij.& ix.& xj.Hippol. in l.j.C. de raptu virg.Et rurſus in conſilio cxxvij.colum.iij.& in practica criminali,in §.diligenter.& in §.examinanda. Quibus in locis id definitum perquàm maximè extat.

Decimooctauò illud etiam ex eodem ſtipite emanare videtur,quod ancipiti quæſtione contendunt doctores,tametſi teſtes † lite nondum conteſtata minimè probent, ex textu, 17
in cap. quoniam frequenter. vt lite non conteſtata, nec itidem probant parte non citata ad iuramenta teſtium videndum.l.de vno quoque.ff.de re iudicata. l. ſi quando.C. de teſtibus.Quibus in locis communi conſenſu adnotant doctores,nihilominus in huius criminis deteſtationem lite nondum conteſtata,teſtium dicta examinari parte non citata, & recipi poſſunt, & fidem integram faciunt, ſicuti Archidiac. Geminianus,& plerique alij in ea ſunt ſententia in dicto c. j. Felinus libenter huic accedit ſententiæ in præcitato cap. quoniam frequenter. & Hippol.in dicta l. de vno quoque. & in dicto §. diligenter. hanc profitetur ſententiam, tametſi Felinus & Thomas Grammaticus ille in cap.in nomine Domini.limitatione quinta.de teſtibus. hic in voto vndecimo. ab hac ſententia libenter diſcedant & mirum profectò eſt,ne dicam miſerabile, hi doctores quod proprio ore, dilucida voce,proprio marte proteſtati ſunt,id in eundem caſum teſtimonióque proprio reſiſtere velim. Ob quod periculoſum eſt hominum iudicium,quod tot tantíque patres in varias & vtique contrarias ſibi inuicem admittant ſententias: quorum vltima ſententia, exploſa priori me ſubſcribo: cuius tamen immemor huic ſe ſubſcripſit ſententiæ Thomas Grammaticus conſilio xl.& Bernardus Diaz,nec admodum inuitus huic accedit ſententiæ in practica criminali,cap.xcj. columna prima. quod conuinci poſſet ex illo vulgari iuris adagio, Aſſaſsinatus crimen læſæ maieſtatis crimini

æquipa

æquiparari conſtat, ex quo atrox eſt horum criminum pœna: & ne lectorem fatigemus, plura his congerit Hippolytus conſilio decimo nono. & Thomas Grammaticus ix. at in læſæ maieſtatis humanæ & diuinæ teſtes hi lite adhuc non conteſtata fidem faciunt, ex his quæ congerit Hippolytus in præcitata l. de vno quoque. Felinus in dicto cap. quoniam. & ſignanter Campegius idem profeſſus in deciſione ſacri conſilij cxxvij. Quo fit, quòd de aſſaſsinatus pœna idem cenſendum eſt. Cæterùm ex officio iudicantis mero contra criminis reum agi poteſt, ſicuti exiſtimat Lappus, Hoſtienſis, Ioannes Andræas in dicto cap. j. & Paris à Puteo in eo loco, cuius & paulò anteà mentionem fecimus, verſic. dicit conſtitutio. & rurſus verſiculo, an in inquiſitione. qui netiam iuris ordine nondum ſeruato, de facto contra huius criminis reum agi poteſt ex Bartolo in præcitato §. ſi mandato. Doctores paſsim in dicto capitulo primo. Paris à Puteo, vbi ſuprà in verbo, latro. & rurſus in verbo, confeſsio. verſiculo, an poteſtas.

De facto agitur cōtra aſſaſsinum.

Decimonono, quod obiter menti occurrit, & illud adnotandum eſt. tametſi criminis reus ſuis minimè poſsit renunciare defenſionibus, ſicuti definitum extat apud Hippolytum niuibus Hybernis, crebriora iura, crebrioréſque Doctores ad id allegantem in practica criminali. §. examinanda. & rurſus in §. diligenter. & Paridem à Puteo in ſyndicatus tractatu in verbo, confeſsio. verſiculo, an portans. Ludo. Carr. numero 29. eo loco, cuius paulò anteà mentionem fecimus: nihilominus huius criminis reus † optimo quidem
18 iure ſuam tutelam ſuámque poterit renunciare defenſionem tanquam publicus hoſtis, & à lege diffidatus, & omni deſtitutus auxilio, exiſtimat Hippolytus in l. prima. §. finali, ad finem. ff. de quæſtionibus. & in his locis, quibus & anteà meminimus: & ſignanter idem profeſſus explicat Paris à Puteo in ſyndicatus tractatu, verſiculo, an poteſtas, qui miſit ad ſupplicium, & rurſus in verſic. & ideo dicto quod aſſaſsinus.

Vigeſimò ad huius criminis punitionem illud quaſi per
19 tranſennam adnotare lubet: tametſi bannitus † impunè occidi poſsit, nihilominus receptâ pecuniâ per aſſaſsinum interimi non poteſt, ſicuti eleganter explicat Matthæus Afflictus in conſtitutione Neapolitana, incipiente, pœnam eorum. ſecundo notabili. quæſtione prima. cuius ſententia omnino

omnino explofa ante eum contrarium aſſeuerauit Baldus
in l.Gracchus.verſiculo,noto iſtum textum.ff. de adulteriis.
vbi ſcriptum reliquit huncbannitum, qui lege permittente
occidi poteſt, per aſſaſsinum interimi poſſe, immuniſque
erit ab homicidij pœna: Alexander poſt Bartolum in dicta l.
Gracchus.& in hac ſpecie conſuluiſſe firmat Ioannes Firm.
in ſuo repertorio, verbo, aſſaſsinus. Angelus nec admodùm
inuitus his accedit in maleficiorum tractatu, in gloſſa, *che
hay adulterata la mia dona.* verſiculo, quid ſi pater. Angelus in
præcitato conſilio xiiij. Curtius conſilio xx. columna xviij.
Alexander poſt Bartolum in l.j. §. transfugas. ff. de ſicariis.
Thomas Grammat. voto viij. in principio. Geminianus in
dicto cap. primo. Stephanus Aufredus in tractatu, de poteſta-
te ſeculari contra eccleſiaſticas perſonas. j. regula. fall. xviij.
quem admiſcuit interpretationi, cap.j. extra, de offic. ordin.
vbi exiſtimat nec teneri in interiori animi iudicio, ea lege,
vt zelo iuſtitiæ interimat. Idémque profeſſus Angelus in
ſumma ſua, verbo, aſſaſsinus. & nouiſsimè Lud. Carr. in §.
homicidium. num. 9.

Vigeſimoprimò ex his adnotare lubet, & non incongruè
proximè traditis accedit quaſi ad totius textus materiæ Co-
ronidem, Romanum † pontificem aduerſus laicos & ſecula- 20
res, qui ei ſubditi non ſunt, quo ad temporalem iuriſdictio-
nem nihil in eo cap. ſtatuere poſſe etiam ſi aliquem Chriſtia-
num occidi iuſſerint, pecuniâ conductis homicidis, qui aſ-
ſaſsini non ſint: huius criminis punitio ad principem ſecu-
larem pertinet, non obſtante dicti cap. conſtitutione. Iuriſ-
dictio temporalis & ſecularis ab eccleſiaſtica diſtincta eſt,
cap. cauſam, quæ. in ij. qui filij ſint leg. cap. nouit. de iud. &
adſtipulatur illud Regum cap. 23. ex hoc, quòd crimen ſit
hoc admodum atrox, & Chriſtianæ religioni perniciosum,
potuit Summus Pontifex nihilominus eam edere conſtitu-
tionem nominatim contra laicos, ſicuti ad definitum extat
ab Abbate in cap. ſi duobus. columna ij. de appellat. Barbat.
in cap.j. num. 11. de probat. textus ad id celebris in clementi-
na j. de teſta. quinetiam & Imperator ipſe pœnis illius con-
ſtitutionis comprehenditur, ſicuti expreſsim adnotat Ioan.
Andr. in præcitato cap.j. de homic. & poſt eum plerique alij
in ea ſunt ſententia: & hoc nimirum alicui videri debet in
punitionem tanti criminis, ex quo hîc perpendi poterit Bal.
verbis

Iuriſdictio eccleſiaſtica à tēporali diſtincta eſt.

verbis in l. non ideo minus. num. 16. C. de accuſat. ſcribentis, quod in iſtis atrociſsimis delictis punitur conſilium ſolum, ergo & inde conſtat tractatum, & ordinationem etiam puniri: & tamen non eſt aliquod mandatum, quin ſit tractatus, & ordinatio. l. & ſi amicis. ff. de adulteriis. idque exiſtimat Baldus in tanti criminis atrocitatem, à cuius ſententia libenter diſcedo, ex l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſcopis & clericis. l. cogitationis. ff. de pœnis. quibus definitum extat, quòd ſolus tractatus ſoláque ordinatio de iure non punitur, niſi ſit proceſſum ad alium ordinatum actum de per ſe tendentem ad ipſum factum. Sententiam tamen Baldi intelligendam fore exiſtimo quo ad pœnam ordinariam, vt mandatum ea puniendum non ſit etiam in grauiſsimis delictis. Nec hinc ſequitur non eſſe extra ordinem puniendum mandatum, eò maximè in aſſaſsino, ſicuti & anteà obiter meminimus: cuius criminis pars eſt præcipuè ipſum mandatum, ipſáque conuentio ad id facta, vt homo conductus pecunia alium incautum occidat: ſicuti conſtitutiſsimum eſt apud omnes doctores de hac re agentes in dicto cap. j. de homid. in ſexto, maximè Felin. Franc. inibi, Ioannes Andræas antea eum idem profeſſus in regula, in pœnis. de regulis iuris. libro vj. ipſe tamen Baldi doctrinas colo, ſiquidem ipſe iuris tenebras illuminauerit, nec ab eo latum quidem vnguem

21 diſcedere velim: atque † ideo potuit ſententia Baldi intelligi, vt adhuc in grauiſsimis ſceleribus mandatum ſolum nec pœna extraordinaria puniendum eſſe, vt in ſpecie legis, ſi quis non dicam rapere. Quo fit, vbi mandatum ipſum potiſsimum conſtituerit maleficij ſpeciem, ſicuti de aſſaſsinorum crimine probauimus ſuprà, & Angelus columna ſecunda, in verbo, Sempronium mandatorem. & Bartolus in §. ſi mandato. & plerique alij eum ſequuti exiſtimauerunt in delictis atrocibus ſolum mandatum pœna extraordinaria iudicantis arbitrio puniendum fore, quorum opinio mihi magis placet, tametſi Felinus columna ij. in tractatu, quando conatus, ſequuerit Baldi ſententiam, quinetiam conſentaneum ſatis eſt arbitrio diſcreti iudicis puniri ipſum mandatum, nondū re integra reuocatū, pro modo & qualitate criminis.

Vigeſimoſecundò ex eadem radice, & ad intellectum pontificis conſtitutionis & illud pertinet adnotare eum, qui alterum occidi iuſſerit, homicida pecuniâ conducto, & ſcelere ſequuto,

ſequuto, nequaquàm cenſeri diffidatum, nec exbannitum, nec hoſtem publicum eſſe exiſtimandum, quoties conductus homicida fidelis eſt,& alienus à gente aſſaſsina. In qua ſpecie nec admodùm admittendam eſſe pontificiam conſtitutionem, quæ ſanxit diffidatum eſſe eum, qui aſſaſsinorum operâ fidelem occidi iuſſerit: ſiquidem ita accipienda eſt ea diffinitionis pœna, vt à quocunque impunè,& abſque criminis pœna occidi poſſet diffidatus, ſicuti aſſeuerat Cinus in l. reos.C.de accuſat.vj.quæſt. Doctores communi conſenſu in authentica.nauigia.C. de furtis. & in authentica, item quæcunque.C.de Epiſcopis & clericis. textus optimus in l. iij.§. vltimo.ff.de ſicariis.& in cap.felicis.de pœnis. & in cap. j. de ſciſmat. in ſexto. Angelus conſilio xiiij. quibus admodùm conuenit regia lex, titu.xxvij.parte ſeptima, nec vtique mirandum eſt ita ſtatutum fuiſſe à Romano pontifice contra laicos huius criminis reos:ſiquidem iudiciali ſententia mortis pœnam non infert princeps Eccleſiaſticus. cap per venerabilem. qui filij ſint legitimi. ad finem, legem tamen ſtatuendo eam poteſt infligere,ſicuti adnotat Baldus in cap. ij. de maiorit. & obedien. poſſunt † præterea clerici ſine metu 22
irregularitatis interuenire in lege condenda, per quam pœna mortis imponitur,quando non imminet caſus, propter quem efficitur lex,ſed fit generaliter,tametſi poſteà occurrat caſus à labe irregularitatis,immunis erit,Dominic. in cap. fin.iij.diſtinct.Archidiac.in cap.officio.xxiij. quæſt.v. Ioan. Anan.in cap.ad audientiam.iij.colum.iij. de homic. & in ea ſpecie expreſsim tenet Baldus in cap.ij.ad finem, de maior. & obedien.poſt Innoc.exiſtimantes † ſummum Pontificem 23
poſſe imponere mortis pœnam ſtatuendo,ſed non exequendo: & nouiſsimè huic accedit ſententiæ Epiſcopus Callaguarritanus in practica criminali, canon. cap. quinquageſimo ſexto.ad finem.inibi addit poſſe clericum abſque metu irregularitatis conſulere principi, vel percepto crimine, mortis pœnam lege ſtatutam fore infligendam: & eidem legi condendæ clericus, aut prælatus ſuffragium exhibens,licet poſteà ex lege ipſa aliquis occidatur, irregularis non eſt: quod exiſtimat Dominicus,Archidiaconus locis præcitatis, Ioan.Anan.colum.iij.verſic.tertiò quæritur. de homic.in d. cap.ad audientiam.Baldus in authentica,habita.in princ. C. ne filius pro patre, quo in loco expreſsim adnotat Eccleſiaſticos

ſticos viros ob reipublicæ commodum poſſe de ſummo regis prætorio eſſe, ac leges corporis pœnam afflictiuam tractantes ſtatuere, adnotant doct. in c. in Archiepiſcopatu. de rapt. & in c. non eſt. de voto. Abb. expreſsim in c. ij. de iudic. gl. pragm. ſanct. Gallicanæ, tit. de colluſ. eccleſ. Gallic. §. præmiſsis. verbo, concilio. Boër. deciſ. xvij par. j. fol. 51. & nouiſſime Domin. à Soto, de iuſt. & iur. pag. 842. & ante hos Ioan. Andr. in c. clericis. ne cleric. vel monac. Decius in cap. decernimus. de iudic. columna v. Guid. Pap. deciſ. v. & vj. num. 1. Hinc deduci videtur, quòd clerici & epiſcopi de ſummo regis prætorio, & hi qui in aliis prætoriis deſeruiunt regi, conſiliarij clerici à beneficiis cenſentur eſſe abſentes ex principis licentia, qui poteſt epiſcopos, canonicos ad ſe, & curiam ſuã aduocare. ex c. ſi epiſcopus. xviij. diſt. c. reprehenſibile. & per totum xxxij. q. vlt. & hi quidẽ groſſos debent habere fructus beneficiorũ ſuorũ, ad inſtar ſcholarium in ſtudio de licẽtia epiſcopi cõmorantium. c. cùm ex eo. de elect. lib. vj. Bal. in procem. Greg. col. iij. verſi. itẽ an quod redditus beneficiorũ. & id quidẽ paſsim cõtingit in his regnis, & in Gallia ſicuti; & Coſmas, in pragmat. ſanct. Galli. meminit, titu. de conſt. eccleſi. Gallica. verb. conſiliũ. potiſsimũ cùm & conſiliarij regis pars corporis ipſius cenſeantur. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſ. §. verò ex quibus. vij. q. j. Nico. Boër latiori cõmentario, de authorit. magni cõſilij, & parlamẽti regni, in j. & magna additione. qui etiã domeſtici, & familiares regis ſunt, vt voluit Lucas à Penna in rub. C. de domeſt. & protec. lib. xij. cõtra glo. ibi cõtrariũ aſſeuerantẽ. ergo cõſiliarij eccleſiarum canonici abſentes exiſtimantur, tam pro vtilitate reipublicæ, quàm etiam eccleſiarum, potiſsimùm cùm eccleſiæ plura habeant negotia, plures, & diuerſos habeãt proceſſus, & ad cauſam eorum, patrimonij reddituum, ac aliorum iurium tam temporalium, quàm ſpiritualium, pro quorum conſeruatione, conſiliarij eccleſiaſtici quandoque creantur, ex quibus diſtributiones redditúmque beneficiorum percipere debent, ex cap. vnico. de cler. non reſiden. lib. vj. definiens expreſsim pro vtilitate eccleſiæ abſentes clerici morbóque corporali grauati iure illos redditus percipiunt. Doctores in cap. cùm non deceat. de electio. libro vj. cap. tuæ fraternitatis. de cleric. non reſident. cap. licet. de præb. Bartol. & Doctores in l. quæſitum. in principio. ff. de legatis tertio. Baldus in l.

Eccleſiaſticos poſſe de ſummo regis prætorio eſſe.

Familiares regis.

in l.j.C.de his quibus vt indig.Oldrad.conſil.cxvij. Coſmas in pragmat. Sanct. Gallic. tit. de colluſ. §. verumtamen. in verbo, nihil. Quo fit, qui in principis degunt ſeruitio, vt & fructus percipiant, cenſentur præſentes, Bald. in l. iuris peritus. in principio.verſic. nota ex iſta lege. ff. de excuſat. tut.ſicuti etiam qui in ſeruitio Papæ exiſtunt. cap. bonæ. de poſtul.prælat. cap. cùm dilectus. de cleric. non reſid. & inibi Ioan. Andr. Abb. Ant. Butrig. Mart.Lauden.in tract. de Cardin.charta v. verſic. an Domini Cardinales. Oldradus conſil.xlviij. & ccxx.idem etiam in aliis clericis, qui in epiſcopi ſeruitio ſunt.cap.ad audientiam.c.de cætero.de cleric. non reſiden.glo pragm. Sanct. tit. de concubin. §.quos.Bal. in d.l. iuris peritus. Ipſe tamen in hoc dubio contrarium veriſsimum eſſe exiſtimo, quin etiam conſiliarios in prætoriis regis aſsiſtentes clericos non abſentes eſſe pro vtilitate eccleſiæ, ſed propter eorum officium, ratione cuius tenentur in eodem prætorio reſidere. Et argumento optimo deſeruit tex. in d.cap.cùm non deceat. Nec obſtat, ſi ex licentia principis in eiſdē abſint prætoriis, cùm & ipſe hanc non poſsit concedere licentiam, ex his, quæ adnotant doct. in cap.cùm capellæ Ducis Burgundiæ. de priuileg. Et nos in peculiari huius quæſtionis tractatu pleniori trademus manu. Vigeſimotertiò, ne ab inſtituto, & recto deuiemus ordine, prout ad rem, de qua quæritur, pertinet ad pontificiæ conſtitutionis examen & illud adnotare, committentem verum † aſſaſsini crimen (iuxta eam ſignificationem, quam 24
& nos ſuprà probauimus) minimè gaudere templorum immunitate, ſicuti definitum eſt ex d.cap.j.de homic. lib.vj. quod ſi crimen aſſaſsini, iuxta communem ſenſum quis commiſerit, immunitate eccleſiarum non gaudet, ac tunc demum ab eccleſia extrahi poterit, cùm proditionis crimen perpetrauerit, ſicuti & nos de peculiari proditionis quæſtione tradidimus. Et huic accedit ſententiæ Remigius Gon.in xv.fallen.de immunit.eccleſ. num.8. pag. 143. & eſt crebrior recepta opinio apud omnes de hac re ſcribentes in d. cap. j. qui communem interpretationem huius aſſaſsini criminis ſequuntur, ab eccleſia extrahi potuiſſe opinantur: & huic ſe ſubſcripſit ſententiæ Speculator, ſecunda parte. de concil. cap. xlv. ſcribens perquàm maximè religioni Chriſtianæ conuenire lege lata declarari aſſaſsinos

poſſe ab eccleſiis ad punitionem extrahi: quòd ſi huius criminis reus non committit delictum, ſed tantùm tentauerit, perinde ab eccleſia euelli debere, cùm pariter pœna afficiantur facientes, & attentantes quo ad criminis punitionem. Quòd ſi ſecundum aliquorum ſententiam iudicantis arbitrio, extra ordinem attentatum puniendum fore exiſtimauerim, adhuc eccleſiarum immunitate non gaudebit, ſicuti conſtitutiſſimum eſt, & expreſſè adnotat Marcus à Mantua, in libro obſeruationum legalium quinto, obſeruat. xlj. fol. 149. cap. de aſiaſsinis. ad id allegans Abb. in cap. inter alia, colum. iiij. de immunit. eccleſ. qui falſa allegatione ductus Abb. id nec nutu, nec verbis probat. Huic tamen ſententiæ accedit Remigius Gonius vbi ſuprà, apud quem ſatis id iure definitum eſt. Vigeſimoquartò, & illud adnotationem mereretur, fautores † aſſaſsinorum, opémque præſtantes, immunitate eccleſiarum non gaudere, ex Spec. tit. de accuſ. §. j. & ſignanter id explicat Remig. Gonius, & Marcus à Mantua, his in locis, quibus & nos meminimus. Cæp. conſil. clv. verſic. ad ſecundam dubitationem. Campeg. deciſ. clv. quo ſit receptator vel defendens ſeu occultans, ipſo facto in excommunicationis labem incidit, & depoſitionis à dignitate, honore, officio, & beneficio, vti conſtat ex Bern. Diaz c. xcj. in practica ſua criminali.

Falſa Abb. allegatione vtitur Marcus à Mantua.

25 (marginal: at "retur, fautores † aſſaſsinorum")

Reſtat, vt Colophonem addam huic capiti, & quæ in hac materia deſiderantur circa huius aſſaſsinorum tractatum,
26 qua † afficiendus ſit pœna ſacris initiatus huius criminis reus, & an vendicet ſibi locum pœna pontificiæ conſtitutionis in dicto cap. primo, de homicid. libro ſexto, ingerentis ipſo facto ſententiam excommunicationis, & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio: & vtique beneficia poſſunt aliis liberè conferri per collatores, ſicuti conſtat in d. cap. primo, & inibi tex. adnotat eadem pœna illius conſtitutionis clericum puniendum fore, ſine eo quòd procedat degradatio puniri poſſe per ſecularem ſacerdotem, clericúmue crimen hoc aſſaſsini committentem, quaſi ob criminis immanitatem ſit ſpeciale, teſtibus Lappo, & pleriſque aliis in dicto cap. primo, de homicid. libro ſexto: & inibi expreſsim adnotat Dominic. Paris à Put. in tractatu ſyndicatus, numero 12. fol. 188. Stephanus Aufredus in repet. clemen. j. de offic. ordin. in prima reg. fallen. xviij.

xviij.fol.23. Curtius Iunior conſil. xx. Hippol. in practica criminali, fol. 98. Nicolaus Euerardus his omnibus accedit in Topicis legalibus, fol. 264. & Ioan. Ign. idem profeſſus in l.neceſſarios. §.non alias, numero 448. col. iij. fol. 177. ff.ad Syllan. Thom. Gram.voto viij.& xj. Lud. Carrer. in practica ſua crim.§.homicidium. num.10. Remig. Gon. in tract. quem publicum fecit de immunit.eccleſ.xv.fallen. numero 10. Hippol. in l.vnica, nume.107. & in §.ſi diligenter.num. 60. & in §.examinanda. numero 25. quorum ſententiam profitetur eſſe communem Lambert. in cap.j.de hæret.lib.vj.q.xj.num.98. idem aſſeuerat Steph. Aufredus, in præcitata fallent.xviij. & id conuinci poſſet, ea ductus ratione: ſiquidem & is clericus criminis reus omne amittit priuilegium, etiam clericale, ipſo iure degradatus cenſetur, & cuicunque eum occidendi facultas conceditur, ex d.cap.j. de homicid.libro ſexto, Barbat.in cap. at ſi clerici. de iudic. numero 129. Ioan. Lop. in tract.de liber.eccleſiaſt.quæſt.ix. aſſeuerans, quòd datur à iure quædam degradatio, quæ habetur loco realis, ſicuti definitur in cap. j. de homicid. vbi clericus huius criminis reus à iure, & à concilio pro realiter degradato exiſtimatur: pleniori manu Arnald. Albert. in c. quoniam. de hæret.lib.vj. columna cxlvij. verſic. viij. & Ber. Diaz de Luco, cap.xcj. in pract. ſua crimin. Didac. à Couar. in clem. ſi furioſus. de homicid. fol. 29. Ant. Campeg. in præcitata deciſ. clv. Hippol. in d. l. vnica. C. de rap. virgin. fol. paruo xiiij. col. iij. Paul. Pariſ. conſil. clxvj. vol. iiij. & rurſus in conſil. clv. eodem vol. & hanc eſſe communem aſſeuerat Remig. Gon. d. num.10. ad fin. tametſi perperam Marc. à Man. in decem libris obſeruationum legalium, tit. de aſſaſsinis, de hac dubitet ſententia, falſis quibuſdam ſuſceptis fundamentis. Ipſe tamen præter doct. verũ eſſe cenſeo, vbi clericus miniſterio aſſaſsinorum infideliũ aliquem fidelem occiderit, aut percuſſerit, alioquin admiſſa doctorum communi interpretatione, qua dictionem iſtam, aſſaſsinus, explicãt, falſum exiſtimo, quod pleriq; tradidére, nempe abſq; vlla degradatione clericum ob crimen iſtud puniri poſſe à iudice ſeculari, & an tunc ſit degradandus, & exauthorãdus, tradendúſq; iudici ſeculari, & an cauſa cognita à iudice eccleſiaſtico, actu, & ſolenniter ſacris ordinibus exauthoratus, & degradatus iudici ſeculari tradatur, vt per eum occidatur,

explicant doct. infrà allegandi: & propter hoc crimen ratione grauiſsimi exceſſus, clericus in ſacris conſtitutus ſit degradãdus, & iudicibus ſecularibus non expectata eius contumacia, tametſi incorrigibilis non ſit, ad exemplum quorundam grauiſsimorum ſcelerum, in quibus id definitum eſt à iure pontificio, ſicuti in falſario literarum Apoſtolicarum, hæretico, proditoriè occidente, & reliquis huius fari-
23 næ, exiſtimat Anch. conſil. clviij. itidem in reg. ea quæ. q. xix. de reg. iur. num. 6. Abb. in cap. at ſi clerici. num. 29. & in c. cùm non ab homine. de iudic. & hanc eſſe frequentiſsimè in praxi ſeruatam profitentur Alciat. nume. 22. in d. cap. cùm non ab homine. Guid. Pap. q. cxxj. Felin. num. 49. in cap. j. de conſtit. Dec. col. vlt. ad fin. in præcitato c. at ſi clerici. & hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiã exiſtimat Guliel. Bened. poſt repet. cap. Raynutius. de teſtam. & Carrer. nu. 11. eo loco, cuius & anteà meminimus: à quorum ſentẽtia nonnulli diſcedunt, ea ratione ducti: quia iure pontificio definitum extat, ac ſæpenumerò traditum eſt, clericum, non aliter eſſe tradendum iudici ſeculari poſt degradationem, quàm ſi is incorrigibilis ſit. c. tua. de pœn. d. c. cùm non ab homine. A qua quidem regula pauca excipiuntur crimina, quo fit in his criminibus, quæ excepta non ſunt, nullo pacto traditio poteſt fieri poſt degradationem. c. clerici. de exceſ. præl. & maximo apice deſeruire videtur tex. in præcitato cap. cùm non ab homine. qui expreſſum docet in omni crimine quantumcunque graui minimè poſſe iudicem ſecularem clericos punire, eos tamen deponendos eſſe, quòd incorrigibiles fuerint, tradendos fore curiæ ſeculari: ecce Pontificis apertã authoritatem, ex qua etiã ob enorme crimen, ni acceſſerit pertinacia, traditio fieri non debet: vide qui ſapis, qui probus es, qui iuris veritatẽ amas, quàm ancipiti periculo communis conſiſtat opinio, quę nonnunquam etiam negligentia in cauſa eſt: nam quæ ab aliis ſcripta ſunt, ſine altiori inquiſitione aliis tradidimus, & illi aliis: & ita deinceps facilè eueniet, vt communes opiniones oriantur, nos communes opiniones ſequimur, cùm vel teſtibus muniuntur, vel certè nulli textus, nulláue iuris ratio aperta refragetur: alioqui impunè ab eis non ſolùm recedimus, ſed etiam aliquando nomen communis opinionis ſuſpectum habemus: cùm ſæpenumerò in re ambigua, in vtranq; partem

Communis opinio ſequenda eſt, cùm teſtibus munitur,

tem communis citetur opinio: & quod ratione non poſſunt doctores, communis prætextu pergunt euincere: quod non poteſt non eſſe multum deteſtabile, vtpotè quòd legalis ſapientiæ puritas, exitiali iſto abuſu inquinetur, ſanctiſsimarúmque legum ſcita, pontificúmq; decreta recta alioquin, in ambiguum detruſa, pro quæſtu huc & illuc ementitis fortè teſtimoniis fingantur, refringantur, & tanquam fraudum aucupia euileſcant, atque ideò non ſemper communibus opinionibus eſt inhærendum, ſed innouandum aliquando.

Supereſt & illud adnotare, quaſi totius materiæ coronidē, ad huius criminis punitionem, non eo ipſo† quòd aſſaſsinatus crimine tractatur, aſſaſsinus cenſetur, vt pœnæ contra aſſaſsinos ſancitæ locum habeant, & ſacris initiatus clericóſue ſtatim amittat priuilegium, in quo dubio elegans eſt pontificia conſtitutio in d.c.j.de homic.lib.vj.vbi definitum extat probationibus aliiſq; iuris adminiculis conuinci debere, atq; iudiciali ſententia illum aſſaſsinum pronunciare, tametſi ad pœnas in præcitata conſtitutione ſancitas incurrendas, ſi de criminis reo conſtat, declaratio non exigitur, ſicuti adnotauêre Ioan.Andr.Anch. & pleriq; alij in d.cap.j. Steph.Aufred.in fallen.xviij.præcitata.Campeg.in deciſ.ſacri conſilij cxij.nume.8.Alex. in conſ.clxvj.ad fin.vol.vij. & hanc eſſe communi conſenſu ſtabilitā ſententiam aſſeuerat Lud. Carrer.eo loco, cuius & anteà meminimus.num.11. ab hac tamen communi ſententia in iudice ſingulari puniente clericum aſſaſsinum ſententiam deploratoriam exigi, ſicuti in aliis criminibus, vtpote læſæ maieſtatis, in quibus ſanè ipſo iure in pœnam incidunt, nihilominus ſententia declaratoria iudicis exigitur.Campeg.in deciſ.cxxij.& deciſ.cxlij. quod conuinci poteſt ex eo neminem criminis reum cenſeri, nec pro aſſaſsino haberi, niſi ſententia lata criminis reus pronuntietur.c.fin.xv.diſt.ad fi. Et argumento deſeruit optimo tex.in cap.nouę.viij.q.iiij.Spec.idem profeſſus in tit. de inſtrum.edit.§.reſtat.verſic.quid ſi tabellio.itidem in tit. de aduocato.§.ſequitur.in prin.& huius ſententiæ authores habeo Anchar.conſil.cxlj. Hippol.conſil.lxij.& conſil.liiij. & rurſus conſil.lxxvij.itidem in rubr.ff.ad leg.Corn.de falſ. Thom.Gram.his omnibus libenter accedit in voto iij.&in voto xxxiiij.apud quos ſatis definitū extat, non ſtatim quòd de crimine læſæ maieſtatis accuſetur, proceditur, & illud ſe-

qui conſtat, debere pronunciari, & qualitas probari, vtpotè priuilegium amittat, & aſſaſsinus efficiatur.

Cæterùm fortiſsimum huic rei argumentum præſtat qualitas, quæ iuriſdictionem defert, ante omnia diſcuti debet, & probari, ſicuti conſtitutiſsimum eſt apud omnes Doct. in l. ij. §. ſed ſi dubitatur. ff. de iudi. & in l. ſi quis aliena. eod. titulo. Bal. idem profeſſus in l. preſcriptione. C. ſi contra ius vel vtilit. publ. Matth. Afflict. in conſt. Neap. cxcvij. Et rurſus in deciſ. incip. Capitaneorum. poſt Abb. & pleroſque alios in cap. ſi clericus laicum. de foro compet. ex quo & illud ſequitur, aſſaſsini qualitatem iuriſdictionem laico deferentem probandam eſſe, potiſsimum ex eo, quòd cùm a lege ſtatutove municipali aliquid diſponitur, cum certa qualitatis ſpecie, qualitas illa vtique probanda eſt, ſicuti exiſtimauerunt Bart. in l. prima. §. ait prætor. ff. ne quid in flumi. publi. Deci. in capitulo ſecundo. de reſcript. itidem conſilio xiij. columna ſecũda. & eſt tex. ad id præſtantiſsimus in l. prætor. §. docere. ff. de vi bonor. rapt. aliàs non cenſetur probatio legitima, ni qualitas probetur, Ioan. And. ad Specul. in titulo de accuſ. & inquiſ. cui plerique alij doct. in albo primariæ doctrinæ poſiti acceſſère, inter quos & Cin. Iacob. de Aret. in l. ſecunda. C. de probationibus. Baldus in l. edita. C. de edend. & in l. prima. C. qui accuſare non poſſunt. Bartolus in l. denunciaſſe. §. qui tamen. ff. de adulter. in principio. & vt breuitati operam dem in hac ſpecie, quod qualitas aſſaſsini ſit probanda, vtpotè laico iuriſdictionem deferat, profitetur Ioã. And. Gemi. in d. c. j. de homi. lib. vj. Camp. deciſ. cxij.

Aſſaſsini qualitas probãda.

28 Poſtremò & illud addã, minimè † ſufficere probari mandatum per aſſaſsini confeſsionem, ni & qualitas deducta in d. c. j. probetur, vtpotè quòd interemptus fuerit Chriſtianus, aliàs pœnæ ſancitæ in præci. c. locum ſibi minimè vendicãt. Et ibibi expreſsim adnotat Ioan. Andr. aſſeuerans in praxi ſe obtinuiſſe, ac defendiſſe accuſatum de aſſaſsinio, cùm iſta qualitas non probaretur, quòd occiſus fuerit Chriſtianus, Anchar. in c. j. ix. notab. & plerique alij in ea ſunt ſententia. Baldus in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. & cleric. Alexand. conſ. clxvj. vertic. vij. ad fin. Hippol. in practic. C. de probat. pag. 23. verſ. item quòd vltra prædicta. Felin. in c. inquiſitionis. col. ij. de accuſ. Quibus & plerique alij acceſſère, inter quos Iaſ. in l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius

voc.

voc.Matth.Afflict.in conſtit.Neapol.incipien.ſi damna clandeſtina.xv.notab.Ioan.de Arno.in cautela xxv.Quibus ſanè perpenſis, & de huius criminis reo probatione facta in pœnas pontificiæ conſtitutionis in d.c.j.incidit,ſicuti conſtitutiſsimũ eſt ex Alex.& doctoribus precitatis,& Ludouic.Car. in pract.crimi.§.homicidium.nu.15.verbo,non amplius addam.in hoc nempe crimine, tametſi aſſaſsino pars iniuriam ſibi illatam remittat,ex l.xxij.tit.j.par.vij. Ex qua definitum extat,tranſactione facta cum offenſo pœna corporis afflictiua imponenda non eſt in aſſaſsinatus crimine illius legis definitio admittenda non eſt,propter criminis atrocitatem,or dinaria delicti pœna afficiendus eſt,ſicuti in ea ſpecie ſcribit Iacob.à Villapan.in interpretatione legis xxij.tit.j.part.vij. limit.iij.nu.10. Cuius opinio non tantùm authoritate, verùm etiam ipſa ratione probabilior eſt, & de hoc diſputare adhuc aliquos miror, cùm plus quàm manifeſtum ſit. Ego iſta quæ in hoc peculiari tractatu congeſsi, ex plenioribus doctorum commentariis petenda arbitratus ſum:cùm quotidie in controuerſiam veniat & paucis exacte comprehendi nequeat,ſatius propemodum fuerit non irritare, quàm non explere ſtudiorum auiditatem.Hęc ſunt(candide lector)quæ in materia iſta, quam certos ante annos tractandam ſuſceperam publicè legendi munere obeundo, hoc tempore recognoſcenda putaui. Nec tamen ignoro multa addi potuiſſe,ſed & temporis breuitas,& aſsidua valetudo, quæ me vehementius preſsit, ſpatiari plus in tam vtili materia non ſunt paſſæ: futuri tamen anni peruentus Innocentij quarti Pontificia conſtitutio in cap.j.de homic.libro vj. (niſi facta inuideant)mox dabit vberiores.Tamen interim boni cõſulito,quæ in hoc capite elaborauimus.

Regia lex de pace cũ offenſo loquẽs in aſſaſſino nõ habet locum.

SVMMARIVM.

1 *Qui & venefici dicantur,déque illorum pœna.*

2 *Extraordinaria pœna iudicantis arbitrio puniendum fore, qui venenum cauſa mortis alicui propinauerit, tametſi medicamentis aliáve via mors ſequuta non fuerit.*

3 *Filium eſſe exheredandum, qui venenum,vt patri daret,parauerit ad eum occidendum,ſi egerit id,quod ab eo agendum erat, licet pater apprehenſo dolo abſtinuerit potione.*

4 *Si aliter coniugum tentauerit veneno alterũ occidere, iuſta diuor-*

tij cauſa eſt.

5 *Qui potum cauſa abortionis, amoris, ſterilitatiſve dederit, & infantis iam animati aborſus ſequatur, pœna criminis ordinaria afficitur: ſin minus fœtus nondum ſit animatus, iudicantis arbitrio punitur.*

6 *Poculi amatorij pœna, humiles in metallum, honeſtiores verò in inſulam relegantur.*

7 *Bānitus licet occidi poßit, Regia lege extante, nō tamē proditoriè.*

8 *Appellationi, nec reclamationi erit locus proditoriè occidenti.*

9 *Fontem venenans, ſi inde mors ſequatur, vltimi ſupplicij pœna afficitur.*

10 *Non eſſe pœna mortis coercendum, qui confitetur hominem veneno occidiſſe, ni adſint alia indicia.*

11 *Standum eſſe medicorum aſſertioni, an quis à vita diſcedat ex veneno poculóve amatorio.*

Traduntur aliquot interpretationes ad l.j.C. de malefic.& mathe.quæ aliter declaratur, quàm hactenus fuerit, circa veneficorum pœnas, iure Cæſareo & regio ſancitas.

CAPVT XX.

EXTAT elegans Imperatoris ſententia in l.j. C.de malefic.& mathema.quæ de veneficiis tractat. Circa cuius verum examen perſpicuumq; intellectum, qua ſi totius capitis coronidem, quod obiter menti occurrit adnotandū viſum eſt, quia doctores hucuſq; adeò ſuis ineptiis hanc materiam obſcurârunt, & iuuenum ingenia, quæ maturare debuerāt, perturbauerunt, vt lucis inquirendæ ſpes nulla ſuperſit, ideo ad regiarū legum intellectum, omittere non eſt animus. Verùm hac in quæſtione obſeruandum illud eſt, iſtud crimen eſſe grauiſsimum, quippe quod ad proditoriam occiſionem pertineat, teſte Bald.in l.nemo.columna iij.C.de ſumm. tri. Ioan. Anan. Felin.& plerique alij huius farinæ authores in cap.j.de homi.tex.omnium præſtantiſsimus in d.l.j.plus eſt (inquit Imperator Anto.) veneno occidere, quàm gladio. Et inibi paſsim adnotant Doct.Bald.Salicet.idem profeſsi in l. cùm fratrem.C.de his quibus.vt indig. Alexand.nec admodum inuitus huic accedit ſententiæ pleraque id genus alia conger

Veneno occidere grauiſsimum crimen.

congerens, conſ.cxlv.nu.6.vol.vij. Et omnium diligentiſsimè Lud.Carrer.in pract.cri.§.homicidium.n.98.& ante hos Bald.in c.j.col.vij.qui.mo.feud.amit. Barb.conſ.lxxx.col.xj. vol.iiij.ex quo occidens veneno proditoriè exiſtimatur occidere, vti Hippo.explicat hac in re,in rubr.ff.de ſica.ad fin. Et hoc nempe crimē in ſe habet proditionē, Bal.in l.nemo clericus.& in l.cum fratrem. & in praeci.c.j.huic accedit ſententię. In quo dubio illud memoria repetere libet, qui in ea ſpecie venefici dicuntur. Et †eos dici conſtat, qui homines veneno, incantationibúſve occidunt, & qui alia medicamenta ad occiſionem vendunt, qui tanquam ſicarij afficiuntur ſupplicio.l.iij.§.pen.ff.de ſicar.§.eadem lege. Inſtit. de publ.iudi.l. j.§.prætereà.ff.de ſicar. explicat ſeriosè Bonif. in practica de homi.Afflict.in conſtitu.Neapolit.incipi.mala noxia.Ludouicus Carrer. nec admodum inuitus huic accedit ſententiæ in pract.crim.num.101.in prin.& pleriqque alij in ea ſunt ſententia, quos ibi congerit. Quibus conuenit regia l.vij.titulo viij.part.vij.ad cuius verum examē aliqua coniicienda ſunt. *Hoc crimē pre ſe fert proditionem.* 1

Et primò paulò altiori commentario, quàm hucuſq; factum fuerit, ab interpretibus noſtris petendum eſt. Punitur ergo occidens veneno pœna capitis, & lege regia partitarum, beſtiis is criminis reus traditur deuorandus. l.vij. tit. viij. parte vij.cuius ratio ea aſsignari poſſet. Siquidem huius criminis author proditionis crimen, & alleuoſiæ cōmittit, grauiore afficiendus eſt pœna, ſicuti exiſtimat Iacob.Butr.in l. nemo.C.de ſum.tri.& fid.cath.Bald.inibi nu.5.Itidem in c.j. col.iiij.quib.mo.feu.amit.Io.Plat.in §.item lex Cornelia de ſicariis.Inſti.de publ.iud. Salic.idem profeſſus in l.j.ad leg. Cor.de ſicar.col.ij.& huius ſententiæ authores habeo Anch. in c.j.de homi.Ro.in l.j.§.iuxta tamen hoc.ff.ad Sylla.Hip. in rub.ff.ad leg.Cor.de ſicar.& hanc eſſe communi ſenſu receptam ſententiam exiſtimo, quam maximè conuincit text. ad id præſtantiſsimus in l.j.§.occiſorum.inibi, quòd ſi quis, putà veneno, vel alio, quod etiam necare ſolet.ff.ad Syllan.

Secundò ad regiarum legum intellectum, & illud conuenit intelligendas fore in eo, qui tentat alium occidere veneno, tametſi mors ſecuta minimè fuerit.l. tertia, in pricip.ff. de ſicar.expreſsim aſſerit hunc puniendū mortis pœna, nempe ſupplicio l.Corneliæ. Cui conuenit regia l.vij.titulo viij. part. vij.ſed quia totius orbis communi conſuetudine dero- *Qui tētat veneno aliū occidere, pœna mortis puniendus.*

gatum eſt legibus conatum abſque vero effectu punientibus, niſi mors ſecuta ſit, ex præcit. l. iij. ff. de ſicar. Bonif. in tit. de homicid. Dec. omnium diligentiſsimè in regula, non vult. ff. de regulis iur. idem profeſſus inſigni breuitate Tho. Grammatic. voto tertio, & rurſus voto xxx. Angelus in l. prima. §. ſi iniuria. ff. de va. & extraord. crim. & apo. parum huic ſententiæ propitius eandem profitetur ſententiam, conſilio vltimo. Fran. de Crem. ſing. xlix. & ſignanter Butrigarius in
2 capitulo primo. de reſcript. Quo fit † extraordinaria pœna puniendum fore, exiſtimo in ea ſpecie, qua agimus, quando qui venenum cauſa mortis alteri propinauerit, ſi vel medicamentis, vel alia quauis via, mors ſecuta non fuerit, exiſtimat Bald. iudicantis arbitrio extra ordinem puniendum fore. Is, inquam, conſilio cccexliij. numero 3. Cæpola Angel. his in locis, quibus paulò anteà mentionem fecimus. Flor. in l. item ſi obſtetrix. ff. ad legem Aquil. Hippo. in dicta l. iij. Alexander in epiſtolis ad Bart. in l. prima. ff. ad legem Pompe. de parri. Paul. Pariſ. conſilio clxvij. numero 13. libro iiij. Matth. Afflict. in conſtit. Neapo. libro iij. part. xlj. Augu. Arimi. in addit. ad Angel. de malefic. verb. & ex interuallo. ad fi. Cremen. in ſing. a. xlix. Thom. Gramm. eleganter in deciſ. ij. Neapo. prætorio deciſum fuiſſe. Et eſſe hanc opinionē communem aſſeuerat Ludoui. Carr. in pract. cri. tit. de homic. §. homicidium. num. decimonono. Quibus ſubſcriſère Tho. Grammatic. deciſione lxxiiij. numero 16. & 17. Felinus in titulo quando conatus. columna quarta. & maximè conuincit iis omnibus ea, quæ cōgerit Dida. à Couarr. in c. Raynutius. nu. 13. de teſt. & nouiſsimè Ant. Gome. c. iij. delictorum. nu. 7. In quo dubio præter Doctores in albo primariæ doctrinæ poſitos hac in re aduertendum eſt, vbi quis venenum cauſa mortis & animo occidendi alteri dederit, & propinauit, actum iſtum eſſe adeò proximum conſummationi criminis, vt denique ſit vltimus is ab occidente agendus: nec enim ad mortem quicquam aliud ſupereſt à criminis reo agendum. Veriorem credo ſententiam contrariam, & arbitror pœna ordinaria eſſe puniendum, tametſi tantorum virorum authoritate ſuffulta ſit contraria ſententia, vt improbari non poſsit: ipſi tamen animaduerterint, qua ſola nunc vtar ratione, vt proprio illos iugulem gladio, admodum ſuffragantur omnes, qui voluerunt in his atrocibus conatum ad pro-

ximum

ximum deductum actum ordinaria pœna puniendum fore, ſicuti maximo apice deſeruire videtur text.in l.j.§.diuus.ff. de ſicariis.l.ſi quis non dicam rapere.C. de Epiſcopis & cler. canonaz ita in c.ſi quis,non dicam rapere.de pœnit.diſtin.j.l. j.ad fin.ff.quod quiſque iur.c.fin.de ſponſal.l.is qui cum telo. C.ad legem Cornel.de ſicar.Fel.in c.j.de præſumpt.Thomas Gram.in deciſi.ij.nu.2.Soc.in reg.xxxj.Matth.Afflic.in conſtit.Neap.lib.j.par.xj.nu.1.Hip.pleraque id genus alia congerens in præcitato §.diuus.nu.3.Itidem in l. is qui cum telo.nu.24.& rurſus in l.qui falſam monetam.nu.1.ff.de ſicar. & omnium diligentiſsimè Fel.in tit.de cog.col.ij.& nos his omnibus nonnulla coniecimus in c.xix. ſuprà, de aſſaſsinis tractantes. Et in his regnis extat regia l.ij. tit. xxxj.par. vij. dum aliquis propinauit alteri venenum, is ſanè proceſsit ad actum proximum cõſummationi criminis, ſicuti ex l. regia ij.tit.xiij.lib.viij.ordinar. Cæterùm iſta ſententia conueſtiri poſſet ex regia l.vij.tit.viij.par.vij.& l.5c.tit.fi.lib.viij. ordi. qua definitum extat mittẽtem ſagittam in alterius mortem, morte plectendũ eſſe,etiã ſi non percutiat: maximè tamen ſi percutiat,ex l.v.tit.xiij.lib.viij.ord.quæ quidem leges rationem habere poterunt à gl.in c.j.ver.ad mortem.& ibibi Bal. de præſum.Sal.in l.j.C.de malefi.Fab.in §.alia.Inſtit.de pub. iud.Bar.per tex.ibi in l.j.ff. ad legem Pomp. de parric. Ang. in tit.malefi.ver.ex interuallo.col.fi.& ſignanter id explicat Ioan.Ign.in crim.fal.mone.in l.j.§.cùm dominus. num.25. ff.ad Sylla.nempe qui falſam monetam in formam pecuniæ ita cuderit,vt ſtatim expendi poſſet,tamen ſi ea vſus non fuerit,pœna afficiẽdus eſt,ex l.ſi falſos.C. ad legem Corneliam, de fal. Cui ſanè ſententiæ ſe ſubſcripsêre præmagnæ curiæ iudices, authore Thoma Grammat. in deciſi. ij. licet in magno conſilio benigniores iudices eſſe ſoleant,nec tamen probauerint mortis pœna puniendum fore eùm, qui animo alterum occidendi venenum emerit,& parauerit,nec dederit. Nam hac in ſpecie totius orbis conſuetudo eſt intelligẽda, quæ quidem leges punientes hunc conatum abrogauerit.In quo dubio Baldus,Florianus,& Cremenſ. paulò anteà citati in ea ſunt ſententia, minimè poſſe pœna ordinaria iuſtè puniri hunc conatum, ſed vtique iudicantis arbitrio extra ordinem, tametſi Bartolus, Angelus,Faber in longè contraria ſint ſententia. Ipſe tamen licet minor ſim natu, & ideo minore

Cudentis falſam monetam pœna.

nore fungar authoritate in cauſis horum perquirendis, maiori diligentiæ afficior commodo. Atq; ideo, aduerſus Ang. & Cæp. & alios huius farinæ authores locis præcitatis aſſeueramus in ea, de qua agimus, quæſtione, locum fore pœnæ ordinariæ eo tempore, cùm quis venenum animo occidendi parauerit, & alteri propinauerit. Quo in negotio idem voluit Bald. d. conſi. ccccxliij. Flor. in d. l. item ſi obſtetrix. Tametſi Thomas Gram. falſo errore ductus, hos authores adduxerit. Pro eius ſententia ſenſit hanc diſtinctionem Salic. in d. l. j. ſic etiam qui falſam monetam cudi cœperit, non tamen forma neceſſaria ad eius vſum ſignauerit, pœna ordinaria puniendus non eſt, ſed vtique extraordinaria, ex multis quæ adducit Ioan. Igneus d. num. 23. idémque probat Thom. Gram. deciſi. lxxiiij. aſſeuerans in magno Regis prætorio reuocatam fuiſſe mortis ſententiam à iudicibus magnæ vicariæ latam. Et hæc adiectio argutiis quibuſdam viam tacitè claudit, & iter præripit. Et nos in ea ſpecie in alio fortaſsis loco trademus. Vide qui ſapis, qui probus es, qui iuris veritatem amas, quàm ancipiti periculo conſiſtat eorum opinio: Quòd ſi vera eſt, non quia communis, ſed quia iuris eſt: & ſi ſolus quiſpiam docuerit, obtinebit, ſin teſtibus obuiet, tanquam Syrtes ſunt euitandæ.

Cæterùm ad regiarum legum intellectum perſpicuúmque examen, & illud annectere oportet, an ſatis ſit, vt locus ſit exhæredationi, filium venenum paraſſe ad patrem occidendum, non ſecuto homicidio. Quòd ſi † venenum patri præ-
3 buerit filius, & is, inquam, fecerit quicquid ab eo agendum erat, opinor poſſe exhæredari. Vt rem exemplo ſubiiciam, ſi pater apprehenſo dolo, abſtinuerit potione: itaque patris diligentia potius, quàm pœnitentia filij, mors ſecuta non ſit, exhæredationem procedere conſtat. l. j. ff. de parric. & inibi Bart. expreſsè adnotat, Bald. & inibi gloſ. in cap. j. verbo, ad mortem. de præſumpt. Abbas in cap. fin. de donation. Ripa in præcitata l. fin. quæſt. xxvij. ff. de ſicar. Angelus de malefic. in §. ex interuallo. regia l. vij. tit. viij. & l. ij. tit. xxxj. par. vij. l. 50. tit. fin. l. ij. tit. xiij. lib. octauo ordinationum. Quorum & nos paulò anteà mentionem fecimus: & vt obiter agam, extat text. in §. aliud quoque capitulum. in authentica, vt cùm de. appellat. cognoſ. collatione viij. & regia l. iiij. tit. vij. pag. 6 quæ quidem de exhæredatione filiorum agit veneficorum. intellig

intelligenda eſt de veneficis non quibuſcunque, ſed tantùm de his, qui incantationes, & magicam artem exercent pernicioſè, vti profitetur Carolus Molineus in conſuet. Pariſien. tit.j.§.xxx.quæſt.xxxvij. Ipſe tamen ex Græca Nouellarum litera, nõ tantùm incantatores, qui malefici appellantur intelligo, ſed & veneficos, qui venefica conficiunt, eámque exercent veneficam artem. Cui interpretationi & regia lex adſtipulatur, quæ expreſsim veneficos, & incantatores intelligit. Cæterùm vt quo digreſsi ſumus, redeam in ea ſpecie qua agimus, ſi filius ante deprehenſionem libenter pœniteat, etiam parato veneno, minimè poterit vt ingratus exhæredari, ſicuti & nos in alio celebri loco de intellectu cap. aliud quoque. agentes trademus. Sed ex præcedentibus non parùm conuenit inquirere, quid iure ſtatutum fuerit, qui emerit venenum, vtpotè aliquem interficeret, tametſi non dederit, mortis pœna afficitur. l. prima, ad finem. ff. de parricidiis. & inibi Bartolus, ſed ille textus intelligendus eſt in ſola filij perſona, quando venenum emerit, vt patri daret, ad alios non conuenit extendere: ſed vtique iudicantis arbitrio pœna afficitur, ex Platea in §. item lex Cornelia. verſic. eadem lege. Inſtit. de public. iudic.

Illud verò prætermittendum non eſt ad regiarum legum examen, hoc † nempe crimen erit iuſta diuortij cauſa, ſi alter 4
tentauerit veneno alterum coniugem occidere. Et huius ſententiæ authores habeo Abbatem in cap. quemadmodum. ad finem, de iureiurando. Hippoly. in l. vnica. columna penultima. C. de raptu virginum. & in l. finali. C. ad legem Corneliam, de ſicariis. columna finali. notat Girardus ſingul. lxv. explicat Alexander conſilio lxxviij. volumine v. Catal. Cota in vltimis memorabilibus, verbo, actio iniuriarum. Quibus admodùm ſuffragatur tex. in l. conſenſu. C. de repud.

Cæterùm ad regiarum legum tractatum, & verum examen, illud definitum extat, pœna † regiarum conſtitutio- 5
num afficiendum eſſe, qui potum cauſa abortionis, amoris, ſterilitatiſve dederit, & mors ſequuta fuerit. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. tametſi ſequuta mors non fuerit viuus tamen aborſus ſequatur infantis iam animati, eadem coërcendus eſt pœna. l. penultima, & inibi doctores. C. de ſicariis. l. diuus. ff. de variis, & extraordinariis criminibus. l. viij. titulo viij. parte vij. Quo in loco nouiſsimè Gregorius Lupus,

Lupus,perſpicuo(vt ipſe præditus eſt ingenio) ad iſtius ſpeciei examen verba regiæ conſtitutionis perpendit Ioannes Igneus in l.j.§.occiſorum.columna iij.ff. ad Syllanianum.& communi conſenſu doct.in cap.ſi aliquis.de homic. Matth. de Afflict.nec admodùm inuitus huic accedit ſententiæ in conſtitutione Neapol.incipienti,amatoria pocula,& rurſus in conſtitutione,terminum vitæ.vj.notab.fallen.x.Boniſac. in rubrica, de homicid. Hippolytus in l. ſi mulierem.ff.de ſicariis.& in l.ſi quis negandi.C.eodem tit.Felinus in cap.vt ſicut. & in præcitato c. ſi aliquis. de homicid. & nouiſsimè Ludouicus Carrerius in practica crimin.§.homicidij. num. 25.& rurſus §.homicidij.num.8.ad finem.at ſi abortus ſit infantis nondum animati,extraordinaria pœna exilij punitur. l.mulierem.ff.de ſicar. & inibi Hippoly. Sic ſanè intelligens text.cap.ſi aliquis. de homicid. Quo in loco Felin. idem aſſeuerat,Ioan.Igneus in dicto §.occiſorum.colum.iij.exiſtimantes hoc vnum,fœminam vltimi ſupplicij pœna plectendam eſſe,quæ & prece pretióque fœtum nondum animatum potionibus, vt locum faciat ventri ſubſtituto abegit : ita in hac ſpecie inquit Conſultus,in l.Cicero.ff. de pœnis. & omnium diligentiſsimè Dec.conſil.cccxxxv.Quod ſi nec mors, nec abortus fuerit ex potione ſequutus,vilis abiectáque perſona in metallum condemnatur iure Cæſareo : Et honeſtus in inſulam relegandus amiſſa parte bonorum.l. ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœnis.

Hinc etiam in ea ſpecie omnino penſitandum eſt ad regiarum legum verum examen:inſignis eſt admodùm & perplexa quæſtio,quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus non infrequenter diſcutitur,quam ſcribit Ioannes à Neapolit. inter Theologos non modicæ æſtimationis quolibeto x. Quo in loco in ea eſt ſententia, qui vel potionibus alióve remedio abortioni fœtum nondum animatum cauſam dederit,ad fœminæ prægnantis ſalutem : cùm ſanè conſtitutiſsimum ſit eam ex puerperio morituram, à culpa excuſari, mitiorique pœna huius criminis reus afficiendus eſt.l.item ſi obſtetrix. in principio.ff. ad legem Aquiliam, & nouiſsimè ſignanter adnotat Ludouicus Carrerius in practica criminali.§.homicidij.numero 8.ad medium, qui propoſitis aliquot iuris aſſertionibus hanc profitetur ſententiam. Non tamen ita ſi ſanè conſtat fœtum iam animatum eſſe, vel de hoc dubium ſit,

Quid ſi detur potio propter fœminæ prægnantis ſalutem.

ſit, vti hac in ſpecie adnotat Archiepiſcopus Florentinus iij. parte, titulo vij.cap.ij.§. ij. & ipſe Ioannes à Neapolit. eo loco, cuius paulò anteà mentionem fecimus, adnotat, & ex noſtris Paulus Griland. in tractatu, de delictis, libro ſecundo, in quæſtione, in veneno.

Ex quibus intelligendum erit, quod Marianus Socin. & Felinus, & plerique alij probare tentauerint in præcitato c. ſi aliquis. opinantes licitum eſſe abortioni cauſam dare ad prægnantis mortem effugiendam ex puerperio morituræ. *An licitũ ſit alertioni cauſam dare.*

Illud tamen prætermittendum non eſt, quòd ſi quis potum conceptionis cauſa alteri dederit bono ac ſyncero animo, & ex hoc mors ſequatur, minimè mortis pœna coërcendus eſt, ſed vtique mitiori. l. iij. §. ex Senatuſconſulto. ff. de ſicariis. Paulus Grilan. ſignanter huic accedit ſententiæ loco præcitato. Pœna autem poculi amatorij ea eſt tam emptoris, quàm venditoris, humiles in metallum, honeſtiores in inſulam relegantur, parte bonorum amiſſa. l. ſi quis. §. qui abortionis. ff. de pœnis. Ludouicus Carr. loco præcitato. Et de huius criminis pœna eſt text. in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. & in l. iij. §. j. ad legem Cornel. de ſicar. Andr. Iſern. in ſua lect. peregri. tit. de pocul. amat. porrigentis pœna. Boër. deciſ. ccxvj. num. 5. par. j.

Illud tamen vtiliter inquirendum erit, ad regias † conſtitutiones intelligendas, bannitus tametſi lege occidi poſsit, de quo agit regia l. lxxvj. in Taurino conuentu lata à regina Ioanna Caroli Cæſaris matre, minimè veneno occidi poterit, cui admodùm conuenit tex. in l. aut damnum. verſic. proinde. ff. de pœnis. vbi definitum extat, tametſi iudex criminis reum ad mortem condemnare poſſet, minimè tamen licet veneno occidere, explicátque eleganter Lud. Carr. in §. homicidij. num. 101. Alex. in conſi. cxlv. Matth. Afflic. in conſtit. magna noxia. & ante hos Iacob. Butrig. Bald. in l. nemo. C. de ſumma Trinit. Bal. & Sal. in l. cùm fratrem. C. de his quib. vt indig. exploſa vtique Bal. ſententia in l. Gracchus. C. de adult. contrarium exiſtimantis. In qua ſpecie pleraque extant iuris commentaria apud Ant. Gom. noſtræ tempeſtatis non modicæ æſtimationis in vtraque cenſura, is inquam in interpretatione l. lxxvj. Tauri. itidem c. iij. delict. num. 7. 7 *Bannitus licet occidi poſsit, non tamen veneno.*

His omnibus & illud animaduertendum eſt ad regiarum legum examen, poſsit ne is criminis reus conuictus teſtibus

aliiſque

aliiſque iuris adminiculis à iudicis ſententia appellare? In quo dubio extat hodie regia l. xvj. tit. xxiij. parte iij. & ibi Greg. Lup. quo in loco definitum extat † proditoriè venenóue aliquem interimenti, nec appellationi, nec reclamationi erit locus, & appellatione remota hunc criminis reum pœnis coërcendum fore. Ex qua regia conſtitutione, & illud conſtitutiſsimum eſt idem cenſeri proditoriè, & alleuoſè aliquem interimere, ac ſi veneno interficeret. Quo fit, omnia in proditoriè occidente conſtituta ſibi vendicant locum cum veneno occidēte, ſicuti & nouiſsimè adnotat idem profeſſus Antonius Gom. loco præcitato. Cæterùm ad huius capitis reſolutionem veritas illius quæſtionis, qua tractatur, deducitur: venenans † fontem puteúmue, & eis, qui hauriendi aquam ius habent, mors ſequatur, mortis pœna afficiendus erit, ex profeſſoribus iuris profitetur Matth. Afflict. in conſtitut. Neapol. incipienti, magna noxia. Angel. in malefic. tract. in verb. ſcienter, & doloſè. Hippol. in l. fin. ad l. ff. de ſicar. Lud. Carr. ſerioſè id explicans in practic. crimi. §. homicidij. nu. 98. Quo in loco aliquot axiomatibus hanc, de qua agimus, quæſtionem declarat.

8

9

Hinc etiam apparet deciſionem illius quæſtionis paſsim controuerſæ, hunc criminis reum eadem pœna afficiendum fore: ſi ſanè venenum in medicamine ponatur, ex quo certo certius mors ſecuta fuerit, vt eſt elegans Iuriſcōſulti reſponſum in l. qua actione. §. Celſus. ff. ad l. Aquil.

Pœna venditoris veneni.

Quibus & illud conſtitutiſsimum eſt legis Corneliæ teneri pœna venditorem veneni, & qui in publicum mala venderit medicamenta. l. iij. ff. ad legem Corneliam, de ſicar. Quod intelligendum eſſe exiſtimo, quando homini non ſanæ mentis, ſeruóve vendiderit: longè quidem aliter ſi homini diſcreto viróque vndiquaque honeſto vænundaret. In ea ſpecie immunis erit, teſte Angelo, Hippolyto in dicta l. tertia, illud etiam penſitandum eſt, tametſi priori caſu teneatur venditor iudicantis arbitrio pœna extraordinaria, etſi veneno mors ſit ſequuta. Cui accedit ſententiæ Antonius Gomezius nouiſsimè cap. tertio delictorum. numero octauo, definiens, quòd ſi ſeruo venditum ſit, qui ſe interfecit, ad ſolutionem exiſtimationis tenetur.

Eſt in eodem tractatu non omittendum ad regiarum legum examen, tametſi † quiſpiam confiteatur veneno hominem

10

nem

nem occidiſſe, minimè confitenti nocet eius confeſsio, ni alia iuris adminicula adſint, ex Alexand. conſil. cxix. vol. iiij. Cepola conſil. xxxiiij. Et rurſus conſil. xxxv. Hippol. ſerioſè id explicans in l. tertia. §. prætereà. ff. de ſicar. Franc. Ponz. in tractatu de lamiis, in materia hæreſis. vij. artic. & Ludouicus Carrerius in practica criminali. §. homicidij. nume. 102. & pleraque id genus alia ibi congerit de poculo amatorio, vbi qui iſtis noſtris non eſt ſatiatus, videat ambas (vt aiunt) aures Carrerium inibi. Omnibus his ad amuſſim & diligenter penſitatis pro huius capitis coronide animaduertendum cenſeo in huius criminis probatione. Rurſus & ad ea, quæ diximus, verum eſſe apparet, quod cùm hoc crimen ſit difficilis probationis, non omnibus numeris abſoluta probatio exigitur, ſed probabilis, & veriſimilis, vtpotè ſi criminis author venenum emerit, ac deinde ſequuta mors fuerit, & medici deponant mortuum eſſe veneno, erit ſufficiens probatio, ex iis quæ congerit Ant. Gomez. numero 8. eo in loco, cuius & anteà meminimus. Induſtria iudicis perſpicaciſsimi exigitur, potiſsimùm cùm non facile iſthæc delicta probari poſſunt. Siquidem ſæpenumero clàm & velamine quodam committi ſolent: quòd ſi non poſsit vtique probari veneni operatio in corpore humano, teſtium depoſitionem & rei confeſsionem probare, ſat eſſet. l. ſi is, cuius nomine. verſic. fin. ff. de interrog. actio. Et argumento optimo deſeruit text. in l. confeſsionibus. eod. tit. l. prima, §. ſi quis vltro. ff. de quæſt. l. inde Neratius. §. fin. ff. ad leg. Aquil. & expreſsim in ea ſpecie profitetur Hippol. nume. 32. in præcitato §. prætereà. atque adeò iudex maturo conſilio, penſitatáque ratione vti debet, huius criminis probationem coadiuuando, adhibendo medicos, chirurgos, in artéque peritos, an ſit venenum néene. Et rurſus, an inde ſequi poſsit mors. Quorum ſententia adhibita poterit † criminis reum ad necem vſque condemnare, ſicuti & Antonius Gomez. numero 8. ad finem, eo loco, cuius paulò anteà mentionem fecimus, adnotat: & quæ hoc loco recenſere latius, & illi pleraque addere poſſem, ſed id nunquam animo fui complexus aliorum dicta tranſcribere, nec alterius capitis dotem auferre, & huic attribuere: cùm id fieri prohibeat. Baldus in l. falſus. penultima columna. C. de furtis. Faber in §. primo, ad finem, de actio, 11

Probatio criminis difficillima.

Iaſ. in l.cunctos populos. C.de ſumma Trinitate & fide Catholica, in principio. Quæ tamen longius repetere minimè vacat, nec operis titulo conuenit: ſat enim ſit ad regiarum legum intellectum iſthæc adnotaſſe, ſi per otium quandoque liceat illorum examen diligentius excuſſurus.

SVMMARIVM.

1 *Explicatur qui proditorius homicida cenſeatur.*

2 *Eum, qui proprium inimicum etiam à tergo, & incautum occiderit, non eſſe proditorium homicidam, licet hodie iure regio proditor is cenſeatur.*

3 *Proditorij pœna, alia iure regio ſancita, alia iure communi. numero 5.*

4 *Proditor, qui propinauit actum proximum conſummationi pœna criminis ordinaria plectetur.*

5 *Regulariter furca ſuſpenditur huius criminis reus.*

6 *Templorum immunitate minimè gaudet criminis reus proditorius.*

7 *Pontificiam conſtitutionem cap.j. de homicid. intelligendam fore in homicida clerico, non autem in laico ad eccleſiam confugiente.*

8 *Proditoriè ducens quempiam in loco, quo interemptus eſt, minimè eccleſiarum immunitate gaudere debet.*

9 *Nobilitatem amittere proditorium homicidã dubio procul conſtat.*

10 *Reſcriptũ principis ſuper delicto impetratum nequaquam comprehendit proditorium delictum.*

11 *Perſonæ non omni exceptione maiores, huius criminis reum accuſare poſſunt.*

12 *Inſidiantem interimenti non eſt homicidium imputandum.*

13 *Clericus homicida à iudice degradatus eccleſiaſtico, ſeculari iudici traditur, non expectata eius contumacia.*

14 *Socius homicidæ proditorij pari pœna afficitur, ſicuti & principalis.*

Examinantur quæſtiones à Bartolo traditæ in l.reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. & quædam annotantur ſcitu non indigna circa pœnas proditoriè ac inſidioſè interimentis, iure Cæſareo, Regio, Pontificióue ſancitas.

CAP.

CAPVT XXI.

NVllo vnquam ſeculo quiſquam recti limatiq; iudicij vir inuentus eſt, qui negaret oportere crimina coërceri, idq; perquàm maximè reipublicę intereſſe ad tranquillum eiuſdem ſtatum, & ſubditorum concordiam, ne nimium multiplicarentur: vt quos virtutis amor, & Dei reuerentia non alliceret ad benefaciendum, eò ſaltem pœnarũ formido à delinquendo abſterreret. Sicuti in ea ſpecie mirum in modum Lyricus Horatius cecinit lib. Epiſt. 1.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Et qui alicui noluerunt prodeſſe, morte eorum reſpublica vtatur: ideóque factas eſſe leges, ac ſtabilitas, vt eorum metu humana coërceatur audacia, tutáque ſit, inter improbos innocentia, & in ipſis improbis, formidato ſupplicio refrænetur audacia, & nocendi facultas: ſicuti author eſt Iſid. lib. 5. etymol. cap. 20. & in procem. Gregor. id expreſsim cautum eſt, maximè reipublicæ cõuenire leges normámq; viuendi habere, vt malorum animi refrænarentur, vt ſeſe à vitiis & malis arcerent, vt ſi quas neces vel homicidia, rudis animi pronitas, & audacia peteret, ad effectũ ducere deſineret: gladium pertimeſcendo, quem eædem leges delinquẽtibus minantur, & ad humani generis conſeruationem, legum vim ac rigorem ſeruari oportet. & alibi text. ait, vt vnius pœna metu poſsit eſſe multorum. Cui conſonat Gell. lib. 6. cap. 14. nedum igitur neceſſarium eſt, vt puniantur nocentes, ſed etiam iuſtiſsimum, vtpote interdum vltimo afficiantur ſupplicio. Quod multis magniſque teſtimoniis Gratia. probat in cap. reos. cum ſeq. xxiij. q. v. Alex. Aleſ. iij. par. q. lxj. Tho. xxij. q. cviij. Luc. à Pen. in l. j. C. de deſert. & occult. lib. xij. & actus punitionis eſt nobilior omnibus aliis actibus iuſtitiæ in communi, excepto præmio, vt Scot. docet in lib. iiij. Sent. diſtinct. xiiij. q. ij. qui diſtinct. xix. inquit, iuſtitia punitiua eſt commutatiua pœnæ pro culpa, & non reſpicit punctum indiuiſibile, ſed medium habet latitudinem intra metus rectę rationis. Adde Origenem ſuper Ieſum Naue, homil. 7. & in Hieremiam homilia 9. & Gabrielem diſtinct. xviij. q. j.

Ob quod inter alia grauiora crimina perquàm maximè coërceri debet proditoriè, ac inſidiosè aliquem interimens,

& pro iſtius criminis punitione illud admonendum eſt, eum dici prodiorrium homicidam, qui venéno alterum occiderit, teſte Bal. in l. nemo. col. iij. C. de ſum. Trin. & fi. cath. Ioan. Anan. Felin. in cap. j. de homicid. & nos latiori trademus commentario iu peculiari huius quæſtionis tractatu
1 de occidente veneno. Item † is proditorius homicida eſt, qui occiderit eum, qui eius inimicus non eſt: nihilque tale præcauentem, cùm nulla eſſet præcauendi cauſa, ſicuti ex gl. colligitur in cap. clericus. xlvj. diſtinct. l. propter inſidias. C. qui accuſ. non poſ. l. fin. C. de de delat. lib. x. l. iiij. ff. ad leg. Iul. maieſt. cap. ſi cupis. xvj. quæſt. j. & ſerioſè id explicat Ant. Gomez. cap. iij. delict. numero 5. poſt Bald. in cap. j. in princ. col. iiij. quib. mod. feud. amit. Ioan. Andr. in cap. j. de homic. in vj. in nouellis, cuius meminit Bal. in authent. item nulla communitas. C. de epiſc. & cler. Anchar. in clemen. j. §. quia verò. de ſtatu monach. Bart. cæteris diligentius inſigni breuitate in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. Quo in loco Alexand. ad Bart. in l. proditores. eodem tit. ff. Bald in l. fin. C. de ſumma Trin. Felin. & plerique alij in d. cap. j. vbi eſt textus ad rem præſtantiſsimus, dum eum proditorem appellat, qui per induſtriam & inſidias alium occiderit, id eſt, per inſidioſam induſtriam. Ita ſiquidem ſunt illius capitis verba exponenda, ex gloſ. Bart. Iaſ. Fortu. Garſ. & pleriſque aliis in l. prima, in princ. ff. de pact. verba, placitus, & conſenſus, id eſt, placitus conſenſus, ſicuti communi conſenſu explicant inibi doctores: & id apertius conſtat ex græca dictione, qua vſi fuère ſeptuaginta interpretes, in c. 21. Exodi. Itaque is proditorius homicida cenſendus eſt, qui aliud manu, aliud pectore clauſum habet, vtpote, ſi iter agens ſocius itineris nulla interueniente rixa ſocium interfecerit, qui eius inimicus non eſt, proditorius homicida cenſendus eſt, ſicuti id definitum extat ex Hier. cap. 41. Iſmael filius Nathaniæ, & plerique alij magna comitante caterua, ad Godoliam peruenêre, ac deinde poſt prandium ipſum occiderunt. & 1. Machab. 1. ex quo definitum extat Antiochum miſiſſe tribunum in ciuitatem Iuda, qui quidem verba amorem ſignificantia, illi alloquebatur populo, & aliud in lingua, aliud in pectore clauſum habens, dolóque ciuitates illas circumuenit, vtpote repentè ac inſidioſè in ciuitates irrueret, eáſque euerteret. Idque conſtat primi Machabæorum

rum

rum ſexto, & rurſus Machab. 13. cùm Triphon deambularet cum Rege Antiocho proditoriè eum occidit dolo, ac deinde poſt eum regnauit. & primi Machab. 16. Apollonius veniens in Hieruſalem, vt pacem iniret, ad diem ſabbathi vſque requieuit, ac deinde Iudæorum ingentem multitudinem peremit, ſicuti definitur 2. Machab. 5. adde proditionem Iudæ, qui Deum optimum maximúmque noſtrum tradidit, Matth. 25. Cæterùm Paulus non ſemel proditoriè traditus eſt, ſicuti conſtitutiſsimum eſt Actuum Apoſtolorum 23. & Heſter. 2. Duo ianitores regis Aſſueri inſidioſè in ipſum regem irruere volebant, eúmque occidere: & pleriſque aliis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis id conueſtiri poſſet, ſicuti 2. Reg. 20. cap. extat, cùm Ioab focariam concubinámque ſalutaret ſuam, fingens eam deoſculari, percuſsit eam, inteſtináque eius effudit, idque conſtat 1. Reg. 18. & 1. Reg. 23. & 1. Reg. 24. & 2. Reg. 11. vbi Vrias literas tulit de morte propria, duóq; filij Sennacherib patrem dominúmq; ſuum in templo interemerunt proditoriè, neuter tamen poſt eum regnauit. quarti Regum cap. 20. Ex quo Boët. aſſeuerat, quòd nulla eſt efficacior peſtis ad nocendum, quàm familiaris inimicus: cuius meminit idem profeſſus Luc. à Pen. in dicta l. fin. C. de delat. id vnum exclamans, & deteſtans quàm crudelia ſint proditoris iacula, haud quaquam poterit quis ſibi ab eius inſidioſis actibus præcaueri. Ex quibus ſatis iam ſatis definitum extat proditorium homicidam, eum cenſeri, qui aliud in lingua, aliud in pectore clauſum habet, ex l. finali. C. de delator. libro decimo, & Bartolus expreſsim adnotat in præcitato §. delinquunt. quo in loco præter alios eius farinæ authores adnotationem meretur, ſcribens eum, qui † proprium inimicum 2 etiam à tergo, & incautum occiderit, non eſſe proditorium homicidam: quia inimicus debuit cautè prouidere, & præcauere ab inimico. Quem ſequuntur plerique alij inibi, & Girardus ſingulari xiiij. Baldus in capitulo primo, quibus modis feud. amit. quarta columna. Anchar. in cap. j. de homic. Ang. Aret. in §. interdum. nu. 6. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. itidem in malefic. tract. in verſiculo, fecit inſultum. verſic. & bene nota. ea ratione naturali ducti: Siquidem non tollitur offenſo illa naturalis defenſio, quæ de iure naturali ſibi competit, cùm ſibi poſsit præcauere,

ac defendere. Ipſe tamen non poſſum in hoc dubio Bart. & aliorum ſententiæ accedere, aduerſus quos ipſe animaduerto, id homicidium commiſſum fuiſſe per induſtriam inſidioſam, quod ſufficere conſtat, vt homicida proditorius dicatur, text. eſt ad id omnium præſtantiſsimus in præci. cap. j. explicaturque Matth. Afflict. in conſti. Neapol. priuilegia. & Angelus in male. tract. in parte facit inſultum. j. colum. iuréque regio hæc Bar. opinio corruit perpenſa. l. vltima. tit. vij. libro octauo ordi. vbi proditor etiam is cenſetur, qui aliquem percutit abſque eo quòd in pugna rixáve, & abſq; inimicitiæ labe hoc faciat, vnde conſtat falſam eſſe Bart. opinionem. Quapropter mihi magis placet hunc homicidam proditorium omnino eſſe. In qua ſpecie, & regiæ conſtitutiones explicant, alleue, quod paſsim apud nos circumferri ſolet, committit, qui occiderit eum, qui eius inimicus nõ eſt: neque tale præcauentem, cum nulla eſſet præcauendi cauſa, ſicuti pleraq; extant exempla in l. j. tit. ij. & xvj. part. vij. l. vj. tit. xxviij. part. ij. l. j. tit. ij. lib. j. fori. & l. j. tit. vij. lib. viij. in rega. ordina. & regia l. fi. eo. ti. eodémq; lib. in his verbis, *item es alleuoſo, El que mata muerte ſegura.* In quo dubio ellucidenda Bart. ſunt verba, Iure Cæſareo quando inuicem erant inimici, offenſor nequaquam proditionem committebat: iure verò regio in ea ſpecie, eã cõmittit, quando retrò occidit, vel offendit, nõ verò, vt paſsim circunferri ſolet, facie, ad faciẽ. Itaque quod offenſus poſsit ſe defendere, plura ſolent à iuris vtriuſque interpretibus tradi in pœna homicidæ proditorij. Et proditorius homicida is cenſendus eſt, qui alleuoſè, abſq; re cauſa rixæ, & inimicitiæ, alter alterum offendit. l. propter inſidias. C. qui accuſar. non poſ. l. iiij. ff. ad l. Iul. maieſt. l. fin. C. de delato. lib. x. cap. ſi cupis. xvj. q. prima, c. clericus. xlxix. diſtinc. Luc. à Pen. in l. fi. C. de delato. Quod ſi inimicus inimicum interemerit, criminis alleuoſiæ reus non eſt, ex Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœ. Bald. in cap. primo, quib. mod. feu. amit. colum. iiij. Ancha. in cap. j. de homic. Angelus de Aretin. in §. interdum. Inſtit. de hære. l. quæ ab inteſtat. deferunt. numero ſexto. Angelus in tractatu malefic. in parte, fecit inſultum. verſiculo & bene nota. Illud tamen ſubiiciam, quòd hac noſtra tempeſtate, id

Homicidæ proditorij pœna.

3 † quidem iure regio immutatum eſſe videtur, ex regia l. vij. tit. vij. lib. viij. ordin. l. ij. tit. xiij. libro viij. ordin. l. ij. & iij. & xvj.

xvj.titu.ſi.eod.libr.quæ definiunt proditionem committi, ſi amici ſe inuicem interficerent:offenſor proditionem committere videtur quomodocunque occidat, vel retro, vel (vt ſtia dixerim) facie ad faciem, cum & ille præcauere non poterit:ſed ſi & hi inimici eſſent,iure communi proditionem ne vtique committit:hac noſtra tempeſtate, etiam in ea ſpecie,quando retrò occidit, vel offendit, alleuoſus eſt. Quòd ſi proditoriè occiderit, ea ſanè pœna plectetur: per terram ignominioſè trahitur ad caudam equi, alteriúſve animalis, ac deinde furca ſuſpenditur,ex regia l.xij.titul.xiij.lib.octauo,ordin.l.xvj.titu.ſi.eod.lib.l.ij.titu.xij.lib. quarto,fori. l. vij.titu.vij.lib.octauo ordin.regal.

Cæterùm iure regio vltra vltimi ſupplicij pœnam dimidia bonorum pars fiſco applicanda eſt ex regi.l.vij.& l.xij. & l.xvj. quarum anteà meminimus. Quòd ſi iniuria tantùm illata fuerit proditoriè, & alleuoſè iudicantis arbitrio pœna afficitur,ex l.reſpiciendum.ff.de pœn.l.aut facta.eod.tit.l. prætor edixit. §. fin. ff.de iniur.§.atrox.Inſtit. eod. titu. & à ſententia huius criminis condemnatoria nec appellationi, nec reclamationi locus eſt.l.xvj.tit.xxiij.part.vij.

Cæterùm iſthæc ſententia conueſtiri poſſet, vbi conatus quis fuerit † proditoriè hominem occidere, & his quidem 4
ad actum exteriorem proceſſerit, vulnere illato, erit ſanè pœnæ ordinariæ locus,vt ex l. regia deducitur ij.tit.xiij.lib. octauo ordin. inibi, *ſean tenidos a pœna de muerte, como ſi mataſſen.* & inibi, *firiere*, Anton.Gomez. c.iij.delictorum num. v.ad finem. ea ratione ductus: quia homicidium proditorium grauiſsimum crimen eſt cap.j.de homici. libr.vj.cuius intellectũ & nos tradidimus ſuprà cap.xix.de aſſaſsinis tractantes. Quare in hoc grauiſsimo crimine ſatis erit iuxta quorundam opinionem,quòd ipſe conatus ad actum omnino proximum conſummationi delicti proceſſerit. Et quidẽ ad vltimũ actum,qui à delinquẽte agẽdus eſt ad perfectionẽ criminis,tametſi nõ fuerit mors ſequuta. Sunt enim actus hi vltimi cõſiderandi,vt iudex perpẽdere hinc valeat, an pœna ſceleris ſit puniendus delinquens,ſicuti explicat elegãter Io. Ign.in l.j.§.ſi dominus.nume.7.ff. ad Sylla.& rurſus nume. 20. hanc de qua agimus quæſtionem explicat.& regia l.præcitata.& nouiſsimè huic accedit ſententiæ Anton.Gom.cap. iij.delict. nu.5. ad fi. Iure† tamen Cæſareo is criminis reus 5

regulariter furca ſuſpenditur, ſicuti author eſt Bart.in l.deſertorem.§.j.ff.de re milit. Cui & plerique alij ſubſcripſère, inter quos,& Bald.in cap.j.§.ſi quis ruſticus.de pa.tenen.in vſib.feud.itidem in l.capitalium.§.famoſos. ff.de pœn. & in l.quiſquis.C.ad legem Iul.maieſt. Angel.in malefic.tract.xx. verb. *che hay tradita la tua patria*. Et omnium diligentiſsimè Matth.de Afflict.in conſtitut. Neapolit.incipien.terminum vitæ.notab.vij.Hippolyt.conſilio j.& xxxij.& ante eos Bar.in extrauag.ad reprimendum.& nouiſsime serioſe id explicat Lud.Carr.in pract.crimi.quem admiſcuit legi, obſeruari curabis.C.quorum appella.non recip.nu.98.in fin.

Proditorius homicida templorũ immunitate non gaudet.

Rurſus ad huius criminis perſpicuum examen, & regiarum legum verum intellectum,aliqua conijciẽda ſunt huic rei maximè neceſſaria. Et primò regiæ conſtitutiones intelligunt eſſe hunc homicidam proditoriũ,quia alium inſidioſe occiderit,ab eccleſia inuitum extrahi,& publica vi ad punitionem criminis adduci poſſe,& perinde non gaudere eccleſiarum immunitate.gloſſ.Felin.& Anan.inibi, Aretin.in capitulo cùm non ab homine.columna x.de iudic. Nicolaus Boër.deciſio.cix. profitetur hanc apud Gallos eſſe acceptam ſententiam. Alexander conſ.cxlv.lib.vij.nu.5. Spec.in tract. de cõſilio ij.parte.tit.xlv.Guid.Papa deciſ.cxxj.Io.Fab.in l.j. C.de his qui ad eccle.conf.Carre.in pract.cri.nu.89.in prin. Rebuf.loco infra allegando,& Anton. Gome.loco præcitat. numero quinto.nec admodum inuitus accedit Ioan.Ign. in l.j.§.ſi dominus.fol. 57.ff.ad ſenatuſconſul. Syllan. Et hanc profitetur communẽ Remig.Gon.& in praxi, ac vſu magis receptam.c. Is inquam in eccleſiarum immunitatis, tit.xiij. fall.n.1.fol.125. & Dida.à Couar.lib.ij.variarum lectionum. c.xx.n.7.Et in iis regnis exiſtant regiæ conſtitutiones, l.vlt. tit.xj.par.j. & pleraque id genus alia congerit Abulenſ. cap. 21. Exod.quod & deductum eſt ab ea l.quæ Exod.c.21.refertur. Siquidem & Ioab,qui inſidioſe,ac proditoriè duos occiderat principes, cùm ad altare tãquam tutiſsimũ refugium confugiſſet.Salomonis iuſſu apud altare occiſus eſt,ſicuti id conſtituriſsimum eſt ex 3. Regu.capit.2. Cuius meminit Ioſephus libro antiquitatum 8. cap.1. Ioan. Vich. in tract. de eccleſia. immu.v.fall. folio 75. gloſſ. Archid.& plerique alij in c. ſicut antiquitus.xvij.q.iiij.Ioã. Ign.eo loco,cuius paulò mentionem fecimus. col. ix. folio 158. Remig. Gon.Dida.à

Couar.

Couar.locis præci.Alcia.de præſum.reg.iij.præſump.xxxiij. & rurſus pareg.c.vij.lib.vj.Chaſſ.in conſuetu.Burg.reg.j.§. v. nu.113.Ancha. ante hos in c. j. de homic.& rurſus in c.inter alia.Ferrarius in practic.titu.de forma inquiſi. Et præter hos non deſunt qui hanc frequentiori doctorum calculo receptam eſſe exiſtiment,ſicuti & Io.Gall.in quæſtio. ſuis q.clxxij.§.per arreſtum.fol.152.col.ij.in praxi id ſeruari profitetur Guiliel. Mayner. in l.nemo ff. de reg. iur.fol.245.nu. 20.aſſeuerat viros in albo primariæ doctrinæ poſitos ſua tẽpeſtate ita iudicaſſe.Quorum communi conſenſu interpretatio ad tex. in d.c.j. admodum recepta eſt, & conſuetudine Chriſtiani orbis admodum admiſſa.

Rurſus regis conſtitutionem intelligendã fore exiſtimo, & quod obiter menti occurrit ad eius examen adnotandum eſt,huius criminis reũ eccleſiarũ immunitate minimè gaudere,tametſi proditorie percuſſerit, & ex percuſsione mors ſecuta nõ fuerit.Cui interpretationi maximo apice deſeruire videtur tex.ad id celebris in prçci.c.j.cuius verba adnotãda ſunt.& hoc in loco perpendenda. Siquidẽ põtificia iſthęc conſtitutio vtitur verbo,occiderit,minimè tamen de vulnerato.At ea,quæ de occiſo loquuntur, actum exigũt perfectũ, ex l.j.hęc verba.ff.quod quiſque iu.l.j.ff.de extraord.cri.Bal. in l.damni infe.§.Sabinus.ff.de dam.infe.vbi ſcribit: Si ſtatuto cautũ ſit,quicunque occiderit morte moriatur, tametſi quiſpiam aliquem vulnerauęrit letali vulnere, & à vita non diſcedit,huius criminis reus de occiſo minimè tenetur, ex l.iij.§.hæc verba. ff.de neg.geſt.l.vna.§.hoc interdictum. ff. de font.& inibi Bart.& pleriq; alij,Abb.in c.in noſtra.de iniur.Raph.Cu.in l.damni infe.§.Sabinus.præcit. & conueſtiri poſſet ex l.ſunt perſonę.ff.de relig.& ſump.fu.ſumens rationem ex tex.inibi,ob quod Lign.in d.l.j.§.ſi dominus.nu. 7.ff.ad Sylla.& rurſus nu.20.exiſtimat,qui alterum proditoriè percuſſerit,tametſi ex percuſsione mors ſecuta non fuerit,minimè eccleſiarum immunitate gaudet, atque ita iudicatum eſſe aſſeuerat Boër.deciſ.cxc.Rebuf.ij. tomo regiarũ conſtitutionũ tit.de immunitate,artic.j.quæſt.v.nu.16.Quo in loco profitetur Galliæ id vſu receptum eſſe. Verùm enimvero contraria ſententia ex aduerſo pleriſque placuit inter quos & Abb.in d.cap.j. probare conatur etiam homicidam proditorium ab eccleſia inuitum adduci non poſſe,

ex eo ꝙ inter caſus exceptuatos à regula cap.ĩter alia expreſ
ſa,quorũ hic,minimè cõtineat. Et huic accedit ſentẽtiæ Alb.
in c.j.de hær.in vj.n.69.q.xj.Henr.in c.vlti. col.ij. de immu.
eccleſ. omitã hac de re pluribus cedere,cùm noſtrũ nõ ſit in
ea ſpecie abſolutam texere doctrinam, niſi eatenus, quate-
nus hominis proditio indiget. Poterit quis ab innumeris
noſtrorum interpretum conſiliis requirere: Et, vt obiter
agam, ratio doctorum minime conuincit, cùm alios ca-
ſus à regula excipiendos fore appareat præter nominatos in
præcitato c. inter alia. Siquidem ex illo c. Exodi non factũ
ipſum conſideratur, ſed vtique inſidiæ cum voluntate oc-
cidendi. Quò fit, ſi ex animo occidendi vtique vulnerauc-
rit, morte moriatur: & pleniori explicat manu Remig.
Gon.loco præcit num.5. Quibus & illud adiiciam occiden
di animum cognoſci ex iis, quæ Iuriſconſultus adnotat in
l.prima,§.diuus.ff.ad leg.Cor.de ſica.c.ſignificaſti. de homi.
Ioan.Ign. in d.§ .ſi dominus. colum. vj. Hinc & illud apud
iuris profeſſores conſtitutiſsimum eſt, non ſolùm huius
criminis reus,qui proditorie aliquem interfecerit, templo-
rum immunitate non gaudet, quinetiam ſi clericali digni-
tate inſignitus ſit, priuilegium amittere vtique conſtat ex
Ioan. Gallo in ſuis quæſtionibus.q. clxxij. verſic.per arre-
ſtum.fol.107..Ioan. Vich. eo loco, cuius paulò anteà men-
tionem fecimus. fol.73.colum. j. Guid. Pa. quæſtio. cxxj.
idq́ue vſu receptum eſſe Galliæ aſſeuerat Chaſſæ. in con-
ſuetu. Burgun. fol. 57. colum. ſecunda, & doct. præcit. Sed
vt quo abij redeam, reliquum eſt, ne ab inſtituto, & recto
Intellect' cap.j. deuiemus ordine, prout ad rem, de qua quæritur, perti-
net, quo ad intellectum dicti cap. j. Abb. eam Pontificiam
conſtitutionem exiſtimat intelligendam non fore in ho-
micida laico ad eccleſiam confugiente, ſed vtique in cleri-
7 co proditoriè alium occidente, † vt cauſa cognita ab eccle-
ſiaſtico iudice actu, & ſolenniter ſacris degradatus ordini-
bus, iudici tradatur ſeculari, non expectata eius contuma-
cia, tametſi incorrigibilis non ſit, vt in aſſaſsino. Itidem
Abb. idem exiſtimat in c. cum non ab homine, & in cap.
at ſi clerici. num.39. de iudic.in cap.j.de conſtitu. nume. 49.
Alciat.in præcitat.cap. cùm non ab homine. nume. 22. aſſe-
uerat ſæpiſsimè ſeruatam fuiſſe in praxi. Dec. in cap. at
ſi clerici. ad fin. de iudic. Guliel. Bened. in peculiari de
homic.

homic.quæſtione,qua admiſcuit poſt reper. cap. Raynutius. de teſtam.qui profitetur hanc eſſe frequentiſsimo doctorum conſenſu receptam ſententiam. Et ante hos Anchar. conſilio clviij.& rurſus in reg. ea quæ. de regulis iuris, in vj. quæſt. xix.qui præpoſitis quibuſdam iuris aſſertionibus, hanc profitetur ſententiam. Et Calagurritanus antiſtes in practica canonica crimin.cap.xc.& interpretum ferè maior pars hoc tenent. Et licet tantorum virorum authoritate ſuffulta ſit hæc interpretatio,vt improbari non poſsit, ea tamen maximam dubitationem habet. Non enim video poſſe hanc traditionem iuſtè fieri poſt degradationem,ni & clericus incorrigibilis ſit,aut in iis criminibus, quæ expreſsim iuxta canonicas ſanctiones eam punitionem admittunt,ex c. tuæ. de pœnis.& ex c. cùm non ab homine. præcitato. Igitur in his criminibus, quæ à iuris ſanctionibus excepta non ſunt, nullo pacto traditio fieri debet poſt degradationem, ſicuti definitum extat in ſpecie cap.clerici. de exceſsib. prælat.qui de nefandi criminis reis agit. Ob quod ipſe exiſtimo aduerſus Abb.minimè eſſe clericum homicidam proditorium ſeculari iudici tradendum poſt degradationem,& plerique alij huic acceſsêre ſententiæ,inter quos Albericus in cap.j.de hæret.quæſt.xj.num.51. Aret. colum.ix. & ferè maior interpretum pars hoc tenent in præcitato c.cùm non ab homine. & hanc eſſe communi conſenſu ſtabilitam ſententiam aſſeuerat Aret.inibi,& Bernar.Diaz,c.xc. Quo ſit Abb. ſententiam omnino explodendam fore de albo doctorum.

Hinc & illud ex eodem fonte deduci videtur,quod paſsim circunferri ſolet,proditoriè ducentem † quẽpiam in locum, 8 quo interemptus eſt, minimè eccleſiarum immunitate gaudere,tametſi ipſe non occiderit.l.item.§.ſi obſtetrix.& inibi glo.in verbo,in factum.l.ex qua actione.§.ſed ſi quis.de fonte.l.item Mela.§.item.ff.ad legem Aquiliam, gloſ. in §. penult.Inſtit.ad legem Aquiliam.l. de pecoribus.C. eodem tit. Quo ſit,qui inſidias parat,tametſi non occiderit,templorum immunitate minimè gaudet,Ioannes Igneus in dicto §.ſi do minus.col.ix. Et ſeriosè id explicat Remig. Gon. fall. xiiij. qui pleraque id genus alia pedamenta adducit. Tandem his prænotatis deducitur ex tex.in d.cap.j.de homic.lib.vj. commodè non poſſe admitti Panor.interpretationem: imò verò is non intelligendus eſt in laicis homicidis, vt hi eccleſiarum,

rum,

rum, ac templorum immunitate ſe tueri minimè queant, cùm per inſidias & proditoriè aliquem occidunt: nemo autem ſanæ mentis hoc diffitetur. Et ſic ſtimulus ille, quem in alteros conuerti, hîc moueri non poteſt.

Proditorius homicida priuilegiis, ac ſtatuti beneficia amittit.

Ceterùm ad regiarum legum intellectum illud definitum ſtat, non ſolùm eiſdem pœnis huius criminis reus coërcendus foret, ſed ea nempe afficiendus eſt pœna, minimè gaudere priuilegio ſtatuti, nec iuris beneficio, ex Bal. in l. ſi quos. C. de cap. Cuius meminit Carrer. nu. 98. in pract. crim. Ang. in l. fin. C. de delat. lib. x. Quo fit, bannitus per ſtatutum impunè occidi poſſet, quod ſi proditoriè interemerit, eo priuilegio vti non poteſt. Huius ſententiæ authores habeo Cap. conſi. xxxiiij. ſi vnquam. col. iij. Hippol. in rub. ff. de ſicar. Et rurſus in ſing. xvj. incip. proditores. Afflict. in conſtit. Neap. mala noxia. ad finem. Lud. Carrer. eo loco, cuius paulò anteà mentionem fecimus, ad finem.

Tandem ad regiarum legum intellectum, & illud adnotandum eſt, cùm nihil nobilitati magis repugnet, quàm pro-
9 ditio. Nam † & proditorem nobilitatem amittere conſtat, ex quo nobilitatis inſignia delenda ſunt. l. eos qui. ff. de pœn. ſingularis textus eſt Romano, ſingul. cccclxxvj. eorum arma. Et rurſus ſingul. dclxix. atque grauiori pœna afficiendus eſt, quàm qui ignobilis, ſecundum Bald. in c. cùm quidam. de iureiuran. & inibi Felin. col. iij. verſic. tertius eſt. & in c. paſtoralis. col. j. de offic. deleg. Qui quidem doctores præpoſitis quibuſdam iuris aſſertionibus hanc profitentur ſententiam.

In criminis remiſſione nõ venit pditorie crimen perpetratũ

10 Rurſus, & memoriæ repetere libet, ſi princeps † inuictiſſimúſque Carolus quintus, vel quiuis alius princeps delicti pœnam remittat criminis reo, priuilegio, reſcriptóve ſpeciali, in ea nempe criminis remiſsione minime comprehenditur proditorie crimen perpetratum, vel alleue, ſicuti argumento optimo deſeruit text. in l. 1. tit. *De los perdones*. lib. j. in ord. regali. vbi expreſsim hoc ipſum vult. Et nos alibi in illius legis intellectu pleniori trademus manu.

Hinc & illud pertinet, & proximæ quæſtioni illa accedit, quæ proximæ affinis eſt: Si ſanè quiſpiam criminis reo delictum remittat, vt in ſpecie l. xxij. tit. j. par. vij. qua definitum extat, inito pacto factáque tranſactione inter partes regia lex remittit pœnam corporalem, quæ criminis reo ob delictum commiſſum imponẽda erat, intelligenda ſanè eſt, non

quoad

quoad crimina ſpecialia grauiſsimáque, quia in generali remiſsione non comprehendūtur, ni de eis expreſsim mentio facta ſit ex l.j.tit.ix.lib.j.in ordin.reg. Et in his criminibus proditionis pleraque id genus alia ſpecialia ſtatuuntur, quæ quidem in aliis minime locum ſibi vendicant. Siquidem & in † his viles perſonæ, infimæque cōditionis, fœminæ etiam 11 accuſare poſſunt, ex l.iij.tit.ij.par.vij. His omnibus ſuffragari videtur tex.ad id præſtātiſsimus in l.j.C.de precib.Imper. offeren.inibi, admiſit ſceleris atrocitas. Et Bald. expreſsim notat ij.notab.inibi, Innoc.in c.j.de conſtit.Bal.in c.j.§.iniuria.de pace iur.firm.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infam.Bal.Salic.inibi, itidem Bal.in c.iij.ad fi.de re iud. Abb.& alij plerique in c.ex literis.de conſtit.Bal.in auth.ſed nouo iure.ad fi.C.de ſer.fug.itidem in l.obſeruari.§. proficiſci.in ij.quæſt.ff.de officio proconſ.& leg.quo fit, ſi delictum atrox ſit, vtpotè proditoriè commiſſum, nihilominus inita pace remiſsionéque facta delicti, criminis reus pœna criminis afficiendus eſt, vti maximo apice deſeruire videtur text. in l.prætor edixit.§.ſi dicatur homo.ff.de iniur.

Hinc deduci videtur regiæ conſtitutionis intellectum ad l.xiij.tit.ij.lib.iij. ordinationum regal.ſi ſanè quiſpiam crimen committat, quod apud nos circunferri ſolet. *Caſos de corte, muerte ſegura muger forçada, tregua quebrantada, caſa quemada, trayci n, aleue, rieto, &c.* Quæ omnia crimina apud ſuprema tribunalia regis coërcentur, & ordinaria criminis pœna imponitur, inita etiam pace cum offenſo tranſactionéque facta delicti, eò maximè, ſi intra quinque leucarum ſpatium curiæ regiæ committantur, ſicuti definitum extat in l.quarta, cum aliis in volumine pragmaticarum. l. lij. eo volumine, & illorum ea poſſet aſsignari ratio, vtpotè curiales ab huius criminis delicto arceantur: quia paſsim in regia curia propter hominum frequentiam iſthæc crimina perpetrantur.l.quæcunque.§.quod fecerit.C.de hæreticis.l.j.C. ad legem Iuliam repetundarum. l.j. §. j. ff. de ſuſpectis tutoribus.l.aut facta.§.nonnunquam.ff.de pœnis.& iſthæc ſententia conueſtiri poſſet, atrox delictum cenſeri conſtat ratione loci, vtpotè coram prætoris præſentia.l.aut facta. §. locus. ff. de pœnis.l.prætor edixit.ad finem.ff.de iniuriis.§.atrox.Inſtit.de iniur.gloſ. paſsim recepta in cap. fin. de donat. regia lex, quæ expreſsim id adnotat xx.tit.ix.parte vij. Et nos de

iniu

iniuriis verba facientes pleniori addidimus manu, ſuprà c. vj. num. 3. Quo fit, ſi delictum in prætoris conſpectu perpetratum atrox cenſetur, vtpotè grauiori afficiatur pœna. l. leuia. ff. de accuſat. inibi itidem in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. Nimirum alicui videri debeat, ſi delictum in regis curia perpetratum grauiori afficiatur pœna. Ita quidem vt in eius criminis punitione eſſet regia lex xxij. præcitata, tametſi inita ſit pax tranſactióque facta, nihilominus pœna criminis ordinaria afficiendus eſt reus. Pro cuius intellectu conſidero regiam conſtitutionem in l. ij. tit. *de los perdones.* lib. j. ordinationum regal. Ex qua definitum extat in generalis criminis remiſsione per principem conceſſa, minimè cenſetur remiſſum delictum in principis curia perpetratum. Quinetiam illud exigit, vt qualificati criminis mentio fiat, regia l. præcitata expreſsim adnotat inibi, *Y demas deſto ſi el maleficio deque demanda perdon hizo en nueſtra corte.o ſi mato con ſaeta o con huego o ſi deſpues que el dicho maleficio: entro en nueſtra corte, la qual corte declaramos que ſea cinco leguas enderredor.* Quibus ſanè ſatis ſupérque conſtat ſic intelligendam fore regiam conſtitutionem xxij. Quo fit, Princeps párſque, cui illata eſt iniuria, remittendo pœnam corporalem delicti, minimè exiſtimatur remittere in ſpecie legis regiæ, vtpotè quando perpetratum eſt delictum in regis curia, vel ſaltem caſus, quos vulgus appellat, *de corte.* Occurrit quod nimirum alicui videre debet, cùm circunſtantia delicti eius punitionem aggrauet, ex l. aut facta. in principio. ff. de pœnis. cap. fin. de teſtibus. libro vj. cap penult. de pœnit. diſtinct. j. inibi, varietas. Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. nu. 9. ff. de iis, qui notantur infamia.

Delicti in regis curia cōmiſſi pœna.

Ad regiarum legum verum examen, quid cenſendum ſit

12 de illo, qui † ſibi inſidiantem interimit, ancipiti quæſtione contenditur perplexáque valde exiſtimatur quæſtio iſta apud iuris profeſſores. In quo dubio gloſſa in verbo, ſecularibus. in cap. tertiò, de homicid. reſpondit hoc homicidium non eſſe occidenti imputandum. Quam ſententiam communi conſenſu approbant doctores inibi. Cui ſimilis gloſ. eſt in l. j. C. vnde vi. quod latè examinat quo ad pœnas temporales. Iaſon in l. vt vim. num. 9. ff. de iuſtitia & iure. Angel. idem profeſſus in maleficiorum tractatu, in verbo, & dictus Titius. Hippolytus ſing. dcxl. Ludouicus Carrerius in pract.

Inſidiantē interimen tis pœna.

crimina

criminali,verbo,homicidium.§.vj.num. 92.& ante hos Bal. in l.multis.C.de liberali cauſa. itidem in l. in lege.ff. locati. Ex quorum dictis ipſe reſolutionem colligo,eſſe hac in quęſtione conſiderandum mortis periculum ex alterius inſidiis imminens ipſi occidenti,vt tandem ex hoc deprehendamus quota pœnæ pars ſit ei remittenda,vel an omnino ſit ab ipſa pœna liber,vel à culpa:quo poſſumus etiam iudicare, an ſit is cenſendus regularis.Atque ita intelligenda ſunt,quæ Bartolus adnotat in præcitata l.j. C. vnde vi. & Bartolus in l. ſi ex plagis.§.tabernarius.ff. ad legem Aquiliam. & Carrerius in dicto §.ſexto.numero 91.Quo in negotio illud Ciceronis pro Milone adſtipulatur,Obliuiſci non poteſtis iudicis inſidiatorem iure interfici poſſe.

Vt nihil deſit ad Colophonem huius, quam ſuſcepimus, rei,ſupereſt vt per ſatyram tractemus nonnulla, quæ in huius criminis ſpecie ad clericorum punitionem pertinent: quod paulò antè quaſi per tranſennam ſub nube tradidimus. Punitur autem † iure pontificio huius criminis reus prodi- 13
toriè occidens pœna degradationis. cap. cleri. xlvj. diſtinct. *Proditoris*
vbi ſcriptum relinquit. Clericúſque proditoriè alium occi- *pœna iure*
dens,is cauſa cognita à iudice eccleſiaſtico, actu, & ſolenni- *pontificio*
ter ſacris ordinibus exauthoratus & degradatus iudici ſecu- *ſancita.*
lari ſtatim tradatur,vt per eum occidatur,ſicuti explicat Abbas in c.j.de homic.quaſi per hoc crimen ratione grauiſsimi exceſſus clericus in ſacris conſtitutus ſit degradandus, & tradendus iudici ſeculari, non expectata eius contumacia, etiam ſi incorrigibilis non ſit,vti nos tradidimus hoc in cap. Et rurſus c.de aſſaſsinis agentes,déque eorum pœnis, Bern. Diaz in pract. crim.c.xc.ab ſententia Abbatis diſcedit, non eſſe clericum homicidam proditorium iudici ſeculari tradendum poſt degradationem exiſtimauerunt magis cõmuniter doct.in c.cùm non ab homine.de iud.Quos ſequuntur, eorum ſententiam aſſerentes communem eſſe,Aret.in conſi. ix.Dec.idẽ profeſſus col.vlt.in d. c.at ſi clerici.de iudic. Alb. in c.j.de hær.q.xj.nu.55. lib. vj. Quibus ipſe libenter accedo, nec video iuſtè fieri hanc traditionem poſt degradationem, niſi clericus ſit incorrigibilis: aut in his criminibus, quæ expreſsim iuxta canonicas ſanctiones eam punitionem admittunt. Hæc tamen opinio Abbatis, etſi ſeruata aliquando fuerit in praxi, nihilominus à veritate deuia eſt,

& con

& contra eum eſt frequentiori calculo recepta ſententia. cui accedit Felin. in d.cap.j. de homicid. Nec me latet contingere quandoque poſſe homicidium, aliúdue crimen ita perniciosum reipublicæ, inſpectis loci, temporis, & perſonarum qualitatibus quod arbitrio diſcretorum iudicum hanc traditionem iuſtiſsimè patiatur: quo in negotio maturo conſilio opus eſt. Rurſus & illud conuenit adnotare: Si ſanè proditor occiderit, vulnerauerítue quempiam, ſocij tamen eius tantùm delicto aſsiſtebant, vtpote ſecurius proditor delictum perpetraret, an vltimi ſupplicij pœna afficiendi ſint hi ſocij? In quo dubio licet magna pars authorum multum effuderunt tractatum: hac ſola vſus diſtinctione omiſſa allegationum ſylua, qua plerique hac in re delectantur, intelligo ſi offenſor proditorius cum alleuoſia quempiam vulnerauerit, vel ad necem vſque proceſſerit, ſi ob hoc nempe delictum vltimi ſupplicij pœna afficiendus ſit: pari ratione paríque ſchemate qui & opem auxiliúmque
54 præſtitêre, †eadem pœna afficiẽdi ſunt, ſiquidem & principalis audacior effectus eſt ad delictum perpetrandum, vel fortefortuna abſque ſociis id non committeret delictum. ſicuti argumento optimo deſeruit tex. in l. is qui opem. ff. de furtis. l. nihil. ff. ad l. Cornel. de ſicar. text. ad id omnium celebris in l. vtrum. ff. ad legem Pomp. de parric. Et nos pleniori tradidimus commentario. cap. & qui opem præſtitit. Sin minus is criminis reus proditoriè homicidium vulnúſve non perpetrauerit, ſocij tamen eius comitéſve proditoriè alleuoſeve delicto perpetrandum aſsiſtebant, hi nempe minimè criminis rei facti ſunt proditoriè, ſed vtiq; pœna afficiẽdi ſunt, qua & principalis afficiẽdus eſt de delicto perpetrato abſq; proditiõe. Et huic accedit ſentẽtiæ nouiſsimè An. Gom. loco præcitato, nu. 6. Supereſt modo quęſtiõis cuiuſdã examinatio, quę paſsim in his regnis contingere ſolet: Si præcedente diffidatione & conuentione facta inter duos ad ſingulare certamen, alterum alter occiderit, vltimo ſupplicio affectus, omnia confiſcantur bona. Et id quidem non ſolùm, ſi interemerit vulnúſve intulerit, ex ſola diffidatione publicanda ſunt bona abſque mortis pœna, regia l. fin. titulo nono, lib. quarto ordinationum regalium. quòd ſi prouocatus ad pugnam aggreſſorem diffidantem interimit, mortis pœna non afficitur, nec corporis afflictiua, ſed perpetui exilij pœna coërcetur.

Exilij perpetui pœna coërcetur aggreſſorẽ interimens.

cetur. Ex ea ratione, quia prouocatus tutelæ ac defenſionis iuſtam habuit cauſam. Quibus & illud adiiciam: mediatores, qui in ipſa diffidatione interuenêre, tenentur pœna, quæ in d.l.regia definita eſt.

SVMMARIVM.

1 *Parricidæ pœna apud Aegyptios.*

2 *Parricidium vnde dicatur?*

3 *Parricidij pœna iure antiquo non habebat locum in liberis & deſcendentibus.*

4 *Hodie verò etiam in tranſuerſalibus procedit.*

5 *Parricidæ pœna cùm veterum, tum iuriſconſultorum, quæ ſtatuta fuerit.*

6 *Virgæ ſanguineæ quæ dicantur, in l.pœna. ff. ad leg. Pompeiam de parricidijs. & ibi error Accur.*

7 *Parricida quare inſuatur culeo cũ gallo gallinaceo, cane, vipera & ſimia? vbi de horum animaliũ natura pulcherrima diſputatio.*

8 *Parricida eccleſiaſtica ſepultura carere debet.*

9 *Filij parricidæ non ſuccedunt occiſo.*

10 *Grauitas criminis parricidij.*

11 *Parricidij pœna etiam locum habet in mandante filio vt patrem occidat.*

12 *Filius baſtardus aut inceſtuoſus an eadem pœna teneatur, ac ſi patrem legitimum occidiſſet?*

13 *Lex Pompeia de parricid. an habeat locum in patre occidente filium patriæ proditorem?*

14 *Et an procedat in occidente filium, fratrémue bannitum?*

15 *Filius an ſit immunis ſi patrem hæreticum occiderit?*

16 *Conſcij & participes parricidij, an eadem lege teneantur?*

17 *Sciens delictum committendum in regem vel rempublicam, an teneatur reuelare, & quid in alijs delictis?*

18 *Occidens patrem ſpiritualem etiam in hanc legem incidit.*

19 *An filius, qui venenũ emerit, vt patrem internecaret, licet inde pater mortuus non fuerit, pœna huius legis afficiendus ſit?*

20 *Quid verò de creditore aut fideiuſſore, qui filio pecunias mutuauit ad parandum venenum.*

21 *Monachus non reuelans machinationem in Abbatis mortem, aut vaſſalus in domini necem, an teneantur hac pœna.*

22 *Parricidij pœna plectitur, qui iudicem ciuitatis officialémue interimit, aut etiam epiſcopum.*

23 *Libertus reus mortis patroni, an hac coërceatur lege?*

Y

24 *Pœna patris filios occidentis quæ fuerit apud Aegyptios?*
25 *Patris in filios quanta debeat eſſe pietas & amor.*
26 *Patria parentibus longè charior eſſe debet.*
27 *Patriæ nomen vnde dictum ſit.*
28 *Ex eiſdem cauſis, quibus filius & filia à patre exhæredari poſſunt, & ius parricidij amittitur.*
29 *Pater matérue occidens infantem in lecto iacentem, qua pœna plectatur.*
30 *An incurrat parricidij pœnam, qui coniugem occidit, quid & ſi ſponſam.*
31 *Intellectus l.ſciendũ.ff.ad leg.Põp.de parr.analyticè declaratur.*
32 *Maritus qui venenum vxori propinauerit, licet mors nõ ſequuta ſit, an dicatur parricida.*
33 *An etiam dotem amittat ex pacto vel ſtatuto venturam.*
34 *Donatio morte non confirmatur, ſi donatarius mortem donantis affectauerit.*
35 *Iudex, qui ſuæ iuriſdictioni ſubditum innocentem occiderit, parricidij ſupplicio puniendus eſt.*
36 *Frater fratris occiſor, an incidat in legem Pompeiam?*
37 *Fratris amor quantus eſſe debeat in fratrem.*
38 *Statutum loquens de homicidio, an habeat locum in parricidio?*
39 *Filij fratris fratrem occidentis, an ſuccedant patruo?*
40 *Et an tanquã ab indigno auferantur bona, & fiſco applicentur?*
41 *Fratrem ſubſtitutum in cauſa mortis minimè ſuccedere in vim ſubſtitutionis fratrem interimendo.*
42 *An & filius cõtra patrem teneatur necem defuncti vindicare.*
43 *Iure Pontificio parricida qua afficiatur pœna.*

Traditur vera ratio decidendi ad Conſtantini reſponſum in l.vnica.C. de his, qui parentes vel liberos occiderunt: & ab exteris ignorantiæ nebulis perpenduntur pœnæ iure Cæſareo Regióue ſancitæ in parricidas, aliter intellectæ quàm hactenus à cæteris fuerint. CAP. XXII.

IMperator Conſtantinus ita ſcribit: Si quis parentis, aut filij, aut filiæ, aut omnino affectionis eius, qui nuncupatione parricidij continetur fata properauerit, ſiue clàm, ſiue palàm id enisus fuerit, pœna parricidij puniatur, neque

neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij ſolenni pœnæ ſubiũgetur, ſed inſutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia, & inter eas ferales anguſtias comprehenſus, ſerpẽtium contuberniis miſceatur: & vt hoc regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proiiciatur, vt omni elementorum vſu viuus carere incipiat, & ei cælum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur. Hæc ille. De parricidæ pœna tractaturi, in primis quidem aſperrimum crimen committit, qui parentes occidit, vel ſine alios qui continentur in l. j. ff. de parric. & in l. vnica. C. de iis qui parentes occid. & in §. alia. Inſtit. de pub. iudic. & regia l. xij. tit. iij. par. vij. Et vt à capite ad calcẽ iſtud crimen diſcutiatur, illud † noſſe oportet apud Aegyptios, qui parricidis exquiſitam impoſuerunt pœnam. Nam articulatim præacutis calamis cæſos, iubebant viuos ſupra ſpinarum aceruum comburi, maximum inter mortales iudicantes ſcelus, ei mortem per vim inferre, à quo vitam accepiſſent, vti hac in re commemorat Diodor. Sicul. de antiq. rer. lib. 2. de legib. Aegypt. fol. 44. col. 2. Patribus verò, qui filios occiderunt, longe alia erat pœna. Siquidem eis non erat pœna mortis indicta, ſed tribus diebus noctibúſque continuis edictum vt circa defuncti corpus aſsiſterent, publica etiam cuſtodia aſtante: Non enim iuſtum putabant eum priuari vita, qui vitæ filiis author fuiſſet, ſed potius continuo dolore factiq; pœnitentia affligi, quo cæteri à ſimili facto auerterentur. Author eſt Diod. Sicul. loco præcitato. Et de iſtius atrociſſimi criminis pœna paulò altius quàm ab ſcribentibus perpendatur, huic rei multum conducit illud. De hoc enim crimine legem non tulit Solon, quia non ſperauit futurum parricidium, teſte Cicerone in oratione pro Roſc. Amerino.

Aſperrimum crimen parricidium.

1

De parricidij crimine legem non tulit Solon.

Quibus & illud ſubiiciam apud veteres Romanos, homicidium omne, parricidium vocari, authore Feſto lib. xiiij. dicitur † autem parricidium, id eſt, paris hominis occiſio, quaſi per ſyncopam parenticidium, ſicuti Quintil. etiã lib. 8. cap. 6. exiſtimat per abuſionem matris, aut fratris interfectorem parricidam dici. Siquidem olim fuere in republica iudices, qui de homicidiorum cauſis cognoſcebant, vti hac in re commemorat l. ij. §. deinde. ff. de orig. iuris. Tandem primus huius ſceleris perpetrator fuit Luc. Hoſtius, qui anno ſexcenteſimo ab vrbe condita, patre occiſo par-

2

ricidium commiſi, vt Plut. eo loco, quo paulò antè commemorat. Illud etiam proponam. Iure antiquo parricidij
3 pœna locum ſibi vendicabat in † eo nempe qui parentes, ac proinde aſcendentes trucidabat: longè quidem aliter, ſi ſanè liberos interficiebat: Siquidem lege eos poterat trucidare, ex l.j.& per totum.ff.ad leg.Pomp. de parricid.idque conſtitutiſsimum eſt ex alluſione vocabuli. Et eſt text. ad id præſtantiſsimus in l.in ſuis. ad fin. ff. de liber. & poſthum. vbi licitè pater filios vel deſcendentes impunè poterat occidere.

Pater olim filios venũdare & occidere poterat

Et ſuffragatur ex eo. Siquidem poterat dubio procul eoſdem venundare, ſicuti quamlibet rem propriam, tex.eſt in l.ij. C.de patrib. qui filios ſuos diſtraxer. In huius criminis authores pœna aucta eſt in parentes, vel aſcendentes occidentes liberos, tex. eſt ad id celebris in l.vnica.C.de his,qui parentes vel lib.occid.& in §.alia deinde lex. Inſtit.de publ. iudic. Et vtrobique gloſ.communi conſenſu ſtabilita. Quibus conuenit regia l.xij. tit.viij.par.vij. Alberic. in l.j.ff.ad leg. Pomp. de parricid. Salic. in d.l.vnica. C.de his, qui parentes vel liberos occider. tametſi in his iuribus vſque adeò neque verbis, nec nutu conſtet gradum, ad quem iſtud delictum extendatur. Glo.tamen in l.j.ff.ad legem Pompeiam de parricid. & in præcitato §. alia deinde lex. frequentiori doctorum calculo receptæ, exiſtimant ad omnes aſcendentes vel deſcendentes in infinitum extendi. Quibus nouiſsimè diligenter pleraque alia congerens Antonius Gomezius tomo iij.delict.3.num. 3. accedit. Et conueſtiri poſſet iſthæc ſententia ex eo in materia reuerentiali: diſpoſitum in patre vel in matre, extenditur vtiq; ad omnes alios aſcendentes in infinitum, eò maximè diſpoſitio ius naturæ reſpicit, l.iiij.§. parentes. ff.de in ius voc. & inibi gloſ.communi conſenſu approbata, pleniori manu per Bonifac.in rubr. de parric.Abb. in cap. primo, eodem tit. & in l. prima. C. de patribus qui filios ſuos diſtraxerunt.

4 Et huius † criminis pœna competit contra occidentem fratrem, ſororem, vel tranſuerſalem ad quartum gradum vſque, textus in præcitata l.prima, ff. ad legem Pompeiam de parricid. Et inibi gloſſa frequentius recepta, & omnium diligentiſsimè explicat Ioannes Faber in dicto §. alia deinde lex. Cæterùm huius criminis reus ſit vtique eadem pœna afficiendus de marito occidente vxorem, vel verſa vice:

vice: filiúſque naturalis interficiens patrem ſit eadem pœna coërcendus: quid de ſocro, priuigna, patrono, patre ſpirituali, & aliis pleriſque, ſuo loco ſtatim diſcutietur.

Et anteà quàm vlterius progredi liceat in huius † criminis authores ſtatuta eſt pœna. Inſutus culeo in mare præcipitetur, cuius Cicero meminit in eadem oratione pro Roſc. Amerino, ad tanti facinoris vltionem authores inſui voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deiici, & paulò poſt inquit, Moriuntur, vt eorum oſſa terra non tangat, ita iactantibus, vt nunquam abluantur: ita poſtremò eiiciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant, hæc ille. Item Valerius Maximus libro primo, cap. primo, de hac nefandi criminis pona: qui autem olim parentes' occiderunt, commemorat Ludouicus Cælius, libro vj. Lectionum antiquarum, cap. xxxix. & cap. xliij. refert etiam Diodorus Siculus, cuius paulo antè meminimus. Hodie tamen extat de parricidij pœna Modeſtini celebris, l. pœna. ff. ad leg. Pomp. de parric. & alia pleraque iura in principio citata: quas leges libuit breui quodam epilogo tantiſper explicare, cùm quotidie in controuerſiam veniant, & paucis comprehendi nequeat: ſatius propemodum fuerit non extricare, quàm non explere ſtudioſorum auiditatem. Pœna ſiquidem † parricidij eſt: Primùm virgis ſanguineis verberetur, & in culeo mittatur cum cane, vipera, ſimia, & gallo gallinaceo, & ſic intruſus in mare, vel flumen proximum proiiciatur, vti explicat l. pœna. ff. ad leg. Pomp. de parricid. & tex. in l. vnica. C. de his qui parentes vel liberos occider. & in præcitato §. alia deinde lex. & regia l. xij. tit. viij. parte ſeptima. meritóque hac pœna afficiendus eſt, ſiquidem contra ius naturale delictū perpetrauit: ita nempe cum dictis animalibus ſibi inuicem contrariis mittatur. Et ideò huius criminis pœna hoc in loco diſcutienda eſt, & primùm virgis ſanguineis verberatur, vti Iuriſc. in d. l. pœna. tradidit. Accur. eo in loco in errorē cęteros attraxit in priori gloſſemate inquit, ſanguineas, dūmodo ſanguis exeat: qua ſententia exploſa exiſtimo has virgas ſanguineas dictas, nomine proprio fructicis, aut arboris, de quo etiam meminit Plin. lib. 16. cap. 18. & iterum libro 24. cap. 10. in hæc verba ſcribit: Neque virga ſanguinea felicior habetur. Deinde huius ſceleris reus inſuitur culeo, vti de hac pœna tradentes

5 *Parricidarū pœna.*

6

Cicero, Valerius Maximus, Modeſtinus conſultus locis præcitatis explicant. Erat culeus ſaccus ex vtre bubulo, vti conſtat mirum in modum ex Theophil. in præcitato §. alia. de quo etiam meminerat anteà Iuuenalis Satyra. octaua, in hæc verba,

Culeus quid.

Cuius ſupplicio non debuit vna parari,
Simia nec ſerpens vnus, neque culeus vnus.

7 Cæterùm † culeo inſuitur cum gallo gallinaceo, cane, vipera, & ſimia. Ea ratione ſiquidem hæ beſtiæ ſimiles parricidæ haberi videntur: nam ex his aliæ parentes occidunt, aliæ non ſe continent, quin cum illis pugnent: & author eſt locupletiſsimus Theophilus in præcitato §. alia. quorum animalium, neque vtique Cicero, neque Valerius Maximus, neque Ludouicus Cælius, neque Diodorus Siculus, meminêre: ſed vtique conſultus Modeſtinus, id tribuēs moribus, ac conſuetudini maiorum, & poſt eum omnes doctores, tam ciuilis philoſophiæ, quàm regalis, quorum mentio paulò anteà facta eſt. Quo in negotio perpendere lubet, quæ ſit ſpecialis ratio horum animalium in huius criminis punitione potius, quàm aliorum: in quo tametſi plura extent doctorum reſponſa in huius criminis ratione, nos breuitati ſtudendo, quantum fieri poteſt, ad compēdium reducemus, & potiſsimùm canis huic pœnæ adhibetur, vt ſceleratum hominem oſtendat & immundum, qui parentem occiderit. Sicuti hac in re Virgil. j. Georg. Canes immundos appellat: quam rationem Stephan. Forc. in neciomantia iuris, capit. xxxiiij. adducit. Et Theoph. in dicto §. alia. & immundos, & obſcœnos canes ab Horatio nuncupantur, lib. Epiſt. 1. ad Lelium, & impudentiſsimos ab Eſa. cap. 56. & illud Eccleſ. quæ communicatio ſancto homine cum cane? itidem Plutar. in proble. Græco. c. 3. ſcribit. Canem in Athenienſem arcem admitti fas non eſſe, nec Delum inſulam attingere eam ob cauſam, vt nonnulli dicunt, quòd immundi ſint, & in propatulo & paſsim coëant: qua in re aliorum animalium diſsimiles ſunt. & illud Auguſt. ſuffragatur in cap. nuptiali. xxvij. q. j. filiorum procreationi operam dandam non canino more, ſed honeſto ordine coniugali. Et quod Diogen. ille Cynicus ita dictus eſt, quod paſsim more canum publicè, & nonnūquam in foro venerem perageret, & mirum in modum ab omnibus vituperatur: ſicut definitum eſt apud alterum Diogenem

nem Laërtium in vita illius. & conſtat ex Chryſoſt.homil. in Matthæum 34. & ad Corinthios homil. 35.& Auguſtinus de vita Dei libro 14.cap. 20. quod ſatis iam ſatis definitum eſt: & iſthæc pœna alia adaptari poſſet ratione, Canis ſiquidem eſt fideliſsimum animal homini, idcirco ad arguendam infidelitatem parricidij,ſtatutum eſt vt canis cum eo in culeum mittatur,& hinc Virg.lib.8.Aeneidos.

Greſſúmque canes comitantur herilem.

Quo loco Seruius adnotat & illud Saluſt. in Romana hiſtoria,Siphax inter duos canes ſtans Scipionem appellauit. Itidem Virgilius libro nono, eiuſdem operis, & libro 7.& Pollux in Honomaſtico ad Commodum, ſcribit:Sectabatur autem Herculem canis, vti erat mos antiquitus,canes ſimul cum heroibus in concionem ingrediebantur.& Aelius libro tertio de natura animalium:Et denique canes omnium animalium in terra degentium, ſiue rationis expertia ſenſitiua magis ſunt, veſtigia ſequuntur,& ſcrutantur,ex illo Virgilio libro Aeneidos.

Et odora canum vis.

Quæ ratio colligi poſſet ex Plin.lib.8.cap.40.& ex Fran. Patri.de reg.lib.1.tit.6.& Lactan. libr.1.ſcribunt quoque hiſtoriograph.Iaſone Lycio interfecto eius canem cibum nunquam deinceps capere noluiſſe, & tandem per multos dies per inediam conſumptum eſſe. Itidem canis, cùm domini mortem cerneret, cibo tandiu abſtinuit, donec moreretur. Sicuti exiſtimat Fran.Patr.loco præc. Canum fides admiranda omnino eſſe cernitur Lyſimachi regis canis, cũ cerneret dominũ cremantẽ accenſo rogo ſe flammæ iniecit, & viuus cum mortuo domino cremari voluit.Idem etiam feciſſe Syracuſ.regis canem Plin. teſta. loco præcitato nulli certè animalium præter hominẽ maior eſt memoria,ac fides:itinera enim quamuis longa,atq; in via,canes diutius meminẽre,& hominib.ipſis memorãt.atq; ideo canes nobiliſsimos appellat Quin.Cur.lib.9.atq; generoſam indolẽ habere dignoſcũtur,ex Colu.lib. 7.rei ruſticæ.c.12. Rurſus Canis ea ratione parricidij cõuenit pœnę,teſte Pli.lib.10.c.20.gallus gallinaceus pugnax eſt,cuius aſpectu leo formidat, ſicut exiſtimat Procul.Platon.in lib.de Sacrificio,& magia.& Lucr.lib.4.& Albertus libro animalium 23.Alexan.Aphrodiſæus in principio ſuorum problematum, Aelianus libro 11.animalium,

Lyſimachi regis canis.

Cęlius Rhodiginus lib.vj.antiquarum lectio.cap.xj. Et hinc Pergami omnibus annis publicæ editur ſpectaculum gallorum ſeu gladiatorum:& authore Aeliano, id etiam Athenis fieri ſolitum eſt, teſte Ludouico Cælio libro nono cap. xiij.lect. antiq. galli ſiquidem aduerſus ſerpentes, & viperam pugnant: & ne ſim alienæ laudis occultator, ad huius pœnæ rationem adducitur Stephanus Forcatul.loco præcitato. Et vt nihil penitus hac in re deſideretur, gallus gallinaceus dictus eſt, ex eo quòd latinæ linguæ periti, gallum gallinaceum appellant, huius nominis auem, ſecundum Quintilia. libro ſeptimo. ob idque pleriique dicere ſolent gallinaceum abſque galli adiectione, vt Budæus in dicta l. pœna parricidij. admodum diligenter notat ex Plinio & Columella, & gloſſa in dicta l. pœna. exiſtimat gallum caſtratum eſſe debere, qui fortius pugnat cum ſerpente. Angelus verò inibi exiſtimat gallum eſſe quoddam animal, quod quidem eſt in terris Fori.Iulij. Et eſt ſecundum eum animal ingentis magnitudinis, & ſimile gallo gallinaceo, habenſque faciem nimis groſſam. Huic accedit ſententiæ Gregor. Luppus in præcitata l.xij.verſic.gallo.

Speculũ gallarum apud pergamos.

Tertiò ſimia ea ratione parricidij conuenit pœnæ, quia ſimiarum generi præcipua ſit affectio erga fœtum, vt teſtatur Plinius libro viij. cap. liiij. adeo plerunque amplectendo catulos ſuos necat. Secunda ſanè poſsit aſsignari ratio, vt nulla ſit tanti facinoris imitatio apud homines, quos nullum animal perfectius imitatur, quàm ſimia, & ex Plinio poteris aliquot rationes huius rei coniicere. Tertia denique erit ratio, quæ Forcatulo placet loco præcitato, quòd ſimiæ ſimiles ſint hominibus interim deformes, ſicuti parricidæ, qui ſub figura hominum immanitatem belluarum gerunt.

Poſtremò neque ſilentio pręterire libet, quare vipera cum parricida culeo inſuitur. Ea ſiquidem eſt, vt ſimili ſit obnoxia delicto: quia cùm ipſa ſciſſo parentis vtero perrumpit in lucem, parentémque ipſum occidit. ſicuti enarrat Plinius naturalis hiſtoriæ lib.x. cap. lxij. fœminam præ dulcedine coeuntis maris caput prærodere traditum extat. Edorus Apollo ſcribit, viperam non niſi per parricidam in lucem venire vtero matris prærupto. De qua quidem ratione memi

Viperam nõ niſi per parricidiũ in luce venire.

meminit Ludouic. Cælius libro antiquarum lectionum iij. cap. xxvij. & nouiſsime Forcatulus in præcitato. cap. xxxiiij. Quibus accedit Iacobus Baullen. in repet. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. fol. 11. col. j. qui exiſtimat horum animalium commixtionem ad maiorem perpetrantis ſcelus pœnam fieri. Ex eo ſiquidem quia naturaliter ſimia timore perterrita fugatur à cane, & ſimia gallum gallinaceum fugat, & gallus viperam, & cùm vipera ſit omni deſtituta auxilio ingreditur quaſi ſuam vltimum refugium in delinquentis corpus. Et iſthæc ſanè pœna imponitur parricidæ, vti viuus omnium vſu elementorum careat, & ſuperſtiti deſit cęlum, & terra mortuo, vt hac in re explicat Cinus idem exiſtimans in dicta l. vnica. Iacobus Baullen. loco præcitato his tandem ſociatus animalibus parricida inſutus culeo, ea ratione, quam Cicero refert, in mare proximum mittitur. De mari in hac re meminit Modeſtinus in dicta l. pœna. & Valerius Maximus vbi ſuprà. Cicero verò de flumine loquitur, quamobrem in dicto §. alia. & in præcitata l. vnica. promiſcue maris, & fluminis mentio fit: nec ratio dictat contrarium, ex eo, quia mare ſignificat quancunque aquarum congregationem, vti conſtat Geneſeos cap. j. vocauit Deus aridam, terram: congregationeſque aquarum appellauit maria, vti hac in re explicat Ioan. Montolo. in promptuario iuris, dictione mari, & dubio procul conſtat ex illo Ioan. cap. vj. Tyberiadis mare appellatur. Quaſi ſit peculiare Hebræis quancunq; aquarum congregationē mare appellare. Quod ex Plinio libro v. cap. xv. Ioſepho libro xviij. antiquitatum, capitulo quarto, conſtat. & eſt gloſſ. ad id præſtantiſsima in præcitata l. pœna. Et mirum in modum idem profeſſus adnotat Cælius Rhodiginus libro xiiij. lectionum antiquarum capit. xiiij. & Pomponius Mela libro ſecundo, cap. quarto. & omnium diligentiſsimè Exeſiphus explicat de excidio Hieruſalem libro quarto capit. xvj. & apud noſtros idem exiſtimat Bart. in tract. de Inſu. in princi. Vnde etiam illud Ciceronis in oratione pro Sexto Roſc. loquentis de pœna parricidarùm, quos lex Romanorum inſui iubet in culeum viuos, atque ita in flumen deiici, noluerunt nudos in flumen abiicere, ne cùm delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera violata ſunt, expiari putãtur: & illud quoque Catulli ad Gelium de profano quodam & iniuſto.

Quid facit in patrum, qui non ſinit eſſe maritum.
Et qui ſcit quantum ſuſcipiat ſceleris,
Suſcipit ô Gelli quantum non vltima Thetis,
Nec genitor nympharum abibit oceanus.

Nouáque conſideratio aſsignari poteſt in huius criminis punitione, ob quam cauſam parricida in mare ſiue fluuium eiiciatur: ſiquidem cùm aquam omnium rerum principium eſſe fateantur, Thales Mileſius è ſeptem Sapientibus vnus, vti exiſtimat Tullius libr.j. de natura Deorum, Vitruuius libr.ij. cap.ij. Iuſtinus in admonitorio gentium, Lactantius libro j.cap.v. & lib. ij.cap.x. Plutarchus de placitis philoſophorum libro j.cap. iij. Tertullianus lib.j. aduerſus Marcionem, Euſebius de præparatione euangelica libro j.cap.v. hicque accedit Galenus in lib. de hiſtoria philoſophorum, & Auſonius ait carminibus,

Mileſius Thales aquam qui principem
Rebus creandis dixit.

Itidem ex Homero lib.iiij. Illiados conſtat,

Oceanúmque deorum generationem & matrem Tethym.

Et rurſus eodem libro,

Oceanus qui generatio omnibus factus eſt.

Ex Virgilio libro iiij.Georgi. *Oceanúmque patrem rerum.* Et inibi Seruius explicat ideo vocari, quod ex eo omnia gignuntur & originem ducunt. Quo fit, parricida in mare iactatur, vtpote ingratus patrem interimendo ad rerum principia redeat, vtpote immemor tanti beneficij, eò maximè cùm ingratus filius patrem interimens cenſeatur. & Menandri eſt ſententia ab Auſonio tradita,

Ingrato homine peius nihil erat.

Vt non immeritò ingrati apud Perſas ſeuerisſimè plectantur, vt prædixerit Xenophon in Pedia Cyri.lib.j. explicat Tiraquel.ix.lege connubi. numero 20. eſt ſiquidem naturalis quædam obligatio, vt eos diligant, à quibus gubernantur, quod non modò in hominibus cernitur, qui rationis compotes ſunt, verum in brutis animalibus, quæ nullum cum ratione commercium habent, Xenophon tamen Socraticus ingratisſimum omnium animalium in rectorem ſuum hominem eſſe ſentit, quando nullum aliud animal inſidioſum eſt ei. quo alitur, nec fructus abnegat præter hominem Anſeres nutritores ſuos adeò amant, vt quaſi ſapere

pere & intelligere videantur. Scribit ſanè Suetonius in Auguſto cap.33.pœnam iſtam culei minimè ſolere inferri parricidis,niſi & hi confeſsi fuiſſent hoc ipſum crimen. Multa pleraque id genus alia de parricidis congerit Ludouic.Carr. in pract.crim.§.homicidium.num.128.

Cæterùm Modeſtinus exiſtimat huius criminis reos beſtiis eſſe obiiciẽdos, ſi non ſit prope fluuius vel mare,in quod iactentur,dicta l.pœna. & Paulus in receptis ſententiis, lib. v.ad legem Pompeiam,refert pro regionis qualitate parricidas vel beſtiis obiici ſolitos, vel viuos exuri. Et Thomas Grammaticus in conſilio lvij.ad finem. & Lud. Carrerius loco præcitato, num. 147. quam pœnam intelligendam eſſe exiſtimo in iis paulò anteà citatis, longè quidem aliter in aliis conſanguineis ac affinibus lege Cornelia de ſicariis teneri.iuxta l.iij.ff. de ſicariis. tametſi hodie nulla adhibita iuris differentia quo ad omnes eadem pœna infligitur.l.j.C. de patribus,qui filios ſuos diſtrax.Bartolus, & Hippolytus in l.j.ff.de parric.& huius ſententiæ authores habeo Abb. in cap.j.eod.tit.Ang.in tract.maleficiorum,verſi.ex interuallo. Boniſac.in rub.de parric.tametſi Bal. & Salic. in præcitata l. j.adſtipulentur eam pœnã minimè noſtra tempeſtate in vſu eſſe,quinetiam reos huius criminis lacerandos dari in his tamen regnis vſu receptum eſt: & praxis obſeruat legem Partitæ, quod mittatur in culeo cum his animalibus paulò antè citatis:in cuius criminis punitione reus criminis interficitur,à vita diſcedit, cadauérque eius vtpotè pœnam legalem ſuſtineat,in culeum vtique mittitur. *Parricidas canibus lacerandos dari.*

Quibus & illud ſubiiciam, huius criminis reos eccleſiaſtica ſepultura carere, vti hac in re probat textus in præcitata l. vnica ad finem. C. de his qui parentes vel liberos occid. vbi Imperator in hæc verba ait, Vt omni elementorum vſu viuus careat,& cælum ſuperſtiti,terra mortuo auferatur. Ad quod multum adnotant Baldus & Salicetus,inibi Bartolus, Alexander in l.j.ff.de parricidiis, quibus accedit Ludouicus Carrerius, loco & numero præcitato, & Antonius Gom. in tomo iij.delictorum,cap.iij.num.3.ad finem.& praxis id obſeruat. Siquidem in mare vel flumen deiicitur reus, vt inde in perpetuum non extrahatur. *Parricidæ filiiq; eius parẽtibus non ſuccedunt.*

Rurſus huius criminis reus nec eius filij ſuccedunt occiſo, ſed fiſcus,vt exiſtimat Bart.in l.fin. ff. ſi quis aliquem teſtari

prohi

prohibuerit. Itidem in l. cùm ratio.§. fin. ff. de bonis damnat. Baldus in l. hæredem. ff. de his quib. vt indig. & in l. eam quam. v. colum. C. de fideicommiſ. quibus accedit Ioannes Andræas in Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. ij. rubr. Bart. in l. codicilli. §. matri. ff. de legatis ſecundo. & in l. j. col. vltima. ff. de hæred. inſtit. & huic ſententiæ ſe ſubſcripſit Bonifac. in tit. de bonis malefac. iiij. col. & omnium diligentiſsimè Bologn. conſi. xvj. & rurſus clxij. Anan. in conſil. lxij. apud quos longa eſt huius quæſtionis diſceptatio.

His ſanè præmiſsis inſignis admodum eſt ratio huius
10 punitionis: parricida aſperrimum † ſanè crimen committit ſibi naturam ſimilem trucidare, ea ſanè ductus ratione, filium corporis patris partem eſſe, ſicuti conſtat ex Ariſtotelis libro 5. Ethicorum, cap. 5. & iuris conſtitutio annuit in l. cùm ſimus. de agricolis & cenſitis. libro xj. l. fin. C. de impub. §. ei verò. Inſtit. de inutilibus ſtipulat. argumento optimo deſeruit textus in l. qui iuraſſe. ff. de iniuriis. l. iſte quidem. ad finem. ff. quod metus cauſa. Baldus in conſil. ccxxxiiij. decretum magnifici. colum. j. volum. j. patriſque & filij vna caro eſt. cap. hac authoritate. xxxv. diſtinct. gloſ. in cap. ſtudeat. verſic. ſui. liiij. diſtinct. cap. ſuper eo. de teſtibus. cenſet patrem & filium vnam eandémque perſonam eſſe. gloſ. in cap. tibi domino. in verbo, & iuuare. lxiij. diſtinct. glo. in cap. iiij. de pœnit. diſtinct. iij. Baldus in l. ij. ad finem. C. de legitimis hæred. & argumento optimo deſeruit text. in l. fin. ff. de vſufruct. Franciſ. Auiles ex nouioribus, in cap. j. prætorum. num. 1. in verſic. nihilominus. & Paul. Caſtren. in conſil. cclxiiij. in præſenti cauſa. colum. iij. lib. ij. vbi exiſtimat carnem filij eſſe veluti carnem patris auctam, ita quidem tametſi nouus homo efficiatur propter nouam hominis animam, minimè tamen dicitur primus homo omnino extinctus poſt eius mortem, idem decantant carmina Ouidiana ad Macarium,

Cum mea me coram Sylu us inimicus in altas
Viſcera montanis ferret edenda lupis.

Ac deinde paulò pòſt ait,

Diripiant auidæ viſcera noſtra feræ.

Et Dido ipſa Ouidiana ad Aeneam.

Forſitan & grauidam Dido ſcelerate relinquis,
Pàrſque tui latitat corpore clauſa meo.

Quibus concinit Hieronymus aſſeuerans liberos viſcera paren

parentum eſſe: is, inquam, In Epiſt. Pauli ad Philemonem, & apud Saxonem hiſtoriæ Damnicæ, libro 7. inquit Synaldus, ſuos ipſius liberos à ſe non eſſe diuerſos, quem ſuæ generationis authorem habuerunt. Quibus veluti vnum corpus à natura tributum videtur, & conſtat ex Stobæo, ſerm. 77. vbi ex Theogni ſententia dicentis,

Nihil inter homines patre & matre præſtantius.
Habetur illis ô Cyrne qui ſanctam curant iuſtitiam.

Et ex Euripide,

Quiſquis in vita ſua parentes colit,
Hic & viuus, & defunctus alijs charus eſt.

Et Heraclides ait,

Nihil eſt generatrice ſua prole ſuauius:
Amate matrem ô liberi: non enim eſt amor
Illius huiuſmodi, & qui ſuauius amatur:
Parentum gratia mori honeſtum eſt:
Tu qui à parentibus enutritus es,
Meritò ſimilem eis gratiam retribuis.

Et Antiphonis ait,

Nam qui quod fieri in patrem conuenit, non facit:
Hic omnes deos contemptui habet:
Patrem enim vincere dedecus eſt,
Victo autem gloria paratur victorialis.

Et Pythagoras ait, Parentes honora, & qui genere tibi proximi ſunt. Et Plato libro 2. ait, Parentes negligere, nec Deus, nec homo mentis compos alicui vnquam conſulet. & Pitacus filium admonens ne cum patre in iudicio litigaret, his verbis vſus eſt: Si patri iniquiora dixeris, damnaberis: ſin æquiora, vel ob iſtud damnari dignus es. Et Plato cùm vidiſſet, quendam erga patrem ſuum faſtuoſius agere, non deſinens dixit, adoleſcens vt illum contemnere, cuius gratia altum ſapere, & pòſt plurimi facere oportet parentes. Itidem Plato 4. de legibus ait, Viuentium cultus parentum, quibus fas prima & maxima de vita omni antiquiſsima deuictorum perſoluere: Putare enim quiſque debet, omnia quæ poſſidet eorum eſſe, qui genuerunt, & educarunt, ita vt hæc omnia pro viribus miniſtrare debeat. Primùm quidem externa bona, deinde etiã corporis, poſtremò, quæ ad animum pertinent. Hæc omnia, videlicet, mutuo delata perſoluens, & pro curis doloribúſque priſcis, parentum in ſenecta, recentes reddens,

reddens, quando maximè indigent: in verbis quinetiam per totam vitam parentes venerari maximè decet. & Pythagoras inquit, contemptus parentum, peccati genus eiuſmodi eſt, quod in viuis, ſimul atque defunctis diuinitus damnatur, ab hominibus odio habetur, & ſub terra in loco impiorum vna cum reliquis improbis perpetuò punitur à iudice, & infernalibus diis, quibus his rebus inſpiciendis deſtinati ſunt: deos equidem arbitror (inquit ille) ſi contemni parentes viderint, haud quaquam id eſſe toleraturos. Quamobrem, & viuos, & mortuos colere par eſt: maius enim inter homines peccatum admitti nequit, quàm erga parentes impietas. Honeſtiſsima enim eſt imò diuina parentum facies, & aſpectus, cultúſque eorum tanti fieri debet, quáti nec ſolis fit, nec omnium ſyderum, quæ gratiſsimas cæli choreas conſtituunt: aut ſi qua alia res, iſtis maior alioquàm æſtimatur. Et ex Philemonis ſententia conſtat.

Parentes in primis honoribus afficias,
Parentes amato quàm conſtantiſsimè.

Et Temiſtocles ait,

Non audis, quantam gloriam ſibi diuus Oreſtes peperit apud omnes homines, occiſo illo, qui patrem eius interfecerat.

Et Euripides,

Amo autem genitcrem, mortalium omnium maximè, quòd mibi glorianti, non inuideas.

Et filij exiſtimare debent ſe in domo patria, veluti fano quodam æditnos, & ſacerdotes, ab ipſa natura creatos, & conſecratos eſſe, vt parentum cultui, operam darent. Et Xenophon lib. ij. de fac. & dictis Socr. aſſeuerat, quòd ſentiens aliquando ſuum filium Lamprocleum, qui maior natu erat, matri ſuæ iratum, ait: Conſidera illos, qui beneficiis acceptis nō reddunt gratias, cùm poſſent, ingratos appellant: Hos verò ingratos cum iniurioſis connumerandos eſſe puto. Quibus ſanè rationibus dubioprocul conſtat filios interfectores parentum hac culei pœna meritò afficiendos eſſe.

11 Quæ omnia intelligenda eſſe exiſtimo, vſqueadeò locum ſibi vendicare, & huius † criminis reum culei pœna puniri, in extraneo mandáte filio, vtpotè patrem interficiat. Siquidem mandans hac parricidij pœna afficiendus eſt, ſicuti C ep. opinatur in cōſi. xxxvj. Et Lud. Carr. loco præcitato, nu. 129. Et quid ſit cenſendū verſa vice, vtpotè ſi filius mandat alteri

An parricidæ pœna affictatur mandans.

teri extraneo, vel filio auxiliũ præſtat quilibet alius, an immunis ſit à parricidij pœna? explicat Ang. in trac. malefi. ver. edito maleficio. iij. col. verſi. quid econtra. Ioan. de Arno. in v. cautela, & Carr. loco paulò ante citato.

Proximæ quæſtioni & illa accedit, quæ doctorum capita torquet, an † filius baſtardus huius criminis reus hac pœna 12 teneatur: & teneri, qui patrẽ naturalẽ occidit, ſicut ſi patrem naturalem & legitimum occidiſſet, aſſeuerat Bar. & Alex. in l. iij. §. quia ſemper. aliàs eſt l. quia ſemper. ff. de in ius vocan. per tex. inibi, cùm natura omnibus ſit communis. Cin. Bal. in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. itidẽ Bal. in l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom. & in c. j. ſi de feudo fuerit controuerſia. col. x. Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. & in l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſ. Bar. huic accedit ſententiæ in l. fin. C. de natur. liber. & inibi Bal. itidem in c. per tuas. extrà de prob. & in c. nulli. extrà de reſcrip. Imola in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. Ex quorum doctorum catalogo conſtat hanc eſſe communi conſenſu receptam ſententiã: longè quidem aliter exiſtimant doct. in filio inceſtuoſo patrẽ occidente lege Pomp. minimè teneri, ſicuti explicat Imola in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. Alex. poſt Bar. in l. diuus. ff. de parric. Alex. cõſi. cxliij. vol. ij. col. vl. qbus accedit Par. de Put. in trac. ſynd. c. bar. xviij. ver. adulteriũ. ad fi. & Lud. Car. loco præcitato, & Iaſ. in §. pœnales. Inſt. de act. nu. 61. Et hãc ſentẽtiã verã eſſe exiſtimat Bal. in d. l. ex hoc iure. & Girar. de Petraſan. in ſing. ij. & Lud. Car. in prac. crim. præcitata, nu. 141. quinetiam legẽ de parricidiis locũ ſibi vẽdicare, etiã in ſpuriis, teſte Bal. in c. j. §. naturales. ſi de feu. fuerit contro. inter dom. & vaſal. cuius meminit idẽ profeſſus Alex. in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. nu. 43. Fortun. Garſ. in trac. de vlt. fine, il lat. vij. ex nouioribus, Did. à Couar. de ſpõſ. ij. par. c. viij. §. vj. nu. 2. Lõgè tq̃dẽ aliter, ſi pater filiũ patriæ ꝓditorẽ interfeciſſet, vel 13 ciuitatis. Quo fit ceſſare legẽ Põpeiã, de parric. l. j. ff. eod. l. minimè. ff. de rel. & ſum. fun. gl. inibi & Bar. paſsímq; doct. gl. in c. fortitudo. xxiij. q. iij. Abb. in c. peruenit. j. col. de immu. ecc. Girar. de Petraſ. loco paulò ante citato, tãetſi ab hac ſentẽtia diſcedat Cæp. cõſi. v. & pleniori trademus manu infrà nu. 26.

Quibus & illud ſubiiciam † hanc parricidij pœnã mini- 14 mè locũ ſibi vendicare in patre filiũ bannitũ occidente, ſicuti hac in ſpecie ꝓbat tex. in præcitata l. minimè. Sal. in l. j. C. de

patr.

patr.qui fil.ſuos diſtrax. Girard. de Petraſancta in præcitato ſing.ij. Ang.in tract.malefic.in ver.ex interuallo. Hippol.in l.j.§.prætereà.ad leg.Corn.& in l.diuus.eo.tit.& in ſing.cxx. incip. iure ſanguinis. & in conſil.xi. & ante hos Bart.in d.l. minimè. & omnium diligentiſsimè Nellus in tract.bannit. iij. par.ij.tempor.quæſt.liij.& inibi explicat,ſitne immunis quiſpiam fratrem bannitum occidendo? & à pœna eſſe immunem exiſtimat Bar.in l.poſtliminium.§.filius.ff. de capt. & inibi Alex.& huic ſententiæ accedit For.in l. ſcientiam.§. qualiter.ff.ad leg.Aquil. Angel.in authent.de inceſtis nupt. in princ.Ioan. de Portona,in l.qui ſeruum.ff.de verb.oblig. & Angel.in conſil.ccxxiij.Pau.de Caſt.in l.j.§. ius autem. ff. de iuſt.& iur.Abb.in conſil.ciiij. Nellus in d. tract.ij.par.ij. tẽporis.q.x.Ioã.de Arno. in Epitome lxvj.& rurſus in ſoliloquio lxvj.quod intelligẽdum eſſe exiſtimo, ſi ſanè frater ſit bãnitus pro læſæ maieſtatis crimine aut proditionis patriç: longe quidem aliàs,ſicuti hac in ſpecie declarat Ange. & Io. de Portona.& Paulus de Caſt.locis prçcitatis.Cęterum alius
15 eſt caſus, in quo†filius immunis eſt à parricidij pœna, vtpotè ſi pater contra fidem Chriſti veniret,vel verſa vice, rei facti immunes ſint à punitione huius criminis, ſicuti explicat Alex.poſt Bart.in dicta l.minimè. & in l. ſi quis à liberis. §. parẽs.ff.de liber.agnoſcen.& neoterici doct.in l.quãuis.cum ſequen.ff.ſoluto matrimo.Curtius poſt Paul. de Caſt. in dic. §.ius gentium.Alius ſubiicitur caſus, in quo filius parricidij pœna immunis eſt,ſi filium expoſuerit ex Girard. ſingul. ij. Alius ſubiicitur caſus in ſociis criminis, teneri,tametſi filij non ſint:ſiquidem extraneus mandauerit filio, vt patrem interimat,hac criminis punitione teneri de parricidio, vti in ſpecie profitetur.tex.eſt in d.l.vtrum. ff. ad legem Pomp. de parricid. ad fin. quem pro ſingulari adnotat ibi Alber. cui ſimilis in §.alia. prçcitato, & inibi Faber, & regia l.xij. tit. viij.parte vij.Cæpola in conſil.xxxvj. Quid econuerſò, ſi filius præcipiat extraneo, vt patrem occidat, vel ſi auxilium, opẽmve præſtet filius ad patris occiſionem. Quo in negotio omnino eſt videndus Ang.in ver.dicto maleficio.col.iij. ver. quid ecõtrà.& ſatis diligenter Io.de Arno.in v.caut. Et illud
16 obiter adnotandum eſt,nõ ſolùm†occiſores parentum,quinetiam conſcios ac participes huius ſceleris hac teneri pœna, vt argumento optimo deſeruit tex.in d.l.vtrum.ff.de parric.
& Bon

& Boniſac. loco paulò antè citato. Quibus & illud adiiciam, ſi ſanè filius delictum ſciat committendum contra parentes, vel verſa vice, parens contra filios vel deſcendentes: ſi hoc nempe delictum non reuelauerit, & non obuiam ierit, tenebitur vtique de hac criminis punitione parricidæ, perinde ac ſi ipſe verè delictum perpetraſſet: tex. eſt ad id præſtantiſsimus in d. l. vtrum. & inibi paſsim doct. & in §. alia deinde lex. Inſtit. de publ. iud. & huic ſententiæ nouiſsimè accedit Ant. Gom. c. iij. delict. num. 4. Ex quo iuris appendix deducitur: ſi † quiſpiam ſciat delictum committendum 17
contra rempublicã regémue, minimèq; reuelauerit, in læſæ maieſtatis crimen incidere conſtat. l. vtrum. ff. de parricid. ita ſcriptum reliquit: Si quis ſciet in perſonam principis cædem præparari, & non reuelauerit, perinde teneri, ac ſi ipſe conſpiraſſet, quia lex Pompeia talem ceu conſcium puniri iubet. Sic apud Q. Curtium lapidibus obrutus fuit Philotas, qui coniurationem Alexandro magno non reuelauerat, qui fidem iudici non habuerat: atque in crimen læſæ maieſtatis incidere conſtat, perinde ac ſi verè alter commiſiſſet, vti argumento optimo deſeruit tex. in l. quiſquis. §. id quod. C. ad leg. Iul. maieſt. & in l. vnica. §. cæteros autem. C. de rap. virg. tex. ad id prꝯſtantiſsimus in l. j. §. occiſorũ. ff. ad Syllan. & in l. ſi quis fortè. ff. de pœn. Bart. & cõmuni conſenſu doct. in præcitata l. vtrum. quod ipſe intelligo, ſi ſanè ſciens delictum committendum, id vtiq; probari poſsit. Longè quidem aliàs, ſicuti exiſtimat Hippol. in præcitata l. vtrum. ff. ad leg. Pomp. de parric. apud quem longa eſt huius quæſtionis diſceptatio: nec eſſet quidẽ os in cęlum ponere, vtroq; in caſu omnino aſtrictum eſſe reuelare, tametſi probari non poſsit delictum: ſiquidem quod in ſe eſt, vtique facit: & cùm ſit teſtis legitimus, vnus vicem ſemiplenæ probationis obtinet: ex qua quidẽ huius criminis reus capi poteſt, & ſubiici torturæ: tametſi regulariter in omnibus aliis delictis minimè quis ex ſola ſcientia delicti tenetur reuelare, quin etiam ſi delicti tẽpore cõmiſsi præſens ſit, minimè tamen tenetur obuiare delicto, ſicuti probat glo. paſsim ab omnibus recepta in l. culpa caret. ff. de reg. iur. tex. in l. metũ. la iij. §. licet. ff. quod met. cau. & inibi Bar. Alb. & doct. Salic. in l. quiſquis. §. id quod. C. ad leg. Iul. maieſt. quod ipſe intelligo, ſi perſona extranea ac priuata ſit: longè quidẽ aliter, ſi ſub ſua poteſtate

ſit,vtpotè filius,ſeruus,vel perſona ei ſubiecta,in quem delictum cōmittendum erat:ſiquidem eo caſu tenetur vtiq; reuelare,ac delicto obuiare,ſicuti hac in ſpecie probat tex. in l.j. §.ſed in eo.& in §.occiſorū. ff. ad Sylla. & inibi ad id multū not.Bar.& paſsim doct.regia l.fi.tit.iij.par.vij.&inibi Greg. Lup.in l.j.illius l.gloſſemate, hac vſus diſtinctione: Si ſanè domini ſint in vltimo vitæ periculo cōſtituti,debent vtique ſubuenire,clamore,armis,aliòue quouis modo ad necē vſq;, ſicuti conſtat in l.cùm dominus. ff.ad Sylla. liberi tamē homines famuli pretio conducti, tametſi poſsint ſe morti pro dominis exponere,minimè tamen ad id coguntur,ſicuti eſt ſententia Baldi in l.j.col.vj.ij.lect.C.vnde vi.explicant doct. paſsim in l.j.§.hoc autem.ff.ad Syllan.aſtricti tamē ſunt defendere eos,ſicuti regia lex præcipit inibi, *amparando los con las armas,o poniēdoſe en medio de aquellos que los quierē matar*:idq; conſtat iure cōmuni,in l.j.& iij.ff. ad Syllan.& Azo in ſum. C.de his quib.vt indig.col.iij.& eſt tex.in l.cùm dominus.& l.j.§.hoc autem.ad fin.ff.ad Sylla.ac proinde liberi homines famuli hac defenſione vſi à delicti pœna immunes ſunt, & vtiq; excuſantur. l.j.§. excuſantur. ff.ad Syllan. & præcitata l.fin.partitæ ibi,*quando otra auida*. Quibus etiam conuenit adnotare : Si quiſpiam delictū perpetrauit ad vindictā alterius,ſi ille non prohibuit,vel vtiq; delictū reuelauerit, tenebitur vtiq:,ſicuti exiſtimat Io.Fab.in §.j.Inſt.de noxal.quod intelligūt doct.in exteriori foro , longè quidē aliter in interiori:ſiquidē tunc obuiare quidē delicta tenetur,probat tex. in c. ſicut dignū. de homic. & nos alio celebri loco pleniori manu trademus. Ad id etiā pertinet inſignis admodum & perplexa quæſtio: Si ſanè frater, vel quiuis alius conſanguineus collateralis ad quartū gradū vſq;,ex ſola ſcientia minimè teneri pœna ordinaria,ſed alia mitiori , vtpotè exilij , & extraordinaria iudicātis arbitrio,vt maximoapice deſeruire

Anteneatur quis obuiare delicto.

18 videtur tex.in l.ij.ff.ad leg.Pōp. de parric.& inibi gl.& doct, expreſsim adnotant. Ad hæc plurimū conducit: Si † ſanè filius patrē interimat ſpiritualē, hac parricidij pœna afficiendum eſſe conſtat ex Bar.in l.diuus.ff.de parric.& inibi Alex, ad ambas(vt aiunt) explicat aures. Itidē Alex. conſ.cxliij.ij. vol. ad fin.Paris de Put. in tract.ſynd.char.xviij.ver. adulteriū.in fi.Hipp. dilatādo chartas cū plurimis remiſsionibus in ſing.ccxv,itidē in præcit.l.diuus.And.Tiraq.in l.ſi vnquā, in

Filius patrem ſpiritualē interimens, parricidij pœna afficiēdus eſt.

n verſ.ſuſceperit liberos.nu.12.pag.464.C.de reuoc.donat.
Rurſus,quod hic menti occurrit adnotandum,viſum † eſt 19
reum huius criminis eſſe filium ementem venenum, vtpotè vt patrē occideret,tametſi nō voti compos euadat, nec dare potuerit, in labem huius criminis parricidæ incidere. d.l.j. C.eod.§.alia.Inſtit.de publ.iud.Carrer.num.128.paulò antè citato, eadémq; pœna afficiendus eſt medicus, qui dolosè ac ſcienter filio dederit venenum vt patrem interimeret, lege Pompeia de parric.teneri,ex l.ij.ff.de parric. ſecundū vnum intellectum doct.inibi l.iij.§.j.ff.de ſicar. Cæterùm hoc in
negotio paſsim controuertitur,ſítne† huius criminis reus, 20
ac de parricidio teneatur creditor mutuans filiofamiliâs pecunias ſciēter ad emendū venenum, vt patrem interficeret, vel ſanè cum ære alieno commodato operam det occiſioni parentis,hac pœna teneri,ſicuti exiſtimat tex.ad id præſtantiſsimus in l.ſcienter.ff.de parric. &an ſit id tenendum in fideiuſſore, proxenetáue ſcientes ad id pecunias eſſe commodatas,teneri aſſeuerat Bonifac.in rubr. de parric. quod ſanè intelligo morte ſecuta: lōgè quidem aliter, mitiorìq; pœna afficiendi ſunt,ſi mors vtiq; non ſequatur,vt aſſeuerat hac in ſpecie Salic.in d.l.j.C.de patr.qui fil.diſtrax. Tametſi Bar.in præcitata l.j.ff.de parric.prorſus contrariū exiſtimet,&accedit Fel.in tract.de conatu.& Ang.in glo.ex interuallo.Cæp. conſ.vlt.aſſeuerantes ad huius criminis punitionem, delicti conſummationem requiri,non tamen ſolam delicti attentationem,vt explicat Bar.& Alex.in d.l.vtrū.& omnium diligentiſsimè Hipp.inibi. Ad id etiam pertinet quod paſsim
quæri ſolet, hac † eadem pœna afficiendos eſſe, monachum 21
minimè reuelātem tractatum ac machinationem in Abbatis mortem,& vaſallum in domini mortem: itidē in ſciente tractatum contra principem,rempublicam,patriámue, & ciuitatem, contra Papam, aut eccleſiam, ſiquidem omnes teneri cōſtat ex Bar.in d.l.vtrum.longè quidem aliter in cæteris ex ſimplici ſciētia profitetur Ang.in d.l.frater. Ang.Aretinus in §.interdum.Inſt.de hæred.quæ ab inteſt.defer. Hip. in ſing.clxiiij. & in præcitata l.vtrum. quibus accedit Ang. in tract.malefic.in verſic. *che hai tradito la tua patria.* verſic. quod crimen.& inibi Ang.profitetur Bart.animā in tartaris cruciari ex hac doctrina, ſiquidem in talibus criminibus ex ſimplici ſcientia minimè teneri pœna capitis. Felin, in c. de

cæterо. col. vlt. de re iudic. itidem in cap. quanto. de ſenten. excom. & in cap. ij. de hæret. & pleniori manu in cap. j. de offic. deleg. & inibi Decius, & in reg. culpa caret. de reg. iur. ff. Alexand. & Hippol. poſt Bart. in d. l. vtrum. & ſatis diligenter Decius conſil. xj. apud quos id ſatis definitum eſt.

22 Cæterùm alia in quæſtione negotium nobis fuit: Si† quiſpiam iudicem ciuitatis, officialémue interemiſſet, pœna parricidij puniendum eſſe conſtat ex Cino in l. ſi non conuitij. C. de iniur. Bald. in l. fin. C. de incol. Diligenti ſtylo explicat Paris à Put. in tract. ſyndic. charta lxxxij. verſic. cimilitas. ij. col. is idem inibi tract. de offic. ſyndic. verbo. officialis. verſic. finito ſtatuto. & rurſus in princ. tract. de offic. ſyndic. verſic. per ſyndicatores. Quod ſanè intelligo, ſi ciuitatis magiſtratum occidiſſet propter iniuriam interfectori irrogatam. longè quidem aliter, tunc ſiquidem grauiori pœna afficiendus eſt, quia læſæ maieſtatis crimen inſuper committit. vt profitetur Bart. in l. ſi hoſtes. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & iſtius ſententiæ ea poſſet aſsignari ratio: quia iudex patris loco cenſendus eſt, vt eſt tex. in authen. de manda. principum. §. talem. ibi paternum. collat. iij. Alius ſubiicitur caſus, huius criminis reum lege Pompeia de parric. puniri, epiſcopum interficiendo, ſicuti hac in ſpecie exiſtimat Ioan. Fab. in §. alia. Inſtit. de pub. iud. & eccleſiæ omnia bona applicanda ſunt, quæ criminis reus ab ipſa eccleſia habuit, tex. eſt in c. ad aures. c. in quibuſdam. de pœn. & inibi gloſ. in verbo, ad hæredes. tex. in clem. ſi quis ſuadente. de pœn. Quibus in locis id vnum conſtitutiſsimum eſt, homicidã epiſcoporum amittere omnia quæ ab eccleſia habuit vſq; ad quartum gradũ. His omnibus accedit, ꝙ ciuitas, quæ proprium epiſcopum occiderit, licet omnes ciues nec peccati, nec criminis rei ſint, priuantur honore & dignitate epiſcopali. c. ita nos. xxv. q. ij. cuius meminère Bal. in l. ſi nondum. C. de fur. Iaſ. in l. ij. col. ij. C. de inoffic. teſta. id intelligens, quando is epiſcopus erat iam conſecratus: hæc enim pœna temporalis eſt, & ideò ex cauſa iuſta poſſunt innocentes etiam pati.

Pœna interficientis Epiſcopum.

23 Alius etiam caſus eſt, ſi ſanè libertus † patronũ occiderit, hac parricidij pœna teneri, vt eſt omniũ ad hanc rẽ præſtantiſsimus Iuriſc. Benuleuij tex. in l. hos accuſare. §. omnibus. In ver. item nec lege Pompeia. de parric. ff. de accuſat. Et vt obiter agã, hinc perpendi poterit appellatione patroni non

tantùm

tantùm ſignificari, qui ſeruum manumiſerit, qui poſteà libertus eius dicitur: in qua ſignificatione hîc ſumitur, & conſtat ex eod. tit. de iure patron. de quo & Plautus in Aſinaria:

Magis decorum eſt

Libertum potius quàm patronum onus in via portare.

L. vlt. verſic. ſi verò quidem. C. de teſtam. manumiſ. nec me latet in noſtris legibus patronum aduocatum dici. l. quiſquis. in princ. C. de poſtul. l. j. C. de aduoc. fiſci. patronus fiſci dicitur, & alibi ſæpe ſumitur. tametſi Aſconius Pedianus in Diuinationem Tullij, inſignem differentiæ rationem tradit, dicens hoc intereſſe inter patronum & aduocatum, quòd qui alterum defendit in iudicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut aduocatus, ſi ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam amico commendat. Et eſſe diſcrimen inter patronum & aduocatum oſtendit ſummus Pontifex in cap. in quibuſdam. extrà de pœnis. Patroni apud Romanos erant, in quorum fidem, ac tutelam, & clientelam, ſeſe conferebant: Prouinciales Socij, qui populo Romano ſuberant, vnde clientes dicuntur reſpectu aduocatorum. l. properandum. ad fin. C. de iudic. & id conſtat ex Plutarchi authoritate in Romulo: Patroni illi ſuis clientibus litigantibus in obtinendo iure ſuo, & cauſæ authores & patronos ſeſe præbebant. Cæterùm patroni à Canon. qui beneficia & ſacerdotia fundunt, de quibus titulus eſt in Decretis, de iure patronatus. Poſtremò colonorum reſpectu patroni dicebantur, ſicut diffinitum eſt ex Valente & Valentino Imperatoribus, in Codice Theodoſiano, ſub tit. ne colonus inſcio domino, &c. Vbi ſcribitur: Non dubium eſt, colonis arua, quæ ſubigũt, vſqueadeò alienandi ius non eſſe, vt ſi qua propria habeant, incõſultis, ac ignorãtibus patronis in alteros transferre non liceat. Ex quibus ſanè (ne lector decipiatur) cõſtet quando patronũ interimẽs parricidij pœna afficiatur: Idẽ eſſe exiſtimat in Pilato occidẽte Chriſtũ Saluatorẽ noſtrũ Lud. Montal. de reprobatio. ſententiæ Pilati, verſ. & hæc ſufficiunt. in verb. & propter hoc Pilatus. Pleraq; id genus alia congerit Lud. Carrer, loco paulò anteà præcitato, filiũ criminis huius reũ hac pœna teneri, ſiue & legitimus ſit, ſiue ſpurius, per tex. in l. xij. tit. viij. par. vij. & inibi Greg. Lup. huic accedit ſentẽtiæ: ſi quidẽ tex. ille loquitur per nomina naturalia, & nõ ciuilia, *Si el padre matare al hijo, o el hijo al padre.* Et maximo apice deſeruire

Patronos aduocatos dici.

videntur adnotata per Bar.in l.tutelas.ff.de capitis deminu. & frequēter doct.in l.quiſquis.C.ad leg. Iul.maieſt.& in hac ſpecie idē exiſtimat Io.ab Anania,in c.j.col.fin.de his qui filios occiderunt. quibus accedit Bart. in l. quia ſemper.ff.de in ius vocando.idem profitetur Bar. in l.cùm acutiſsimi.C. de fideicom.Faber in præcita.§.alia.qui quidem doctores in ea ſunt ſententia, exiſtimantes idem eſſe in patrino,vaſallo & domino, in epiſcopo, & ſubito, capitulo & parochiano: Quod in praxi minimè à iudicibus recipiendum eſt, cùm ſit legis pœna,ad alios pleroſq; caſus extendi non poteſt,ſicuti etiā in ea eſt ſententia Greg. Lupus in præcitata l.xij.litera C.ad fi.De filio tamē ſpurio huius criminis reo parricida explicat Bald.in §.naturales.ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominū & agnat.vaſ.& Bart.in l.ij.in principio.ff.de accuſat. Fortun. Garſia. in tract.de vltimo fine, illar.vij. Quibus & illud addam, an exiſtimandus ſit parricida,qui patris incarcerationem procurauerit vel fratris,explicat Bald.in §. deniq;: quæ fuit prima cauſa beneficij admittendi.in vſibus Feudorum.& quid de fratre occidente fratrem,an fratricida ſit cenſendus excludēdúſq; ab eius ſucceſsione? explicat Bar. in l.j.& fi.ff.ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. & Bald.in d. §.deniq;. omnem parricidam priuandum eſſe feudo ac ſucceſsione:& quibus in caſibus vaſallus feudo priuetur,explicat Curtius Senior in tract. Feudorum, in iiij.part.à num.4. vſque ad 82. quorum ſeptuaginta & duos caſus cōgerit omnium diligentiſsimè Matthæus de Afflictis in cap.j.§. item ſi quis feudum.à nu.22.ad fi.vſque.de capit.Corrad.

Hinc perpendi poterit, quod in hoc capite perquàm maximè deſideratur, omittendū hac in controuerſia non eſt,patres,qui † filios occiderūt apud Aegyptios nō eadē pœna
24 afficiebantur: ſiquidem eis non erat pœna mortis indicta, ſed tribus diebus noctibúſq; continuis edictū, vt circa defuncti copus aſsiſterēt, publica etiā cuſtodia ſtante:non enim iuſtū putabāt eum priuari vita,qui vitę filiis author fuiſſet:ſed potius continuo dolore, factiq; pœnitentia affligi,quo cæteri à ſimili facto auerterētur,ſicuti cōmemorat Diodorus Sicu.lib. 2.de legibus Aegyp.fol.44.col.ij. hodie verò tam quo ad filios quo ad patres huius criminis reos eccleſia differētia eadem pœna infligitur l.j.C.de patribus qui filios diſtrax.Bar. & Hippol. cæteriq; ſcribentes in l.j.ff.de parricid. Abb.in c. j.eod.

j.eod.tit. Ang.de maleficiis,in verbo,ex interuallo.Bonif.in
rub.de parricid.explicant paſsim doct.in §.alia.Inſtit.de pu-
bli.iudiciis.omnium diligẽtiſsimè Lud.Carrerius in practi-
ca criminali in §.homicidium.nu.128.pag.230.& nouiſsimè
Ant.Gomez.c.ij.delictorũ,nu.3.regia l.xij. tit.viij. part.vij.
& vſq; ad quẽ gradũ iſthæc pœna extendatur, paulò antè de-
clarauimus. Et ratio iſthæc aſsignari poſſet, quare parricidij
pœna afficiãtur filiorũ interfectores propter amorem & af-
fectum parentum in liberos,ſcribitur 2.Reg.18.c.filj mi Ab-
ſalon , fili mi: quis mihi tribuat,vt ego moriar pro te? & il-
lud Virgilianum carmen libro 1.Aeneidos adſtipulatur.

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

Nam & apud Quint.declamatio.ſexta,cui titulus eſt, Pa-
ter ille † ita proclamat:ò quã graue eſt mori,quãtò grauius, 25
quòd ego viuo ſuperſtes fili mi ! traditq; Iuſtin.li.x.in prin-
cipio.& lib.xvj.de Ptholmæo, Aegypti rege,explicat & Eu-
tropius lib.iij. Roman. geſt.de Maximiano decantat & So-
crates apud Caſsiodorũ. Hiſt.tripart.li.j.c.iiij.extãtq; pleraq;
alia exẽpla apud Valeriũ Maximũ,libro 5.tit.7.& id conſtat
de Iacob magnæ ſanctimoniæ Patriarcha , vt Geneſ.37. vbi
ſciſsis veſtibus,indutus eſt ſilicio, lugẽs filium ſuum,congre
gatiſq; liberis eius,vtpotè patris lenirent dolorem , minimè
conſolari voluit, ſed vtiq; ait,Deſcendã ad filium meum lu-
gens in infernũ. In qua ſpecie ex externis ſcriptoribus Plu-
tarchus vir ſanè in omni doctrinæ genera excellentiſsimus
libri peculiarẽ de hac re ſcripſit.tit. de amore parentũ in li-
beros. Rabbi Moyſes Aegyptius libr.perplexorũ,1.c. Dum
ipſerationem reddit, quæ ſit cauſa , qua lex Moſayca prohi-
bet parentem & filium vno die decapitari. Quibus accedit
Baptiſta Fulgoſius lib.v.memorabilium.tit.vij.qui eſt de pa
rentum indulgentia in liberos. Cui rei accedit quod apud
Euripidem , Andromache filium ſuum vocat vitæ oculum.
& conſtat ex Euripide in Alcmene, Vehementem in liberos
amori affectũ Deus dedit hominibus & ex Menãdro cõſtat,

Patris minæ non valde terrent:
Suauis eſt pater,prudentior,quàm iracundior:
Filium beneuolentia patris meliorem facit:
Emendandi ſunt liberi,non tam duriter tractando, quàm verbis ſuadendo.

Et ex Euripidis ſententia conſtat.

Vna quædam eſt communis hominum lex,
Et diuinitus inſtitutum, quod apertè iam dico:
Vt videlicet nullum non animal natum ex ſe fœtum amet.

Et Antiphonis ſententia cõſtat Anacharſis Scytha interrogatus, qua de cauſa non operam daret proli: reſpõdit, quia nimis amaturus eſſem. Et pleraque id genus alia conſtant ex Stobæo in ſententiis deductis ex theſauris Græcorum, ſermone 81. & hunc parentum amorem à natura inſitum eſſe, ac proficiſci, eſſéque cõmunem omnibus animalibus. Apollonius Tyanæus apud Philoſtratum lib. 2. adnotat. Quibus adſtipulatur illud Euripidis, Omnibus profectò hominibus filij ſunt anima. Idem exiſtimat Philoſtratus. Quibus maximo apice deſeruire videntur à Cicerone tradita libro tertio de Finibus bonorum & malorum, in hæc verba, A natura ipſa, vt eos, quos genuerimus, amemus, impellimur. Et libro quarto itidem de Finibus: Id natura tributum eſt, vt ij, qui procreati eſſent, à procreatoribus amarentur. & in tertia actione in Verrem ait: Nihil nobis natura iocundius, nihil charius eſſe voluit, nihil dignius, in quo omnis noſtra diligẽtia indulgentiáque conſumatur: Quare dum habemus paruos liberos, & incertum eſt, quàm longa noſtrûm cuiuſq; vita futura ſit, conſulere viui, ac proſpicere debemus, vt illorum ſolitudo, & pueritia, quàm firmiſsimo præſidio munita ſit. Et ſecundo de Oratore, ait: Non eſt boni, nec liberalis parentis, quem procreauit, & eduxerit, non veſtire, & ornare, præſertim cùm ſe locupletem eſſe negare non poteſt. Itidem pro Cluentio exiſtimat, is pater eſt amens, qui odit eum ſine cauſa, quem procreauit. Huic etiã accedit ſententiæ poſtreditum ad Quintum, & inibi Cicero ait: Nihil dulcius homini generi à natura datũ eſt, quàm ſui cuiq; liberi. Et primo Officiorum in hæc ait verba: Commune omnium animantium eſt, coniunctionis appetitus, procreandi cauſa: & cura quædam eorum, quæ procreata ſunt. Idque pleniori manu conſtat ex Antiphonis ſententia in hæc verba aſſeuerantis,

Cice. lib. 3. de Finib. bonorũ & malorum.

Non cùm aliquid in gratiam dilecti filij facio,
Hunc ad me pertinere fructum mihi perſuadeo.

Et Themiſtius in lib. de moderatione ait: Non vos latet ô viri, amorem in liberos affectum eſſe laudabilem, & longè alium quàm pecuniæ & diuitiarum amorem: at liberorum amor cælitus naturæ alligatus eſt, & planè ab aurea illa in-

fractã

fractáq; cathena pendet, quam natura perpetuò contexens, & obeuntibus naſcentia coniungens, ne in nihilum relabatur, ſibi cauet. Et pleraq; id genus alia conſtat ex Stobæo in ſententiis ex theſauro Philoſophorum deductis, ſermone 81. & præter hos non deſunt leges, nec rationes, quæ hanc coadiuuent ſententiam: ſiquidem eſt textus ad id omnium præſtantiſsimus in l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtamento. qui veluti baſis eſt iſtius quæſtionis, inibi, propter votum parentum & naturalem erga filios charitatem. text. in l. iſti quidē. §. vltimo. ff. quod metus cauſa. vbi extat, nihil intereſt, in ſe quis veritus ſit, an in liberis ſuis, cùm pro affectu parentes magis in liberis terreantur, quàm in ſe ipſis. l. vltima, in princip. C. de cura. fur. ibi, quis etiam talis affectus inueniatur extraneus, vt vincat paternum: gloſſ. in l. quidam cùm filium. ff. de hæredib. inſtit. l. nec in ea. ff. de adulte. inibi, pater conſilium capit pro filiis. l. j. §. taceat. C. de rei vxor. actione, vbi Imperator ita ſcriptum reliquit: Naturalis ſtimulus parentes ad liberorum ſuorum educationem hortatur. Idem explicat Accurſius frequentius receptus, in l. ſi filius. C. de patria poteſt. Qua ductus ratione Accurſ. in præcitata l. vlt. in ea eſt ſententia patrem efficaciori amore filium diligere, quàm ſeipſum: & eſt tex. in §. vlt. Inſtit. de noxa. inibi, quis enim patiatur filium ſuum, & maximè filiam, in noxam alij dari? l. amiſimus. §. Lucius. ibi, contra naturales ſtimulos. ff. de excuſat. tut. l. propter inſidias. C. qui accuſ. non poſ. l. pen. §. Iulian. ff. quod falſo tutore authore. inibi, affectu enim magis propēſiori: quin etiam amor vxorius omnibus maior eſſe dicatur, hic tamē cedit amori parentū in liberos, ſi fides adhibenda eſt Accurſ. Bar. Ang. & pleriſq; aliis doctoribus in l. Lucius. ff. de vulg. idq; pleniori manu cōſtat ex Titi Liuij ſententia lib. 3. ab vrbe condita: Virginius cōſtanter aſſerit ſibi vitā filiæ ſuæ chariorē fuiſſe. Idque conſtat apud Quintil. in declamatione 11. cui titulus eſt, Diues accuſatus proditionis eſt Iulius Capitolinus, explicat Gordian. ſenior, cuius pleraſq; leges in noſtro Codice ſitas eſſe conſtat, audita morte filij ſui, laqueo vitā finiuit. & Seneca in lib. de conſolatione ad Albinā, & Plutarchus in vita Theſæi. & in vita Solonis pleraq; alia extāt exēpla huius rei. Quibus accedūt, quæ congerit Ariſtoteles in lib. 11. Ethic. c. 1. & c. 3. apud quos ſatis id definitū extat. Cæterū hic amor adeò à natura inſitus

eſt, vt etiam beſtiæ pro ſuo partu ita propugnant, vt vulnera excipiát, nullos impetus, nullos caſus reformident, ſicuti in hac ſpecie ſcribit Cic. lib. 5. Tuſculan. quæſt. itidem lib. 3. de Oratore ita ſcribit: Feræ partus ſuos diligunt, & nos in liberos noſtros vti debemus indulgentia. Quibus accedit quod Plin. lib. 8. c. 18. ſcriptũ reliquit. & Aelianus lib. Hiſtor. animaliũ 5. & Appoll. Tyanæius apud Philoſtratũ in vita ipſius, lib. 2. exiſtimat in fœtus proprios eſſe naturalẽ amorẽ. Siquidem Elephãtes flumen trãſeuntes, ſuos pullos deferũt deſuper. Idẽ de vrſo, Lupo exiſtimãs, & de pãthera & Tygribus, pleraq; id genus alia cõmemorãt. De amore erga filios ſuos Aelianus lib. 1. Hiſtoriæ animaliũ, & li. 14. de aquila, idẽ profitetur, ne quid ignarus Bald. in l. j. col. v. verſ. expedita eſt. C. vnde vi. ſcribit bruta animalia ſalutẽ filiorum quadã natura li iuſtitia tueri, ac defendere, idq́; conſtat ex ſacris ſcripturis 2. Reg. c. 17. amare inquiunt animo, veluti ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſæuiat & Prouerb. c. 17. & Oſeæ c. 13. Occurrant eis quaſi vrſa raptis catulis. quo in in loco Hieronym. aſſeuerat inter animalia fera nihil eſſe vrſa ſæuius, cùm catulos amiſerit. Quibus maximo apice deſeruire videtur quod hoc in negotio ſcriptũ reliquit Homerus. lib. 2. de Leone, inquiẽs,

Vtque Leo in ſylua ſtabat ſua pignora circum,
Cui manus occurſet catulos nemus inter agenti,
Venatrix accincta virum.

Et iterum libro 2. Iliados ſcriptum reliquit.

Crebra gemens nimium tanquam leo viribus ingens
Faucibus, abſenti venator ſi catulum audax
Arripuit, denſo in ſaltu dolet, acrè ſequénſque
Deinde nemus verſat, ſcrutans veſtigia, ſi quo
Verſa viri inueniat, rapit illum bilis amara.

Nec ſilẽtio præterire licet, ſi qdẽ & præter hos, aues pullorum cauſa pleraq; faciũt, veluti aquilæ & ciconiæ, quæ nunquã nidos exeũt, quin lapides illis imponãt. Quòd ſi maritimas etiam beluas cõſuleremus, minimè alicui videri debet Delphinos amare à natura ſuos fœtus: rurſus phoca, quę voraciſsima eſt, cũ vidit filiũ à vita deceſſiſſe, infrà triduũ à cibis abſtinet: & Balena faucibus filios abſcõdit, ſi quò maiorẽ beluã fugere eos contigerit. Quibus rationibus, nec immeritò parricidij pœna afficiẽdus eſt pater, q ꝓprios interemit filios: qa vtpotè hic amor à natura ſit inſitus. Quod adeò intelligen

telligendum eſſe exiſtimo, tametſi parentes conſanguineíve conuictum & cõfeſſum in carcere exiſtentẽ, & ad mortẽ condemnandum, veneno criminis reũ interfecerint, ſicuti profitetur Bar. in l. j. ff. de ſtatu hom. Fel. in c. cum iuramento. de homic. ad fi. & huic accedit ſentẽtiæ Lud. Car. in pract. crim. §. homicidium. nu. 146. quod tamen intelligendũ eſſe exiſtimo, ni filius eſſet bannitus, tametſi eũ interimat pater, minimè parricidij pœna tenetur, immuniſq; ſit ab hac pœna, cùm iure & lege poſſet eum interimere impunè, tex. eſt in l. minimè. ff. de relig. & ſump. fun. Salic. in l. j. C. de patr. qui fil. ſuos occid. Bar. in hac ſpecie idẽ aſſeuerat in d. l. minimè. Cæp. in conſi. crimin. v. & Nellus in tract. bannitorum. iij. par. ij. temporis, quæſt. liij. Ang. in trac. maleſi. in ver. ex interuallo. ad fi. Girar. de Petraſan. in ij. ſing. Hip. in conſi. xj. & in l. diuus. de ſicar. itidẽ in ſing. cxx. iura ſanguinis. & an liceat fratrẽ bannitum occidere, explicat Alex. poſt Bar. in l. poſtliminiũ. §. filius. de capt. & poſtlim. reuerſ. Quibus nec admodum inuitus accedit Flor. in l. ſciẽtiã. §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil. Paul. de Caſt. in l. j. §. ius autem. ff. de iuſt. & iure. Abb. in cõſi. ciiij. quibus accedit Ang. in cõſi. ccxxiij. itidẽ in auth. de inceſtis nup. in princ. quo in negotio idẽ exiſtimat Io. de Portona. in l. qui ſeruũ. ff. de verb. obl. & nouiſsimè Io. de Arn. in Epitome lxij. itidem in ſoliloquio lxvj.

Pater interimẽs filium bãnitũ immunis eſt.

Secundò, hunc † criminis reum pœna parricidij eſſe afficiendum, niſi parens patriæ aut regis proditorẽ filiũ interemiſſet: vti magno apice deſeruire videntur Ciceronis verba lib. 3. de Finibus bon. & malor. Non eſt magis vituperandus proditor patriæ, quàm cõmunis vtilitatis aut ſalutis deſertor propter ſuã vtilitatẽ aut ſalutẽ. Itidẽ pro lege Manilia: Siquidem per proditionẽ & rebellionem ius agnationis amittere cõſtat, tex. eſt, qui frequentius ad id ſolet adnotari in l. poſtliminij. §. filius. ff. de capt. & poſtlim. reuerſis. Bart. idẽ profeſſus in l. fi. ff. de receptat. And. de Iſer. huic ſententiæ accedit in c. j. §. de receptatoribus. de pace iuram. firman. in vſibus feud. Matth. de Afflict. in conſtitut. Neapolit. incipiente, paterno. Idque conſtat ex Cicer. 1. Offic. vbi in hæc verba inquit: Non nobis ſolùm nati ſumus, ſed partim patriæ, partim parẽtibus & amicis. Itidẽ eodẽ lib. ait: Nõ ſolùm nobis diuites eſſe volumus, ſed liberis, ꝓpinquis, amicis, maximéq; reipublicæ. Itidẽ in Læl. ꝓſtrãt: Bono viro nõ minori cura eſt, qualis reſpublica poſt 26

ca poſt

ca poſt mortem ſuam futura ſit, quàm qualis hodie ſit. Et Plato idem ſcribit ad Archytam: Non ſibi ſoli ſe natum homo meminerit, ſed patriæ, & ſuis, vt perexigua pars illi relinquatur. Idem Cicero libro 2. de Finibus bonorum & malorum. Et profitetur Euripides,

Quid enim paterna charius eſſet viro tellure?

Itidem Euripides in Philoctete ait,

Conuenit omni ratione, & arte, amãtes patriam, ſalutẽ eius moliri:
Ne fatigeris, dum patriam recuperare ſtudes.
Natale ſolum, vt conuenit, gratiſſimum eſt hominibus, neque verbis eius dulcedinem exprimere poſſim:
Multo enim auro, & opibus antecellit patria ad inhabitandum prudenti viro. Nam quod naturæ cognatum eſt, & familiare, neſcio quam ſui dulcedinem mortalibus in vita præſtat.

Et ex Stobæo conſtat ſermone 37.

Beatus ille, qui fortunatus domi manet,
Domi manebit vir verè fortunatus.

Ex Homeri ſententia conſtat,

Vnum augurium optimum, pugnandum eſſe pro patria:
Vos, agè, ad naues conferti pugnate, donec veſtrûm ictus aut vulneratus, mortem & fatum quilibet ſequatur.
Moriatur, non enim indecorum eſt ei defendenti patriam mori.

Idem Odiſſeæ 1. loquens de Vlyſſe,

Cæterùm Vlyſſes cupidus vel fumum exeuntem videre, patriæ ſuæ, ſic mori optat,
Quàm nihil eſt patria ſuauius, atque parentibus:
O mater ego prudẽs ſimul, ac imprudens perueni ad viros inimicos.
Verùm neceſſe eſt, cunctos amare patriam: quòd ſi quis ſecus ait, verba fundare gaudet, animum tamen in patriam conuertit.

Et ex Platonis ſentẽtia in Critone definitũ eſt, Patri, & matri, & progenitoribus omnibus patriã eſſe anteponẽdã, atq; eſſe venerabilius, ſanctiúſq;, tum apud deos, tum apud homines mẽtis cõpotes eſſe patriã collocãdã, colereq; eã oportere magis, eiq; obedire, ac rigidius ſe gerẽt, mitius aſſentiri, q̃ patriæ: vi autẽ vel nefas eſt ac ꝓditione, vel cõtra matrẽ, vel cõtra patrẽ, maximè verò omniũ cõtra patriã. Cæterùm cõmunis hæc peticio iuſtiſsima eſt, & ſummo omniũ ſtudio ſuſcipi digna, vt patria, quæ ſemper ſuſcipit, & alit omnes, & quę nobis maiores noſtros exhibuit, tum ipſa, tum deorũ indigẽtiũ honores, magis ac magis ſemper augeatur. Pythagoras interro

terrogatus hac in ſpecie, quomodo oporteat ſe gerere erga patriam ingratã: reſpondit, vt erga matrẽ. Ariſtides interrogatus, qua de re in exilio maxime triſtatus fuiſſet: reſpondit propter dedecus patriæ male audiẽtis ſui cauſa exilij. Quibus cõuenit quod vulgo circũferri ſolet de Lacone, qui quidẽ ad regẽ Perſarũ venerat, vt pœnas daret propter legatos: dimiſsi ſunt, & inſuper virtutis ſuæ gratia à rege rogati, vtpotè ſecũ manerẽt. At qui modo dixeiũt, huiuſcemodi patriã relinquere poſſemus? pleraq; id genus alia cõſtãt ex præcitatis authoribus, & omniũ diligẽtiſsimè cõgeſsit Stobæus ſer. 37. de patria. Deniq; patria velut alter quidã Deus, & primus maximúſq; parẽs. Quo fit, qui primus nomẽ ei impoſuit à re ipſa, nõ temere patriam nominauit, vocabulo ſiquidẽ à patre deducto, pronũciato, tamẽ fœminina terminatione, vt ex vtroq; parente mixtũ eſſet. Atq; hæc ratio inſinuat patriã vnã optimo quidẽ iure duobus parẽtibus colẽdã eſſe. Præferẽda igitur omnino eſt patria vtriuis parẽtũ ſeorſum: & nõ ſolùm ipſis eã præfert, ſed etiã vxori & liberis, & amicis: & abſoluto ſermone rebus aliis omnib' poſt deos: atq; ideo immunis erit criminis reus à parricidij criminis punitione, interimẽdo filiũ patriæ proditorem, regiſve. Ita ſcriptũ reliquit Cõſul. in l. j. ff. ad legem Põp. de parr. & maximo apice deſeruire videt tex. in l. minimè. ff. de rel. & ſum. fu. & inibi gl. frequẽtiori doctorũ cõſenſu recepta, cui ſimilis in c. fortitudo. xxiiij. q. iij. Abb. in c. puenit. col. j. de immu. eccl. Petr. Gir. in ſing. ij. quod ipſe intelligẽdũ eſſe exiſtimo, ſi pater filiũ occidiſſet patriã defendẽdo: lõgè quidẽ aliter Bal. in l. ſi adulteriũ cũ inceſtu. §. libertus. ff. de adul. & inibi Alex. poſt Bar. qbus accedũt Imol. Arg. & pleriq; alij in l. triticũ. ff. de ver. obl. & huius ſentẽtiæ authores habeo Abb. in cõſi. ciiij. Cæp. in cõſi. crimin. v. ad fi. Hipp. in l. j. §. prætereà. col. ix. verſi. alius eſt etiã effectus. ff. de quæſt. Eſt iuris gẽtiũ præceptũ, vt patriæ pareamus. l. vt vim. l. veluti. ff. de iuſt. & iure. Barb. cõſi. xxxiiij. vol. ij. col. xviij. itidem in vj. Raynal. col. iiij. & rurſus lxxxviij. de teſtam. & cõſi. x. vol. ij. col. iij. Cur. Senior cõſi. xlv. col. iiij. ver. quia quilibet. & Cæp. de Imperatore militũ deligẽdo. verſic. propter nationẽ. & in lib. de ſimulat. cõtract. xxj. præſump. Itidẽ in ſuo libel. de vita & modo viuẽdi in ſtudio. & Petr. Iacob. in arbore ſucceſsionũ, col. ix. verſi. itẽ Rex. Alius ſubiicitur caſus, huius criminis reum minimè parricidij pœna afficiendũ eſſe, ſi filius interem

Pythagora celebris ſententia.

Patria vnde dicta. 27

teremiſſet patrem,deductus in hoſpitali à patre: ſola ratio-
ne,ſiquidē ius patriæ poteſtatis amittit,cōſtat ex l.ij.de infan
tibus expoſit.ex quo ſumens rationē Bal.in ea eſt ſentētia,ci-
uem in cōflictu belli deſerentē ciuitatē, ipſius ciuitatis priui
legium prorſus amittere.idē Bal.in c.j.de langui.expoſit.ex-
plicat Girar.in præcitato ſing.ij.

Hinc perpendi poterit ex eadem reſolutione, quòd fre-
28 quenter ſolet controuerti,ex eiſdem cauſis, quibus † filius &
filia à patre exhæredari poſſunt,ex eiſdē ius parricidij amit-
tere cōſtat ex Bar.& Hip.in d.l.diuus.ff.de patric.aliáque iu-
dicantis arbitrio pœna afficiendus erit, ex tex. in d.l. diuus.
omnium diligentiſsimè Iaſ.in l.ius autem ciuile.penul.col.
ff.de iuſt.& iure.Quibus nec admodū inuitus accedit Hipp.
in l.j.in princ.xx.limit.itidem in l.circūcidere.§.ſeruo.ff. de
ſicar.& in l.ſi quis viduā.v.col.verſic.item faciat.ff.de quæſt.
Ang.in l.Gracchus.C.de adul.& in l.meritò.ij.reſpōſo. Itidē
in l.ſi adulter. & ſatis diligenter Hipp. in d.l.diuus. Quibus
quidem caſibus immunem eſſe à parricidij pœna, ſicuti ex-
plicat glo.& Bal.in c.j.v.col.quibus mod.feudum amitt. Gi-
rardus loco præcitato. Quibus ſuffragantur adnotata per
Bar.in l.item apud Labeonē.§.item.ff.de iniur.& inibi Alex.
poſt Bar.Ang.his accedit in tract. malefic. in ver. ſcienter &
doloſè.apud quos ſatis id definitum extat.

Quibus ex cauſis filius exhæredari poterit, ex eiſdē parricidij ius amittitur.

Si ad amuſsim quæ in hoc capite deſiderantur, declaren-
29 tur, † illud adnotatione meretur, Matrem patrémve huius
criminis reos infantem in lecto iacentem interficientes, ſi
dolo fecerint,parricidij pœna teneri,vti conſtat ex cap. j. de
his qui filios occid. Sin minus iudicantis arbitrio mitiori
pœna afficiendi ſunt,tex.eſt celebris in c.fin. de his qui filios
occid.Bonifac.in tit.de parricid. ad finem. Quòd ſi in culpa
fuerint,extraordinaria pœna coërcendi ſunt.l.j.§. ſed etſi. l.
iij.§.ex Senatuſconſulto. ff. de ſicar. Quibus addendus eſt
Ioannes de Arno. in problem. xliij. & nouiſsimè Antonius
Gomezius tomo iij.delictorum.cap.iij.num.19. in dubio ta-
men minimè dolus præſumitur, ſed vtique caſu vel aliqua
nutricis culpa matriſve. Quo fit, iudicantis arbitrio pœna
afficiendam eſſe:expenſa ſatis diligenter culpæ qualitate, ſi-
cuti doctores exiſtimant præcitati. Quibus admodum ſuf-
fragatur tex.in cap.fin.de his qui filios occiderunt.& text.in
cap.conſuluiſti.ij.quæſt.iiij.

Perple

Perplexa valde & admodum inſignis quæſtio eſt, quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus nõ infrequenter diſcutitur, ſitne parricidij † pœna maritus afficiendus, quiquidem vxorem 30
interfecerit? & grauius puniendum eſſe, quàm qui matricidium commiſerit, ſicuti hac in ſpecie ex profeſſo exiſtimat glo. in c. ſcito turpem. in verbo, & quis. j. quæſt. & glo. in ver. iuxta modum. in c. fin. de ſtatu monach. extrà. & glo. in cap. admonere. xxxiij. quæſt. ij. in verbo, exiſtimes. Pro quibus eſt tex. ad id præſtantiſsimus in l. j. ff. ad legem Pompeiam, de parric. ſiquidem interficere vxorẽ plus eſt, quàm patrem occidere, vel matrẽ. & his ſuffragatur illud Geneſeos 2. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Idque conſtat ex ratione dictæ l. xij. par. pleraq; id genus alia, quæ congerit Ludouicus Carr. in §. homicidium. num. 149. & iterum 151. pag. 237. Et Antonius Gom. c. iij. delictorum. num. 3. & huius ſententiæ inſignis differentiæ ratio aſsignari poſſet, vt habetur Geneſ. 2. Erunt duo in carne vna. & conſtat ex Matth. 19. & Marco 10. & ad Epheſ. 5. quibus ſanè ſatis ſupérque conſtat amorem vxorium cæteros omnes anteire. Et teſte Philoſ. 8. Ethic. aſſeuerat, ꝙ inter virum & vxorem debet eſſe amicitia excellens & naturalis. Et Bal. in l. cùm multæ. col. j. C. de donat. ante nup. eáq; ratione ductus Apoſt. inquit: Viri, diligite vxores veſtras: propter quod relinquet homo patrẽ & matrẽ. Vti cõſtat ad Epheſ. c. 5. & in c. gaudemus. de diuor. quocirca cautũ eſt. l. repræhendenda. C. de inſtit. ſeu reſtit. ſub cõdit. factis. concordiam coniugalem cuicũque lucro preferendam eſſe: is autem amor eò maximè inter eos iniri debet: quia, teſte Philoſopho, amor eſt cauſa & principium generationis, vt in auth. quibus modis nat. effic. leg. §. illud. collat. vj. idémque exiſtimat Ioan. Berbetus in tit. de ſoc. viij. verſic. nam liberorum. In quo quidẽ fauor publicus auerſatur. Siquidem nuptiis conſeruatur genus humanum, vt in auth. de nupt. in princ. collat. iiij. Ex quo illud Propertij lib. 4.

Omnis amor magnus ſed apertè in coniuge maior.

Quæ omnia conueſtri poſſent ex gl. vlt. in l. precibus. & inibi Bar. cæteriq; doct. C. de impub. Bar. in l. pater Seuerinã. §. focrus. ff. de cond. & demõſt. vbi exiſtimat cõiuges ſe inuicẽ efficaciori amore diligere, quàm proprios filios, text. eſt in l. lex quę tutores, verſi. lex enim nõ ſolùm. C. de admin. tut. & illud

Home

Homeri,lib.14.Iliad.ait,virum & vxorem parentum charitatem præ coniugali obliuiſci: Idq; cõſtat lib.Eſd.3.cap.4.& conſtat 1.Reg.19.vbi Michol viriliter ſaluauit virum ſuum, cùm ad mortem quæreretur à Saul patre eius. Iudith fortiter pro ſe & populo ſuo egit,cùm Holophernẽ capite truncauit,Iudith.12.& conſtat 2.Machab.7.& Ionæ 19.& Heſter 5.& Matth.28.& Marci 15.& Lucæ 23.& pleraque id genus alia de mulierum fortitudine circa vires explicat Valerius Maximus lib.4.tit.7.cap.4. Et Epiſcopus Palentinus in hiſtoria Hiſpaniæ, parte prima.cap.4.& de vxore regis Ferdinandi primi,ſatis notatu dignum explicat hiſtoria ſcholaſtica,lib.4.tit.7.cap.5.& 6. Et Plutarchus in libro de virtutibus mulierum. Et apud noſtros Ioan. Lobius in cap. per veſtras.ſuper rubrica.§.50.num.24.& Paris de Puteo in trac. ſyndicatus,verſi.ſi carcer.cap.iij. Et pleraſque mulieres liberaſſe patriam commemorat Biblia Aurea c.17.de ſapientia mulierum.& cap.52.de fortitudine mulierum. Plures etiam numerat Bibal.in opere regali, char.53.ſub rubrica virginis nobiliſsimæ.Antonius Peregr.lib.ij.c.xxiiij.& Florẽtiæ ante fores Palatij adeſt ſtatua cupri Iudith obtruncantis Holophernem, in exemplum defendentis patriã. Gilbertus in quęſtionibus poſt Philoſophum 2.œconomicorum. char.3. Flor.de ſancto Petro in ſua eleganti quæſt.cuius initium eſt, Varia & diuerſa.de qua meminit in l.liber homo. ff. ad leg. Aquil.la ij.Paris à Puteo de ſyndic.verſi.ſi carcer.cap.iij. qui referunt aliquas mulieres viros liberaſſe à carceribus.Valerius ante hos lib.iiij.c.vj.ad fi.vbi de Lacedæmoniorũ vxoribus meminit,quæ capitibus velatis maritos liberarunt à carceribus.Idẽ refert de vxore comitis Ferdinandi Gundiſalui, vti conſtat in Chronicis.& in Valerio ſcholaſticæ hiſtoriæ libr.4.tit.7.c.4. Simile facinus notatu dignũ fecit Domina Sancia filia Regis Alphõſi. vxor regis Ferdinandi primi , de qua in Valerio hiſtoriæ ſcholaſticæ,lib.4.tit.7.c.5.& c.6.meminit de eadem vxore regis Alphonſi.Plutarchus de virtutibus mulierũ,& Ioã.Bocc.lib. de illuſtribus mulieribus pleraq; ſcripſẽre. Et pleraq; id genꝰ alia de mulierũ fortitudine reperies apud Virg.lib.11.Aenei. de Pentaſilea furẽte. Et ex Homer.lib.6.Illiados.Ex Hor.lib.car.3.ode.7.Et de fortitudine mulierũ ad nauſeã vſq; cõgerit Nicol. Boër.deciſ.cxxj. nu.3.Andr.Tiraq.de vtroq; retrac.tract. *lignagier*.gl.vnica.§. xx.nu,

xx.nu.5.pag.parua 567.itidem l. ix. connubiali, nume. 110. Boër.in tract.de ſeditio.char. xxxix. Ioan. à Neuiz. in ſylua nupt.lib.j.fol.69.col.iiij. in magnis. Cæterùm reum huius criminis hac parricidij pœna afficiendum eſſe, ſi † vxorem 31 interfecerit, quinetiam ſi ſponſam: ex quo deducitur interpretatio vera l.ſciendum.ff.ad leg. Pomp. de parric. vbi Iuriſconſultus aſſerit legem Pompeiam in ſponſis locum habere, vt intelligamus ſponſos illos, qui promiſerunt præſtare coniugalem conſenſum, quos de futuro appellamus. Siquidem in ſponſis de præſenti apertè id cautum & expoſitum erat in l.j.ff.ad leg.Pomp.de parric.notat gloſ.Accurſ. in §.alia. Inſtit.de publ.iud. vbi probat in interficiente vxorem locum habere legem Pompeiam, atque eadem ratione in vxore occidente virum, idem ſeruabitur, ſicuti probatur in d. l. j. & eleganter expreſsit ille doctiſsimus vir, qui Alphonſi regis imperio leges, quas Partitas Hiſpani vocamus, concinnauit in l.xij.tit.viij.par. vij. Quibus & illud adnotandum eſt, reum† huius criminis eſſe maritũ, qui vxori venenum dederit, vti ſanè vxorem occideret: tametſi non voti compos euadat, in labem huius criminis parricidij incidere. In ea fuit ſententia Bar.in l.j.ad finem.ff.de parricid. Cui accedit Salic.in l.j.C.de venefic.& mathem. Ang.de malefic. in glo.ex interuallo, tametſi ab hac ſententia diſcedat Bald. in conſil.incip.Stephanus. Ad id etiã pertinet, quid † cenſendum eſt de viro occidẽte vxorem, perdátne dotem ex pacto, aut ſtatuto lucrandam? explicant doct. paſsim in l.ſi ab hoſtibus. §.ſi vir. ſoluto matrim. itidem doct. in l. hæreditas.in fine.C.de his quibus vt indig. Paũ.de Caſt. in l.res iudicata.§.hæredi.ſol.matrim.ff. Bart.in l. eius mortem. ff.de his quibus vt indig.doct.omnes in l.j.C.vnde vir & vxor. Et omnium diligentiſsimè Bal. Nouellus in tract.de dote.viij. par.xxxj.priuilegio. Et quid verſa vice, ſi vxor in mortẽ viri machinata fuerit, amittátne dotem? explicat Bart.in l.pen. §. Seia. ff.de alim.leg. Illud etiam ſubiiciam: tametſi † donatio morte confirmetur, ſi ſanè donatarius mortem violentam affectaſſet, morte donantis minimè confirmatur, explicat Bal.in l.ſi tibi. C. de donatio. ante nuptias. itidem in l. hæreditas.ad finem. C.de his quibus vt indig. Cui accedit Felin.in cap.fin.de homicid. Quæ omnia eò tendunt: Si ſanè conſtat dolo, & ex profeſſo occidiſſe, aliàs longè quidem

32

33

34

Noua interpretatio l. ſciendum.

A

aliter. Siquidem in coniunctis minimè dolus præſumendus eſt: glo. eſt, quæ expreſsim hoc ipſum vult in l. j. de ſicar. Cui accedit Bal. in l. fin. xx. oppoſit. C. de hæred. inſt. Et huius ſententiæ authores habeo Salic. & Hipp. in præcitata l. j. Rom. in l. j. ff. de in ius voc. Cæp. in conſil. xxxiij. Hippol. in l. j. §, diuus. ff. de ſicar. Quibus in locis iſthæc ſententia crebrior inualuit. Ab eadem radice poterit diſſolui, quod non infre-

35 quenter diſcutitur, iudicem † atq; magiſtratum abſque labe criminis ſubditum ſuæ iuriſdictionis hominem interficientem, hac legis pœna de parricid. plectendum eſſe, vti eſt glo. quæ ex profeſſo hoc ipſum vult, in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. illud amariſsimus. collat. ij. ea ratione ductus, quia iudex patris loco cenſendus eſt, vt in authent. de mand. princip. §. talem ibi, paternum. collat. iij. & eſt tex. in l. pen. §. militi. ff. ad leg. Iul. repetund. Anan. in c. accuſaſti. de accuſ. & nouiſsimè huic accedit ſententiæ Ludouic. Carrer. in pract. crim. §, homicidium. num. 132. pag. 242. & Ludouic. Montal. in tract. de reprob. ſentent. Pilati. verſic. & hæc ſufficiunt. Multiplex tractatus exponitur ab omnibus doct. an

Parricidij pœna afficitur ſuæ iuriſdictionis ſubditũ interficiendo.

36 frater † interimendo fratrem, ſitne legis Pompeiæ pœna de parricid. puniendus? Quo in negotio, vt paucis diluantur errorum cauſæ, circa hanc concluſionem ea eſt conſtitutiſsima omnium aſſertio: Fratricidiũ cõmittentem hac eadẽ pœna parricidij afficiendum eſſe, ſicuti explicãt doct. in l. j. de parric. & in l. j. C. de pat. qui fil. ſuos diſtrax. Lud. Carrer. in pract. crim. §. homicidium, nu. 128. inſuper huius criminis reus à ſucceſsione eius prorſus excluditur, & vtiq; fiſcus admittitur. Bar. & plerique alij in l. j. & in l. fin. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. Et Gand. in tit. de variis quæſt. in malefic. pen. col. & Lud. Carrer. loco præcitato. nu. 152. Quorũ ratio eo aſsignari poſſet, quid cauſæ ſit, vt huius criminis reus hac pœna afficiendus ſit: ſiquidem ex ſententia, Plutarchus in Eucli. exiſtimat, fratres quodãmodo corporis partes ſunt, quemadmodum oculi tui, pedes, manus, & reliqua membra;

Fratricidium committentis pœna.

37 Nam & fratres † aliquo modo ita ſe habent, ſi communẽ generis originem ſpectes. Sicut igitur oculi manúſq;, ſi animæ & mentis per ſe corporis fierent, quoniã nec ipſe quidẽ functionem ſuam rectè adminiſtrare poſſunt, citra præſentiam aliarum partium, ita nobis etiam, qui homines ſumus, & animam habere nos fatemur, omnibus viribus enitendum

eſt,

eſt, vt fratribus decenter vtamur: Siquidem magis, quàm partes corporis ad auxilium mutuum fratres compoſiti eſſe videantur. Si oculi ſimul aliquid intuentur, vterque alteri præſens, & manus præſenti manui ſubuenit: fratrum verò opera mutua multo latiùs patet, quamuis magno loci interuallo diſiūcti ſint: quibus admodū Menādri cōueniūt verba,

Quàm ſuauis eſt inter fratres concordes amor:
Quem natura alicui coniungit,
Ille nullo tempore alienus fieri poteſt.

Et ex ſententia Euripidis id etiam conſtat,

Indigna res eſt fratrum contentiones fieri, ſeu verbis,
Seu pugnis, vbi in mutuam inciderunt diſcordiam.

Et Plutarchus de amore fratrum inquit, nec diuitiarum, nec regni, quod apud homines imperium eſt diuiniſsimum, ſine fratribus vlla poteſt, aut gratia, aut fructus eſſe. Siquidē qui fratrem ſuum non amat, is nec parentes quidē, qui amborū generationis cōmunes authores fuerūt, amat. Muſas nominatas aiunt ſimul degere, propter ſororiā animorum coniunctionem. Cæterùm Pollux quendā, qui fratrem apud ipſum clàm deferebat, pugno percuſſum occidit: ac ne Deus quidē ſolus eſſe voluit, ſed potius cū fratre ſemideus agere. Euclides Socraticus cùm fratrem dicentem audiuiſſet: Diſpeream, niſi te vltus fuero: reſpōdit, & ego, niſi vt nos ames, tibi perſuaſerim. Et Ariſtip. ad fratrem dixit: Memineris te *Ariſtip-* diſſentionis, me reconciliationis authorē fuiſſe. Et pleraq; *pi dictum* alia de fratrū amore explicat Quinti[l]. decla. 321. Quis enim *in fratrē.* (vt apud Sallu. dicit Mycipſa) amicior, q̄ frater fratri? Et multis ante ſeculis ſcripſerat Heſiod. ex Græco Latinè cōuerſo,

Sed nec germano quiſquam eſt æquandus amori.

Cuius rei exemplum nobis reliquit Herod. in Thalia de muliere (ea Intaphernis vxor fuit) quæ optione ſibi facta à Dario ſibi fratrē aut maritum, aut filios morti adiudicatos, eximendi fratrem elegit, maritóq; ac liberis antepoſuit. Et ex eo lē Plut. Euclidi Socratico tribuens ait: Cùm ergo omnes homines diligendi ſint, tum fratres multò maximé. In quo Socratis animum imitari ac referre debemus. Hic enim ad illū, qui ſe moriturū exclamauerat, niſi ipſum vlciſceretur: at ego, dixit, niſi te mihi effecerim amicū moriar. Et Socrates ait fratres ita habēdos eſſe, ac ſi manus, quas Deus, vt vna alteram iuuet, creauit, dimiſſo hoc conarentur impedi-

mento inuicem fore: aut ſi pedes diuina prouidentia ad coadiuuandum inuicē facti, relicto hoc, vnus alterū impediat: fratres vero, dum amici ſunt, quāuis multū vnum ab altero diſtet, agunt tamen ea quæ profutura inuicē ſunt. Quocirca nemo ſolus eſt, nec ex quercu ſaxóue natus, ſed ex parentibus, & cum fratribus & agnatis, aliiſque familiaribus agit. Verumenimuerò extremæ inſaniæ argumentum eſt cum illis coniungi velle, quorum amorem nulla vis natura commendat nobis, vti hac in re ex Socionis, ſententia conſtat.

Qui relictis fratribus alios amicos quærunt, ſimiles illis ſunt, qui ſuum rus incultum ſinunt, & alienum excolunt.

Et Socrates ait, Quemadmodum æquè damnum fit ei, qui neſciens tentaret vti eo: ſic etiam frater dāno fit, cùm quiſq; eo vti tenetur neſciens, Quibus ſanè rationibus cōſtat propter multum amorē inter fratres, huius criminis rei legis Pompeiæ de parric. pœna afficiendi ſunt, ſicuti conſtat ex iuris profeſſoribus paulò anteà præcitatis, & de fratrū amore atque cognatorum pleraq; id genus alia congerit Stobæus ſerm. 82, in ſentētiis deductis ex theſauris Græcorum. Cæ-
38 terùm ad hanc rem conducit plurimùm ſcire, an † ſtatutum loquens de homicidio, locum ſibi vēdicet in parricidio? explicat Gand. in tit. de variis quæſt. in malefic. pen. col. & Lud. Carrer, in prac. crim. §. homicidium. num. 148. pag. 136. Hæc tandem ad huius capitis apertiorē cognitionem ac eius delicti pœnam pernotare libuit: multa tamen omiſimus, quę facile obuia erunt, & diligens lector pro ſui ingenij captu poterit inquirere, ac mente reponere: & adhuc verbo non amplius addam, qua pœna afficiendus ſit huius criminis reus
39 iure Pontificio. Poſtremò, & illud adiiciam, ſi † frater occidit fratrem ſuum, an frater ille filiiq; eius occiſo ſuccedant cum aliis fratribus, ab inteſtato, vel ex teſtamento? & Bar. ea in quæſtione in l. codicillis. §, matre. ff. de leg. ij. indeciſamq; relinquit. Et prima frōte videtur fratrem admittendū fore, ex glo. in l. cùm ratio. §. fin. & ibi Bar. ff. de bo. dam. Pau. Caſt. in præcitato §. matrem. Alber. in iij. ſtatut. par. q. lviij. & id quidem, niſi ſit alius in eodem gradu cum homicida. l. ij. §, fratris. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. Bart. idem profeſſus in præcitata l. cùm ratio. §, fin. Et factum ipſius fratris, aliis quidem fratribus nocere non poteſt. l. ſancimus. C, de pœn. Bald. in l. data opera. C. qui accuſ, non poſ, quæſt. pen. ſic etiam homicidium

cidium ei tantùm qui eſt proximior,& eorũ filiis nocet,non tamen aliis in eodem conſanguinitatis gradu exiſtentibus. l. Lucius Titius.& inibi glo.& Bart.ij. notab. ff.de iure fiſci. Bal.in l.eam quam.col.iiij.C.de fideicom.verſic. hæc faciunt ad quæſtionem.itidem in l.j.verſic. extrà quæro. C. vnde vir & vxor: definiens maritum vxorem occidentem non poſſe ei ſuccedere,etiam cõiunctis deficientibus,ex tex. ad id præſtantiſsimo in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir. & inibi Caſtr. & neoterici ff.ſol.matrim. Quo in loco Ang. expreſsim aſſeuerat proximum agnatum, qui & agnatũ occidit, inuitari ad eius hæreditatem:nihilominus ab eo, tanquam ab indigno hæreditas aufertur.l.ſi quis cùm falſo.& l.cùm falſi. ff.de falſis. doct. paſsim in l.vnica.C.ſi ex delict.defunct. Bar.in l.ei qui. & in l.fin.& inibi Alex.ad Bar.in vlt.addit. ff.de his,quib. vt indig. Flor.poſt tex.& gl.inibi.l.his cõſequenter.§.j.ff.fam. herciſc.Ang.in l.adoptiuum.§.patronum.ff.de in ius vocan. Luc.à Pen.ſignanter in l.cùm hæc ſola. C.de primipil.dign. Quibus nec admodum inuitus accedit Cæp.cuius initium eſt,Propter delictum patris. tametſi Bald.in l.ſi quis inceſti. C.de inceſt.nupt.ad fin.ex illo tex.ſumens rationem, aſſeuerat,quod ſi ſtatuto ſancitum fuerit filium patrem interficientem,non ſuccedere: nihiloſecius ſuccedere poterit nepos ex tali occiſo, potiſsimùm ſi abſque culpæ labe mortis aui immunis fuerit,longè quidem aliter Alex. ad Bart.in d.l. cùm ratio.§.fin. idem profitetur. In quo dubio an exigatur,quòd pater vſufructui renuntiauerit, explicat ſignanter Angel. in præcitato §.patronum.& Cæp.eo in loco,cuius & anteà meminimus,tametſi grauatus,videatur quòd ſic. Siquidem patre delinquẽte,& eius bonis publicatis,& vſusfructus,quem habet pater in bonis filij, publicatur. Bart. in l.ſi poſtulauerit.§.iubet.ff.de adult. itidem in l.iij.§.ſed vtrum. ff.de min. Angel.in l.eorum.ff.de damno infec.Bart. in l.ſi quis in tantam.col.iiij.verſic.quæro an habeat locum in iuribus incorporalibus, C.vnde vi, Iaſ.in §.actiones. num.65. Inſtitut. de action. Maſuerius in ſua praxi,tit.de pœnis. fol.97. col.iiij. verſic.item ſi bona patris. Et maximum robur huic ſententiæ affert tex.in d.§.iubet.verſic.ſed ſi vſusfructus. Et Bal.in l.4.C.de bon.quæ lib. & Corn.conſ.ccviij.ad fi. vol.iij.exiſtimant vſumfructũ non publicari: & nos in ea ſpecie pleniori adnotauimus manu,de hæreticorũ pœnis tractãtes, Sed pro

concilianda doctorum ſententia, Sali.in l.poſt hac.§.ſi quid etiam.in vltima quæſtione. C.de bon.damnatorum. hac diſtinctione vſus reſpondit, aut bonorum publicatio ſit ex cauſa, propter quam patria poteſtas amittitur, & in ea ſpecie vſusfructus ad proprietem redit, cùm cauſa ceſſet, propter quam patri conceditur patria poteſtas, & legitima bonorum adminiſtratio. Atq; ita Bal.ſententiam intelligendam fore opinatur, ſin minus patria poteſtas duret, vſusfructus quidem publicatur, ita Alex.reſpondit poſt Romanum in l. ſi ñ uta.§. ſi de vectigalibus.col. xx.verſic.item circa h ec. ff. de dam.infect. Quorum diſtinctio originem duxit à Cino, quem & Bal. idẽ profeſſus ſequitur in l.diximus. §.ſi pater. ff.de excuſ.tut. Et ſic Bart.& ſequentium ſententiam imitari videntur. In quo dubio & illud inſigne cenſeri ſolet, ſi & pater nihil habeat, quàm vſumfructum, patria poteſtate durante quis filium interim nutriat. cùm & fiſcus, & creditores ſuccedant in locum patris, ex l. ſicut.§.ſuperuacuum.ff.quibus modis pignus vel hippo.ſoluitur, & in l.ſi vt proponis. C.de bonis damnatorum. & patrem teneri filio alimenta præſtare.dubioprocul conſtat ex l. ſi quis a liberis.de liberis agnoſ. & ex principio Inſtitutionum de iure naturali gent. & ciuili. Et in ſpecie per arreſtum curiæ latum aſſeuerat Nicolaus Boërius deciſione ſeptima, nu.9.in prima parte ſuarum deciſionum. Illa tamen erit exhibenda cautela practicis paſsim obuia: quod ſi pater vſufructui renuntiauerit: ſi filius habebit totam adminiſtrationem: ſi patris publicentur bona, filius non priuabitur poſſeſsione vſusfructus, ex Ang. in l.adoptiuum.§.patronum. verſiculo dicam ergo. ff.de in ius voc.aſſeuerãs hoc remedium eſſe ſingulare ad ſucceſsionem ſaluandam, & ne fiſco applicetur, quando pater calore iracundiæ filium occiderat habentem maternam ſucceſsionem, vnde ei non poterat ſuccedere. Similiter huius filij videntur ſecluſi à ſucceſsione, ne patri acquirant. Vnde alij ex latere materno petentes hæreditatem ad ſe ſpectare conſuluit Cæpol.cautel.lxxx.cuius initium eſt, Propter delictum patris, quod pater renuntiet vſufructui, vt alij fratres obtinerent.& Boerius ſatis diligenter n. 17. eo in loco, cuius &

Cautela practicis admodũ obuia.

40 anteà meminimus, extricat. Cæterùm cùm † & homicida ſit incapax, etiam hæredes ſui talium turpiter quæſitorum, quæ ab eis tanquam ab indignis auferuntur, ex d.l.cùm ratio.& l. Lucius

Lucius præcitatis.aliàs anſa delinquendi daretur , ex Baldo
in l.reditio . colum. penult.verſic. extrà quæro.& inibi Sali-
cetus.C. de his quibus vt indignis. Socinus conſilio cxxiiij.
volum.iij.Barbatius conſ.viij.in j.queſt.volum.iij.Salicetus
in præcitata l.hæreditas. exiſtimat Bart.in errorem lapſum
eſſe in eo,quod ipſe cenſet portionem dicti interficientis,al-
teri fratri,non tamen fiſco,applicari. Quod eſt contra text.
in l.is conſequenter.§.j.ff.familiæ herciſcundæ.& vt Bar.ab
hac impugnatione immunis ſit, penſata animi deliberatio-
ne intelligendus eſt,non craſſa (vt ita dicam) minerua.Bart.
inibi in pluribus fratribus loquitur,quorum alter immunis
eſt , & inculpabilis , & ideo nimirum ſi pro parte ſua ſucce-
dat.& ita conſuluit Roman.ſingul.ccccl xiij.Alexand.in pre-
citata l.hæreditas. Bartolus intellexit, quòd fratris homici-
dium alteri fratri non præiudicet . ſed ſibi ipſi ſolummodò,
quo ad ſuam portionem . Et in ea ſpecie ita reſpondit Bald.
conſ.ccxxiij.pūctus infra ſcripti cōſilij. verſ.quo ad ſecundū.
vol.j.verba agens in marito,qui vxorem interfecerat.Bar.in
l.fi.ff.ſi quis aliquem teſt.prohib.j. cui hæreditas auferenda
eſt,& matris filiæ dari.Bal.in conſ.50. verſ.item inquiritur,
vol.iiij.exiſtimat fratrē ſubſtitutum in caſu mortis non ſuc-
cedere in vim inſtitutionis fratrem interficiendo, cui ei ſub-
ſtitutus eſt,ne dolus eidē patrocinetur,ex præcitata l.ab ho-
ſtibus.§.ſi vir.aliiſque fratribus accreſcit.Philip.Corn.cōſil.
ccxxij.videtur in hac conſultatione.vol.iiij.Bar.in conſ.viij.
q.ij.Alber.de Roſa.in l.ſi ſequēs.ad Syll.ff.& in l.cū ratio.§.ſi
plu.ff.de bon.da.Quibus ſic perpenſis exiſtimo † filiū hæredē 41
minimè teneri vindicare,cōtra patrē proprium,necē defun-
cti,ex Alber.in .l.j.C.de his quibus vt indig. & inibi Iaſ.j.li-
mit.ex tex.ad id preſtantiſsimo in l.ſi adulteriū cū inceſt.§.li
berto.ff.de adul.Bal.in l.athletę.§.dat remiſsionē.verſ.extrà
no.ff.de excuſ.tut.idémq; exiſtimat Iaſ.in filio teſtatorē occi
dente , qui quidē patrē ſuū inſtituerat,verſa vice teneri patrē
vlciſci necē defuncti cōtra filiū,ex d.§.liberto. Ex qbus ſanè
definitū extat , tametſi homicida,& filius eius,& nepos óccīſī
poſsint optimo quidē iure occiſo ſuccedere,ratione incapaci
tatis eorū portio fiſco applicabitur,aliis nō exiſtētibus fratri
bus nō culpabilibus.Et ita per arreſtū curię Parlamēti Pariſ.
ſentētia lata iudicatū eſt. Sicuti cōmemorat Aufr.in iiij.par.
de arreſtris.q.cxxx.Et in feudo idē, ꝙ frater interimens fra-

Per arreſtum lata ſententia.

crem, vel fratris filium, feudo priuatur, ex cap.j.§.ſimiliter. quib.mo.feud.amit. Et inibi Bal.& Card.Alex. Quibus nec admodum inuitus accedit Fran.Curt. Iunior in tract. Feud. fol.35.col.j.verſic.xj.cauſa priuationis. His omnibus accedit,
42 quod & ſolicitā † facit dubitationē, antequā inter fiſcū, & indignum ſententia feratur pro fiſco, minimè poteſt ex fratribus aliiſve proximioribus, excepto filio, obiici, quod hæres ſuccedens ſit indignus: gl.miris laudibus cōmendata in l.1s conſequenter.§.j.in verb.non pertinere. cuius meminit Bal. in d.l.j.C.ſi quis aliquē teſtari prohibue. aſſeuerans quod contra eum, qui incidit in titulum prædictum, minimè poteſt ſuper hæreditate eſſe litigium ciuile, niſi & id ad fiſci petitionem fieret. Cui ſententiæ ſe ſuſcripſit. Cornel.conſilio cl. litera o. volumine ſecundo.

His igitur ex receptiſsima omniū traditione præmiſsis, ſupereſt ad huius capitis perſpicuam appertiorémq; cognitionem prænotare in calce iſtius capitis, qua pœna iure Pontificio afficiendus ſit huius criminis reus: & ſi ſacris initiatus ſit ordinibus huius criminis reus pœna diſpoſitionis punitur, ac detruſionis in carcerem perpetuum, argumēto eo-
43 rum quæ † notat Abb.in c.tuæ.de pœnis.& in c.atſi clerici.in princ.& in c.cùm non ab homine.de iudiciis. Cæterùm parricida priuatur vtiq; ipſo iure beneficio, ſiue fratricida.c.inquiſitionis.vbi Feli.col.j.de accuſ.Io.de Annan. conſ.vj.præſuppoſita. Rebuffus huic accedit ſentētiæ in praxi beneficiorum.iij.parte, de modis amittendi beneficia.n.42.in quo dubio, an poſt degradationem curię ſeculari ſit tradendus? magna pars aut horum multū effuderūt tractatum, & in varias ſciſsi ſunt ſententias, tam Legiſtæ quàm Canoniſtæ profeſſores: ſed tandem crebrior ſententia inualuit, clericum huius parricidij criminis reum ſeculari curiæ minime eſſe tradendum: quidquid immurmuret, contrarium aſſeuerans, Abbas in capit.j.de his qui filios occiderunt.exiſtimant clericum parricidam eſſe poſt degradationem tradendum iudici ſeculari. Contra eum tamen frequentiori calculo recepta eſt ſententia, ſicuti exiſtimat Aret.in præc.c.cùm non ab homine.col.ix.ad fi.qui vltro citróq; dilatādo chartas, quàm plurimis remiſsionibus fundamēta Abbatis refert, eiſdēmque mirum in modum reſpondit. Et exiſtimat hanc contra Abbatis ſententiam veritati magis fauere Decius in cap.atſi

Abbas ī errorē labitur.

cleri

clerici. colum. xxiij.& inibi Andræas Siculus. Quo in loco Decius triplici in loco adnotat text. in dicto c. cùm non ab homine.contra Abbatis ſententiam.Et hanc profitetur com muni conſenſu gloſſarum & doctorum eſſe receptam Arnal dus Alber. in c.quoniam. de hæreticis libro vj. col. cxxiiij. verſic.nihilominus tamen.Quo fit,quod clericus parricida, quantuncunque graue commiſerit delictum, minimè debet degradari actualiter,tradique curiæ ſeculari,niſi ſequuta incorrigibilitate.Quo in loco pleraque id genus alia congerit Arnaldus Albertinus, tametſi perperam ab hac ſentẽtia com muni diſcedat Abb. in præcitato c.atſi clerici.in principio. de iudiciis.col. antepenult.& Anchar. in conſilio clviij.col. ij.Itidem in repetitione regulæ ea quæ. xix. quæſti.de regul. iuris.in vj.qui quidem doctores in contraria ſunt ſententia, deponendum eſſe tradendúmque curiæ ſeculari, adhuc non ſpectata incorrigibilitate. Idem Abb. in c.cùm non ab homine,& inibi Bal.de iud.idẽ Abb.in c.j.ad finem. de homic. Et in c.nouimus. de verb. ſignific. Quibus accedit Felinus, in c.Inquiſitionis.col.ij.de accuſat.Et omnium diligentiſsimè Barbat. in conſil.lxiij.col.iij. vol.1. Et hanc ſententiam æquitati conſonam eſſe firmat Decius loco præcitato:quã in praxi Florentiæ ſeruatam eſſe profitetur. Et pleraque id genus alia congerit Archiepiſcopus Flor.in iij.parte,tit.xxvij. cap.iiij.ad finẽ.Quorũ ſententiam hac noſtra tempeſtate, in qua clerici procliues ſunt ad malũ,non eſſet à ratione deuiũ amplectere,vt pacifico ſtatu reipublicæ conſuleretur,multique effrænati clerici à malis retraherentur. Siquidem ſacerdotes bellorũ miniſtri fiunt, vt nõ ſacerdotes rectè dici iudicaríq; poſsint,accincti ſunt gladiis, amicti thoracib⁹, criſtati capitibus,tõſi crinibus, ad modum Theſſei.Seditioſi ſunt,& ad malũ proni. Quã ob cauſam nõ eſſet miũ in praxi ſeruare,prout aliàs Hiſpaniæ anno M. D. XXXVI.in mẽſe Iulij in praxi ſeruata fuit iſthæc ſententia, ſicuti author eſt Ioannes Ber. Diaz c.xc.in practica ſua crimina.vtpotè timore pœnæ aliquorũ clericorum inſolẽtia temperaretur: tametſi in hac quæſti. alij alia adiécerunt,quæ nobis proſequi non lubet,cũ à ſingulis propè ſcriptoribus fuſe explicatur, nec citra tædiũ ſæpius repeti poſsint: à frequentiori calculo recepta ſententia minimè nec latum quidem vnguem diſcedere licet Abbatis tamen ſententia,ſi in aliquo caſu intelligenda eſſet ,in

Opinio æquitati cõſona.

cauſis primæ tonſuræ tantùm, ſi ſanè enormia delicta perpetraſſent, quorum numerus citra eccleſiæ mẽtem adeò excreuit, & illorũ audacia in perpetrandis hiſce delictis tanta eſt, vt ſanè multò grauiora ab his quàm ab aliis perpetrẽtur. Et iſte intellectus cõueſtiri poſſet ex pluribus cõgeſtis à Ioãne Loſio in trac. de libert. eccl. ij. parte, q. v. quæ inde petere ſtudioſi debẽt. Item & illud, quod præmiſſa diſputatione indefinitum atq; indeciſum dimiſit Alber. in d. c. j. q. xj. nu. 87. & q. xv. n. 12. ſitne clericus poſt degradationẽ tradendus iudici ſeculari ob crimẽ læſæ maieſtatis, aduerſus principem laicum commiſſum. Nam iuxta regulam iuris, & communẽ ſententiã, niſi natura rei, & alia quæ negotio & crimini acceſſerũt, contrarium ſuadeat, traditio non eſt aliquo pacto facienda: quod ſentiunt in hac ſpecie Matthæus Afflictus in conſtitutione Neap. lib. j. rub. xliij. & Ioan. Bern. Diaz. in praxi. c. 110.

SVMMARIVM.

1 *Nomenclatura illorum, qui ſibi mortem conſciuêre.*

2 *Quàm ſit à ratione deuium, mortem ſibi ipſi conſcire, multorum exemplis conſtat. & rurſus nu. 8.*

3 *Crimen de ſe falſum fateri mortale crimen eſt, & à ratione legis diuinæ alienum.*

4 *Damnatus, vt fame ac inedia moriatur, ſi ſibi oblatos cibos non ſumat, peccat mortaliter.*

5 *Nunquam licuiſſe, ſecluſa diuina iuſſione, etiam religionis cauſa, cuiquam ſeipſum iugulare, aut veneno occidere.*

6 *Iniuſtam damnationem timens, fugam à carribus arripere poteſt.*

7 *Damnatum ad mortẽ poſſe abſque peccati labe aſcẽdere furcam.*

8 *Omnia eſſe anteponenda, quo vitæ conſulamus: & nihil expenditur, quàm ſit à ratione alienum, manus ſibi iniicere violentas.*

9 *Legibus Romanorum, qui manus violentas ad necem vſque ſibi intulerit, eius bona confiſcanda ſunt, & hac noſtra tempeſtate, niſi & liberos habuerit hæredes.*

10 *Furoris morbo laborans manus violentas ſibi ipſi imponens, pœna non eſt afficiendus.*

11 *Vt publicationis pœna locum habeat, regia lege extante, exigitur, quòd crimen ſit capitale.*

12 *Condemnationes vaſallorum in hoc crimine ad regem, non tamen ad dominos vaſallorum pertinere.*

13 *Cadauer ſeipſum occidentis perinde, pœna eſſe afficiendum, ac ſi*

quemp

quempiam alium interemiſſet.

14 *Occidens ſeipſum cauſæ ſepulturæ tradendus eſt, non tamen eccleſiaſticæ.*

15 *Mortuus repertus in puteo, cùm non præſumatur ſeipſum præcipitem dediſſe, non eſt priuandus eccleſiaſtica ſepultura.*

16 *Huius criminis authorem non poſſe teſtamentum condere.*

17 *Quid de his, qui in carcere ſe trucidauêre diſcutitur.*

18 *Volens ſeipſum occidere, & curſu hominum ſe non interemit, an pœna criminis ordinaria afficiatur?*

19 *Quid etiam ſi ſeipſum vulnerauerit? itidem num. 20.*

21 *Qui volentem occiderit, criminis pœna ordinaria afficitur.*

22 *Rempublicam, ciues in bello obÿcere poſſe, tametſi periculo mortis agatur.*

23 *Quid etiam de his, qui manus violentas in ſeipſos intulêre?*

24 *Nemo poteſt, etiam volens, ſpontanea voluntate ſubmittere ſe torturæ abſque indicus.*

25 *Clericum etiam volentem percutiens an in excommunicationis labem incidat?*

26 *Inferens regis officiali iniuriam, tametſi volenti, ipſi regi iniuria facta cenſetur.*

De his, qui mortem ſibi conſciuêre, déque eorum bonis, quædam ex hiſtoriis adnotata ſcitu non indigna, aliter elucidata, quàm vulgò fieri ſolet. CAP. XXIII.

TRACTATVRI de illis, qui mortẽ ſibi conſciuerunt, non erit iniucundum quædam infrà dicendorum præmittere argumenta neceſſaria, quædámq; breuiter prælibare. Siquidem olim error fuit multorum execrandus, ſed eorum, qui verum Deum ignorauerunt, quòd ſpe vitæ melioris, aut pro gloria adipiſcende, vel vitæ tædio præſentis, vel pro de decore doloréque fugiẽdo, ſibiipſis liceret manus inferre violẽtas vſqueadeò, vt Plinius ſcriptum reliquit lib. 25. cap. 3. itidem lib. 14. c. 19. Et lib. 2. c. 25. optimus portus mori eſt. Et hoc eſſe optimum, quod natura dedit in tantis vitæ pœnis ærumniſque. Vnde pleraque huius rei extant exempla: ſiquidem Cato Vticenſis, Bru Marc. Anton. Empedocles, Chryſippus, Zeno Cleanthes, Lucretia omniũ honeſtiſsima,

& ple

& plerique alij mox citandi maxima prædici ſapientia, ac fortitudine: impias ſibi manus intulerunt, quò ſe huius vitæ miſeriis eximerent, & veluti à tempeſtate in portum ſe reciperent. Nam mortem erumnarum requiem, non cruciatum, eſſe grauiter pronunciauit Cæſar apud Salluſt. in Catilina, ſcribitque Plin. præcit. lib. 25. c. 1. Et quidem Lycurgus Lacedæmoniorũ Legiſlator fecit, vt tradit Plutar. Cato ille Vticenſis, qui ſe in ignem coniecit, huiúſq; meminit gl. Accur. in l. ſi quis filio exhæredato. §. eius qui. in ver. iactationis. ff. de iniuſ. teſta. Theombrotus Ambraciata, qui lecto lib. Plat. de immort. animæ, ſe in mare præcipitem dedit, vti ſcribit Cic. lib. 1. Tuſcul. quæſtionum. Lactant. Firm. lib. 3. c. 18. Et huius rei plura extant teſtimonia apud Auguſt. lib. 1. de ciuitate Dei. c. 22. Et illud Ouidij in Ibin, ad id alluſiſſe videtur.

Vel de præcipiti venias in tartara ſaxo,
Vt qui Socraticum de nece legit opus.

Et Accurſius de Empedocle Philoſopho in l. ſi quis filio. §. quòd ſi quis tædio. de iniu. rup. irr. teſt. aſſeuerat ſeipſum in crateras ætnæ præcipitẽ dediſſe, vt ꝑ Deo coleretur: quod ex quorũdã ſentẽtiis lib. 8. Diogenes Laërtius ſcripſit: cuius rei Florẽs ſeptimus meminit lib. q ad martyres ĩſcribit. & Hor.

Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus ætnam
Inſiluit.

Et Marcus Cicero de diuin. 1. & ita in vita Alexãdri Plutar. meminère id à Collano Indo factitarũ eſſe: qui, cùm in rogũ ardentẽ cõſcẽ liſſet, ô præclarũ diſceſſum, inquit, è vita mortali, corpore cõcremato in lucẽ animus excelſerit. Idémq; feciſſe Indũ Zamarũ author eſt Diõ hiſtoriæ lib. 54. vt qui Auguſto ſe oſtẽtaret, ſiue iactãtia, ſiue ſenectutis ĩcõmodis actus in ignẽ ſe cõiecit. Clarius exẽplũ ꝓximis Vlpiani tẽporibus Peregri Pariani è Ponto Philoſophi Cynici, qui celebri die Olympiorũ, in pyrã hac cauſa fabrefactã, totius Græciæ conuentu ſtãte, ſe cõdidit, & ex Ouidiano carmine cõſtat in Ibin.

Quódque ferum Proteum feciſſe cupidine mortis,
Des tua ſuccenſæ membra cremanda pyræ.

Et præter hos mortem ſibi conſciuerunt. Zenos Stoicus, qui ſeipſum ſtrangulauit, atque ex ipſius ſchola Cleanthes inedia à vita diſceſsit. Vtriuſque teſtes fideliſsimi ſunt Lactantius, & Laërtius locis præcitatis. Et pleraque id genus alia

alia congeſsit, qui iſtis noſtris non eſt ſaciatus, Strabo. 15. & itidem Plutar. in vita Alexandri, & illud Plauti in Bacchidibus vixiſſe minimo ſatius eſt, quàm viuere. & illud Iob c. 13. homo natus de muliere, breui viuẽs tẽpore, repletur multis miſeriis. Et Ionæ prophetæ cap. 4. Domine, tolle quæſo animam meam à me, quia melior mihi eſt mors, quàm vita. Et illud Pauli ad Philip. cap. 1. deſiderantis diſſolui, & idem ad Romanos c. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et illud Plin. lib. 7. cap. 1. natura nihil hominibus breuiatæ vitæ præſtitit melius. & Tullius lib. 1. Tuſculanarum quæſtionum. Strabo lib. 5. exiſtimat mortem eſſe natiuitatem ad veram illam & felicem vitam. Plato in Georgia illud Euripidis citat: Quis nouit vtrum viuere moriũt, mori autem viuere? ſiquidem, quod mortis homines vocant, idipſum eſt immortalitati initium, & futuræ vitæ procreatio, pereuntibus ſcilicet ſua lege, ſuóque tempore corporibus, animis verò ad proprium locum propriámque vitam aſcendẽtibus. Ex eo quòd corpus carcerem animæ ſignificat, vti conſtat ex Virgilio lib. 6. Aeneidos:

Hinc metuunt, cupiunt, gaudénſque, nec auras
Reſpiciunt clauſæ tenebris & carcere cæco.

Idem profeſſus Tullius in ſomno Scipionis, Macrobius lib. 1. c. 11. quibus pleraque id genus alia congeſsit Xenocrates in lib. de morte, Plutarchus in oratione cõſolatoria ad Apollonium, Seneca de conſolatione ad Mart. Itidem plura explicat Auguſt. de ciuitate Dei, lib. 21. c. 14. & deniq; optimũ vitæ bonum mors, mortẽ eſſe natiuitatẽ ad verã illã & felicẽ vitam, vti exiſtimat Strabo lib. 15. prędictis rationibus pręmoti ſunt viri nõ mediocris notę, imò in albo primarię doctrinę poſiti, aſſeuerãtes poſſe ſibiipſis manus inijcere violẽtas ad occiſionẽ. In quo dubio ingenia maiorũ noſtrorũ egregiè defecerũt. Quorũ rationes in ſe habẽt aliquãtulũ coloris, nihil tamen ſaporis habẽt. Quibus ſanè nõ obſtãtibus, quàm ſit à ratione deuiũ, apud nos, qui verũ Dei cultũ ac religionẽ profitemur, nemo ſanæ mẽtis diffitebitur, vti cõſtat ex Tito Liuio, lib. 2. Decad. 5. loquẽte de morte Quinti Flauij Flãminij: Hic (inquit) fœda morte periit. ſerui mane cubiculũ ingreſsi laqueo depẽdẽtẽ inuenẽre. Et Plin. idẽ profeſſus lib. 14. c. 19. ſcriptũ reliquit in veteri Romanorũ religione, nefandũ fuiſſe libare diis vino vitis, iuxta quam hominis mors laqueo pepẽderat.

Itidem lib.1.c. 25. extat huic rei pulchra Platonis ſententia lib.9.de Legib. qui ſeipſum v.ta vt ſcelerata probauerit, nec iudicio ciuitatis,nec triſti caſu coactus, nec extremo aliquo pudore compulſus, ſed in formidoloſi animi imbecillitate iniuſtè ſibi mortem conſciuerit,grauiter puniatur. Ex quo & id mortis genus informe decreta appellarunt canonica à paucis noſtræ tẽpeſtatis hominibus in hoc animaduerſa, in c.ſcelerat ior.de pœnit.diſtin.iij.tem exẽplo ſubiiciẽs de Iuda,qui ſeſe laqueo ſuſpenderat.Quibus adſtipulatur Ioſeph. apud Aegeſyphum lib.3. informis (ait) leti laqueũ homines inuenerunt,cuius ante hos meminit Virgilius.

Seipſum trucidare, mortis genus informe, decreta appellant canonica.

Et nedum informes leti trabe nectit ab alta.

Cõtra quos philoſophantiũ veriſsima illa eſt ſentẽtia, Nemini vnquam licuiſſe mortẽ ſibi conciſcere: nec vtiq; id eſſe viri ſapientis,aut fortis,vti hac in ſpecie extat elegãs,& mirum in modũ perſpicua repetitio fratris Frãciſci à Victoria inter primarios ſacræ Theologiæ maximè cenſendus.Vtrum ſit fortis viri interficere ſeipſum? Et noniſsimè Dominic. à Soto,re,& fama vtiq; inſignis de Iuſt.& iu.lib.5.q.1.ar.5.vtrũ alicui liceat ſeipſum occidere? Et Cic.in 4.de Finib.bonor.& malor.ait,Omne animal ſimul atq; eſt ortum,applicatur à ſe diligẽdũ,ẽſtq; in ſe cõſeruãdo occupatũ.Et deniq;,Omnis natura eſt diligẽs ſui.& lib.3.de Finib.ait.Seipſos omnes natura diligũt.& lib.5.eod.Omnis natura eſt cõſeruatrix ſui. Alc. lib.parergôn iuris.iiij.c.iiij.Aug.lib.1.de ciuit.Dei.c.18.Ioſephus lib.excidij Hieroſolimitani.3.c. 21. dilucidè id demonſtrat,per viuas pũctualẽſq; rationes,perquàm maximè execratur.Et ante eũ idẽ profeſſus Tullius lib.1.Tuſcul.quæſt.Itidẽ in Scipionis ſomnio. Cui accedit Ioſephus lib. belli Iudaici 3.c.21.ſcribit nõ eſſe fortiſsimi viri ſeipſum trucidare, quinimò formidoloſi ac ignauiſsimi hominis,ſicuti hac in ſpecie exiſtimat Quintus Cur.lib.5.Mortẽ cõtẽnere magis, quàm odiſſe vitã,fortiũ virorũ eſt.Idémq; profeſſus Ariſt.lib. Ethic. 5.c.11. Itẽ aſſeuerat D. Plato in Phædone. Et rurſus lib.9. de Legibus. Aegeſyppus lib.3.c.17. ingrati eſſe hominis citius diſcedere,quàm veli",qui vitã donauerit.Nec vtiq; licet animã ſoluere,niſi ei, qui ligauit. Lucianus in vita Peregri Pariani Philoſophi,ipſum deridet, qui gloriæ cauſa in ignẽ ſe præcipitauerit.Is idẽ ĩ tyrãnicida ſcriptũ reliquit,mortẽ ſibi cõciſcere genus ſanè mortis præ cæteris miſerrimũ,multóq; atroc-

atrocius, quàm ſi per alium inferatur. Et iis accedit Eliodorus lib. 2. hiſtoriç Aethiopicæ. Virgilius lib. 6. Aeneidos, Hos ſiquidem in inferno torqueri, qui ſibi mortem conſciuerunt, tradit. Et Seneca, Crimen relinquit vitç, qui mortem appetit. Et Auguſt. lib. 1. de ciuitate Dei. c. 22. atque catholici omnes exiſtimant, & Philoſophi tradunt, Chriſtianáque religio id exigit. impium eſſe ac deteſtabile facinus ſeipſum trucidare. Siquidem locus ſalubris pœnitentiæ minimè relinquitur, vt profitetur Origenes in Iob c. 2. & docet Lactantius Firmia. lib. diuinarum Inſtit. 3. Hieronymus idem profeſſus in Epiſtola ad Paulam. Itidem Auguſtinus lib. 1. de ciuitate Dei. c. 17. & 20. & Chryſoſtomus ſeriosè id explicat in Epiſt. Pau. ad Galat. Et præter hos diuus Thom. ij. ij. quæſt. lxix. art. v. Et vti conſtat ex Auguſtino de ciuitate Dei, & tranſumptiuè in c. ſi non licet. 23. q. 5. ſi nō licet priuata poteſtate hominem occidere, profectò etiam qui ſeipſum occidit, homicida eſt. Plerique alij ſacræ Theologiæ Magiſtri in ea ſunt ſententia, quorū in hanc rem argumenta vt veriſsima ita, & fortiſsima ſunt, & per pleraque id genus alia confirmari poſſet iſthæc ſententia. Licitum eſt cuicunq; periculo minore maius euitare, ſicuti membrum ſibi mutilum ac infeſtum reſecare, vt vitam ſeruet. Contingere autem poſſet, vt quis ſeipſum occidendo à maioribus ſe malis eripiat, videlicet ignominia, aut periculo, aut turpitudine alicuius flagitij; ergo tūc id erit licitum. Poſtremò his accedat Samſon, vt legitur Iudicū 16. ſeipſum ruina tēpli cōtriuit. Et Razias, vt 2. Machab. 14. refertur, ſeipſum interfecit, eligens potius nobiliter mori, quàm iniquorū fieri ſubditus. Quod & de Catone memoriæ proditū eſt. Et Philoſophus 3. Ethic. Vltimū ſit tēporaliū malorum mors, qui illa ſe orbaret, vt malis aliis careret.

Et primò huic innititur ſentētiæ, Nō eſt vitæ dominus, ſed ſolus Deus vitæ largitor, vti cōſtat Deuteronomio c. 32. ait, Ego occidam, & ego viuere faciā. & adſtipulatur illud Aegeſyphippi paulò ante citati, minimè licere animā ſoluere, niſi ei, qui ligauit. & alibi inquit Sapien. c. 16. Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem. Quo fit Deum offendere, qui, quod illius eſt, vſurpat. Et Plato in Phędone, nefas eſſe dicit hominem ſibimet manus iniicere violentas. c. ſi non licet. 23. quæſt. 5. Et Plutarchus de claris mulieribus, cap. 11. & Seneca Epiſtola 24, Aulus Gellius libro decimoquinto. c. 10.

Abu

Abulenſis 1. Reg.31. quæſt.9. idem lib.1. idem lib.2. cap.14. quæſt.14. & apud noſtrates Corn. conſ.cxcv. Lopius in rub. cap.per veſtras.de donat.inter.§.lxx,num.6.

His adſtipulatur præceptum illud Decalogi, Non occidas:quod habetur Exod.20.& Deuteron.5.hoc eſt argumentum Beati Auguſtini 1. de Trinitate, ad probandum quòd occidere ſeipſum ſit illicitum: in quo conſtat hominem ſeipſum occidere poſſe:nam ſi non alterum, nec vtiq; ſeipſum occidere poteſt. Cæterùm non licet militi præſidium, cui impoſitus eſt, iniuſſu Imperatoris ſui deſerere.l.iij.§.qui ſtationis munus. ff. de re milit. Tertiò fortiſsimum huic rei argumentum præſtat: Qui ſeipſum trucidauit, reipublicæ iniuriam facit,cuius vnuſquiſq; membrum eſt:Aufert enim ab ea,quod ſuum eſt,præter leges,& ipſius cōſenſum. Dedit ipſa natura,vt inquit Cic.virtutum omnium initia,eadémq; rebus omnibus eam vim inſeruit, vt appetant ſui conſeruationē,& reſiſtant corruptioni,vti experiētia docet,& Ariſtoteles adſtipulatur lib.2.de generatione.& Ethic.c.1. Poſtremò ait, qui ſeipſum enecat,iniuriam irrogat reipublicæ.Et Dominicus à Soto hanc rationē adnotat loco præcitato col. ij.quia quicquid homo eſt,eſt ipſius reipublicæ,ſicut pars ſui eſt totius:ergo qui occidit,aufert à republica quod ſuum eſt.

Quartò ſuffragatur,homicida ſui perquàm maximè contra charitatem operatur, nec minus nos ipſos diligere debemus,quàm proximos.Siquidem præceptum inquit, Diliges proximum ſicut te ipſum. Quo fit charitatis ordinem à ſe ipſo inchoandum eſſe. l. præſens.C.de ſeruit. & aqua. cap.ſi noluit.xiij.quæſt.v.cap.niſi ſpecialis. de authoritate vſu pal. Lopius loco præcitato,num.6.

Quintò huic rei ſuffragatur,militiæ deſertor cap.puniendus eſt.l.non omnes.§.deſertor.ff.de re milit.à fortiore,vitæ deſertor.Siquidem deſerens Dei opus diſſoluit,ergo maiori ſupplicio dignus eſt. Et Cicero in Scipionis ſomnio inquit, Piis omnibus,retinendus eſt animus in cuſtodiam corporis, nec iniuſſu eius,à quo ille eſt nobis datus, ex hominum vita migrandum eſt.vnde rectè Pythagoras dixit, iniuſſu Dei de præſidio, & ſtatione vitæ diſcedere non licere: & Ioſephus lib.3.de bello Iudaico,cap.14.aſſeuerat: Ciui Dei depoſitum ex corpore proprio obiecerit, maximè peccat:nec licet animā ſoluere,niſi ei,qui ligauerit:quíque,vt eam ſeruemus, nobis

conceſsit,vt vim omnem atque iniuriam propulſare poſsimus,vt in l.vt vim.ff.de iuſtita & iure. & alibi plura nos tradidimus ſuprà cap. & qui ad neceſſariam vitæ,defenſionem aliquem occiderit. & hanc rationem Dominicus à Soto adnotat loco præcitato. Sextò peccat,qui falſum crimen alteri imponit,ita & qui ſibiipſi,ex d.c.ſi non licet.not.Archid. in cap.non eſt.xxiij. quæſt.v. Abb.in cap.ex parte. de ſepult. Abb.& Felin.in cap.j.de teſtib.cogend.col.ij.Ioan.Lopius in tract.de regno Nauarræ. iij.parte.§.ij. colum.iiij. Syluester verbo,detractio. q.iij. Caiet. in ſumma eod. verbo. & xxiij. quæſt.lxxiij. artic.ij.Ioan.Maior,inibi quæſt.xxij.col.v. quibus ſuffragatur, quod infamare ſeipſum eſt mortale peccatum,ſicuti & infamare proximum;quemadmodum & occidere ſeipſum,eſt ita graue crimen ſicut occidere proximum. d.c.ſi non licet. Sunt & hi omni execratione digni, & qui propriè peccant in Spiritum Sanctum, quorũ peccatum non remittitur vnquam,neque in hoc ſeculo,neque in futuro,vti ſuadet & angelica veritas Matth.cap.12.& denique nulli vnquam ſeipſum occidere licuit,aut licebit, niſi ipſe fons iuſtitiæ Deus ſpecialiter hoc,aut præcipit,aut certiſsima inſpiratione ſuaſit. Quibus defenditur Samſon, & laudantur ea in re martyres quidam ab Euſebio,lib.8.hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap.12. itidem cap.14.& Hieron.ſentit in c.non eſt noſtrum. xxiij.q.v.multa ſiquidem licent,ex quibus mos vel ſequitur, vel acceleratur: ſed tunc præter intentionem inferendi ſibi mortem,vtpote licet damnato ad mortẽ non fugere,& tempore peſtis licet viſitare infirmos, licet vtiq; abſtinentia vitam breuiorem reddere,& in bello iuſto pugnare,& in tempore periculoſo nauigare,aliáque multa id genus licent, in quibus & ſi mors interdum ſequatur,minimè tamen ex morientis intentione, vti conſtat ex c.diſplicet.xxiij. q. iiij. c.ſi non licet. cum ſe q. ea cauſa. q.v. & omnium diligentiſsimè Abulenſis locis præcitatis. Et hanc ſententiam probat, occidere ſeipſum eſt cõtra naturalem hominis inclinationem: ſed facere aliquid cõtra inclinationẽ naturalẽ eſt peccatum: ergo trucidare ſe,eſt peccatum. Minor eſt manifeſta,nõ ſolùm homo,ſed vtiq; omnia animãtia & res omnes reſiſtunt ſuæ corruptioni,& pro viribus adnititur rerũ natura ſe conſeruare,vt definitur ex Philoſ.2.de generat.& experiẽtia ipſa apertius docet,quàm vt probatione indigeat: eſt ergo cõtra

naturalem inclinationem hominis, vt ſe interimat. Cæterùm & illud coadiuuat: Nemo eſt iudex ſuiipſius, nec habet authoritatem in ſeipſum: vnde & illud ſequitur, quòd non licebit ſeipſum interficere, etiam ſi dignus eſſet morte & perniciolus reipublicæ. Non eſt immunis ab iniuria qui alium interficit, etiam ipſo petente, cùm & ille non ſit dominus vitæ ſuæ: ita quidem qui ſeipſum interficit, iniuriæ reus eſt: & apud Cic. Pythagoras ait, Prohibētur milites ſine iuſſu Imperatoris vel domini de præſidio & ſtatione vitæ diſcedere.

Nemo iudex ſui ipſius.

Et fortiſsimum huic rei argumentū præſtat illud Prouer. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & eos qui trahuntur ad interitū liberare non ceſſas. Vnde ſi quis poſſet innocentem eripere de manu inuaſoris, & non faceret, reus homicidij eſſet. Et hoc ſic arguitur. Plus tenetur homo ſeruare ſuā vitam, quàm vitā proximi: ſi ergo tenetur homo defendere vitam proximi ab iniuſto inuaſore, ergo etiam propriā vitam. Nemo poteſt ſeipſum trucidare, ſaltem de induſtria: ergo, &c. antecedēs probatur, quia voluntas non poteſt velle niſi bonum, ſicuti definitum eſt ex Ariſtot. ſed non eſſe, aut deſinere eſſe, non eſt bonum, imò potius malū: ergo nullus ſeipſum poteſt interficere. Et illud coadiuuat, quod Auguſt. de ciuitate Dei 17. diſertè diſſerit: quia impoſsibile eſt, quòd aliquis nolit eſſe beatus, ſed qui vult eſſe beatus, cùm nō poſſit eſſe beatus, ſi non ſit: ergo non poteſt aliquis nolle eſſe, & per cōſequens ſe interficere. Et ſtabiliri poſſet: Qui ſine alio titulo propter gloriā humanam vitam ponunt in periculo magno, grauiter quidem delinquunt, ſicuti ſatis definitum eſt ex Ariſtot. 3. Ethic. dum ait, Vltimū malorum mors: ergo ſe trucidare eſſet iniquum. Supereſt & ad ea quæ pro contraria parte à tam grādi multitudine adducta fuēre, reſpōdere: & primò quòd de Bruto, Platone, Decio, & aliis pleriſq;, qui ſe occiderūt, non poterat eis latere inculpabiliter illud mortis genus eſſe illicitum: & quia in lumine naturali cognoſci poſsit, illicitum eſſe ſeipſum interficere, patet: ſiquidem Philoſophi virtutis ſtudioſi id docuerunt, ſicuti cōſtat ex Ariſt. 3. Ethicor. dicente, Quod eſt non magnanimi mortem ſibi conciſcere, ſed puſillanimi, & non potentis ferre vitæ labores. Et id ex Cic. conſtitutiſsimum eſt, dum inquit, Mortem cur mihi cōſciſcerem, cùm cauſam vllam habeam? cur optarem multas? quanquam hoc ipſum, ſapientis enim eſt, neque optare

optare mortem. Nec aliquo iuris apice obſtat illud, quod de Samſone, Raſia, Saüle, & pleriſq; aliis, qui vltrò mortē ſibi conſciuerunt: cùm non ſimiliter de omnibus dicendum videatur. Samſonem enim neceſſarium eſt immunē reddere, quem etiam Paulus retulit inter iuſtos, vnde Auguſtin. loco paulo anteà citato exiſtimat Sāſonem immunem eſſe à mortis crimine: ſiquidē Dei ſpiritu motus fuit. Nec hoc quidem eſt à ratione deuiare, cùm id expreſſè habeatur in hiſtoria Iudicum: ex quo definitū extat, Dominum oraſſe, vt redderet ei priſtinam fortitudinem, vt vindictam ſumeret de inimicis ſuis. Alia non incōcinna poſſet dari reſponſio. Siquidem non ſe interemit ex intentione, ſed voluit vtiq; hoſtes opprimere & interficere, ob quod quidem mors ſecuta eſt ipſius: ipſe ſiquidem credebat hoſtes irruere, & ſe incolumem eſſe, vt legitur etiam de Eleazaro. 1. Machab. 6. qui ingreſſus ſub ventre Elephantis, cui regem Antiochum inſidere credebat, Elephantē quidem gladio interemit, ipſe verò beſtiæ ruinà oppreſſus, mortem inuenit preclaram: quia ſe libenter (vt dicit ſcriptura) pro populo ſuo poſuit: quod facinus non à Deo vituperatur, ſicuti conſtitutiſsimum eſt ex Ambroſio, libro de offic. cap. de fortitudine, cùm & ipſe Eleazarū miris laudibus efferat. Eodem modo Samſon immunis redditur, cùm & ipſe ſicuti Eleazarus ſe interemit. Cæterùm de Saüle non eſt idem iudicium, cùm & ipſe non eſſet dimiſſurus, imò à Dei gratia repulſus, atq; ideo non eſt neceſſe quærere illius excuſationes, in qua ſpecie Sabellicus ſcriptū reliquit: Saülē non ſe interfeciſſe, ſed vtiq; de morte conſciſcēda cogitaſſe: & 1. Reg. vlt. legitur, vitam ſuam finiſſe incumbendo ſuper gladium ſuum. Razias verò hac in re probabilius poſſet ab hoc crimine immunis reddi, tametſi Diuus Thom. ij. ij. q. lxiiii. artic. v. non illum excuſet: in quo dubio gladiis ſecutis dimicatum eſt inter Thom. & Brugen. & quia candido lectori hæc obuia erunt per eos adducta hincinde, ne chartæ diſpendiū ferant, miſſa facio. Ex quibus ſatis iam ſatis conſtat ſeipſum trucidare eſſe maximè impium, & multorū eſſe errorem execrandum, & maximè illorum qui Deum verum cognouerunt. Parique ratione reſpondere poteris ad illud, quod legitur de Catone Vticēſi, Bruto, Marco Antonio, Empedocle, Chryſipo, Zenone, Cleanthe, Lucretia, & pleriſque aliis præditis maxima ſapientia, ac fortitudine: qui quidem

impias ſibi manus intulerũt,quo ſe huius vitæ miſeriis eximerent,& veluti à tempeſtate in portum ſe reciperent. Hinc & illud ſepiſsimè dubium exoritur,liceátne alicui metu tormentorũ crimen de ſe falſum fateri? Item,an is,qui teſtibus conuincitur hęreſeos reus,poſsit abſq; mortali culpa ipſam hæreſeos culpam fateri,tametſi verè huius criminis author non fuerit,vt ad pœnitentiam ab eccleſia recipiatur,vt effugiat traditionem, quæ ſolet fieri iudici ſeculari, ob id quòd negauerit crimen,quod legitimè probatum eſt, nec pœnitere eius voluerit, mortíſque pœna ei inferenda, iuxta per Hoſtienſ.tradita in ſum.de hęret.§.qualiter deprehendatur. Directorium inquiſitorum, ſecunda parte, quæſt. xxxiiij. & rurſus in tertia parte, in duodecimo modo procedendi. Repertorium inquiſitorum, verbo, negans. Et omnium diligentiſsimè Felin.in cap.ad abolendam.col.j.de hæret. Quibus accedit Bertrand.conſil.cxij.volum. ij. Et dubio procul mortale crimen cõmittere eum, qui falſum ſibi crimen imponit, vel metu mortis, vel tormentorum : idem profeſſus Ioan. Lup.ſuper rubr. §.lxx.numero 3.doctores in cap. j. de teſtib.cogen.Siquidem peccat,qui falſum crimen alteri impingit, ita & qui ſibiipſi, & dicto cap.ſi non licet. Archidiac. in cap. non eſt. xxiij. quæſt.v.Abb.in cap.ex parte.de ſepult. itidem Abb. & Felin. in cap.j.de teſtib.cogend. col.ij. Ioan. Lopius in tract.de regno Nauarræ.iij.parte.§.ij. Quibus accedit Sylueſter verbo, detractio. quæſt.iij. Caiet. in ſumma eodem verbo: pleníorique manu explicat Caiet. ſecunda ſecundæ,quæſt.lxxiij.artic. ij.Io.Maior in iiij. Sententiarum, diſtin. xv.quæſt.xxij.col.ſecunda. Nec itidem obſtat, quod à noſtræ tempeſtatis hominibus adduci ſolet, parem rationem eſſe vitæ & famæ. Atque ideò Adrianus in iiij. tract. de reſtitutione famæ,quæſt.vlt.& inibi communi conſenſu doctores conſentiunt famam poſſe pecunia compenſari. Atque ideò famam & honorem, vt res exteriores, hominum arbitrio ſubiici. Quorum doctorum ſententia quominus in hac ſpecie militet, nemo ſanæ mentis diffitebitur. Siquidem nec par ratio vitæ & famæ: nam propriæ vitæ nemo dominus eſt,vt vitã pretio vendat, vel membrorũ amiſsionẽ pecunia commutet,vti ex Iuriſc. conſtat in l.liber homo. ff.ad leg.Aquil.c.contingit.in j.de ſent.excom. Quo fit, ſeipſum occidere non poſſe,aut membris mutilare,vt probatur in d. cap.

Directorium inquiſitorũ.

cap.ſi non licet.& apud Auguſt.lib.j.de ciuitate Dei, cap. 20. Thom.ij.ij.quęſt.lxiiij.artic.v.& hinc illud eſt grauiter peccare, ſi immunis à crimine exceptionibus non vtitur, quæ eidem deſeruire videbantur, ex glo.in l.pactum.§.inter hæredem.ff.de pact. & ibi neoterici, Anchar. in clem.vnica,de except. doct. in cap. contingit. de ſententia excom. Faber, & Platea in §.iuris præcepta. Inſtitut.de iure natur. Lopius loco præcitato. Ex quo is,qui ſeipſum occidit, contra iuſtitiam facit reſpectu reipublicæ, cuius eſt vita hominis. Quamobrem hiſce ac aliis rationibus eleganter probat Dominic. à Soto, in relectione, de ratione tegendi & detegendi ſecretum,membro primo.quæſt.iij. non eſſe mortale crimen aliquem metu tormentorum, vel ob effugiendam mortem,propriam prodere famam. Vnde huic opinioni libenter accedo aduerſus Archidiac. Panormit. & ſequaces, quorum reſpõſio vera eſt in ea ſpecie,quam ipſi proponunt, vbi facta criminis proditio operatur cõfitentis occiſionem, quod nec Dominic. à Soto negat. Explicátque doctiſsimè Mart.ab Azpilcueta in cap. inter verba. xj.q. iij.concluſione ſexta, corrollario xliiij. Quòd ſi hæc infamatio fiat cum mendacio,erit peccatum veniale, ſiquidem eſt mendacium officioſum, vti omnes fatentur.

Ex quo † damnatum etiam iuſtè,vt fame moriatur,peccare 4 mortaliter,&ſeipſum occidere,ſi oblatos ſibi cibos noluerit ſumere. Siquidē is vtitur actu ad mortem immediato.Hanc illationem ex diuo Thoma deduxit Caiet.ij.ij.q.lxix.art.iiij. verſic. ad octauam dubitationem. Tametſi contrarium exiſtimet Ioan.Maior d.quæſt.xxii. col. iij. dubio procul mortale crimen erit nullis vti cibis inediáq; opprimi,etiam ſi id pietatis gratia fiat.idem profeſſus Io.Lop.ſuper rubr. §.lxx. nu.5.Abb.in c.j.cùm infirmitas.de pœn.& remiſ. c.non mediocriter.de confec.diſt.v.Quibus & illud adiiciam,non teneri quem vti cibis delicatioribus, aut ſelectis, ſalubrioribus ad effectum prolongandi vitam,licet teneatur vti cibis ad vitæ conſeruationem naturaliter productis, ſicuti exiſtimat Maior numero 4. diſtinct. xxxviij. quæſtio. xxiiij. poſt Sanctum Thom.inibi. Quibus accedit Adrianus quolibeto primo,artic. iij.ad nonum.& Gerſon in tract.de abſtinentia Cathuſiēſium à carnibus: & è noſtris Abb.ſentit in c.ſi verò, de iureiu.Illud etiā cõſtat,ſecluſa † diuina iuſsione,nunquā 5

licuiſſe etiam cauſa religionis cuiquã ſeipſum iugulare, ſeipſum veneno occidere, aut actum morti immediatum exercere, ſicuti ſantus Thomas ij.ij. q.lxiiij.art.v.& Auguſt.lib. j.de ciuitate Dei, capit.xj.& xij. Cùm enim actus hi directè in malum tendant, ex propria eorum natura, nec vllũ poſſint habere finem vtilem, bonum, aut licitum, ſequitur eos nullo caſu poſſe reddi licitos, ſicuti diuus Thom. & alij frequentiſsimè probant, paulò antè citatis, niſi diuina iuſsione hoc nempe fieret, ſicuti de Martyribus conſtat, etiam ſi mors eis imminens fuerit, ſicuti pleniori manu explicat diuus Thom.ij.ij.q.cxxiiij.art.j.& ij.& Act.Apoſt.c.16.

Secluſa diuina viſione nõ licuiſſe ſeipſum trucidaere.

Id etiam conſtat minimè licere ſibi mortem conſciſcere, etiam ob effugiendum ſtuprũ, ob euitandúmve aliud quodcunque peccatum, ſicuti apparet ab eodem Auguſtino præcitato cap.duodecimo, cui conuenit gloſ.quæ expreſsim hoc ipſum vult in capit.non eſt noſtrum.xxiij.q.v. Pati etenim omnia mala debet quis potius, quàm peccato cõſentire: pro quo optimus text.in cap.diſplicet.duodecima q.iiij. tametſi Hieronymi verba in dicto capitulo non eſt noſtrum. plurimum refragentur, itidem ſuper Ionam prophetam cap.j.

Mortem cõſciſcere ob euitandum ſtuprum non licet.

Cæterùm illud conſtitutiſsimum eſt, in carceribus captus iuſtè pro crimine mortis pœna digno, & ad eam pœnã damnatus facta fugiendi opportunitate vtique in carcere manere nec fugere tenetur, ſicuti hac in ſpecie notat Caietanus d. quæſtione lxix.artic.quarto.in diui Thomæ interpretatione. Et ratione conſtat, Actus ſiquidem hic non eſt ordinatus ex ſua natura ad mortem, nec itidem immediatus: atque ideo tametſi periculoſus ſit, ex eóque mors expectetur, poterit dubio procul fieri, vt delicti reipublicæ fiat ſatisfactio, eiúſq; punitio ſit in aliorum exemplum. Cui ſententiæ ante Caietanum ſe ſubſcripſerat Ioannes Maior in præcitata quæſtione xxij.columna quinta.

Ex quo itidem iuris appendix deducitur, iniquè ad mor-
6 tem † damnatum omnino teneri, ſi ſanè poſsit fugere, alioqui peccabit profectò, maxima vſus temeritate: ſiquidẽ cùm probabilibus coniecturis iniuſtam damnationem timet, fugam arripere poterit, aſſerit gloſſa in clem.paſtoralis.verbo, per violentiam. frequentiori doctorum calculo inibi approbata de re iudicata. Cuius meminit Baldus in rubrica de vita & honſt.cleric.col.ij. Abb. in capitulo ſicut.in tertio, nu.4.

& in

& in cap.ſi verò.nu.8.de iureiurando. Ioan. Andreas in Spec. rub.de iureiurando.Abb.in cap.inter alia.de immunitate ecclеſ.ad finem.Hippol.ſingul.clxxvij. Curtius Senior in repetitione l.admonendi.col.lxix.ff.de iureiurando.Ancharanus in regula,peccatum.tertia quæſtione, de regulis iuris.in vj. Ioannes Maior in quarto ſententiarum,diſtin. decimaquinta, q.xxij.col. ij. Id vnum doctores communiter addentes, reum ſi iniuſtè veriſimiliter damnandus eſt, teneri fugā arripere,à carcere nec vtique redire,tametſi iureiurando, ac ſacramento pollicitus ſit:non enim tenetur quis ſeruare iuramentũ, vbi ex hoc ſine iuſta cauſa ſe opponit probabili mortis periculo,textus ad id celebris in capit.ſi non licet. vigeſimatertia quæſtione quinta.gloſ. quæ expreſsim hoc ipſum vult in præcitato cap.ſi verò.de iureiurando.quam Io.Andr. Abb. & plerique alij inibi ſequuntur, quibus accedit Ripa in tractatu de peſte.§.ij. col.j.ad id textus in §. vltimo.vigeſimaſecunda quæſtione quarta.& in capitulo negotiatorem clericum.lxxxviij.diſtinct.&Hieronymus in epiſtola ad Nepotiatum, quæ ſecunda eſt primo epiſtolarum tomo. Siquidem vnuſquiſque propriam vitam conſeruare tenetur,alioqui ſit ſui ipſius homicida. Quamobrem minimè teneri redire ad carceres: verùm, ſi redierit,peccare,& grauiter quidem,ſicuti exiſtimat Maior dicta quæſtione vigeſimaſecunda.col.j.& diuus Thom.ij.ij.quæſt. lxix.artic.quarto. ad ſecundum argumentum. Et nos alio celebri loco id in hoc codice adnotabimus pleniori manu. *Quid ſi iureiurando promiſerit.*

Quibus & illud adiiciam, quod ex eodem fonte ſiue ſtipite videtur emanare,iuſtè,vel † iniquè dãnatum ad mortem, 7 poſſe optimo quidem iure, & abſque peccati labe aſcendere furcam,tametſi ex hoc mors ſequatur, non tamen immediatè & directè,atque ideo minimè exiſtimabitur ſe ipſum occidere.Poterit hunc actum facere ſpontè.vt iudici pateat, & illatam mortem pati, & inferenti non reſiſtere. textus inſignis in l.prima.ff.de bonis eorum,qui ſibi mortem conſciuerunt.vbi Barr. expreſsim id adnotat. Cui ſimilis eſt in c. innocens.vigeſimaſecunda quæſtione quarta.Idémq; exiſtimat Io.Maior dicta quæſtione xxij.col.j.iudicíque tenetur parere: ſiquidem cogeretur nihilominus facere,ſicut & martyres potuerunt colla percutientibus ſubmittere, vtique in ſpecie Hieron.inquit in c.non eſt noſtrum.xxiij.q.v.

Ex eadem ferè ratione ſubinfertur, non ſtatim mortalis criminis damnoſos eſſe duces belli miliéſve, qui quidē maximo committunt ſe prælij periculo, qui (vt victoria potiantur) huic periculo ſe committunt, ex quo certior eſt mors, quàm eius euaſio: nam & hi nequaquam exercent actum ad propriam eorum occiſionem ordinatum, ſed eò directum, vt hoſtes vincantur. Quo fit, Eleazarus vir alioquin fortiſsimus à peccato vtique defendendus eſt: nam & is, cùm ſuper eminentem ſuper cæteris Elephātem lorica veſtitum regia aduerteret, id vnum meditatus curſu concitato grandiori q; impetu in cōfertiſsimos hoſtes in medium legionis ſe proripuit, & vltrò citróque vtraque manu abiecto Clypeo beſtiam interficiebat, atque ſub ea intrauit, & ſubiecto gladio capulo tenus beſtiam illam interemit, itáque cadens beſtia Eleazarum oppreſsit eundémque interemit, vt ſcribitur Machab. primo cap. ſexto. & apud Ioſephum libro Antiquitatum 12. cap. decimoquarto. & libro primo, de bello Iudaico, cap. 1. Sícque Eleazarum miris laudibus effert Ambroſ. lib. primo de offic. cap. xl. imò & ſi quis, vt ab aliqua oppreſsione liberetur, fugiens ſe ipſum periculo mortis imminenti commiſerit, & tandē perierit, non eſt peccati mortalis reus. Quippe qui præter intentionem mortem obierit, potius cogitans de fuga ab ſtupro aliáve oppreſsione tyranni, quàm de propria vi & natura minimè ordinato contigerit: & id probatur ex eleganti text. in cap. ex parte. in ſecundo. de ſepul. atque ideo licet tempore peſtis viſitare amicos, tametſi ſit cum manifeſto periculo mortis: itidem licitum eſt nauigare ingruente tēpeſtate, licet mortis periculum appareat, nec exiſtimandus eſt ſui ipſius homicida, vt pleniori manu explicat frater Franciſcus à Victoria in peculiari ſua repetitione huius quæſtionis, nondum typis excuſa. Sibiipſi

8 nequaquam† manus iniicere violentas ad occiſionē, aut membri mutilationem non licet. Siquidem mors eſt omniū maximè terribile, vti ex Ariſtotele cōſtat libro Ethicorum tertio, c. 6. aſſeuerat Achiles apud Euripidem in Ephigenia in Aulide, & Eccleſiaſtes c. 4. inquit, Mors quàm amara eſt memoria tua. Et Dominus noſter Ieſus Chriſtus, inquit Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Omnia ſiquidem ſunt anteponendi, quo vitæ conſulamus, cùm nullum pretium ſit cum vita comparandum, teſte Homero Iliados lib. 9. & nos

Mors omniū terribile.

plen

pleniori manu tradidimus ſupra c.9.nu.5.Iura ſanè Cæſarea Pontificiáve ſeipſos interficientes vltore gladio puniunt.l. qui rei.§.ſic autem diſtinguendum.ff. de bonis eorum qui ſibi mortem conſci. vbi ſcriptum reliquit: Si ſanè cauſa manus ſibi intulerit,puniendus eſt. Qui cùm ſibi non pepercit, multò minus alij parceret,tex.ad id ſingularis in l.ſi quis filio.§.eius qui.ff.de iniuſto teſta. Iura Pontificia hos omnino damnant, in capit. diſplicet. in verſic. noli ergo iam dicere. xxiij.q.iiij.pleniori manu in c. ſi non licet. & cap.tu dixiſti. & capit.non eſt noſtrum.c.placuit. vigeſimatertia quæſtione quinta. Nec deſunt Theologi,qui hanc profiteantur ſententiam,diuus Chryſoſtomus in Epiſtolam Pauli ad Galatas. Hieronymus in epiſtola ad Paulũ ſuper obitu Bleſillæ,eiuſdem Pauli filius Auguſtinus libro primo de ciuitate Dei, c.xvij. & diuus Thom. ij.ij.cap.quæſtione lxiiij.art.v. Origenes ante hos in ſecundo tractatu Commentariorũ in Iob, c.ij.Lactancius lib.iij.qui eſt de falſa Sapientia.cap.decimooctauo.In quo dubio illud non eſt prætermittendum, quod ſeipſum occidens legibus ſanè Romanorum non patitur bonorum publicationem,nec ea fiſco addicuntur,niſi ſeipſum occiderit conſcientia criminis ea publicatione digni,nempe accuſatus de crimine,ex quo bona erant publicanda. Ex eo etenim quòd ſeipſum occidit, crimen illud fateri cenſetur, & ideo locus eſt pœnæ legali.l.iij.§.j.ff. de bonis eorum qui ante ſententiam ſibi mortem conſciuerunt. Tradit Alberic. in eiuſdem tituli Rubrica. Corneus conſ.cxcv.volumine ſecundo.Decius conſ.ccccxxviij.Paulus Pariſ.cõſ.clv.vol.iiij. Gulielmus Benedictus in cap.Raynutius.in verbo,mortuo itaque teſtatore in primo,n.40.cum aliis,extrà de teſtamen. doctores frequentiori calculo.l.ij.qui teſtamenta facere poſſunt. regia l.xxiij.tit.j.parte ſeptima.Io. Ign. omnium diligentiſsimè in l.j.§.ſi ſibi manus.ff.ad Syllanianum. text.ad id præſtantiſsimus in l. omne delictum.§.ſi ſe vulnerauit.ff. de re milit. & Alcia. in parergõn iuris libro 4. cap.4.& nouiſsimè Iac. Septimacenſis in Inſtitutionibus Catholicis,c. vij.n.17.& Didacus à Couarruuias inter primarios canonicæ philoſophiæ maximè cenſendus, lib.j.variarũ reſolutionum,c. ij.nu.8. Itidem in libro ij.variarum reſolut.c.j. n.11. & Ludouic. Carrer.in pract.crimin.§.homicidium. nu.123. pag.229.& Antonius Gomezius capitulo tertio delictorum,

nu.decimotertio.& legibus ſanè Romanorum ſi tędio vitæ quæ oritur ex triſtitia, vti conſtat ſecundæ ad Corinthios c. ſecundo. ne maiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt, explicat Sanctus Thom.ij.ij.q.xx.articulo quarto.& Gregorius Lopez in præcitata l.ſecunda.in verbo, qui itaque.ſi tædio† vitæ aliquáve alia ira ductus ſeipſum præcipitauerit,vel
9 doloris impatientia, vt propter filij obitum quiſpiam, manus violentas ſibi intulerit ad necem vſque,illius bona confiſcanda non ſunt,vti conſtat ex l.tertia.§.ſi quis autem.ff.de bonis eorum qui mortem ſibi conſciuerunt.l.in fraudem.§. quod ſi his.ff.de iure fiſci. Et inibi,ſi pudore æris alieni hoc facinus perpetratum ſit,vel gloriæ iactationis cauſa, vtpotè quidam Philoſophi fecerunt, vt paulò antè adnotauimus, & explicat text.in l.ſi quis.§.eius qui deportatur. ff.de iniuſto rupto. In dubio tamen, cùm nemo præſumatur immemor ſuæ ſalutis, hoc nempe crimen probari debet, vt aſſeuerat Azo in ſumma.C.de bonis eorum qui mortem ſibi conſciuerunt.tex.in l.fin.§.fin.ff.eod.tit.Decius loco præcitato numoro quarto.in qua ſpecie clariores probationes exigũtur, vt explicat Abb.per tex.ibi in c.quia veriſimile. de præſum. in l.fin.ff.quod met.cauſ.&in cap.ſuper hoc.de renunt. Quibus accedit Specul.in tit.de probat.§.ſi. Alexan.& Bald.in l. tranſactionem.C.de tranſactionibus. Itidem Alex.in conſil. xcix.vol.tertio.ad fi.& nouiſsimè Gregorius Lopez in præcitata l.xxiiij.in verbo, *de la pena*, vtpotè ſi reus criminis deprehẽſus non erat,vel accuſatus, minimè eſſe præſumẽdum ſe interfeciſſe ob cõſcientiã criminis, rametſi probetur eius bona fiſco applicantur, & hæredem non habeat inteſtabilis eſt,vti conſtat ex l.vlt.de bonis eorum.l.ſi quis filio.§.eius.de iniuſto rupto.l.parricidij.ad leg. Pompeiam.de parricidiis. idque legibus regis cauetur, in præcitata l.vigeſimaquarta. & l.nona.tit.xiij.& l.xix.tit.vltimo,libro viij. ordinar. licet reus accuſatus non fuerit,ſiquidem illud inſpicitur, quod ſe occidat poſt accuſationem, litiſque conteſtationẽ procedit, quando dubium eſt, an manus violentas intulerit propter criminis metum,vel aliũ doloiẽ,vt exiſtimat Alexã.in d.l.ij. col.ij.in quo dubio Paul.Caſtr.in pręcitata l.ij.exiſtimat per gl.inibi.minimè de litis conteſtatione curandũ eſſe,ſed vtiq; accuſatio ſit propoſita,vel inquiſitio, & criminis reus fuerit citatus,ipſo non cõparente, metu criminis feciſſe exiſtimatur,

Nemo eſt immemor ſuæ ſalutis.

tur, vt in l.ij. & inibi explicant doctores.C. de cuſt. reorum. & in l.j.& ibi glo.C.vbi ſenatores vel clariſsimi. Hodie verò extante prǽcitata regia l.xxiiij. inibi, *Seyendo ya el pleyto començado por demanda, o por reſpueſta ſe mato.* Id exigitur, occiſionem ſui factam eſſe poſt litis conteſtationem, niſi fuiſſet in flagranti crimine reus huius criminis. Tunc ſiquidem litis cõteſtatio minimè exigitur, vti conſtat ex d.l.fin.in prin. inibi, qui rei poſtulati, vel qui in ſcelere deprehenſi. Idem exiſtimat Alex.de Imola in præcitata l.ij.col.ij.& Greg. Lopez loco præcitato, in verbo, *reſpueſta*. tametſi ab hac ſentẽtia prorſus diſcedat Paul. Caſtren. in præcitata l.ij.col.ij. Hodie verò iure nouiori regio, ſi quis vel conſcientia criminis, aut tædio vitæ aliáve ex cauſa, ſeipſum occiderit, eius bona vendicantur, niſi & is liberos habuerit hæredes, regia l. ix. tit. xiij.lib.viij. ordin. quæ forſan intelligenda eſt iuxta diſtinctionem iuris communis, & legis partitarum, vti quidam opinãtur: Loquitur enim indiſtincte & generaliter, ſtatuens quòd occidens ſeipſum amittat propria bona, & ea (ni liberos hęredes habuerit) fiſco adiudicantur. Qua in re penſitandum eſt, ſiquidem pœna confiſcationis bonorũ, de qua C.& ff.de bon.eor. qui mortem ſibi conſciuer. prorſus ſublata eſt per auth.bona damnatorum.C.de bon.damn. Et ex profeſſo idem exiſtimat glo. fin. ad fi. in l.fin. præcitata, & inibi ad id multum adnotat Luc.de Penna & Ioan. de Platea. C. de iure fiſci.lib.x.& frequentiori doctorum calculo in præcitata l. ij.& in l.j.C.de bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuerunt. Siquidem in ea ſpecie bona publicantur, perinde ac ſi ſententiam pateretur, bona eſſent adnotanda, vt in d.l.fin.§.j. Quo fit in omnibus caſibus, in quibus minimè publicantur, ſi paſſus eſſet ſententiam, per authenticam bona damnatorum. in illis quidem publicantur, ſi ſeipſum occidit, tametſi ſtante regia l.præcitata xxiiij.quæ quidem condita fuit poſt authenticam, bona damnatorũ. minimè eſſe correpta. Et probatur in l.v.tit.xxxj.par.vij. Et inibi ad literam diſpoſitio illius authen.recitatur. Et inſuper hæc adiecit verba: *Fueras ende al que fueſſe juzgado por traydor, o en otras coſas ſeñaladas, que ſon ſcriptas enlas leyes deſte nueſtro libro, en que ſeñaladamente los deuen tomar.* Quo fit opinionem Iacobi de Rauenna iure partitarum approbatam fuiſſe, qui quidem tit.de bo.eor.qui mortem ſibi cõſciuerunt, minimè eſſe correctum profitebatur,

tur,per tex.in auth. bona damnatorum. idque ex diſpoſitione legis regiæ conſtat ix.tit.xiij.lib.viij.ord.& l.fi.tit.fi. eod. lib.in reg.ord. Ex quibus cõſtat ſeipſum occidentē bona perdere: & ſi deſcendētes nõ habeat, regiæ cameræ applicantur: quæ regiæ leges vel explicantur frigide,vel malè cõfunduntur, eó q; nomine nõ parum multi errores paſsim docentur. Quapropter regiæ leges pondus fortaſſe nõ habebunt tantæ difficultatis: Siquidē intelligendę ſunt de eo,qui criminis metu mortem ſibi conſciuit,iuxta l.par.diſpoſitionē,vti conſtat ex præcitata l.xxiiij. At ſi æris alieni pudore, vel vitæ tædio,vel ex qua alia cauſa ſimili violentas manus ſibi intulerit,longe aliter:argumento tex.in l.ſed & ſi poſteriores.ff.de legib. Atque ideo in his regnis ex regiarum conſtitutionum diſpoſitione nec dum vbi publicanda bona de per ſe veniunt abſque naturalis mortis pœna, quinetiam quando in conſequentia pœnæ veniunt publicanda: vtpotè doctores intelligunt dictum titulum, de bonis eorum. bonorum vtique fiet confiſcatio, ſi ille, qui ſe interemit, filios non reliquit, vti conſtat ex l.ordinaria.

Quibus & illud ſubiiciam, quod maximo apice deſerui-
10 re videtur ad regias conſtitutiones, tametſi † quãquam manus iniicere violentas ſibiipſi ad occiſionem, aut mēbri mutilationem non liceat: tamen ſi furore laboret, minimè eſſe afficiendũ his pœnis,vti nos ſerioſè explicabimus latiùs infrá. Et eſt tex.celebris ad id in l.fin.verſic. ſi quis autem.ff. de bon.eorum.& in l.j.eiuſdem tit. & tex.in l.ij.C. qui teſtam. facere poſſunt.regia l.xxiiij.præcitata inibi, *Eſſo meſmo deue ſer guardado ſi alguno ſe mataſſe por locura.* & l.j.tit. xxviij. par.j. & tex.in l.ſi quis filio exhæredato.§.eius qui.ff. de iniuſto rupto.Cui ſentētiæ nec admodum inuitus accedit Decius cõſil. cccccxxviij. In quo dubio, ſi pro furoris morbo laborante aliquid allegetur,tunc ſiquidem iudex pronũtiabit, an morbò furoris laboret nécne, vt explicat Salicetus in d.l.j. C. de bonis eorum.

Hinc & illud eſt,ſi nempe delictum erat eius naturæ, quo perpetrato bona minimè erant confiſcanda, ſeipſum occidens minimè habetur pro confeſſo. Nec vtique eius bona publicantur. Vbi ita ſcriptum reliquit Conſultus in l.iij.§. ſi quis autem.ff.de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt.tex.in §.præcitato, eius l.ſi quis filio exhæ-
teda

redato.l.eius militis.ff.de milit.teſtamen. & in l.omne delictum.§.qui ſe vulnerauerit.paulò antè citato. & in d.l.ij.C. qui teſtamen.facere poſſunt.l.in fraudem.§.eius bona.de iure fiſci.ff.l.j. & ij.C. de bonis eorum,qui mortem ſibi conſciuerunt. & in l.j.C. ſi reus,vel accuſator mortuus fue. In quo plura extant doctorum reſponſa, & inibi id frequentius recipitur. Quibus admodum leges regiæ conueniunt præcitatæ.xxiiij.tit.j.par.vij.& l.ij.tit.xxvij.eadem parte.

Ex quibus & illud ſubiiciam,ſeipſum trucidans,& de huius criminis reo accuſatione propoſita, vel in crimine flagranti deprehenſo pro confeſſo exiſtimatur, & regio fiſco eius bona publicantur, vt paulò antè, quaſi per tranſennam explicuimus: intelligenda eſſe exiſtimo, ni hæredes velint prorſus contrarium probare,vti hac in re eſt tex. præſtantiſſimus in l.iij.§.fin.ff. de bon.eorum. Ex quo illud ſubiiciam hac in re notatu dignum,tametſi facta confeſsio defuncti ad hæredes minimè tranſeat,nec eis vtique noceat, vt exiſtimat tex.in l.eius qui delatorē.ff.de iure fiſ.& inibi Bar.& frequentius doctores id adnotant.Itidem Bart. in l.ij.§. quid ſi actu. C.de iuram.cal.& Bal.in l.ij.C. de eden. penult. col. num.23. itidem in l.generaliter.§.j.C.de reb.cred.Idem in l.vnica.C. ne ex delicto defunct.iij.col. Paul. de Caſt. in l.tranſigere.C. de tranſact.iij. col. cuius meminit Imola in l. qui à latronibus.§.j. de teſtam.ff. quæ omnia intelligenda eſſe exiſtimo, quando iſthæc confeſsio inducta fuit ex contumacia vel actu inter viuos:longè quidem aliter, ſi ex defuncti morte cauſetur,vt in hac ſpecie:Siquidē eo caſu ad hæredes tranſire conſtat,ni probetur contrarium,vti hac in re exiſtimat Bar.in d. l.iij.§.fin.Bal.Paul.Rom.Alex.& plerique alij neoterici in ea ſunt ſententia in l.ij.C.qui teſtamenta facere poſſ. Hodie verò iure regio quouis modo quiſpiam ſi ſeipſum trucidauerit, vtpotè vitæ tædio, vel graui dolore ſuccenſus, modò metu pœnæ delicti commiſsi, illius bona regio fiſco publicanda ſunt,ni filios habuerit,vel vtique alios deſcendentes,regia l. ix.tit.xiij.lib.viij.ordinationum regal.& l.xix.tit.fi.eod.lib.

Cæterùm ad latiorem intellectum regiarum conſtitutionum, & illud adnotandum eſt, publicanda † eſſe bona occidentis ſeipſum:intelligo ſanè duo ex regia lege exigi in dicta l.xxiiij.tit.primo.parte ſeptima.quòd crimen ſit capitale, ac rurſus perpetrato crimine ex eo bona confiſcentur,vt maximo 11

ximo

ximo apice deſeruire videtur text.in l.fin.verſic.vt autem diuus.ff.de bonis eorum, qui ſibi mortem conſciuerunt. & id conſtat ex præcitata lege regia inibi, *Si el yerro era tal que ſi le fueſſe prouado deue morir por ende, y perder ſus bienes*. Leges autem ciuiles ſuſpendioſos lugeri vetat.l.liberorum. §. non ſolent. ff.de his, qui not. infam.

Quibus & illud ſubiiciam ad regiarum conſtitutionum examen, intelligendas eſſe de morte naturali, vel ciuili, vt conſtat ex textu in præcitato verſiculo, vt autem diuus. Qui quidem intellectus tametſi à pleriſque noſtræ tempeſtatis hominibus recipiatur, ex regia l. ab eo diſcedo, adnotando verba legis vigeſimæ quartæ, inibi. *Se mato, Entonces deuen tomar todo lo ſuyo para el rey.* De morte ciuili minimè intelligitur, ſed vtique de naturali. Quibus ſententia Imolæ conuenit in rubrica de teſtamen. extrà aſſeuerantis mortem ciuilem minimè naturali æquiparari, niſi in caſibus à iure expreſſis: gloſſa celebris in cap. ſuſceptum. de reſcripis. libro vj. itidem in cap. placuit. in ſecundo. xvj. quæſtione j. & inibi Archidiac. text. ad id præſtantiſsimus in l. ex ea parte. §. inſulam. ff. de verborum obligationibus. & in l. Statius Florus. §. Cornelio Felic. ff. de iure fiſci. ex eo, quòd deportationis pœna, de qua in præcitato verſiculo. vt autem diuus: hodie in vſu non eſt. Idémque exiſtimat Gregorius Lopez in illius legis interpretatione. in verbo. *Sus bienes.* Quo fit, ſi ſeipſum trucidans morte tantùm ciuili afficiendus eſſet, conſtaret eius bona minimè confiſcari, ſed vtique ad hæredes eius pertinere, ſtante hodie lege regia quarta, in Taurino conuentu lata. A qua quidem ſententia ipſe libenter diſcedo, ſiquidem deciſio authen. bona damnatorum. minimè locum ſibi vendicat in eo, qui ad mortem ciuilem damnatur, ac proinde ipſe viuus remanet. Nec itidem obſtat regia l. quarta, ſiquidem intelligenda eſt teſtamenti reſpectu, vtpote de bonis eius diſponere poſsit pro libito voluntatis, minimè tamen bonorum confiſcationem affert à lege inductam in eo, qui ſe interficit, vt conſtat ex Paulo de Caſtro in dicta l. ij. in fine. C. qui teſtamenta facere poſſunt. Secundò eidem obiectioni præcitatæ legis quartæ extat reſponſio, quòd limitetur in eo, qui ſe interficit prius, quàm ad mortem ciuilem, vel naturalem damnaretur, tametſi ipſe non ſe occidiſſet, nihilominus per ſententiam illius bona erant publicanda.

Intellect' nō vulgaris ad authen. bona damnatorum.

Illud

Illud etiam adnotari meretur, ad præcitatam regiam conſtitutionem xxiiij. minimè ſententiam neceſſariam eſſe ad bona adnotanda, ſed vtique fiſcus vendicat ipſo iure ex eo, quòd pro confeſſo & damnato habetur, vt in dicta l. finali, in principio. ff. de bonis eorum, qui mortem. & in §. j. inibi, fiſco vendicanda ſunt. Pro quo adnotanda ſunt verba regiæ conſtitutionis xxiiij. inibi, *Eſtonces deuen tomar todo lo ſuyo para el rey.* Quibus accedit textus in l. ij. C. qui teſtamenta facere poſſunt, vbi teſtamentum annullatur occidentis ſeipſum, minimè tamen fieri, ſi pro condemnato minimè haberetur. In quo dubio tametſi idem ſentiat Gregorius Lopez in præcitato loco, in verbo, *Tomar todo lo ſuyo.* aliis tamen cogitandum relinquo. Et nos pleniori manu adnotauimus in crimine hæreſeos. Hinc & illud congruè examinari poterit, an vxor rea criminis facta ob delictum, quod pœnam confiſcationis bonorum irrogat, confiſcationi locum faciat, abſque viri conſenſu delictum committens. Quæ quidem quæſtio maximo apice deſeruire videtur hac noſtra tempeſtate quo ad examen regiæ conſtitutionis quinquageſimæ quintæ Tauri, qua cautum eſt, nec contractum, nec diſtractum, nec obligationem aliquam vxorem abſque viri conſenſu contrahere poſſe: Siquidem, quia alienare non poteſt, nec itidem confiſcari: vti argumento optimo deſeruit textus in l. miles ita. in principio. ff. de teſtamentis. ex illo textu ſumens rationem, & argumentum de rebus ad perſonas: Bona quæ alienabilia ſunt, nec ea fiſco adiudicari poſſunt. Bartolus in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. columna ij. Alexander colum. ix. ff. de damno infecto. itidem Alexander conſi. xxiij. opportunè. col. ij. lib. j. Caro. Ruynus conſi. xxiiij. quia copioſè. col. iiij. num. 10. vol. j.

Intellect⁹ ad legem Tauri lv. Qui alienare non poßit, an propter delictum bona eius cõfiſcentur.

Secundò conueſtiri poſſet ex eo, cùm prohibita ſit fauore alterius alienatio, tunc quiſpiam delinquendo non alienat in illius præiudicium, ſicuti conſtat ex præcitato §. ſi de vectigalibus. & inibi Bartolus ad finem, & in l. Statius Florus. §. vltimo. ff. de iure fiſci. & in l. quæcunque. ff. de bonis damnatorum. & in præcitata l. ſi quis in tantam. vbi profitetur in facti contingentia ſic conſuluiſſe. Quibus in locis nos pleniori manu ad Bartolum adnotauimus, Baldus conſilio ducenteſimo decimoquinto, ad finem, libro ſecundo. Aretinus conſi. xiiij. columna decimaquarta.

Tertiò,

Nemo priuatur ſuo iure abſq; ſuo facto. Tertiò, hæc coadiuuatur ſententia, nemo priuatur ſuo iure ſine ſuo facto aut culpa.c.quæ in eccleſiarum. de conſti. l.id quod noſtrum.ff.de reg.iur. & quia pœna ſuos authores tenet.l.ſancimus. C.de pœn. & nos alibi tradidimus latiori commentario. Quo fit, negare non poſſe mulierem contrahere, neque ſe obligare poſſe abſque viri conſenſu. Ipſe tamen exploſa iſthac ſententia, contrariæ me ſubſcribo, & veritati magis fauere exiſtimo, & in hac ſpecie confiſcationi locum eſſe, ſicuti conſtat prohibitione legis vetantis, minorem & prodigum ſe obligationi aſtringi, minimè ad obligationẽ ex delicto, vel quaſi trahi, ex gl.in d.l.ſi quis in tantũ.in iij.q.& inibi Bar.col.iij.in d.l.is qui bonis. Quo in loco Pau.Alex.& Iaſ.locis præcitatis idẽ exiſtimãt Steph. Bertran.conſ.ccxlviij.num.8. lib.j. Et nos tradidimus C.de delictis puerorum.lib.ij.verſ.extátque hodie regia lex. Cæterùm ex delicto obligatio nata eſt, vt per totum Inſt.de oblig.quæ ex deli.naſcũ. regia lex præcitata in obligationibus ex contractu, vel quaſi cõtractu intelligitur, minimè tamen in his quæ ex delicto, vel quaſi: ne impunita remaneant delicta, Alex.in hac ſpecie ad Bar.in l.more.col.v.de acq. hæred. Itidem ad Bar.in d.l.apud Iulianũ.§.vlt. Iaſ.in §.omniũ.col. viij.de act. Et omnium diligentiſsimè Matheſ.not.cxlviij. nota quod eſt differentia. Quo in loco admonet perpetuò menti eſſe tenendum. Idq; poſtremò coadiuuat, ſi ſanè alienandi poteſtas alicui facta ſit, eò tendit, vtpotè alienatio fiat cõtrahendo. Cuius ſentẽtiæ author fuit Bal.in c.j.§.feudum. j.oppo.tit.ſi de feudo fuerit contr.inter domin. & agnat.per tex.inibi ad id præſtantiſsimum, in quo feudum ita datum fuerat, vtpotè ipſe, & hæredes, & quibus dederit, habeant: ex quo liberè poterat illum in quemcunque alienare: nihilominus iiſdem culpis amittit quibus & aliud quodcunque feudum, ſicuti aſſeuerat Bal.& Matth.de Afflic.ibi, col.vlt.verſi. ix.& vlt. Quo fit hanc eſſe communi conſenſu ſtabilitã ſententiam exiſtimo. Quod deſeruire magis videtur ad regiam conſtitutionem lv.Tauri. Et nos alibi in eius intellectu pleniori commentario adnotabimus.

Qua in re penſitandum eſt, nec illud prætermittendum ad leges regias, illarum pœnam minimè procedere, tametſi volens ſeipſum occidere occurſu hominum ſe non occidit: Siquidem ſi actualiter manus violentas in ſeipſum ad necem

vſque

vſque intulerit, tunc pœna locum ſibi vendicat. Longè quidem aliàs. idque conſtat ex l. regia xxiiij. ibi, *ſe mato*. Cui ſententiæ ſe ſubſcripſit inibi Greg. Lopez, & nos adnotabimus in peculiari cap. volens ſeipſum occidere, & hominum occurſu ſe non occidit. Quibus & illud libenter ſubiiciam, damnationem mereri abuſum quorundam dominorum huius regni, qui quidem, ſi in ſuo territorio ſuáue iuriſdictione vaſſallus ſeipſum trucidauerit, ſibiipſis bona omnia confiſcantur. ex l. xviij. tit. *Telas penas*. lib. viij. ordinat. quæ dictat. *Todo home, o muger, que ſe matar e purde todos ſus bienes para nueſtra camera*. Siquidem homicidij aliorúmque delictorum condemnationes, quibus quidem vaſalli condemnantur, terrarum dominis eſſe applicandas, vti conſtat ex l. v. tit. iiij. lib. j. in regiis ordinationibus, inibi, *Segun que los nos auemos en los lugares de nueſtra corona real*. l. fin. tit. v. libro quarto, fori. Idque iure communi terrarum domini, teſte Angelo, exigere poſſunt, in authent. vt nulli iudicum. §. fin. collat. ix. ſibique applicare. A qua quidem ſententia hac in ſpecie diſcedo. Siquidem regia l. xviij. intelligenda eſt in fiſco regio, ni ſeipſum trucidans hæredes deſcendentes habeat, vt cōſtat ex præcitata l. ix. tit. xiij. lib. viij. ordin. ſecundo. Intelligo quando tædio vitæ & non criminis metu in ſeipſum violentas manus iniungat, bona omnia fiſco regio applicantur, vti conſtat ex l. xxiiij. tit. j. parte vij. atque ideò præcitata lex xviij. ſecundum aliarum legum diſtinctionem intelligenda eſt. Cui ſententiæ accedit Montal. in l. j. tit. xxvij. par. vij. ſicque nouiſsimè Auend. intellexit in regiarum conſtitutionum dictionario, fol. 13. quem admiſcuit tractatui, de exequendis mandatis regiis. Explicat Decius conſil. ccccxxxviij. volum. iij. & doctores in l. fin. C. de iure fiſci. libro x. Quibus & illud adiiciam, an feudum vaſallus amittat, qui ſeipſum occidit? explicat Bart. in cap. j. an illi, qui interficit fratrem domini. col. ij. verſic. extrà quæro. vbi vaſallus minimè feudum perdit, tametſi ſeipſum interficiat, itidem Bald. in cap. j. quib. mod. feud. amit. Iacob. in tract. feud. in par. dicti vaſalli. col. iiij. verſ. vlterius pone. & Ioan. Lop. ſuper rub. §. lxxx. nu. 2. Hinc & illud eſt, hæreticorum condemnationes vaſallorum, minimè ad loci dominū pertinere, ſed vtiq; ad regem, vt mirum in modū explicat Guid. Pap. in deciſ. lxxvj. & eſt tex. ad id præſtantiſsimus in c. cùm

ſecundum leges.in §.fin.de hæret.lib.vj. Et huic ſententiæ ſe ſubſcripſit nouiſsimè Auend. de exequend.maud.reg.c.ij.de ſaluaguardia conceſſa vaſallis contra dominos. nu.9.fol.69. itidem in c.xviij.de exact.pœn.nu.2. fol.90. col.iij. Ex quibus & illud ſubiicitur,

12 †condẽnationes minimè ad dominos vaſallorũ pertinere factas à iudicibus delegatis,quos vulgo appellãt, *Peſquiſidores*.Siquidem has pœnas regio fiſco applicari,nec dominos terrarum potuiſſe præſcribere pœnarum exactionẽ,vti ſeriosè explicat Chaſſæ. in cõſuet.Burg. rub.j. §.v.verſ.& quoniam.nu. 395. & praxis id in regnis obſeruat, & vſu receptum eſt, tametſi ægrè ferant domini inferiores. Nec itidem obſtat d.l.v. ſiquidem intelligenda eſt in calumniis,& iniuria homicidiorum,vti conſtat ex d.l.v.tit.j. lib.j. ordin.& in aliis pœnis à l.fin.tit.v.lib.iiij.for.expreſsis.

Condemnationes ad dominos vaſallorũ pertinere.

Cæterùm tametſi aliquibus in caſibus dominis terrarum bona vaſallorum eſſent publicanda, locum ſibi vendicat, ni à iudicibus dominorũ ad auditores regios non appelletur. Siquidem pœnarum exactio fiſco regio applicatur, explicat Ioan.Fab.in d.auth. bona damnatorum. C.de bon. damn.& Auend.in præcitato cap.xviij.num.2. qui pleraque id genus alia in his regnis maximè neceſſaria congerit. Corporalis pœnæ executio ad locum delicti remittitur, vt in authent. ſi quis litigantium.C.de epiſc.audien.interim huius criminis reus carceribus ac vinculis detinetur à iudice à quo,vti conſtat ex l.eo.§.j.C.de appellat. Poſtremò vt colophonem addam,intelligo,cùm regiæ cõſtitutiones ſimpliciter loquuntur,nec vtique exprimendo delicta ob quæ confiſcanda ſunt bona: etenim ſi quiſpiã ex aliis cauſis, quàm criminis metu ſe trucidauerit,eius bona minimè confiſcationem merentur,vti conſtat ex l.ij. tit.xxj.par.vij.inibi, *no deuen auer pena ninguna*. Ac proinde regias ordinamenti conſtitutiones per præcitatam l.ij.par. eſſe intelligendas per l.non eſt nouum, & l. ſed etſi poſteriores.ff. de legib. ſiquidem legum correctio vitanda eſt, vti exiſtimat Abb. & Hoſt. in c. ſuper quæſtionum.in principio,columna ſecunda, de offic.deleg. cap. cùm expediat. de elect. libro ſexto. nec admodum inuitus nouiſsimè huic ſententiæ accedit Gregorius Lopez in interpretatione præcitatæ legis ſecundæ, verbo, habet pœna, hoc vnum addens ex vetuſtiſsimis exemplaribus, prorſus regiam conſtitutionem ordinamenti inſpiciendam eſſe, an

Pœnarũ exactio fiſco regio applicatur.

eadem

eadem lex partitarum leges antiquas corrigat, aliquídue eis addat. Illud profectò prætermittendum non eſt, quòd in hoc tractatu perplexa valde exiſtimatur quæſtio, in qua ſanè omnes ingenij neruos doctores tendunt. Siquidem, ſi quiſpiam ſeipſum occidat, eius cadauer perinde ea ſane pœna plectendum eſt, ac ſi quempiam extraneum occidiſſet, vtpote capite puniatur, furcáue ſuſpendatur. Pro qua extat elegans Imperatoris reſponſio in l. ij. C. qui teſtam. fac. poſſ. aſſeuerantis eadem pœna eſſe plectendum. Quo in negotio idem profitetur Rom. & Iaſ. in præcitata l. ij. & nouiſsimè Lud. Carrer. in pract. crim. §. homicidium. pag. 24. num. 223. tametſi prorſus ab hac ſententia diſcedat Cinus, & Baldus inibi, exiſtimantes iudicis arbitrio puniendum eſſe. Itidem Bal. in l. j. C. ne ex delic. defunct. quibus accedit Imol. in l. defuncto. ff. de publ. iud. & explicat Felin. in cap. ſignificaſti. de ſenten. excom. & Iaſ. idem profeſſus in l. j. circa princip. C. de ſer. fugit. & pleniori manu per Lud. Carrer. vbi ſuprà. & nouiſsimè Ant. Gom. de delictis. cap. j. num. 78. Aliàs iudex in ſyndicatu teneretur. argum. tex. in l. j. §. quoties. ff. de iniur. regia l. pen. tit. xiij. par. j. Petr. & Cin. in d. l. ij. C. qui teſtam. fac. poſſ. Angel. Rom. Corn. Alex. & Iaſ. inibi, Bal. in l. vna. C. ne ex delict. defunct. ij. col. nume. 2. Angel. in l. fin. C. ſi reus vel accuſ. mor. fue. quibus adſtipulatur ratio: ſiquidem pœnæ afflictiuæ corporis animati, ſunt pœnæ ſenſus, quæ quidem minimè in hominem mortuum cadunt, explicat Ang. in l. qui à latronibus. §. ſi quis. ff. de teſtam. Angel. de Aret. in §. interdum. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. col. j. nu. 2. Ang. de malefic. in verbo, præſente & appellante. col. antepen. verſic. quid ſi reus. Iſthæc ſententia ex eo ſtabiliri poſſet, quia pœnæ deriuationis ſtatus minimè in mortuum cadere poſſunt, tex. eſt ad id celebris in l. qui libertinos. §. poſthumus. ff. de oper. liber. & inibi paſsim doctores.

Illud tamen prætermittendum non eſt in hoc negotio. quòd † de iure Canonico ſeipſum occidens in eccleſia ſepeliendus non eſt, & ante ius Canonicum in huius criminis reos eadem pœna ſancita erat, vt ex pulchra Platonis ſententia conſtat libro nono de Legibus, qui ſibi mortem conſciuerit, ei ſepultura fiat ſolitaria, vbi alius nemo condatur: deinde in his locis ſepeliatur, quæ de duodecim partibus vltima, deſerta, vt nec ſtatua, nec inſcriptione ſepulchrum 14

Se occidens eccleſiaſtica ſepultura priuatur.

notetur. Et Tullius in Catone maiore, & Aeſchines in Cteſiphonem. Si quis (ait) ſeipſum necauerit, manus, quæ hoc patrarit, abſcindetur, & ſeparatim à corpore ſepelietur. Ac deinde Pontificia iura idem concinnunt, quòd ſeipſum occidens in eccleſia ſepeliendus non eſt, tex. eſt ad id præſtantiſsimus in cap. placuit. xxiij. quæſt. v. quem tex. ſingularem eſſe cenſet Rom. ſingul. cclxiiij. Idémque adſtipulatur Ioannes de Arno. in problem. iiij. & Lud. Carrer. in pract. crim. §. homicidium. num. 54. pag. 201. idémque profeſſus Syl. in verbo, ſepultura. quæſt. ix. & Mart. Azpilc. in tract. de pœn. diſtinct. vij. num. 4. pag. 323. & Bart. in differentiis iuris ciuilis & canonici, nume. 74. Nec locus ſalubris pœnitentiæ relinquitur, ſicuti docet Origenes commentariorum in Iob cap. 2. Lactantius lib. 3. Diuinarum Inſtitutionum, c. 18. Auguſt. lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 17. Thom. 2j. ij. quæſt. lxix. artic. v. & Chryſoſtom. in epiſt. Pau. ad Galat. Hiero. in epiſt. ad Paulam, & doctores in l. miles. §. ream adulterij. ff. de adult. & inibi Bart. & Din. explicant quæſtionem illam paſsim agitatam: ſi ſanè quiſpiam relinquat centum eccleſiæ, ſi inibi eum ſepelierint, ac deinde violentas manus ad necem vſque in ſeipſum impoſuerit, tametſi eccleſiaſtica careat ſepultura, nihilominus eccleſiæ legatum deberi. Poſtremò hi nempe caninæ ſepulturæ tradendi ſunt, vt notant doctores, & tex. ibi, ſumentes rationem in l. j. §. ad beſtias. ff. de his qui notantur infamia. & Ioan. Lop. ſuper rubr. de donation. §. lxxxix. numero 2. folio magno 58. & Iacobinus in tractatu feudorum, in parte, dicti vaſalli promiſerunt non committere feloniam contra dominum, columna iiij. verſi. vlterius. doctores Canonicæ philoſophiæ in cap. ex parte. de ſepult. quamuis priuatim liceat pro eo orare: licet enim illi, qui credit in vltimo vitæ ſpiritu habuiſſe dolorem, & contritionem criminis, ſicuti Palud. explicat in quarto Sententiarum, diſtinct. xx. quæſt. j. & omnium diligentiſsimè Martinus Azpilcueta in cap. j. de pœn. diſtinct. vij. vel ſi forſan coniecturis aliquid præſumi queat, eum furore ſeipſum occidiſſe: nam & tunc eccleſiaſticæ ſepulturæ traditur, ſecundum Ioan. Gall. quæſtione parlamenti cxxxvij. qui per pleraſque rationes hanc firmat ſententiam, & alij non mediocris notæ, in albo primariæ doctrinæ poſiti, & serioſè plura congerit Guliel. Bened. in c. Raynutius. verb. mortuo itaque

An liceat orare pro eo, qui ſe interfecit.

itaque teſtatore.j.num.5.extrà de teſtam. & Ioan.Lop.ſuper rub.§.lxx. num. 6.&.7.pleniori manu explicat,ſeipſum occidentem in peccato diſcedere mortali, atque ideò eccleſiaſtica carere ſepultura,cap.non exiſtimamus.xxiij.quæſt.ij.quòd intelligendum eſſe exiſtimo,ſi ſanè eccleſiæ de hoc conſtet, longè aliter,vt in cap.fin.de ſepult.& in cap.à nobis. de ſent. excom. His accedit, quòd † repertus mortuus in puteo 15
non eſt priuandus eccleſiaſtica ſepultura, quia non præſumitur ſeipſum præcipitem dediſſe: quod in hac ſpecie notat Socinus Iunior conſil. lj. libro primo. Igitur ſepultura eccleſiaſtica negatur ſeipſum occidenti ob delicti atrocem culpam, quam ex pluribus deteſtatur præter alios Alciatus libro ſexto Parerg.cap.xxvij.

Cæterùm, cùm quotidie in controuerſiam veniat, illud etiam ſubiiciam, minimè licere cuiquam ſibi ipſi inicere manus violentas abſque culpa & labe peccati & irregularitatis.cap.ſi non licet.xxiij.quæſt.v.& eſt ad hanc rem pulchra Ariſtot.ſententia lib.1.Ethic.cap.7.Mortem,inquit,ſibi conſciſcere ob fugiendam paupertatem, vel mœrorem, aliúdue huius generis, non fortis eſt hominis, ſed potius timidi. & lib. 5.cap. 11. Ariſtot. inquit, Qui ſe occidit, ſibi iniuriam non facit,quia iniuriam ſponte patitur nemo.Idem profeſſus Tullius in Catone maiore loco præcitato, iuréque Pontificio clericus ſacriſue initiatus,ſeipſum percutiens,irregularis cenſendus eſt, atque etiam excommunicatione nodatus, vt in præcitato cap. ſi non licet. idque explicat Felin. in cap.contingit.vlt.notab.de ſenten.excom.& idem profeſſus Cardin.in clem. j.notab.iij. de reliq.& vener.ſanct. itidem in dicto cap.contingit: idémque eſſe exiſtimo,ſi ſibiipſi mutilauit aliquod membrum, vti hac in re exiſtimat Card. in clem.j.quæſt. xix. de homicid.& inibi paſsim doct. quibus nec admodum inuitus accedit Angel.in l.ſed & ſi damnum. §.fin. ff. de pecul. Bald. & Iaſ. hac in ſpecie dilatant chartas quàmplurimis remiſsionib⁹ in l.j. C.de ſer.fu.& nouiſsimè Lud.Carrer.in pract.cri.§.& homicidium.nu.124. pag.230.

Clericus ſeipſum percutiēs, irregularis eſt.

Adde huius criminis authorem non poſſe facere teſtamentum,ſicuti exiſtimant doct. in d. l. ij.qui teſtam. fac.poſſ. ac proinde teſtamentum ab eis cōditum nullum eſt.l.eius qui. §.j.ff.de bon.eor.qui mor.ſibi conſciuerunt.ea ductus ratione, ſe occidendo crimen vtique confiteri videtur.l.fin.eo.tit.

Teſtamēti factio non permittitur ſeipſum occidenti.

ex qua quidem confeſsione habetur pro condemnato. Condemnatus tamen ſeruus pœnæ exiſtimatur, vti in d.l.ij. probatur. & inibi Bar. & in l. fin. præcitata. & communiter doct. præſertim Alex. in d.l.ij. ad fin. & serioſè pleraque id genus alia cōgerit Guliel. Bene. ī præcitato cap. Raynutius. in verb. mortuo itaq; teſtatore. in primo. num. 48. & Pau. Pariſ. loco præci. nu. 2. quinetiam teſtamēti factionē minimè habere de bonis acquiſitis poſt ſententiā cōdēnatoriā. l.ij. C. de bo. proſcript. Et hinc illud eſt, tametſi vxor infra annū teneatur lugere maritū, iti dēveſtes portare lugubres ſub pœna infamię, tamen ſi maritus ſeipſum occidit, luctu carebit, vti cōſtat ex l. liberorum. §. non ſolent. ff. de his qui notātur infamia. & ſignanter id adnotat Guliel. Benedictus loco præcitato, num. 49. & Iacob. Baulem. in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. fol. 13. col. iiij. & Corneus conſ. cxcvj. volum. ij. Cęterùm pleriſque aliis pœnarū generibus ſeipſum trucidās punitur, vt pleniori manu traditur. idē aſſerunt plerīq; noſtræ per doct. in præcitata l. ij. & claſsis viri in c. ſignificaſti. de homic. quibus accedit Bartoli additionator in rub. ff. de bon. eorū. Bar. in l. ſi quis aliquid. §. miles. ff. de pœnis. & in l. tranſigere. C. de tranſact. & omnium diligentiſsimè Corneus loco præcitato. Poſtremò hoc habet Chriſtiana religio, impium eſſe, ac deteſtabile facinus, & damnabile ſcelus, ſeipſum occidere, vbi locus ſalubris pœnitentiæ non relinquitur. Hi ſiquidem cenſendi ſunt diffidati. Quando quidem minimè parati ſunt ad ſuſcipiendam correctionem eccleſiæ, quippe qui eius doctrinam, ac authoritatem contemnunt. hæc docet Occam lib. vij. dialo. cap. j. aſſeuerans hæreticos cenſeri: quod quàm ſit à ratione deuium, nemo ſanæ mentis diffitebitur, tametſi abſque culpa, & plerunque mortali ſeipſum interficere non poteſt: hæreſis tamen minimè exiſtimanda eſt, qua ſanè occaſiōe natus, intelligo minimè licere ſeipſum interficere, tametſi euitet peccatū, vt Abb. cenſet in c. ex parte. de ſepultu. nec itidem bannito licet, vti exiſtimat Iaſ. in l. j. C. de ſeru. fug. colum. j. & inibi Bald. quibus in locis plenæ ſunt chartę codicéſq; referti, Alexan. poſt Bar. in l. liberto. §. amiſsione. ff. de capitis deminut. latiori commentario per Bonifā. in rubric. de inſult. & percuſsionibus colum. vj. verſicul. ſed quidam ſeipſum.

Quibus & illi ſubiiciam, an regia lex puniens percutientem

tientem cum armis, vendicet ſibi locum in vulnerante ſeipſum? explicat Bald. in proœm. Decretalium, & Iaſ. diligentius in l. j. C. de ſeruis fugi. columna ij. & Ioann. de Arno. in epitome xxiiij.

Cùm quotidie in controuerſiam veniat, & illud adnotandum eſt, de his, qui † ſe occidunt in carcere, in quo detinebantur pro crimine hæreſeos, vel aliâs, explicat Gonſalus noſter, de hæretica prauitate, quæſtione xxij. quod ſi criminis conſcientia ſe occidiſſe conſtat, ſi vtique poſt accuſationē ſibi manus intulerint: eiſdem pœnis teneri, quibus punirentur ſi eorum crimen probatum eſſet. l. vlti. de bonis eorum. gloſſ. Bart. in l. vlti. C. de iure fiſci. lib. x. quibus accedit nouiſsime Septimacēſis in catholicis inſtitutionibus. cap. xvij. nume. 16. quod vtique verum exiſtimo, ni hæredes probauerint eorum innocentiam, longéque ob aliam cauſam manus violētas in ſeipſum intuliſſe: & explicat Ioannes Lop. ſuper rub. de donationib. §. lxx. num. 7. 17

Carcerati ob hereſim, laqueo ſe ſuſpendentis pœna quænam ſit.

Cæterùm in vinculis detentus, qui ſe laqueo ſuſpendit qua pœna infligenda ſit? & itidem, an carceris cuſtos teneatur? explicat Angelus in tractatu maleficiorum in verb. qui iudex retineri, & carcerari iuſsit. & rurſus in verbo, fama publica. & Ioannes Lopius huic accedit ſententiæ loco pręcitato. Siquidem ſumma ope niti decet hos commentarienſes, ne permittant gladium in carcerem intromittere, aliúdve ſimile, ex quo ſequi poſſet mors, aliâs commentarienſes tenerétur, ex l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff. ad leg. Aqui. & inibi Florian. quod ſi commentarienſis maxima cum diligentia ſummâque ope, ne id contingat, operam dedit, tametſi incarceratus ſe ſuſpendat, gladióve ſe interficiat, eidē officiali imputari non debet, ex dicto §. magiſtratus. & inibi Florian. dificile quidem eſt eo animo ductum prohiberi, ſiquidem Portia Catonis filia, mortuo Bruto, tametſi ferrū ſibi ſubſtractum eſt, carbones ebibit, author eſt Ioā. Lopius loco præcitato. Et quid ſit cenſendum, ſi conſanguinei conuictum, & vtique confeſſum in carcere exiſtentem, & de proximo condemnandum, & mors delinquentis ſit eis dedecori, veneno aut aliâs reum criminis interimant? explicuimus ſuprà in capitulo vigeſimoprimo, de parricidij pœna tractantes.

Porrò, quid ſi carceratus inedia à vita diſceſsit, ac conſultò

noluit comedere, vt fame periret, qua ſanè pœna afficiendus ſit? vide omnino Baldum hanc, de qua agimus, quæſtionem differentem in practica ſua tit. de quęſt. xxxij. col. & inibi explicat de ſe interficiente, vel attentante ſe interficere, & occurſu hominum ſe non occidit: & nos ſuprà paulo ante adnotauimus. Cæterùm quid ſi quiſpiam in inimicorum manibus conſultò ſe ſubiiciat, qua afficiẽdus ſit pœna? explicat Par. de Pu. in trac. ſyndicatus. verſ. an ſi delinquens.

Quòd ſi iudex quempiam in carcerem iniiciat, ac deinde carceratus ſe ſuſpendat laqueo, alitèr ve vitã finiat, an iudex, aliqua ſit afficiendus pœna? tractat Par. de Put. loco præcit. pag. 93. col. j. quod ſi plura deſideras, vide c. maritum. xxxiij. diſt. l. cùm autem. §. malus. de ædili. edict. l. peculium. ij. §. ſi ipſe. de pecul. l. lege Cornelia. §. vlt. de ſicar. & illic Hippol. c. iij. de corpo. vitia. Valerium, lib. vij. C. de teſta. quæ reſciſſa ſunt. Baſiliũ lib. de virginitate. Euſebium lib. vj. eccleſiaſticæ hiſtoriæ. c. vj. & pleraque id genus alia congeſsit Plut. de claris mulieribus c. xj. & Seneca epiſtola xxiiij. Aulus Gell. lib. 15. cap. 10. & omnium diligentiſsimè epiſcopus Abulenſis. j. Reg. 31. q. ix. itidem lib. ij. c. xiiij. q. xiiij. idem libr. iij. c. xvj. q. xj. & c. xix. q. nec deſunt noſtræ claſsis Doctores, qui pleraq; id genus alia congerunt. Corne. conſ. cxcv. vol. j. & Iaſ. in l. j. de ſeruis fug. ſerioſéque Felin. in c. contingit. j. de ſententia excommunicationis. Guliel. Benedict. in cap. Raynutius. de teſtam. verb. mortuo. in j. num. 43. & apud Hiſpanos Ioann. Lodius in rubrica de donat. inter vir. & vxorem. §. lxx. rurſus in §. lxxx. & Iacobus Septimacenſ. in catholicis inſtitut. cap. xvij. numero decimo. cum aliis, & Dida. à Couarru. lib. j. Variarum reſolu. cap. ij. numero octauo. & libro ij. capit. j. numero 11. & in clementina ſi furioſus. de homicid. folio 8. Paulus Pariſ. conſ. clv. volum. iiij. Ludouic. Carrer. in pract. crimi. pagina 241. & Tiraquellus de nobilitate. cap. xxxj. nu. 475. & nouiſsimè Aduendanius, de exequendis mandatis regiis. in dictionario, folio 13. & Decius conſ. ccccxxxij. vol. iij. & Antonius Gomez. in tractatu delictorum, cap. ij. de homicidio. numero decimoquarto. & nouiſsimè Dominic. à Soto, re & fama, vbique inſignis de iuſtitia & iure. libro quinto. quæſtione prima, articulo quinto, vtrum alicui liceat ſeipſum occidere.

Ex hoc eodẽ fonte, ſiue ſtipite alia quæſtio negotiũ nobis fuit:

fuit: Volens † ſeipſum occidere, occurſu hominum ſe non occidit, qua ſiquidem afficiendus ſit pœna? vt votis ſatisfaciam ex plenioribus doctorum commentariis petẽdum arbitror, cùm paſsim in controuerſiam veniat, & paucis exactè comprehendi nequeat: ſatius propemodum fuerit, non irritare, quàm ſtudioſorum auiditatem non adimplere. In quo dubio affirmant viri primarij maximéque in ſolo doctrinæ nomine † doctores, hunc criminis reum puniendum eſſe, perinde 18
ac ſi conſummaretur delictum, ſéque ipſum interemiſſet: ſiquidem Cinus, Iaſon & alij plerique neoterici in l. ſecunda. C. qui teſtamen. facere poſſunt. In ea ſunt ſententia, & ante hos idem profeſſus Bartolus in rubrica. ff. de bonis eorum. pro quorum ſententia extat text. ad id omnium præſtantiſſimus in l. ſecunda. §. ſui autem. ff. eod. & inibi gloſſ. Accurſiana, quæ expreſsim hoc ipſum vult, & in l. omne delictum. §. qui ſe vulnerauerit. ff. de re milit. quo in loco frequentiori doctorũ calculo recepta eſt opinio, & in l. ſi quis aliquid. §. finali. ff. de pœn. & vtrobique Bart. nec deſunt præter hos doctores canonicæ philoſophiæ, qui hanc profiteantur ſententiam: ſiquidem & hi in capitulo primo, & ſecundo, de tor neamentis. id ipſum adſtipulantur, & nouiſsimè recolendus memoriæ re, & fama, vbique inſignis doctor Ant. Gomez. c. iij. delict. numero. 14.

Volens ſe occidere, & cur occurſu hominũ ſe non occidit, pœna.

Quibus & illud ſubiiciam, quòd † ſi quiſpiam ſe vulnerauerit, manúſque violentas intulerit, tametſi ad necem vſque minimè peruenerit, pro confeſſo cenſetur, ac pœnas luere debet, perinde ac ſi ſe interfeciſſet. Quæ intelligenda eſſe 19
exiſtimo, vti paulò antè in principali quæſtione adnotauimus: Siquidem illud commiſit metu pœnæ delicti cõmiſsi, poſtquàm accuſatio contra eum propoſita fuerit de delicto capitali, ex quo quidem mortis pœna imponenda erat, & vtique confiſcationis bonorum: quo fit huius criminis reum pœna ordinaria afficiendum eſſe delicti, de quo erat accuſatus, & itidem pœna conſiſcationis bonorum. Longè quidem aliter in ea ſententia, ſi vitæ tædio, vel vtique ex alia ſimili cauſa manus ſibi intulerit violentas, ſiquidem tunc in pœnam minimè incidere conſtat, ex l. tertia. §. ſi quis autem. verſiculo ſicuti. ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt. & in præcitata l. omne delictum. §. qui ſe vulnerauerit. & in l. ſi quis aliquid. §. finali. ff. de pœ. &

paſsim vtrobique adnotant Doctores, quibus in hac ſpecie ex dictaminis ratione videtur poſſe puniri per iudicem, perinde ac ſi alteri iniuriã committeret, ſiquidem & is non ſit membrorum ſuorum dominus. l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & nos pleniori commentario adnotauimus. capit. & qui volentem occidit. quo in loco mox plura. Et in hac ſpecie hanc profitetur ſententiam Bonifac. in tractatu malefic. folio 7. verſiculo ſed quidam. quibus mirum in modum conueniunt per Bartoli adnotata in l. j. §. vſque. ff. de iniur. addentes pleraque id genus alia, quæ curioſis coniicienda relinquo, tametſi hodie iure regio ex generali conſuetudine, ac ſtatutis, attentatum regulariter minimè ordinaria pœna puniatur. Quo in negotio pœnas luere debet extra ordinem: & ita aliàs in facto conſului, & ſæpenumerò hac in quæſtione conſultus itidem reſpondi, & in hac ciuitate Salmantina, & Toloſæ cùm primùm iuri Pontificio Cæſa-
20 reóque operam darem, anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo octauo, ætatis verò noſtræ cùm decimumquartum agerem annum. in his nempe ciuitatibus, ac legum emporiis, à iudicibus id practicari vidi, & Hiſpana praxis id obſeruat, ac vſu receptum eſt huius criminis reos extra ordinem puniendos eſſe, quandoque etiam fuſtium pœna, ac flagellorum, per text. qui maximo apice deſeruire videtur huic quæſtioni in l. ſecunda. §. ſin autem. ff. de bonis eorum, & in l. ſi quis aliquid. §. finali. ff. de pœn. & in præcitato §. qui ſe vulnerauerit. ac ita in regno Neapolitano pronuntiatum fuiſſe aſſeuerat Ludouicus Carrerius in practica criminali. §. homicidium. numero 127. & de attentato mox plura in capite per aſſaſsinos interfici mandantes.

Multiplex † tractatus exponitur magnis præconiis ab
21 omnibus doctoribus in huius criminis reis, quæ ſanè pœna alia in quæſtione negotium nobis fuit. In quo dubio vulgò recepta eſt opinio: Qui volentem occiderit, pœna ſanè homicidij plectendus eſt, vt exiſtimat Bartolus ex illo text. ſumens rationem in l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam. & inibi Florianus, & rurſus Bartolus in l. prima. §. vſqueadeò. ff. de iniuriis. quibus accedit Angelus, Paulus, Alexander, in l. quamuis. ff. de in ius vocando. Felinus in capitulo ſolitè. ſecunda columna. de maioritate, & obedientia. Hippolytus in l. prima. in princip. numero tertio. ff. ad legem Cornel. de ſic

de ſicar.& inibi ſignanter explicat, idem cenſendum eſſe, ſi ſanè quiſpiam volentem percuſſerit, pœna afficiendus eſt, ſi grauiter percuſſerit: longè aliter, ſi leuiter: pro quo argumento optimo deſeruit text.in præcitata l.liber homo.ff. ad legem Aquiliam,& pleraque alia, quæ nos adnotauimus in principio iſtius capitis. Et præter inibi congeſta adſtipulatur illud Sapientiæ 16. Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem,& deducis ad portas mortis, & reducis. Vbi ſolus Deus vitæ Dominus inſinuatur,ac proinde qui volentem occiderit,pœna afficiendus eſt, ſiquidem non ſit vitæ Dominus ipſe.Deinde iſthæc concluſio ab effectu probatur rationéque à definitione dominij colligitur, Dominus rei cuiuſcunque ille eſt, qui citra iniuriam, quæ cuipiam irrogetur, poteſt illa,vt libuerit vti,etiam vſque ad eius diſpendium,& conſumptionem:homo autem occidere ſe non poteſt, lege iuſtitiæ id refragante:ergo nemo eſt ſuæ vitæ dominus.

Tertiò,huic ſententiæ fortiſsimum & huic rei argumentum præſtat ratio:Si aliquo iure homo eſſet vitæ dominus, id potiſsimum eſſet iure naturali, aut diuino, aut humano: naturali autem non, quoniam primum naturalium appetituum, atque adeò temporalium ſummum eſt, quo vnáque res appetit ſe conſeruari in eſſe: iuxta illud Dæmonis, ſed tamen verum apud Iob,pellem pro pelle, & cuncta quæ habet, dabit homo pro anima ſua. Quare nulli rei natura tribuit, ſeu qualitates, ſeu inſtrumenta, quæ in ſuam eſſent interniciem, ſed illa quibus conſeruaretur, vt igni calorem, & aquæ frigiditatem: & cunctis animantibus ſuas debitas qualitates: ergo ius naturæ neutiquam permiſit homini ſe interimere, atque adeò nec ei tribuit vitæ dominium. Cùm autem ius naturæ, effectus, munúſque Dei ſit,ſic vt nec iure diuino poſitiuo conceſſa ſit talis facultas.

De iure autem humano clarum eſt, eò vel maximè quòd nec diuinum, nec humanum de re hac vſquam legitur verbum: nam Geneſis primo, vbi factus homo omnium dominus,etiam animalium,quæ ideo in ſuos vſus mactare poteſt,non ſimul tradita eſt ei ſuæ vitæ poteſtas. Quo ſit,cùm vita ſit bonorum omnium temporalium fundamentum, quam quidem homo non per ſe acquirit: ſed vtique Dei beneficio,parentúmque opera recipit, nō licet illi pro libitu

ſuæ

ſuæ voluntatis de ea diſponere,ſed vt Deus eius author id retineret,vt ne fas homini eſſet iniuſſu ipſius de vita exire, idque lumine naturali conſiſtit.

Quartò his adſtipulatur ſententia diui Thom.ij.ij. quæſt. lxiiij.art.v.vbi ait, quòd occidens ſeipſum non ſolùm facit contra charitatem,ſed contra iuſtitiam reſpectu reipublicæ, cuius eſt vita hominis.

Quintò his refragatur Deuter.23.ex quibus colligitur minimè nos eſſe vitæ dominos, atq; his naturalis ratio ſuadet, Vita omniũ bonorũ tẽporaliũ eſt fundamentũ,quam homo ipſe nõ acquirit:ſed vtiq; Dei beneficio.Ex quibus & illud ſequitur,homo ob nullã cauſam,quouis colore cẽleatur iuſta, poteſt ſe vita priuare:ac proinde cùm nõ ſit dominus mẽbrorum ſuorũ,nec vitæ,pœna ordinaria afficiẽdus eſt,qui vtique volentẽ percuſſerit.Ex quo iuris appẽdix deducitur hominẽ, nec rempublicã habere,nec principẽ dominiũ vitæ ſubditorum,ſed vtiq; Deus ſolus. Siquidem princeps minimè poteſt abſq; ratione innocẽtes vltimo afficere ſupplicio, ſed ſolùm nocentes: ex quo principem iudicem maleficiorum, non tamen vitæ dominum exiſtimandum eſſe exiſtimo.

22 Hinc & illud eſt,rempublicam † poſſe in bello ciues obiicere periculo mortis ad defenſionem ipſius reipublicæ,ex eo quòd ipſa reſpublica cuſtos ſit vitæ ſubditorum, minimè tamen domina.

Iniuriam facit reipublicæ ſe interficiẽs.

23 Ex quo,ſi † quiſpiam ſibiipſi violentas manus intulerit, conſtat iniuriã reipublicæ fieri.Quo Ariſtot.lib.5.Ethic.c.11. expreſsim id adnotauit.Nec vtiq; id eò referas, quòd dominium vitæ ſit penes rempublicam:ſed eò,quòd ei cuſtodia,ac tutela vitæ ciuium commiſſa eſt, ipſaque ſola poteſt homines vita mulctare, ſicuti & nos anteà admonuimus in iſtius capitis roſtro.

Sextò maximo apice deſeruire videtur iuris ſtimulus,qui
24 pleroſque torquet iuris doctores:Siquidem nemo † poteſt ſe ſubmittere torturæ abſque indiciis,etiam volens, ſicuti hac in ſpecie exiſtimat Franc.Bru.in ſuo tract.de indiciis,& tort. xvj.col.quod pleniori manu tradit Hipp.in l.penult. colum. j.verſi.datur.iij.lectura.ff.de qu eſt.itidem in l.j.in princ. nu. 4.ff.ad legem Cornel.de ſicar.ergo,&c.

Poſtremò quo ad excommunicationem incurrendam,ex-
25 communicationis † vinculo nodatur percutiens etiã volentem,

tem,tex.eſt ad id celebris in c. contingit. in ij. de ſenten. excommunic. Cuius meminit Romanus in ſing.incip.nota dictum Innoc. Ferra. in pract. Papien. in rub. reipublicæ vendit. excommunicatum. Ex quo & illud ſubiiciam,inferens regis † officiali iniuriam,tametſi volenti ei inferatur, regi ipſi 26 iniuria facta cenſetur, ac proinde pœnam ordinariam luere tenetur, vti hac in ſpecie exiſtimat Paul. & Alex. locis præcitatis, præſertim in d.l.quamuis. Quo in loco pleraque id genus alia congerunt, quæ conſultò curioſis conficienda relinquo. Et plura congerit Lud. Carrer. in pract. crimin. §. homicidij. nu. 50. cum aliis pag. 201. & Lucas de Penna in l.j. col. fin. C. de cohort. lib. xij. Boër. conſil. iiij. num. 6. & inibi eius additionator.

SVMMARIVM.

1 *Leges Imperatorum caſtrari homines non ſinunt, ſub homicidij pœna.*

2 *Ad veram caſtitatem minimè pertinere virilia abſcindere, quin & damnatum eſſe conſtat.*

3 *Apud veteres Eunuchi inſignibus dignitatibus ornati fuère.*

4 *Antiquitus lectum virginum Eunuchi cuſtodiebant.*

5 *Eunuchos hac in ſpecie eos dici, qui ex vtero matris ſic nati ſunt execti, nuptias contemnunt.*

6 *Perpenditur inſignis differentiæ ratio inter Eunuchum, & caſtratum.*

7 *Sacris initiatos ſeruandæ caſtitatis gratia ſolitos eſſe aſſumere rutam, ſicuti ea veneris appetitum extingueret.*

8 *Flamini Diali Romæ vſus fabæ erat interdictus.*

9 *Examinatur illud Matth. c. xix. aſſeuerantis, quia ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum Dei.*

10 *Virilium abſciſſionem ſacerdotibus, & quibuſuis alijs, nec lege naturali, nec diuina, caſtitatis cauſa licuiſſe, quin turpe apud gentiles cenſebatur.*

11 *Rationes perpenduntur, quid cauſæ ſit quare magis frigeſcant Eunuchi, quàm alij.*

12 *Iure pontificio ſi quis culpa propria ſibi abſciderit membrum, in irregularitatis labem incidit.*

13 *Si culpa propria ex eo qui ob adulterium maritus vlciſcens virilia eius amputauerit.*

14 *Si quis non ſua ſponte ſed caſu, virilia aliúdve membrum amiſerit, ordinibus poterit inſigniri ſacris.*

Repe

Repetita quædam ex hiſtoriis, vnde originem traxit l.j. & ij.C. de Eunuch. déque Eunuchorum, & de illorum, qui propria voluntate pudenda, vltrò ſibi abſciderunt, pœnis, cum nouo detecto intellectu iurium de ea re agentium.

CAPVT XXIIII.

EXTAT conſtitutio Cæſarum Conſtantini, & Leonis, in l.j. & ij.C. de Eunuc. Quibus in iure noſtro prohibitum omnino eſt, nec aliqua ra-
1 tione † caſtrari homines conſtitutiones ſinunt, ſiue quòd fiat hoc modo inuita natura, ſiue quòd id aduerſus publicam vtilitatẽ eſt, quæ in ſuſcipiendis liberis verſatur: ſiue quia pauciſsimi ſic affecti ſanantur, ſed ferè omnes pereunt. Quod Iuſtinianus Cæſar nouella conſtitutione cxlij. ſcripſit, & hanc abſciſsionem grauiſsimum eſſe crimen, ex eo quòd leges ciuiles cenſeant homicidij pœna puniendum eſſe eum, qui alteri virilia amputauerit. l.j. & ij. præcit. non quibus Conſtantinus Imperator cenſet, vt capite plecteretur, qui id auderet. l.iij. §. qui hominẽ. & l.iiij. §. idem diuus. ff. de ſicar. extátque hodie regia l.xiij. tit. viij. par. vij. eadémque pœna afficitur, qui ſe caſtrandum præbuerit. d.l. iiij. ad fin. reliquas verò pœnas, tam caſtrantis, quàm caſtrati libro duodequinquageſimo Pandectarum in l.iij. iiij. v. & vj. ff. ad legem Cornel. de ſicar. videre erit. Ipſa virilium abſciſsio à ſeipſo illata turpis apud Gẽtiles cenſetur. Siquidem author eſt Valerius Max. lib. 7. c. 7. & Alc. in Parer. iuris lib. vij. c. xxiij. Siquidem nulla ex cauſa licuit etiam caſtitatis, religioníſve, cuiquam ſibiipſi manus iniicere violentas ad occiſionem, vel membri mutilationem. c. ſi non licet. xxiij. q. v. Tiraq. de nobilitate, c. xxxj. num. 475. & nos pleniori manu explicuimus, ſuprà c. xxiij.

2 Secundò, id conſtat ex eo, quòd † non pertinet ad veram caſtitatem, quòd aliquis abſcindat virilia, quin damnatum eſſe conſtat ex concilio Arelatenſi ij. cap. vij. & habetur in c. hi qui ſe carnali. lv. diſtinct. Quo in loco, vtpote ignaui, & neſcientes tentationi carnis reſiſtere, reprehenduntur hi qui propria voluntate pudenda vltrò ſibi abſciderint. Quo fit, nec lege naturali, nec diuina vnquam licuiſſe cuiquam ſeipſum

ipſum mutilare,etiam cauſa caſtitatis,ſicuti author eſt diuus Auguſtinus libro vnico de ſancta virginitate,& inibi diuus Baſilius libro vnico de virginit. qui huius originem, & interpretationem cæteris longius exponit, extátque apud Liampadum Diaconum lib. 4. non illepida hiſtoria de Eunuchis.Theobaldus Vmbrorum Dux aduerſus Græcos bellum gerebat: is quoſcunque ex hoſtium exercitu captiuos facere poterat, amputatis virilibus dimittebat, donec quædam mulier ante eum gemebunda hominum Deúmque fidem implorans conſtitit:quid,inquiens,Theobalde, fœminæ egimus, vt bellum nobis indicas. Haudquaquam nos Amazones ſumus,ſed Mineruæ deditæ,armorum vſum nullum tenemus. Quid ergo virorum noſtrorum teſtes amputas, nóſque noſtris voluptatibus priuas? ſunt illis oculi, ſunt nares,ſunt manus, quid ad ea, quæ noſtro vſui natura conceſsit, belli iura producis? Quo ſermone delectatus Theobaldus ei pœnæ modum impoſuit.

Et † olim Eunuchi magnis & inſignibus dignitatibus 3
ornati fuêre,vti ex Andræa Alciato in l.ſpadonum.ff.de verborum ſignificationibus,conſtat. Cui adde legem, qui cum vno.in principio.ff.de re militari.l.Pomponius. & l. ſequenti.ff.de ædilitio edicto.l.ij.ff. de adoptionibus. atque eleganter explicat Hermonop.Conſtantinus libro 2. Epito. & Ludouicus Cælius libro ij. lectionum antiquarum. cap. xxvij. Antonius Augu. libro tertio emendationum. cap. v. itidem Alciatus lib.vij. Parerg. cap. xxvij. apud quos multa de Eunuchis lector inueniet.

Et antiquitus † Eunuchi lectum virginum cuſtodiebant, 4
& à venereis ſemoti: iis enim non ſolùm teſtes, ſed & totus collis ipſe ſolebant amputari, erant planè apud veteres in pretio hi ſpadones, habebantúrque pueri in deliciis, vt Bagoi regibus Perſarum, Ligdus Druſſo, Sporus Neroni. Quod & in Aſia hodie frequentatur.Idem exiſtimat Ambroſius Calepinus litera E.in verbo,Eunuchus.& Hieronymus contra Iouinianum,& id hominum genus adhibebatur ſeruandis cubilibus regum,quaſi Eunoëchus, & per ſyneresim Eunuchus.Sed & mulieribus quoque ſubſeruiebant,quæ inire volebant,non parere. Quòd Satyra 6.Iuuenalis conqueritur. Fuêre autem apud veteres Eunuchi aliqui inſignes viri, vt eſt apud Philoſtratum, & Oppianum libro tertio oſten

oſtendunt, Narſes Iuſtiniani dux, qui Gothos Italia expulſit, ſpado fuit, ſicuti author eſt Ammianus Marcellinus lib. 16. qui quidem Narſes cubiculo Conſtantini Cæſaris præpoſitus fuit. Ita ipſe inter ſpadones recti exempli fuit, ſicuti inter vepres roſæ naſcuntur, & inter feras nonnullæ miteſcunt, crederem ſpadones nulla nec lege, nec conſuetudine prohibitos in doctores creari. l. Eunuchos. C. qui teſta. fac. poſſ. & ad eos omnino admitti honores, ad quos & reliqui admittuntur homines: ni huiuſcemodi ſint, qui integrum requirunt hominem, veluti ea ſunt, quæ eccleſiaſticam reſpiciunt dignitatem. Ne aduerſari mihi videtur Lucianus in Eunucho, dum ſuo tempore, an magiſter eſſe potuerit ſpado, addubitatum ſcribit, cùm magis arrepta anſa ab illo ſit, vt in Eunuchos homo maximè dicax & mordax, qui nec diuis, nec hominibus pepercerit, ſtomacharetur, quàm quòd ita in re fuerit, & tunc temporis doctores, qui nunc in vſu ſunt, minimè erant. Viues in comment. ad Auguſt. de ciuitate Dei, lib. vij. c. v. cùm abhinc annos circiter ſexcentos adinuenti ſint ij honorum gradus, maxima vniuerſæ Encyclopediæ Panolethria, cùm abundè ſe quis prouectum putet ſi magiſterij inauratum diploma nactus, aut quod frequẽtius fit, promercatus fuerit, vt has populo oſtentet phaleras: ſed nũc non his locus datur, vt ſemel colophonẽ prolixæ adeò commentationi imponamus.

Et vt nihil hac in re deſideretur, negotium nobis fuit, qui

Qui Eunuchi dicantur.

5 †Eunuchi dicantur, & hi dicuntur, qui ex vtero matris ſic nati ſunt, qui naturæ prærogatiua eò quòd ad coitum irritant, execti nuptias contemnunt, quaſi exectos dicimus, ſic eos appellat Paulus Aegineta lib. vj. & Auguſt. lib. vnico, de ſancta virginitate. cap. 23. & 24. Baſilius Magnus libro vnico, de virginitate.

Opus erit ſuccinctè nimis ſpadonum & naturam, & diſcrimina attingere, omiſsis variis interpretũ opinationibus, hac in parte veritatem ex tenebris veluti certiſsimum ſequens ſcopum. Eſt ergo teſte Vlpia. in l. ſpadonum. ff. de verborum ſignific. ſpadonum generalis nimis appellatio, quo nomine tã hi, qui naturâ ſpadones, quàm thlibiæ, thlaſiæq;, ſed & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, continetur, & ad caſtratos, necnon teſtium vitia hæc extenditur appellatio, teſte Galle. Narne. lib. j. de homic. cap. xxvij. nec quicquam cum

Accur

Accurſio credat in l.ij.ff.ad leg.Corn. de ſicar. thlibias, vel thlaſias à ferramenti genere, quo teſtes exciduntur, ſic dictos. Et in errorem lapſum eſſe conſtat dubio procul, deriuatum,eſt.hi Latini attriti: illi verò fracti dicuntur ſpadones,ex l.Pomponius.§.ſpadonem. ff.de ædilit. edic. Aut hi, quibus teſtes abſciſsi ſunt,vel ambo,vel alter. Quòd ſi quis naturâ non habeat teſtes, nihilominus ei competit ſpadonum nuncupatio,ex prçcitata l.ſpadonum.natura nimirum auellente illos.Siquidem fit dupliciter ſpado,ſi Paulo Aeginetæ fides adhibenda eſt,lib.6.aut colliſione, aut auulſione. Sed hi,quibus ita auulſi ſunt,vel colliſi, vt nec coire, nec generare poſsint,Latinè caſtrati,Græcè eunuchi dicũtur ſicuti author eſt fideliſsimus Lucianus in Eunucho. Reiiciendam crederem differentiam, quam paſsim doctores vbique aſsignant inter ſpadones & caſtratos. Vt caſtratus is cenſendus ſit, qui à vulua, quod inquit ille,matris caſtus natus eſt: at ſpado,qui poſteà quàm natus eſt, hac eſt iniuria affectus: tum quia ſpadonum nomine non minus hi, quàm illi veniant: tum ob innumera iura, quæ prohibent iam natos caſtrari,ſicuti & nos in huius capitis roſtro tradidimus.Et qui ſic ſpadones facti ſunt, caſtrati nuncupantur, & exploſa hac in re doctorum differentia, quæ commentitia eſt, nec iure probatur. Eunuchi propriè dicuntur hi, qui nullum veneris vſum experiri aliquãdo potuerunt. Spadones econtrà nunc minus,nunc magis exciduntur; cùm non vno modo fieri conſtat ex illo Vlpiani in d.l.Pomponius.§.ſpadonem. Spadonem morboſum non eſſe,nec vitioſum verius mihi videtur, ſed ſanum eſſe,ſicuti illum,qui vnum teſticulum habet, qui etiam generare poſſet. l. ſi autem qui ita. ff.de ædil.edic. Sin autem quis ita ſpado eſt,vt tam neceſſaria pars corporis ei penitus abſit,morboſus eſt.At dictionem ita, modum denotare conſtat,ex Bar.in l.de quibus §.Termilius.ff.de cond. & demonſtr. Quo fit, vt an redhiberi debeat, ex illorum pendeat iudicio, qui in Eunuchis in arte periti ſunt,idémque an matrimonium contrahere, conſtat ex l. ſi ſeruam. §.ſi ſpadonem. ff.de iure dotium. poſthumos inſtituere, ex l.ſed eſt quæſitum. ff.de liberis & poſthumis.filios adoptare, ex §. ſed & illud. Inſtitution.de adoptionib. ita tamen vt naturam imitemur. l. adoptionibus. ff.de adoptionibus. Quòd ſi quis ita ſit ſpado, vt ante pubertatis annos exectus

Spado dupliciter fit.

fuerit, ita vt nullatenus generare potuerit, non minus impedimento foret vitium, quod ex accidenti eſt, quàm quod à natura contenderent, vt nequaquam poſsit matrimonium contrahere, & filios adoptare, & reliqua, quæ virum deſiderant: & ſi leges dicant eum adoptare poſſe, qui generare non poteſt. l. ij. ff. de adoptionib. §. ſed & illud. Inſtitution. de adoptio. non ita ſunt intelligendæ, vt locum habeant in eo, qui facilè generare non poſsit, vt eo tempore, quo quis ita faciliter aut generare poſsit, poſsit vtique adoptare eo moderamine adhibito, ne refragantibus naturæ legibus fiat, ſicuti definitum extat ex Conciliatore, differentia xxxv. & cui omnino deſunt teſtes, tametſi controuerſum ſatis ſit inter Galenum & Ariſtotelem, ſintne teſtes ad generationem neceſſarij, obtinuit Galeni ſententia, & neceſſarios eſſe diffiteri non poſſumus ex Conciliatore loco præcitato. Et cui talis obtigerit calamitas, nec matrimonium contrahere, neque adoptare poſſet, licet quo ad hæc illorum prętextu caſtrati nonnunquam abuterentur, aſſeuerante Satyrico Iuuenale Satyra I.

Spado an & adopta re poſſit.

Cum tener vxorem ducat ſpado.

Et ex Martialis libro ſexto.

Luſus erat ſacræ connubia fallere tedæ,
Luſus & immeritos execuiſſe mares:
Vtraque tu prohibes, Cæſar, populiſque futuris
Succurris, naſci quos ſine fraude iubes.
Nec ſpado iam, nec mœchus erit te præſide quiſquam,
At prius (ô mores) & ſpado mœchus erat.

Caſtrati qui.

Caſtratos verò ſolùm intelligunt, qui naturaliter ſine teſtibus ſunt, vulgatum extat carmen,

Caſtratos natura facit violenta ſpadones.
Improbitas, amor, Eunuchos & fœda libido.

Sed ex Latinis authoribus apertiſsimè oſtenditur eſſe ca-
6 ſtratos, quibus † ferro diminuta ſunt virilia. l. ſi ſeruos. §. ſi puerum. ff. ad legem Aquiliam. Idem exiſtimat Ambroſius Calepinus litera E. in verbo, Eunuchus, penultima producta, caſtratum ſignificare, id inibi explicans. Eunuchos eſſe, qui de vtero matris ita nati ſunt. & ſunt Eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati ſunt: itidem, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum: in tuo ſit delectu, quod in ea ſpecie ſequi velis. Quibus ſuffragatur quod paſsim legimus.

ſacerd

ſacerdotes, vt in caſta religione manerent, teſtes ſibi & virilia amputaſſe, & procul à contagione mulierum agerent, quibuſdam herbis ſolitos euirari, & virilitatem amittere, quod incendia libidinum reprimere ferantur, & irritatos conatus venereos facere. Quanquàm Ageſilaus in ea erat ſententia, Deos non minus religioſis operibus, quàm ſacrificiis caſtis delectari. Et vulgò circunfertur Hierophantas Athenienſium vſque hodie cicutæ ſorbitione caſtrari, & poſtquàm ſacerdotali fuerant dignitate inſigniti, viros eſſe deſiiſſe, vtpotè caſtè, ſanctéque ſacra facerent. Et Plutarchus Problematum Romanorum, cap. tertio, aſſeuerat Romanos ſacerdotes ob id capra abſtinere voluiſſe, vt non modò attingere, quin & nominare liceret: ſiquidem capram tanquam libidinoſum animal abhorrerent, explicat Feſtus Pompeius, tradit Flamini Diali Romæ nephas fuiſſe hederam tangere, vtpotè hedera herba eſſet laſciua: ex quo illud Horatij libro Epod. ode 15.

Hieron, contra Iouinianũ.

Arctius atque hedera pro cera aſtringitur ilex
Lentis adhærens brachijs.

Cæterùm apud Græcos authores paſsim circunferri ſolet, ſeruandæ † caſtitatis gratia ſacris initiatos ſolitos eſſe aſſumere rutam inter edulia, vtpotè ea veneris appetitum extinguat, ſicuti author eſt Galenus, libro de medicinis facilè parabilibus. Oribaſius idem profeſſus in medicinæ compendio cap. ſexto. Stobæus ſermone 98. exiſtimat, ſalicis fructum cum vino propinatum libidinis impetum mitigare. Dioſcorides libro tertio, cap. quinto. Plinius libro vigeſimo. cap. 13. & Plinius libro vigeſimoquarto, cap. 9. ſcribit ſalicis folia contrita & pota, libidinis intemperantiam coërcere, atque in totum auferre vſum ſæpius ſumpta. Itidem libro 24. cap. decimo. rurſus idque de ruta adnotabimus, illud habeto, herbam illam ob caliditatem ſuam, & ſiccitatem hominis ſperma congelare, ſicuti illud Ouidij ſuffragatur, de remedio amoris, libro ſecundo, ad finem, 7

Vtilius ſumas acuentes lumina rutas,
Et quicquid veneri corpora noſtra negat.

Et Plutarchus loco præcitato cap. 95. prodit Flamini Diali Romæ vſus & fabæ erat interdictus, vtpotè † ad libidinem excitet. Et de ſacerdotum caſtimonia multa Profidius li- 8

bro quarto de abſtinentia ab eſu carnium explicat, & Ouidius libro Faſtorum primo, Iouis ſacerdotem caſtum vocat his carminibus,

Idibus in magni caſtus Iouis æde ſacerdos,
Semimaris flammis viſcera librat ouis.

Et Plutarchus Decade quinta, cap. decimo, libro de Iſide & Oriſide, prodit Aegyptios ſacerdotes caſtitatem inoffenſam ſeruare, & in ſacerdotibus apud Ethnicos pudicitiam præ cæteris fuiſſe ſemper commendatiſsimam, ſicuti conſtat ex Vergilio libro ſexto Aeneidos,

Quique ſacerdotes caſti dum vita manebat.

Ex Ouidio libro ſecundo Faſtorum.

Nomen idem ramo, qui caſus ab arbore pinu,
Caſta ſacerdotum tempora fronde tegit.

9 Quibus ſanè perpenſis, plerique† ſacerdotum exiſtimantes Dominicum verbum ſequi Matth. cap. 19. quia ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum Dei, & Auguſtinus & Baſilius locis præcitatis explicant. Et veritas Euangelica eum ſenſum habet, vt errorum cauſæ pateant, hæc abſciſsio potius vitio, quàm virtuti tribuatur: eſt enim ille locus ſic intelligendus, in hunc ſenſum: Qui proprio propoſito ab vxore ducenda ſe continuerit: ita quidem Eunuchi, quos Euangelium laudat, non ſunt hi, qui natura ſpadones ſunt, nec ab hominibus execti, nec illi, qui amputato corporis membro ſeipſos execuerunt: ſed verè illi cenſentur, qui ſeipſos caſtrarunt propter regnum cælorum, deuicto affectu rei vxoriæ, quaſi illi, qui à coniugio abſtinuerint, ſic Auguſtinus loco præcitato, cap. 23. & Baſilius Magnus libro vnico, de virginitate.

10 Quibus ſatis ſupérque conſtat, † ſacerdotibus & quibuſuis aliis, nec lege naturali, nec diuina, etiam caſtitatis cauſa ipſam virilium abſciſsionem licuiſſe: quinetiam turpe apud Gentiles cenſebatur, ſicuti author eſt Valerius Maximus libro ſeptimo, cap. ſeptimo. Nec oberit huic ſententiæ: quod gloſſa aſſeuerat in capitulo ſi quis abſciderit. quinquageſimaquinta diſtinctione, de Origene, qui Euſebio authore, libro quinto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. ſexto, cùm apud Alexandriam præeſſet, ſibi virilia amputauit, ſequutus Dominicum verbum præcitatum. Siquidem nulla ex cauſa licuit etiam caſtitatis, nec etiam religionis, cuiquam

cuiquam ſibiipſi manus iniicere violentas, ad occiſionem, vel membri mutilationem, capitulo ſi non licet. vigeſimatertia, quæſtione quinta, & nos in iſtius capitis frontiſpicio adnotauimus.

Et illud adnotandum eſt, Eunuchos denſa habere corporis ſpiramenta: frigus enim compeſcit, & abſtringit, ex Alexandro Aphrodiſæo, libro problematum primo, cap. quinto: & Hippocrates libro de natura pueri. ea ratione, cùm calor, qui pilos creet, eunuchis deſit; vtpote quòd eorum frigidior ſit natura.

Et hinc illud eſt, vt muliebre corpus; ſicuti & viri pilis non obſidatur. Siquidem mulieres, vtpote frigidæ; denſa habent corporis ſpiramenta: frigúſque compeſcit, & abſtringit, teſte Alexandro Aphrodiſæo, libro primo, capite quinto, loco præcitato: & Hippocrates, cuius mentionem paulò anteà fecimus.

Ea potiſsimùm ratio aſsignari poſſet, quia ſunt viris frigidiores, ſicuti ſcribit Ariſtoteles libro quarto, de generatione animalium, cap. ſexto, & in lib. de breuitate & longitudine vitæ. Et rurſus libro orbicularium quæſtionum quarto, cap. 15. & cap. 27. & 28. Hippocrates libro primo de diæta. & Auicenna libro primo. fœm. 1. doctrina 3. cap. 3. Galenus libro tertio, de cauſis pulſorum. Et huic accedit ſententiæ Theophraſtus de cauſis planet. libro primo, cap. 27. Quo fit meritò, de albo primariæ doctrinæ explodendam eſſe gloſ. in verbo, nam de filia. in principio, Inſtitut. de nupt. aſſeuerantem fœminas calidiores eſſe viris. Siquidem hominum frigidior, calidior eſt calidiſsima muliere, teſte Fabro inibi, & plerique alij in ea ſunt ſententia, quos congerit Neuizanus in ſylua nuptiali, folio 120. paruo, columna ſecunda. Hinc etiam conſtat, ex feruentiori caliditate viros pulſum vehementiorem habere ipſis fœminis, ſicuti exiſtimat Auicen. lib. præcitato & Philaretus in libro pulſuum. Hippocr. libro quinto, cap. 42. & 62. & rurſus 69. Conciliator differentia 28. Arnaldus à Villanoua. libro de regimine ſanitatis, capite tertio: & ex noſtris Perticenſis Faber in §. maſculi. Inſtitutionum de nuptiis. Cardinalis, Alexander in capitulo ad eius. columna prima; diſtinctione ſexta. Collectarius in capitulo pubes. de deſponſat. impuberum. Hoſtienſis & Ioannes Andræas ante hos in

cap. literas. eod. titu. pleniori manu id explicat Simacus in cœnis Macrobianis libro vij. cap. vij. Hinc explicari poſſet inferna mulierum vt in plurimum craſsiora eſſe, in viris autem ſuprema explicat Ariſto. de genera. animal. lib. quarto, cap. j. ad finem. & Ludouic. Cælius lib. quarto lectio. antiqua. cap. xij. & Lyranus in ſecũdum caput Geneſeos. Hinc etiam definiri poſſet, quid cauſæ ſit, mares corpore maiores eſſe fœminis: ea ratione, quia calidiores ſunt ipſis fœminis, ex Ariſtot. lib. problem. x. capit. x. Theophil. de fabrica humani corporis lib. v. cap. xxv. Et quò digreſsi ſumus, redeamus, cũ calor qui pilos creet, Eunuchis deſit. Et ſuffragatur quod ſcriptum reliquit, in ea ſpecie Macrob. lib. vij. Saturnal. cap. vij. atque Eunuchos minimè pati podagram conſtat, ſicuti author eſt Cælius Aurelianus libro quinto Phronicon, cap. ſecũdo. Plinius Valerianus lib. tertio. de re medica. cap. xiiij. Quo fit, cùm Eunuchi veneri non ſint dediti, nimirum ſi podagræ non ſubiiciantur, potiſsimum cùm ex venere podagra ſequatur, Ariſtoteles libr. quæſtio. x. capit. xxxvij. & inibi eius interpretes Ratis in lib. diuiſionum, cap. ſecundo. idémque profeſſus Paulus Aegineta li. iij. cap. lxviij. & Auicenna. ij. & iij. tracta. ij. cap. xxiiij. Almanſor libro nono, cap. xcx. Et præter hos ex ſacris authoribus idem profitetur diuus Chryſoſtomus in homilia, cui titulus eſt, quòd nemo læditur, niſi à ſeipſo. De quibus ſanè Eunuchis. Qui iſtis noſtris non eſt ſatiatus, videat ad ambas (vt aiunt) aures, doctores præcitatos. Et verb. non amplius addã. Spadones calui effici nequeunt, teſte Hippocrate libro ſexto Aphoriſmorum. Et rurſus libro de natura pueri. Plinius libro vndecimo. Et libro problema. x. cap. lvj. ea ratione ducti, quia rem veneream non agunt: ſiquidem à venereo actu caluitiũ euenire ſcribit. teſte Plinio loco præcitato. Et ante eum Ariſtoteles libro de generatione animalium. 5. cap. tertio. Quò fit, venus calua olim apud Romanos celebrata eſt, ſicuti author eſt Vegetius Renatus libro quarto, de re militari. Et Iulius Capitolinus idem profeſſus in vita Maximinorum, ad finem. Lactantius Firmianus libro primo dierum genialium, capit. 20. Auguſtinus epiſtola 4. Apuleius libro ſecundo Aſini aurei idem ſcribit. Quo fit, qui frequentant veneris fœdera, non habent multum cerebri: atque ea ratione, boues execti cornua gerere maiora videntur: vt

tur: vt etiam tradit Columella libro rei ruſticæ ſexto, capit. lvij. vbi & hac eadem ratione aſſerit id fieri, quod de ſpadonibus ſuprà diximus. Nam & hi, inquit, rem veneream non agunt: ſemen enim labi per ſpinam è cerebro videtur, ex eo Ariſto. loco præcitato.

Inſignis eſt admodum, & perplexa quæſtio, quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus non infrequenter diſcutitur: † Iure 12
pontificio, qua afficiendus ſit pœna is, qui membrum ſibi culpa propria abſciderit, in irregularitatis labem incidere conſtat, tametſi nec inſignem inducat deformitatem ea abſciſsio, nec miniſterium impediat ordinis. Et iſthæc iuris pontificij concluſio ad eos duntaxat pertinet, de quibus ſanè paulò antè meminimus, qui propria voluntate vltrò pudenda ſibi amputarunt, ſicuti ex canonibus Apoſtolorum conſtat, cap. xxij. quibus conuenit cap. maritum. xxxiij. diſtinctio. cap. vltimo. lxxxvij. diſtinct. cap. ex parte. & cap. ſignificauit. de corpore vitiatis. Auguſtinus pleniori manu id adnotat libro de eccleſiæ dogmatibus. capit. lxxij. c. ſi quis abſciderit. capit. qui patrem. cap. pœnitentes. & ferè per totum. lv. diſtinctione. & apud nos extat regia l. xxv. titulo ſexto. par. prima. Quod intelligendum eſſe exiſtimo, † ſi 13
culpa tamen ſua abſciſsionem iſtam, ab aliis paſsi ſunt ex eo qui ob adulterium maritus vlciſcens virilia eius amputauerit, teſtéſve, ſicuti in ea eſt ſententia Hoſtienſ. Ioann. Andreas & plerique alij in capit. ex parte præcitato. & Gundiſal. à Villadiego, intra de irregula. capit. de corpore vitiato, vt ſæpius id eueniſſe perpendimus. Anno etenim 1507. prope Pinciam filius viduæ cuiuſdam, & duo mariti in tres ſacerdotes, virilia amputantes ſæuierunt *Exēplū mirandū.* tribus in locis, de Villanubla, & de Cigunuela, ac de Laguna, de inimicis membris ſe vindicantes ob iniuriam matris, & vxorum perſonas ſuſceptam. Quod & nos audiuimus, & conſtat ex Bernardo Diaz in practica criminali. cap. lxxix. Et hæc opinio frequentiori doctorum calculo probata eſt. Quam intelligendam eſſe exiſtimo frequentius receptam ſententiam: Si culpa notoria ſit ipſius, qui ſacris inſigniri debet. Et huius ſententię authores habeo Gundiſal. à Villadiego loco præcitato. Antonius Cardinal. Hoſtien. in dicto capitulo vltimo, de corpore vitiatis. Quam ſententiam hoc in negotio ipſe adhuc non admitterem, niſi

diſpenſatio epiſcopi acceſsiſſet, quando totius membri abſciſsio contigiſſet: ſin minus quis amputauerit membri partem, tunc communi opinioni locus erit: in qua ſpecie Hoſtienſis, Cardina. Anton. Aegidius à Bellamera in dicto cap. vltimo, idem exiſtimant. itidem Aegidius in capit. ex parte. numero primo. eodem titulo.

Tertius ſubiicitur caſus in ea ſpecie de membri abſciſsione, quòd ſi quis non ſua ſponte ſed caſu, aut per vim, & ho-
14 ſtium inſidias, vel à medicis virilia aliudve membrum amiſerit, ordinibus poterit inſigniri ſacris, & promotus cùm is acciderit caſus, in ſuſceptis miniſtrare ordinibus, ſicuti conſtat ex canonibus Apoſtolorum, cap. xxj. cap. Eunuchus. lv. diſtinctione c. lator. c. ſi quis in infirmitate. c. ſi quis pro ægritudine, & ferè per totum eadem diſtinctione. & quando, & à quo ſuper hoc corporis vitio, & ſuper hac irregularitate impetranda ſit diſpenſatio, nos non ſemel admonuimus, atque inferiorem prælatum non poſſe diſpenſare ſuper hoc corporis vitio, nec ſuper irregularitate contracta à corpore vitiatis, inibi conſtat. In quo negotio ſcribit Ioan. Staphileus, de literis gratiæ, & iuſtitiæ. ſecunda par. fol. 193. Romanū Pontificem non conſueuiſſe diſpenſare circa vitium corporis, & eius irregularitatem, quoties deformitas tanta eſt, quæ ſcandalum apud Chriſtianam plebem maximum generat: quod perquàm maximè conſiderandum eſt in his diſpenſationibus. Obiter tamen lectorem admoneo, Gratianum in cap. ſi quis pro ægritudine. præcitato, Martino Papæ eam inſcriptionem tribuere, falſam eſſe conſtat ex concilio Niceno cap. primo. & in cap. ſi quis à medicis. lv. diſtinct. cùm potiſsimum referenda ſit ad Martinum Bracharenſem, ex ſynodis Orientalibus.

Prælatus inferior diſpēſare nō poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Species corporis ſimulacrum eſt mentis, ex philoſophorum authoritate probatur.*

2 *Corpore vitiatus non poteſt ad ſacros ordines promoueri, nec promotus in eiſdem miniſtrare.*

3 *Parentes quandoque filios deformes, & aliquo membro debiles Deo dedicant.*

4 *Quid ſit deformitas inſignis epiſcopi arbitrio relinquitur.*

5 *Mutilus factus, non tenetur membrum abſciſſum ſeruare, nec ſecum deferre.*

Suſten

6 *Suſpenſus ab officio ob corporis vitium non efficit irregularem, ſi celebret miſſarum ſolennia præter illam quam iam contraxerat.*
7 *Membri mutilationem homicidio comparari quo ad irregularitatem.*
8 *Perpenditur Caietani doctrina præter alios.*
9 *Cui abſciſſi ſunt digiti neceſſarij ad conſecrationem, irregularis eſt, ob defectum maximum.*
10 *Amputantem auriculam non eſſe irregularem, nec auriculæ abſciſſio eſt membri abſciſſio.num.11.*
12 *Qui digitum non abſciderit, debile tamen membrum ex percuſſione reddiderit, irregularis eſt.*

Quædam adnotata quoad irregularitatem ex deformitate corporis, & mutilatione membrorum, ex hiſtoriis aliquot repetita, ſcitu nõ indigna.

CAPVT XXV.

VT ait diuus Ambroſius libro ſecundo, de virginibus: Species † corporis, ſimulacrum eſt mentis, figuráque probitatis. Cuius ſententiæ teſtimonium citat é noſtris Lucas à Penna in l. prima.columna j. verſic.ſecundò quæritur. C. qui ætate vel profe. ſe excuſ.libro decimo.& Mart.de Fan.in tractatu de modo ſtudendi.capit.xxx.itidem Lucas à Penna, ex Boëtij authoritate ſcribit in l.prima. C. de profeſſ.qui in vrbe Conſtantinop. Neapo.lib. xij. & Socrates, moralis philoſophiæ facilè princeps, in Phædro Platonis, ſuboſcurè quidem aſſeuerat bonam corporis figuram, bonæ mentis argumentum eſſe. Et Latinus Pacatus, in Panegyrico ad Theodoſium idem ſcribit, quibus conſonat carmeñ Euripidis, in Profidio citatum in Iſagogico, id eſt, introductorio dialectico.cap.iij. Latinè verſum ait, 1

Priami ſpecies digna imperio.

Et Homerus lib.xxiiij.Iliados. Stobæus ſermo 65. ait

Vtinam videre contingat mihi ipſorum nepotes nepotum, primũ quidem forma dignos regum.

Et Ouid.lib.ij.Faſto.de Lucretia verba agens,

Et facies animo dignáque párque fuit.

Verſa vice, illud memoriæ repetere libet, deformitas corporis, animi deformitatem oſtendit, ſicuti ex medicinę profeſſoribus ſcribit Raſis lib. ad Almanſorem 2.c.31. & iterum c.54. faciem fœdam malos mores ſignificare aſſerit Galenus libro de temperamentis ij. cap. vj. & lib. j. & ſecundo, de vſu part. & ex noſtris Abb. in cap. quia diuerſitatem. in j. not. de conceſsio. præbend. & Zenodotus tradit Corinthium quempiam fuiſſe ita vecordem & ſtultum, ſicuti etiam forma erat fœdiſsima: vnde ortum adagium, Corinthio deformior: cuius Eraſmus adagiorum Chiliade iij. Centuria ij. cap. viij. meminit ita Therſitis, vt mentem ignauam ſic & corpus, ad portentum vſque à capite ad pedes deforme effingit: vnde adagium, Therſitis deformitas, ſicut ſcribit Homerus libro ij. Illiados. & Corneli. Tacitus libro xij. & Martialis libr. xij. Epigrammatum, quendam Zoilum ex oris deformitate peſsimum eſſe ſuſpicatur, dum cecinit:

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es.

Et Bald. in l. obſeruare. colum. ij. C. quorum appel. non recip. aſſeuerat, quòd ſicut habitudo turpis corporis declarat quem procliuem ad ſcelera, ita pulchra ad virtutes: ſicuti & nos de quæſtione tractantes trademus, explicat Hipp. in l. j. in princ. colum. penult. ff. de quæſtio. & Neuizanus inter conſilia feudalia Alberti Bruni conſil. xij. cuius initium eſt, Patres comederunt. col. iiij. & denique deformitatem deteſtabantur, & prorſus abhorrebant antiqui. Ex pulchritudine verò & corporis elegantia tantum fauoris pollicebātur, vt formoſo occurruiſſe felix omen haberetur, deformi verò infelix: hinc in deformes fœdóque homines aſpectu adagium ortum, qui te conſpexerit, augurium capere poterit. & Iuuenalis carmina Satyra v. ad id alluſiſſe videntur, dum cecinit,

Fœlix omen.

Tibi pocula curſor,
Getulus dabit, aut nigri manus oſſea mauri,
Et cui per media nolis occurrere noctem.

Ex Græco epigrammate Latinè verſo.

Clauda tibi mens eſt, vt pes, natura notáſque,
Exterior certas interioris habet.

Iam iam opus eſt, vt ad propoſitā quæſtionē deueniamus, an & corpore deformis, vel vitiat', panes Deo ſuo offerat, cū

corporum

corporum vitia,& maculas habere ſit Symbolum vitiorum animi,& hi ſacerdotes poſsint ſacris ordinibus inſigniri. & Plinius lib.28.c.10. tradit ſe inueniſſe apud authores: Is qui lentiginem habeant(ea eſt vultus deformitas)negari magicæ ſacrificiorum vſu. Et Apuleius in Apologia 1. ſcribit puerum magico carmine initiandum oportere eligere inter cætera decorum,ſicuti paulò antè meminimus. Et Pauſanias lib.9.Daphnophorum Apollinis, forma, & genere ſacerdotes eligendos eſſe.

Ea ſiquidem irregularitas à corporis vitio, & labe deducenda eſt. Etenim † corpore vitiatus iure pontificio irregularis cenſendus eſt,ita quidem, vt non poſsit ad ſacros ordines promoueri,nec promotus in eiſdem miniſtrare:etenim vt rem ab origine pandam,vt omnem moueamus lapidem, Leuit.cap.21.cauetur,quòd dixit Dominus ad Moyſen,Omnis, qui habuerit maculam à ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet hoſtias offerre Domino,nec panes Deo ſuo. & paulò antè pleniori manu declarauerat. Apud Ethnicos idem obſeruabatur,teſte Plinio lib.7.naturalis hiſtor.c.28. idémque profeſſus Seneca lib.4. declamat. declamat.2. apud Gentiles eam legem obtinuiſſe,Sacerdos integer ſit, quaſi ſacerdotes ſacrorúmque miniſtri corpore ſint integri. Idque obtinuit olim apud Romanos ab ætate Romuli,qui ſacerdotes elegit genere excellentes,nec corpore vlla ex parte trunco, vt aſſeuerat Diony.Alicarn.libro 2.Roman.antiquit. Et inibi laudat Romulum Romanarum legum latorem,quòd ſacerdotia non venalia,nec ſorte diuidenda fecit,ſed cuiuſque curiæ binos creauit ſupra annũ quinquageſimum natos, excellentes genere ſimul,& virtute præſtantes,nec tamen corpore vlla ex parte trunco,& Plin.lib.7.c.28.de Sergio loquens, cùm in prætorio ſacris arceretur à collegiis vt debilis,id eſt mancus & inutilis,quorum meminit Tiraquel.in l.1j.connubiali.nu.49.ad fi.& Alex. ab Alex.teſtatur lib.6. dierum geni.c. 14.apud Perſas vſu receptum id fuiſſe, quo præmiſſo ad examen huius quæſtionis conſtituo concl. corporis vitium impedit quem ſacris ordinibus donari.tex.in d.c.21.Leuit.cuius ſeriem interpretatione morali proſequitur Diuus Greg.c.11. primæ paſtoralis.c.hinc etenim.xlix.diſt.vbi diuus Greg.luculenter probat,cuius ſententiæ fuit diuus Hierony. ad Fabiolam de veſte ſacerdotali: præcipitur ſacerdotibus, vtpote,nul 2

rè,nulla debilitate inſignes ſint.Innocent.in cap. ex parte.de corpore vitiatis.text.in cap.vlt.& inibi glo. expreſsim adnotat eo lem titulo,& probatur iſthæc concluſio in cap. ſecundo,& toto titulo,de corpore vitiat.cap. ij. de clerico ægroto. Et inibi Abbas, Hoſtien. in ſumma, tit. de corpore vitiato. notat etiam præter alios Albertus Trotius de vero & perfecto clerico.libro ſecundo,cap. decimoſexto. Innocent. Cardin.& Doctores paſsim cap.j.& ij. de corpore vitiatis. Henricus in cap.Thom.eodem tit. Gonſal. à Villadiego in tract. de irregular. cap. vitiati. Idem conſtat ex regia lege xxv. tit.xvj.parte prima. & præter hos non deſunt ex Theologis,qui hanc profiteantur ſententiam:ſiquidem idem aſſeuerat Richardus in quarto Sententiarum, diſtinctione xxv. quæſtione v.articulo v.& Paludan.inibi quæſt.iij.ad finem.& omnium diligentiſsimè Andræas Tiraquellus in ij. l. Connubal.num.59.quibus ſuffragatur,quòd olim vſu receptum erat apud Romanos,apud quos virginem Veſtalem capi fas non erat,quæ aliqua corporis labe inſignita eſſet,vt ex Antiſtitis Labeonis authoritate adnotat Gellius lib. 1.c. 12.Nocti.Attic.cui accedit Feneſtella de magiſtratibus Romanorum,cap.ſeptimo.& Hieronymus loco præcitato in parentes
3 inuehit,qui quidem † deformes filias virginitati conſecrant:Is enim etiam id ſcribit ad Demetriadem virginem: Plerunque ſolent miſeri parentes,deformes & aliquo membro debiles filias,quia dignos generos non inueniant,virginitati tradere:cui concinit Apuleius in apologia 2. Pauſanias lib.9.Daphnophorum Apollinis Iſmenij ſacerdotis cognomen fuiſſe,quem & forma & genere inſignem annuum legebat.Quorum ratio eà potiſsimum eſt: Species corporis ſimulacrum eſt mentis figuráque probitatis, vti author eſt Ambroſius lib.2.de virginibus,cuius meminit Martinus de Fano in tract.de modo ſtudendi,cap.xxx. verſic. item & conſiderandum eſt.Cinus in l.j.quæſt.iij. ff. de iuriſdic. omnium iudicum. Alex.conſi.cclx.ponderatis. colum.ij. lib. vj. Lucas de Penna in l.j.col.j.c. qui ætate vel profeſsione ſe excuſant. lib.x.& in l.j.C.de profeſ.qui in vrbe Conſtant.lib.xij.& ante hos Socra.in Phædro Platonis interpretes ſuper Geneſ.c. 6.& Canticorum c.1.& illud Ouid.2.Faſt.de Lucretia,

Et facies animo dignáque párque fuit.

Et lib.6.eiuſdem operis,

Par

Par animo quoque forma ſuo reſpondit in illa:
Et genus & facies ingeniumque ſimul.

Et plura conſtant ex Stobæo ſermone 63. & ſuffragātur, pleraque congeſta ex Cornelio lib.12.& id cōſtitutiſsimum eſt ex M.Valerio Martiali lib.12.Epigrāmatum,qui Zoilum quendam ex oris deformitate malum eſſe ſuſpicatur,

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
Rem magnam praſtas, Zoile, ſi bonus es.

Et conſtat ex Phodoro apud Stobæum ſermone 88.

Faciem aſpectu deformem poſsides,
Mores etiamnum eiuſcemodi habes?
Clauda tibi mens eſt, vt pes, natura notáſque.
Exterior corpus interius habet.

Et in hoc negotio,quid ſit † deformitas inſignis,arbitrio Epiſcopi relinquendum eſt, vti argumento optimo deſeruit text,in c.ij.& inibi Anton.Cardin.& plerique alij huius farinæ de corp. vitiat. quod frequentiſsimo omnium conſenſu receptum eſt,tex.celebris in c,ſi Euangelica.lv.diſtinct.quod tamen intelligo quo ad ordines ſuſcipiendos, quo ad ſuſceptos tantùm inducitur irregularitas in illo actu ordinis,qui vel inſignem deformitatē impedit vitio corporis: quod colligitur ex tex.& inibi Abb.in d.c.ij.de cler.ægro.not.Maria. Soc.in d.c.ad audiētiā.num.21. Gonſ.à Villad. in trac.de irre.c.de cor.vit.qua ratione ſic perpenſa,ꝗ patitur vitiū corporis in his digitis,ꝗ ad cōſecrationē & eleuationē hoſtiæ ſunt neceſſarij,ſolùm abſtinebit à celebratione miſſarū, nō autē à diaconatus aut ſubdiaconatus miniſterio. His accedat, ꝙ qui ob deformitatem inſignem, ab altari arcendus eſt, vti conſtat ex Leuit. c. 21. Dixit Dominus ad Moyſen, & pauló anteà inibi,Loquere ad Aaron,Homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius,ſi cæcus fuerit,ſi claudus, ſi vel paruo,vel grandi,vel torto naſo,ſi fracto pede, ſi manu,ſi gibus,ſi lippus,ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem,ſi imperiginem in corpore, vel hernioſus. 4

Hactenus apud Leuiticum: Siquidem corporis deformitas animi deformitatem declarat. Abbas in cap. quia diuerſitatem.in primo notabili, de conceſsione præben. fieri minimè poteſt, vt qui omnino deformis eſt, bonus ſit, ſicuti ſcribit Galenus libro de temperamentis, cap. 26. naturam

mem

membra corpore, prout moribus animæ conuenit. itidem lib.1. & 2. de vſu partium, cui ſubſcripſit Raſis libro ad Almanſorem 2.cap.33.& iterum cap.54.text.in §.vltimo.xlj.diſtinct. incompoſitio corporis inæqualitatem indicat mentis.Bald.in l.obſeruare.colum.ij.C.quorum appel.non recip. Hippol.in l.j.in princ. colum. penult. ff. de quæſt. & Ioan. à Neuizanis idem profeſſus inter conſilia feudalia Alberti Bruni, conſilio xij. colum. iiij. Eraſmus adagiorum Chil.3. Centur.2.cap.8. Corinthio deformior. & licet præter deformitatem inſignem hi omnes ab altari arcendi ſunt, non tamen impediuntur abſolutionis ſacramentum miniſtrare. In qua quæſtione ferè omnes Doctores in præcitatis locis adſtipulantur.

5 Secundò huic quæſtioni illud adnotandum eſt, quòd † ſi fortè fortuna contingat aliquẽ inutilem eſſe membro, quod non faciat eum irregularem ex eius defectu, non tenetur membrum abſciſſum, nec eius aliquã partem ſecum deferre, vt paſsim vulgò fertur, vt adſtipulatur gloſſa in c. Eunuchus.lv.diſtinct.verſic.ſi in percuſsione. Abb. in dicto cap.ij. Henricus in cap.vlt.de corpo.vitiat. Villadiego in dicto cap. de corpore vitiat. Albertus Trotius in dicto cap. xvj. num.8. illud etenim membrum, vel eius partem ſeruare neceſſarium non eſt, nec quicquam prodeſſet, ſi ex illius membri abſciſsione contigiſſet irregularitas: ſuper hac verò irregularitate impetratur diſpenſatio ab ipſo Romano Pontifice, non ab alio, teſte Innocentio in cap. ſignificauit. de corpore vitiat. cuius ſanè opinio cõmuni doctorum conſenſu approbata eſt, vt inibi aſſerit Cardin. & Villadiego de irreg. c. vlt. licet ab hac communi diſcedat glo. in d. c. ſignificauit. eiuſdem cap. authoritate, quæ minimè obſtat: ſiquidem intelligenda eius ſententia de Epiſcopi diſpenſatione authoritate Apoſtolica præſtita, ac ſibi delegata, vt Abb. & alij paſsim doctores ibi tradidère: qua ſententia communiter ſic perpenſa, ea eſt iuris regula, inferiorem prælatum non poſſe diſpenſare ſuper hoc corporis vitio, nec ſuper irregularitate contracta à corpore vitiatis. Qua in reſcribit Ioannes Staphile. de literis gratiæ, & iuſtit. ſecunda parte, fol.193. non conſueuiſſe Romanum pontificem diſpenſare circa vitium corporis & eius irregularitatem: quoties deformitas tanta eſt, quæ ſcandalum maximum generat apud Chriſtianam plebem

plebem, quod perquàm maximè conſiderandum eſt in his diſpenſationibus.

Quibus admodum huic rei maximè conducunt, ſuſpenſum † ab officio & actu ordinis eccleſiaſtici, etiam à iure 6 præter corporis vitium non ob crimen, non effici irregularem, ſi celebret miſſarum ſolennia, nec nouam contrahere irregularitatem, ſed tantùm eam, qua affectus ob vitium corporis fuerat, quod plurimum refert.

Quo ad † irregularitatem, mutilationem membri alicuius, homicidio comparari, atque æquipollere, cap. in Archiepiſcopatu. de raptoribus. cap. clerici. ne clerici vel monachi. textus ad id celebris in cap. j. de cleric. pugnan. in duello. aliis in locis, de quibus meminit gloſſa in concilio Viennenſi, in clementina vnica, de homicid. ſingularis, teſte Angelo verbo homicidium. v. quæſtione tertia, & Syluester verbo homicidium. v. quæſtione iij. ad cuius rei cognitionem quædam infrà dicendorum præmittam neceſſaria argumenta: vt iſthæc concluſio facilius explicetur, oportet examinare, quod dicatur membrum: & illa proprie membra dici, quibus diuerſo & proprio officio corpus mouetur, aut iuuatur, exiſtimat Bartolus in l. publicorum. numero decimotertio. ff. de publicis iudiciis, & inibi Imola, & Doctores communi conſenſu ſequuntur, & omnium diligentiſsimè Corſetus in repertorio Abbatis, in parte, membrum. Et vt rem exemplo ſubiiciamus, oculus ad viſum factus eſt, pedes ad deambulandum, aures ad auditum, lingua ad ſermonem. Idem profeſſus Baldus in capitulo primo, de noua forma fidelitatis, numero quinto. textus ad id præſtantiſsimus apud Iuriſconſultos in l. idem Offilius. ff. de ædilitio edicto. l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu hominum. extátque apud Philoſophum Ariſtotalem elegans ſententia libro primo, de parte animali. cap. 5. itidem libro quarto Meteorum. cap. vltimo. etenim Galen. quem citat Ludouicus Cælius libro lectionum antiquarum. 2. cap. 21. membrum corporis particula eſt, quæ nec omnino circunſcriptionem habet propriam, nec omnino aliis coniuncta eſt: & poſtremò Apoſtoli ſententia confirmatur: ſiquidem diuus Paulus 1. ad Corinth. cap. 12. aſſeuerans membra in corpore diſtinctam operationem habere. Idem Apoſtolus ad Romanos cap. 12. omnia autem membra, inquit,

Quid dicatur mēbrū

inquit,non eundem actum habent. Ad rem igitur, tunc abſciſsio membri fieri dicitur,cùm corpus mutilatur,& membri proprium officium impeditur,vti hac in ſpecie explicat Bal.in l.ſerui fugitiui.ad finem,C.de ſer.fug.ſic etiam ex eodem Bart.conſtat.in d.l. publicorum. Alia verò membrorum offfcia,& ornatus ſunt,non membra,quæ decorem cor pori humano inducunt, vt barba viri mento, coma capiti, teſte Bart.& frequentiori doctorum conſenſu.Ibidem Cice. libro tertio de Finib. bonorum & malorum.partem quamlibet corporis, etiam quæ non præſtat obſequium, diſtinctum corporis membrum eſſe dicit. hæc Cicero.& ne quid amplius hac in re deſideretur ex propria membri cognitione,aliquot in hac controuerſia ſpeciatim deducam,

Primum ab eodem fonte, ſiue radice procedit, minimè veram eſſe Caietani doctrinam ij.ij. quæſti.lxv. artic.
8 primo.exiſtimantis abſciſsionem digiti † efficere irregularem: Cuius opinio, quàm à ratione deuia viderint omnes, qui in excutiendis veris intellectibus merito laborant & recto limatóque ſunt iudicio,cui innititur text.celebris in dicta l.non ſunt liberi.& in dicta l.idem Offilius, cuius etiam contrarium conſtat ex Bar.in præcitata l.publicorum. Imol. & plerique alij ibidem aſſeuerantes digitum non eſſe membrum.Bald. in capit.j. de noua forma fidel. numero 5. Cardinal.& paſsim doctor. in dicta clement. vnica. de homicidiis,doctor.in cap.j.qui clerici,vel vouen. Felin.in capi.ego enim.de iureiuran. columna ij.itidem in cap. cùm illorum. de ſententia excommunic.Anton.Rubel.conſil.lxxxv.Chaſſæneus in conſuetudine Burgundiæ, rubrica prima.§.v. verſiculo per hæc quidem.notat Villadiego de irregul. capitulo de percuſſore. columna prima, quorum ſententia aduerſus Caietanum communis eſt.

9 Secundò hinc poterit expendi, † an is irregularis ſit, qui alteri eos abſciderit digitos, ſine quibus ipſe ſacerdos eſſe non poteſt,nempe tres digitos ad conſecrationem neceſſarios:propter honeſtatem:ſiquidem, qui hos digitos non habet,irregularis eſt,ob defectum maximum eius partis, quæ neceſſaria eſt,ad decorem celebrandum,quòd ſi eam partem abſciderit non habentem deformitatem, nec defectum, nec itidem membrum abſciderit, irregularis cenſendus minimè eſt,exploſa Bonifacij ſententia contrarium aſſeuerantis

in cle

in clem.vnica.vj.col.de homicid.atque Anan.in cap.cùm ex iur.,no.de hæretic.col.iij.Syluest. verbo,homicidium.iij.q. iij.par.iij.qui omnes in ea ſunt ſententia, percuſſorem irregularem eſſe,quoties ex percuſsione percuſſus manet irregularis,aut non poteſt eſſe ſacerdos: qua in ſpecie Caier. in d.quæſt.lxv. artic. j. facilius exiſtimat contrahi irregularitatem à mutilante, quàm ab mutilato, ea ipſe ductus ratione, Qui mutilat digitum alteri,eſt irregularis, non tamen ſemper qui ipſius digiti mutilationẽ paſſus eſt: Quod ſatis ſuperque conſtat ex his, quæ adnotabimus in cap. corpore vitiatus. opinionem Caiet. damnationem mereri ex eo opinor: nam qui alteri digitum abſciderit, non eſt irregularis,quia membrum non abſcidit. Is ſanè, qui pollicem abſciſſum habet, impeditur miniſtrare, ac ſacris ordinibus inſigniri ob deformitatem ac defectum digitorum, ſicut tradidimus loco precitato. Tertiò proximè deducitur,irregularitatis † immunem eſſe amputantem auriculam,ac non 10 eſſe membri abſciſsionem: ſiquidem auris membrum non eſt propriè,quod & Bald. exiſtimat in præcitata l.ſerui fugitiui.ad finem.cui ſententię ſuffragatur ratio tex.in d.l.idem Ofilius.ff.de ædil.edic. Quarto ex his dubia prorſus cenſetur Baldi opinio in l.data opera.num.75. C.qui accuſ. non poſſ.dicens † mamillam in fœminis membrum eſſe:ea opi- 11 nio vera eſt quo ad ſignificationem latam:longè quidem aliter quo ad ſtrictam & propriam: atque ideò exiſtimo, qui mamillam fœminæ abſciderit, in labem irregularitatis incidere,quamuis aliquibus hoc videatur dubium. Poſtremo & illud adnotandum eſt, an is † ſit irregularis, qui licet 12 membrũ alteri nõ abſciderit,tamen id debilé membrum ex percuſsione reddiderit, & hunc irregularem eſſe exiſtimat Abb.in cap. cùm illorum.de ſenten.excom.Syluester verbo, homicidium.v.quæſt.v. ídque probant noſtræ claſsis doctores ex eodem tex. ſumentes rationem in clem. vnica. de homicid.ea argumentatione vtuntur, quaſi Romanus Pontifex inibi, vt diuerſa ſubiecerit, mutilationem & detruncationem, ita ſanè vt mutilatio pertineat ad vulnus, quod efficit membrum debile: detruncatio verò ad percuſsionem, quæ omnino membrum abſciderit. Sicuti hoc in negotio exiſtimãt doctores præcitati. Nos tamen in eadem palæſtra luſuri, certandi occaſionem nacti, non tanti exiſtimanda,

Amputans auriculam an ſit irregularis.

ſed ob hominum ſyncerum votum, non vtique contemnenda, opinamur Abb. inductionem minimè probari in dicta Pontificia conſtitutione: etenim in ea tantùm mutilationis mentio fit, non tamen detruncationis: atque ideò Felinus in dicto cap. cùm illorum. aſſerit nume. 12. detruncationem & mutilationem idem eſſe: gloſ. quæ expreſsim hoc ipſum vult in cap. accuſaſti. verſic. debilitatus. de accuſation. mutilus autem dicitur, cui membrum eſt abſciſſum: mancus, qui membrum habet debile: ſicuti etiam apud Latinæ linguæ conſtat authores. Et non eſſe irregularem eum qui alterum mancum ex percuſsione effecerit, profitetur Abb. Calder. Cardin. & Præpoſ. in cap. primo, qui cleric. vel vouen. Cardinalis in dicta clementina vnica, quæſtione xxxj. Stephanus Aufredus in Capel. Tholoſ. 207. Villadiego de irregul. C. de percuſſ. columna prima, atque iſtam eſſe frequentiori doctorum conſenſu comprobatam ſententiam opinor procedere, etſi membrum corpori adhærens omnino inutile ſit, in hac ſpecie nulla affici irregularitate, tametſi Syluester contrarium tenere conetur, in dicto §. iij. verſic. tertium.

Mutilus quis dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale committens, pœna criminis ordinaria non afficitur.*

2 *Iudex, qui ex imperitia iniuſtè criminis reum condemnauerit, qua afficiatur pœna?*

3 *Medicos lex non ſolùm abſoluit ab homicidio, verùm mercedem eis ſtatuit.*

4 *Medicorum imperitorum pœna.*

5 *Clericus in minoribus conſtitutus chirurgiæ artem exercens, pro negligentiis in eius artis vſu commiſsis, coram ſeculari iudice conueniri poteſt.*

6 *Medicos inſigniri poſſe ſacris ordinibus dubio procul conſtat.*

7 *Qui à vulnerato ſagittam extraxerit, an irregularis cenſendus ſit?*

8 *Quid de eo, qui luſerit cum fœmina pregnante, & abortum fecerit, quo ad irregularitatem, & quo ad pœnam diſcutitur.*

9 *Concitans canem, ſi tranſeuntem momorderit, qua afficiatur pœna.*

10 *Ioculatores fera animalia ſecum ducentes, à ciuitatum ingreſſu arcendos fore.*

De homicidio caſuali quædam non inconcinna.

CAP. XXVI.

CUM principium ſit dimidium totius, ex antiquo Græcorum prouerbio, cuius meminit Plato libro de legibus ſexto, Ariſtoteles libro Moralium primo: & ex Latinis ſcriptoribus Horatius Epiſtolarum libro primo:

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

Quem curruptè allegat gloſ. in l. j. ff. de orig. iur. & Auſonius in Epigrammate ad Cupidinem, quod ex Græco traduxit. Dimidium facti nos feciſſe arbitramur, cùm ad dimidium huius libri primi Epitomes delictorum peruenerimus. Nunc autem ad præſentis capitis in hac materia interpretationem accingamur: quoniã verò ſolenne eſt oſtendere quo nexu præcedentibus ſequens caput cohæreat, vt ordine ac methodo ſatisfactum eſſe appareat, repetenda hîc erit aliorum capitulorum continuatio: ſiquidem in præcedentibus de homicidiorum pœnis quaſi per cãcellos viſum eſt, nunc verò agere eſt animus, vt ordo poſcit, & promiſsis ſatisfaciam: Quibus in caſibus homicidij reus à criminis pœna immunis ſit, & primò de caſuali homicidio aliquot tractanda ſunt huic rei maximè neceſſaria. Homicidium caſu commiſſum abſque dolo, vtpotè, ſi quis è feneſtra lapidem proiiciat, vel gaudens equo in via publica clamando tranſeuntem interimat, is homicidij reus pœna criminis ordinaria non afficitur, ſed alia vtique mitiori. l. in lege Cornelia. ff. ad legem Corn. de ſicar. l. iiij. §. j. eod. tit. l. ſi putator. ff. ad legem Aquil. & in l. qui foueas. eodem tit. l. ſi magiſter. l. idem iuris. §. mulionem. eod. tit. l. ſi ex plagis. §. cùm pila. eod. §. item ſi putator. Inſtit. de lege Aquilia. cap. lator. cap. ex literis. in j. & ij. cap. ſignificaſti. in j. cap. dilectus. cap. Ioannes. cap. finali. de homicid. ex nouioribus Ludouicus Carrerius, numero 4. & 5. in §. homicidium. in iij. in pract. crim. pag. 238. Antonius Gomezius cap. iij. delictorum, numero 16. & ante hos Bartol. & plerique alij in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. Salicetus in l. prima, C. de ſicar. itidem in l. non ideò minus. C. de accuſationibus. verſiculo, ideò ſi in curſu. Bonifacius in rubrica, de inſultu & percuſsione, columna finali. Angelus in maleficiorum tractatu, in gloſ.

ſcienter. regia l.iiij.& v.tit.viij.par.vij.l.vj.tit. xv. par. vij.l. penult.tit.xiij.lib.viij.ordin.reg. Ex quo aliqua conſicienda ſunt huic rei maxime neceſſaria: & primo ancipiti contro-uerſia diſputari ſolet in hoc tractatu, quòd ſi in colluctatione exercitij gratia, alter alterum interimat, nulla pœna tenetur, ſed vtique actione vtili legis Aquiliæ ad damnum. l.qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. & inibi glo. & paſsim doct. aliqui tamen ſubiiciuntur caſus, in quibus quidem ex ſola culpa vel negligentia paulò mitiori pœna corporis afflictiua afficiendus eſt, vtpotè, in Commentarienſe, ſi incarceratus incuria & negligentia ipſius cuſtodis fugam arripiat, eadem pœna, qua & reus puniendus erat afficitur.l.penult.verſic.primo,C.de cuſtod.reorum. vbi ſcribit: nam ipſum volumus huiuſmodi pœna conſumi, qua obnoxius docebitur fuiſſe, qui fugerit. & inibi Angel. Salic.& Bald.regia l.xij.tit.ix.parte ſeptima.

2 Verùm enimuerò & id diſcuti poterit, ſi † ex imperitia & maxima iudicantis culpa iniuſtè ad mortis pœnam reum condemnauerit iudex, corporis pœna afflictiua afficiendus erit, cùm adſumendo officium iudicandi ſe peritum aſſeueret, cùm non commiſerit dolum in genere, ex Floriano in l.idem iuris.§.j.ff.ad legem Aquil. Hippol.in l.in lege Cornelia.ff.ad legem Cornel. de ſicar. num. 4. Carrer. & Gom. his in locis, quibus & anteà meminimus. Auiles in capitulis Prætorum.fol.28.numero 12.

Illud etiam non intempeſtiuè diſputatur, quod ex eodem fonte emanare videtur, medicus, chirurgus, peritos eſſe aſſerentes, ſi eorum culpa morbo laborans moriatur, pœna afficiendi ſunt, vt per Florianum in l. idem iuris. §. primo, ff. ad legem Aquil. Hippolytus in præcitata l. in lege Cornelia, numero 4. ſed anteà quàm ad iſtorum criminum pœnam condeſcendam, de medicis aliqua coniicienda

3 ſunt: Medicos enim † non modò lex abſoluit de homicidio, verùm mercedem eis quoque ſtatuit, vt meritò Iouianus Pontanus dixerit in Charonte, Mercurius à Charonte interrogatus, quod genus hominum liberius viueret, inquit, liberius medici viuunt, vt quibus permiſſum ſit hominem impunè occidere. Philemon autem apud Stobæum ſermone 100. id duobus carminibus Græcis, ſignificat, ex Latina tranſlatione ſic ait,

Liberius medici viuunt.

Soli

Soli medico & aduocato
Occidere licet impunè.

Nulla præterea lex eſt, quæ non puniat inſciam capitalem, medico tantùm hominem occidiſſe ſumma impunitas eſt, quibus adſtipulatur Baptiſta Mantuanus Egloga 6. cui Cornix titulus eſt.

Sunt & equeſtre genus medici, qui tangere venas
Nonnunquam illicitas audent, & ponere quædam
Non intellectis temeraria nomina morbis.
His (etſi tenebras palpant) eſt facta poteſtas
Excruciandi ægros, hominéſque impunè necandi.

Ariſtoteles libro de ſenſu & ſenſ. ſcribit maximam hominum partem à medicina interimi. In quam ſententiam celebratum eſt vulgò prouerbium: Summa medicina eſt, non vti medicina. Et apud Aegyptios, morbos vel ieiunio curant vel vomitu, idque aut quotidie, aut tribus diebus, aut quatuor interiectis: aſſerunt enim ex ciborum ſuperfluitate omnes creari morbos: eam ergo ad valetudinem curam eſſe optimam, quæ morborum principia auferat, teſte Diodoro Siculo de antiquitatibus rerum, dum de Aegyptiorum moribus tractat, & nos de medicis aliqua coniecimus, cap. xiij.

Cæterùm ad inſtitutum regrediens colligere non incommodè poſſumus, quod & Lucas à Penna in rubr. C. de profeſſor. & medic. libro xj. & Ripa de peſte. §. medicorum. numero 24. ſcribunt, medicorum peritiam ex eo conſtare, ſi ægritudinis cauſas ſciant exprimere, teſte Hippoc. in prologo Prognoſticorum, & qui ſe medicum peritum profitetur, tria vtpotè ſcire præſupponit: In ſingulis ægritudinibus præterita, hoc eſt, ægritudinis originem: præſentia, id eſt, infirmitatis ſtatum: futura, ſitne morbus curabilis, an præ ſe ferat mortem, teſtibus Tancr. Innoc. Hoſt. Card. Floren. in c. ad aures. de ætate & qualit. & inibi Ioan. And. Ex nouioribus Greg. Lup. in l. vj. tit. viij. par. vij. & ante eos Plutarc. in eo libro quem fecit ex ſalubribus præceptis, inquit, Cotraphilus medicus, interrogatus quis perfectus medicus fieret, dixit, ille qui poſsibilia & impoſsibilia diſcernere poteſt: cuius meminit Stob. ſerm. 100. ad finem. indicare enim debent ægritudinis augmẽtum, ſtatum, & deminutionem: qui artis medicinæ incumbit curationi, eius ſciẽtiam habere debet,

ex l.j.ff.de decretis ab ordine faciend. & in ſcrinio pectoris artis traditiones habere, ſicuti definitur in præcitato c. ad aures.& medici peritia conſtabit, ſi opportune languentibus medicinam præbeat.capit.abſit.50.diſtinct.& his deſeruire videntur illa carmina.

Temporibus medicina valet, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Etenim ſingula, cùm tempus poſtulauerit expedienda ſunt,capit.quis ignoret.xxxij.quæſt.iiij.l.omnes iudices.C. de ferijs.l.iuſtas.C.de iure fiſci.& medicorum ſcientia conſtabit vtique, ſi nouis morbis noua ſciat adhibere remedia, capit.cæterùm.de iuram.cal.l.j.ff.de ventre inſpicien. & imbuti hac ſcientia contra quamlibet ægritudinem morbo cõuenientem quærunt medicinam,cap.qualiter & quando. §. verùm.de accuſatio.c.ſciendum. xxix. diſtinct. & Auguſtin. ad Bonifaci.ait,cogunt nos multas inuenire medicinas multorum experimenta malorum.capit.vt conſtitueretur.50.diſtinctione.& præter hæc medicus debet infirmum admonere, vt præcaueat ab his, quæ ſibi ſunt nocumento futura, capitulo,tua nos.de homicid. peccant enim letaliter infirmi, quippe qui nociturna ſumunt, exploſo medici præcepto, ſiquidem contra charitatem faciunt, capit.ſi non licet. capit. placuit.xxiij.q.v.capi.non æſtimemus.xiij.quæſtione ſecunda.febris ſæpenumerò cogit morbo laborantem in ſe ipſum ſæuire.l.fin.§.ſi quis autẽ.ff.de his qui ſibi mortẽ conſciuêre.

Vt quæ longo ſubſellio tractauerimus illud peculiari conatu agere cõſtituimus,medici† imperiti pœnam ſcribere.

4 *Medici im peti pœna.* quòd ſi ob medici imperitiam,eiuſque culpam ægrotus moriatur,mortem medico imputari:quòd ſi dolo,& malitia fecerit,mortis pœna afficitur:ſin minus imperitiæ, exilij pœna per quinquennium affici debet ex regia l.ſexta.tit. viij. parte ſeptima.Hippolytus in l.in legeCornelia.ff.ad l.Corneli.num. quarto.quod ſi infirmus erat ſeruus,domino eius æſtimatio ſoluenda eſt: & ita medico imperitia imputanda eſt, ſicuti doctores diffiniunt, ſumentes rationem ex textu inibi in l. illicitas. §.ſicuti.ff.de offic. præſid. vbi Conſultus ſcribit,ſicuti medico imputari euentus mortalitatis non debet, ita quod per imperitiam commiſit, imputari ei debet, dicto capitulo, ad aures. de ætate & qualitate. capitulo, tua nos. de homicid. in l.qua actione.§. Proculus. ff. ad legem Aquil

Aquiliam.ex nouioribus Antonius Gomezius capitulo iij. delictorum, num.16.ad finem. legibus autem Platonicis ſancitum fuerat libro nono de Legibus: Medici, qui curantes non ſponte occiderint, mundi ſint: & medicum imperitum, cuius cauſa mortem obierit ægrotus, pœna extraordinaria puniendum fore, ex dicta l.tertia.§.primo. ff.de ſicariis.l.reſpiciendum.§. delinquunt.& inibi Doctores.ff. de pœn. Auguſt.ad Angel.in parte, fama publica.ſeptima quæſtione,adhibita diſtinctione de qua ſuprà in dicta l.ſexta.tit. viij.parte.vij. quæ etſi regia l.quæ dolum exigit,vt pœna criminis ordinaria teneatur medicus, poſſet illo iuris ſtimulo confirmari homicidij pœna,niſi dolus interſit, ordinaria non vendicat ſibi locum.l.cùm autem.ff. de ædilitio edicto. itidem Bartolus.in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan.infamia.colum. quarta. Iaſon in l. prima. colum. penult.ff.de leg.& in l.in actionibus.de in litem iurand. & in l.iij.§. quod prætor.ff. ne quis eum qui vi eximat. Decius conſil.ix. Ludouic. Carrer.& Ant.Gomez.his in locis, quibus & antea meminimus:& cùm imperitia culpæ adſcribatur, & non dolo.l.ſi quis fundum.§.ſi quis vitulos. ff. locat. quod ſi ex dolo laboranti morbo contraria medicamenta adhibuerit,è quibus à vita diſcedat, medicum eſſe reũ mortis.l.iij.in princip.ff.de ſicar.Cardi.Alexan.in cap.abſit.50. diſtin. Angel.in l. neceſſarios. §. final.ff.ad Syllani. l. medicos.ff.de variis,& extraordina. cognitio. & noniſsime Greg. Lupus in præcitata l.vj.verbo, phyſico. Florianus in dicta l. idem iuris.§.j.ff.ad l.Aquil.Iacob.de Arenis,& Martinus Silla,quorum meminit Alberic.in dict.l.illicitas.§.ſicuti.& dicta l.ix.tit.15.par.vij. illud vnum addens, damnum teneri reſarcire medicum.l.vj.tit.iij.par.viij.in verbo, *aſſabiendas*. Et huic rei deſeruire videntur,quæ commemorat Diodorus Siculus apud Aegyptios legem latam fuiſſe, Si quis normã Sacri libri ſequutus, infirmum ſánare nequiuerit, omni careret culpa:ſi prætereà, his quæ libris continentur illum non curauerit,morte puniatur.author eſt Diodorus,lib.ij.c.xiij. ad ſi.Credidit enim legiſlator ea medẽdi cura,quæ plurimo tempore ab optimis obſeruata perfectáq; ſit,haud facilè meliorẽ repertre poſſe.hæc ille.Quòd ſi negligẽtia medici morbo laborãs moriatur,homicidij reũ eſſe,adhibita iuris diſt. Siquidẽ negligentia alia eſt,quæ culpę ſcribit̃,minimè tamẽ *Lex Aegiptiorũ.*

dolo.l.idem iuris.in princ.ff. ad l.Aquil.alia eſt negligentia, quæ malitiæ accedit.cap.per tuas,præcitato.& inibi doctor. quod ſi cuſtodia indigeret ægrotus, quam præcauere debet medicus ab his,quæ nocumento ſibi futura ſunt:quod ſi curam deſerat,lege Cornelia teneri:ſiquidem negligentia diſſoluta, dolus eſt.l.magna culpa.ff.de verb. ſignific. cap. edictum.lxxxiij.diſtinc.l.neceſſarios.§.fina.ff.ad Syllani.explicant Doctor. in l. qua actione.ad l. Aquil. Card. Alexand.in cap.j.xxvij.diſtinct.Decius,Guliel.Magne.in l.imperitia. ff. de regul.iur. Ex nouioribus Iacob.de Nouell.in practica crimina. pag.128.num.15. non tamen tenetur medicus ſemper & continuò adeſſe ægroto, ex Hoſtien. Ancharan. & doctori.in dicto capit.tua nos. Ripa de peſte,num.48. ni ægrotus cuſtodia indigeret, tenetur quidem medicus vel præſens eſſe,vel admonere vt cuſtodiatur: Hoſtienſ.in ſumma,de ætate, & qualita.§.ordo. verſic.ex poſt facto. Ripa & Antonius Gomez.his in locis,quib⁹ & anteà meminimus.Quòd ſi medicus leuem ægritudinem conſultò longiorem fecerit,iudicantis arbitrio punitur, tex.in l.medicus.ff.de variis & extraord.cogni. inibi, inciuile factum præſes prouinciæ coerceat. Solent enim hi plures excogitare fraudes, teſte Plinio Iuni. in principio ſui operis, & Stobæus pleraque congerit ſermo.100. Bald. in l. interpoſitas. C. de tranſactio. diffiniẽs medicum teneri ad damna, & intereſſe ex infirmitatis dilatione, dicta l.idem iuris eſt.l.ſi obſtetrix.§.j.ad leg. Aquil. quòd ſi medicus dubitet, an medicina ægroto profutura ſit, minime ei adhibere tenetur.Imol. & Anan.in dicto cap. tua nos. aſſeuerantes melius eſſe hominem relinquere miſericordiæ Dei, quàm ipſum credere medicinæ dubitandæ. Quibus, & illud ſubiiciam, medicum poſſe ægrotum, etiam inuitum mederi,& expenſas repetere,ex gloſ.in ſumma lxxxiij. diſtinct. Barbat. in rubrica de ſolutio. ad finem. Tiraquel.de vtroque retractu gloſſ. j.§.vij. num. 10. pagina 965. ægrotos tamen pauperes gratis curare tenetur,gloſ. in cap. j.lxxxiij.diſtinctio.Ioann.Andræ.in d.cap.ad aures. Lucas à penna in l. ordinaria. in princi.C. de profeſſor. Archie. Florẽ.iij. parte.tit.vij.cap.j.§.poſt principium. And.de Yſernia in conſtitut. Neapolitan.incipienti, quia nonnunquam. Felin. in cap.j. de officio iud.ex Theologis Ioann. de Sancto Gemin. in ſermonibus funeralibus,ſermo. 24. Adrianus in

Quid ſi ægritudinẽ leuè lõgiorem fecerit medicus.

4.Sen

4. Sententiarum, vbi de fraterna correctione in propoſitione ſolutionis primi argumenti.

Quoad irregularitatis labem, & illud proponam, vt me dicus non teneatur, de morte infirmi, prænotanda ſunt ea, quæ & nos paulò anteà adnotauimus. Siquidem quòd ſit peritus in ea profeſsione & arte, dicta l. illicitas. §. ſicuti. ff. de officio prætidis. ij. quod admoneat infirmum, vt præcaueat ab his, quæ ſibi nocua futura ſunt, text. in dicto cap. tua nos. in cuius ſpecie monachus fœminam illam admonuerit, vt à vento caueret: & ipſa vento exponens ſeipſam, mortem obierit, apparet non alia ratione monachum illum cenſeri irregularem, quàm quod operam dederit rei illicitæ, non ſimpliciter, ſed ſibi quum Chirurgus eſſe non poterat, tex. in dicto cap. ſententiam ſanguinis. ne clerici vel monachi. & inibi inquit, text. nec vllam chirurgiæ artem ſubdiaconus, diaconus, vel ſacerdos exerceat, quæ ad vſtionem vel inciſionem inducit: qua ratione Abb. ibi colum. penult. & fin. Paul. Pariſi. conſil. xcix. columna vltim. libr. iiij. aſſeuerant clericum in minoribus conſtitutum, beneficium eccleſiaſticum habentem, irregularem eſſe, ſi ex chirurgiæ officio aliquis mortem obierit abſque eius culpa, quippe artem ſibi interdictam exerceat. Hic eſt verus intellectus ad dictum cap. tua nos. conſiderata vi & effectu verborum, non tamen aliter intelligendo, ſicut gloſſ. ſubobſcurè, & doctores inibi tradiderunt. Quorum ſententiam intelligendam eſſe cenſeo, quoties ægrotus moriatur ex cauſa alicuius aduſtionis vel inciſionis à chirurgo illatæ: longè quidem aliter ſi abſque culpa chirurgi, ſed ex ipſa graui ac letali ægritudine mortem obierit.

His etiam, & illud adiiciam libenter, quòd † clericus 5 in minoribus conſtitutus ordinibus chirurgiæ artem exercens poterit coram ſeculari iudice conueniri pro negligentiis & culpis commiſsis in eius artis vſu. Notat hæc in ſpecie Ioan. Gallus in quæſtione cl. cùm chirurgiæ ars ſit prohibita clericis. capitulo tertio. capit. ſententiam. ne clerici vel monachi. vbi non ſolùm ſacerdotibus, quinetiam clericis eſt interdicta in minoribus conſtitutis. Marianus Socinus in cap. ad audientiam. de homicid. quæſt. viij. & inſuper in irregularitatis labem incidere, tametſi minimè ſit ſecuta mors, vel membri abſciſsio, etiam ſi in culpa non

Clericus chirurgus in minoribus poteſt conueniri ratiōe officij corā ſeculari iudice.

fuit.cap.tua nos.de homic.& ibi Abb. extendit a l clericos omnes ſeculares ex identitate rationis, Sequuntur doctores ſentientes in dicta repetitio.q.viij.col.xiij.Paul.Pariſ.conſil. cxxxvj.nu.35.vol.iiij.

6 Quibus † & illud addam.cùm ſanè artes ſordidę ſunt clericis ſimplicibus interdictę,vti conſtat ex cap.j.de vita & honeſt.cleric.libr.vj & in cle.j. eod.tit. explicat Speculator tit. de cleri. coniug. §.j.verſiculo.ſed quæ dices honeſtam. cùm medicina non ſit ars ſordida, poſſunt ſiquidem medici promoueri non ſolùm ad ſimplicem clericatum, qui necíam ad ſacerdotium,text. ad id celebris in cap.ad aures.& inibi gl. & doctores, de ætat. & qualit. gloſſ. quæ paſsim hoc ipſum vult in cap.ſi quis à medicis.50.diſtinct.quo fit medicum nominationis ad beneficia capacem eſſe ex pragmatica ſanctione Gallicana,titul.de colla.cap.j.§.inſuper.poſſunt & hi presbyterali inſigniri ordine, ea lege vt chirurgiam artem non agerent.c.ſententiam ſanguinis.ne clerici vel monachi. A ſacerdotibus ob id eius artis in vniuerſum exercitio videtur interdicta, quòd illi ipſius ſtudio vacare prohibentur, tex.in c.vlt.eod.tit.li.vj.etenim ex quo ſtudium prohibetur, exercitium ſatis prohibetur, ex l.oratio.de ſponſalibus.cap. tuæ.de procur. capitulo cùm quid. & inibi Ioannes Andreas de regulis iuris,libro ſexto.id tamen non eſt ex eo,quòd illa ars ſit inhoneſta, ſed ea motus ratione, ne medicinæ ſtudio nauante ſtudium Theologię dimittant,& ſine religioſis ſint clauſtra,vt in cap.non magnopere.& d.cap.vltimo.ne clerici vel monachi. Quibus etiam rationibus prohibentur, & leges alioquin ſacratiſsimas audire. Cæterùm prohibent leges, ne medici poſtulent, ſicuti nec aduocati munus tabellionis exerceant, vt notant Doctores in l.vniuerſos.C.de decurio.libr.xij.illud autem de medicis cauetur in l.placet.C. de epiſc.& cleric.

Ex quo & illud conſtat, quòd ſi laicus aut clericus in minoribus chirurgus eſſet, & abſque inciſionis culpa ægrotus periret,non eſſet irregularis cenſendus, explicat Card.in d. c.tua nos.& Maria. Soc.in c.ad audientiam.nu.31. de homic. idem profitetur Cardi.inibi,col.1. quippe qui operam daret rei licitæ,& quæ interdicta non eſt.c.ad aures. de æta.& qualitate.nam ibi Romanus Pontifex conſulit, quòd hic ad ordines non promoueatur, ſi is conſcientiam habet læſam

alicuius

alicuius culpæ: quaſi liberè poſsit ad ordines promoueri ſacros, vbi medicam artem abſque culpæ ſuſpicione exerceat.

Ex his etiam apparet eum irregularem eſſe, † qui ægroti habens curam dederit aliquam potionem abſq; medicorum præcepto, & ex hac à vita deceſſerit, explicat Innoc. & doct. in d.c. tua nos. & Marian. Soc. in d.c. ad audientiam. num. 32. & alij plures in ea ſunt ſententia paulo antè citati. Eadémque ratione irregularem eſſe opinor eum, qui à vulnerato ſagittam extraxerit, ſi ſanè ex hoc ipſo vulneratus moriatur: huius ſententiæ authores habeo Socin. loco præcitato, Abb. in c. ſententiam ſanguinis. ne clerici vel monachi. Villadiego de irregularitate. c. de percuſſore. col. v. poſt Speculatorem, tit. de diſpenſatione. §. iuſta. verſi. quid ſi alius infirmū. quam ſententiam ego admitterem, vbi in extrahendo ſagittam, aliquam culpam habuerit, alioquin non eſt vtique vera prædicta opinio: eadem perpenſa ratione, idem exiſtimo, qui ægrotum in mortis agone nimis anxium in aliud reuoluerit latus, vt citius moriatur, irregularis erit, ſicuti doct. paſſim his in locis, quibus & anteà meminimus. 7

Cæterùm, & illud proponam, quo ad intellectum text. in c. ſicut. de homic. vbi † ludens illicitè cum fœmina prægnante, cenſetur ſanè irregularis, ſi ex hoc luſu caſu cōtigerit fœtus animati abortio, tametſi nullam culpam in eo ludo homicidium præſtiterit: Sic etenim communis omniū doctorum ſenſus illud reſpōſum interpretatur, ex eo ꝙ ludens cū muliere prægnante, vel cōmercium carnale cum ea habuerit, & fœtus animati abortum fecerit, quaſi hæc irregularitas minimè à fratre contrahatur, vel conſanguineo, qui cum fœmina prægnāte licitè eodem luſit modo. Sed & horū ſententiam non aliter veram eſſe opinor, quàm ſi quis cum muliere etiam conſanguinea, prægnante tamen cautè luſerit, alioquin irregularis erit propter culpam in ipſo ludēdi modo commiſſam: quod viri boni arbitrio neceſſariò eſt cōmittendū. Mihi tamen ſemper dubia fuit cōmunis omniū interpretatio ad tex. in d.c. ſicut. etiam ſi frater aut cōſanguineus cum fœmina prægnante incautè luſerit, vt luſit presbyter ille, cuius Romanus pontifex meminit in d.c. ſicut. foret ſanè hic irregularis cenſendus, quia operā dabat rei illicitæ, ex co quòd ſit actus ad abortionem periculoſus, nec poteſt abſque aliqua culpa contingere propter periculum veriſimile. hæc 8

Intellect᷒ c. ſicut. de homic.

contra

contraria connumerare propoſui, non equidem contumaci aſſeueratione, ſed vt lector ex his valeat, ſublatis difficultatibus, frequentiorē doctorū ſententiam probare ac defendere.

Reliquum eſt ne ab inſtituto & recto deuiemus ordine (prout ad rem, de qua quæritur, pertinet) definiatur, explanare, qui abortionis crimen commiſerit, ſanè pœna infrà diſcutienda plectendus eſt. Sed anteà quàm in diſputationis huiuſce arenam cōdeſcendam, quaſi iſtius capitis coronidē, adnotare lubet pulchra Cic. verba in Oratione pro Aulo Cluē. Cuius potiſsima pars refertur, à Iuriſcōſulto in l. Cicero. ff. de pœnis. cùm actum de punitione fœminæ eſſet. quæ ob pecuniam fœtum nondum animatum potionibus ſumptis abegit, ſubdit Cicero: Nec iniuria, quæ ſpem parentis, memoriam nominis hæredē familia ſuſtuliſſet. hæc Cicero. Cui & Tertullianus concinit in apologetico, c. 9. nec refert natam quis eripiat animā, an naſcentem diſturbet. Quod vero adnotauimus morte eſſe puniendum, qui abortui fœtus animati cauſam dedit, tunc obtinet, quando id dolo fecerit: alioqui ſi præter intentionem percutientis cōtigerit, nō erit locus pœnæ ordinariæ, ſed extra ordinem is puniēdus erit pro modo culpæ: arg. l. in lege Cornelia. ff. de ſicar. quod Fel. in dicto c. ſicut. & Alber. iij. parte ſtatutorum, quæſt. lix. vbi explicat, animum & dolum, & abortionem colligi ex ipſamet percuſsione, & eius qualitate. idem profitetur Caiet. in ſpecie iſta in ij. ij. quæſt. lxiiij. art. iij. in reſponſione ad tertium.

Cæterùm iure Pontificio, quo ad irregularitatem neceſſarium eſt, quòd fœtus tēpore abortionis ſit iam in vtero animatus, alioquin non eſt propriè homicidium, quòd irregularem efficiat dantem abortioni cauſam, tex. in cap. ſi ait. vbi glo. & doct. de homic. glo. in cap. ſi aliquis. eod. tit. Quam expreſsim inibi ſequuntur doctores, & eſſe hanc opinionem communi doctorum conſenſu receptam fatetur Albertus Trotius de vero & perfecto clerico, lib. ij. c. xiiij. nu. 6. idémq; colligitur ex multis, quos ad hoc citat Lud. Carrer. in pract. crimin. tit. de homic. §. j. num. 24. & præter hos ex ciuilis & pontifici iuris profeſſoribus nō deſunt authores, nec Legum aut Canonū deciſiones, quæ ad hāc rem cōmodè poſſunt adduci: eſt ſanè tex. hac de re optimus in c. Moyſes & ſi equenti. xxxij. quæſt. ij. ſiquidem homicidiū à cæde hominis dicitur. c. homic. de pœnit. diſt. j. c. homic. xxiij. q. v. at homo nō dicitur

An ſit irregularis dans abortioni cauſam.

ſine

ſine anima.c.in quadam.de celebrat.miſſarum. c. cùm Chriſtus. de hæret. l. in lege Falcidia placuit. ff. ad legem Falcid. Etenim fœtus dicitur animatus.ſi maſculinus ſit,die quadrageſimo à conceptione:ſi fœmineus,die octuageſimo,ab ipſo conceptu : glo. in ſumma.v. diſtinct. quam inibi ſequuntur doct.communiter in præcitato c.ſicut.& in d.c.ſi aliquis.Alber.in iij.parte ſtatutor.quæſt.lix.& in l.qui in vtero.de ſtatu homi.Et glo. in clemen.j. de ſumma Trinitate. verbo, ſimul.Plinius verò lib.7.c. 6. in fœmineo ſcribit partum animatum eſſe nonageſimo,in maſculo quadrageſimo. Et hæc quidem de anima rationali:anima verò nutritiua , ſeu vegetatiua,qualis in plantis eſt, adeſt fœtus etiam ante diem xl. quia creſcit,vti explicat S.Thom. in præcitata quæſt. lxxvj. artic.iij.ſcribens,quòd prius fœtus animam habet,vt eſt animal,quæ anima ſenſitiua tantum eſt , qua ablata ſuperuenit anima perfectior,quæ eſt ſimul ſenſitiua & intellectiua:antè verò quàm ſit animal,habet animam nutritiuam , ſeu vegetatiuam , & prius eſt animal , quàm homo , teſte Ariſtot. de generatione animal.lib.2.c.11.id eſt prius habet animã , quæ ſenſitiua eſt tantùm,quàm adueniat perfectior,quæ ſit intellectiua. Nec oberit communi opinioni tex. in d.c. ſi aliquis. vbi cauetur teneri,vt homicidam eum, qui abortioni fœtus nondum animati cauſam dederit : ſiquidem verè homicida non eſt,licet punitio extraordinaria,nempe exilij,locum habet l.ſi mulierem.ff.de ſicar.vbi Hippol.Fel. poſt alios in d.c. ſi aliquis.l.diuus.ff. de extraord. crim. & paulò antè tradidimus. Qui verò abortioni cauſam fœtus animati dederit, morte puniẽdus foret,& ſic pœna ordinaria.l.pen.C.de ſicar. d.l.diuus.ſecũdum alium intellectum. Qui verò fœtus nondum animati cauſam dederit , homicida verus non eſt,ei tamen ſimilis,atq; ideo punitur vt homicida pœna quidẽ extraordinariæ:& rurſus mortale crimen atque peccatũ committit,teſte Abbate,& communi doctorum conſenſu in d. c. ſicut.de homic.& in præcitato c.ſi aliquis. & nouiſsimè Ant. Gomez.in tract.delictorum,fal.xxxix. col.ij.num.32. & nos vtique tradidimus in c.homicidiũmque committens. Tametſi his refragari videatur , vterũ nõdũ eſſe hominem anteã, quàm in lucẽ producatur,ex Bal.in l.ij.in princ.C.de poſthu. hæred.inſt.itidẽ in l.ſi pater.de inſti.& ſubſt.nã licet, inquit, habeat animam rationalẽ infuſam , nihiloſecius ſola anima non

Anima vegetatiua quæ.

Vterũ non eſſe hominem.

non facit hominē ſine corporis perfectione, & organizatione, Io. Anan. in c. ſicut ex literarum. col. ij. de homic. ſed nec is quidem vterus homo eſt, ſed tantum homo fieri ſperatur. l. cum inter. C. de fideicom. liber. gl. in l. qui in vtero. in j. ff. de ſtatu hom. exiſtimat vterum hominem non eſſe, ſed nec animal, ex tex. in l. j. §. ſi quis proximiori. ff. vnde cognati. & Accurſianæ ſententiæ communis Philoſophorum caterua ſe ſubſcripſit Diogenes, Empedocles, Herodotus, & omnes Hiſtorici, ſicuti conſtitutiſsimum eſt apud Plutar. lib. 5. de placitis Philoſophorum. Bal. in tract. ſchiſmatis. col. x. verſic. amplius. ſciendum exiſtimat vterum nihil eſſe, aut certe pro nihilo haberi, niſi naſcatur, inſtar cogitationis animi, quæ & ipſa nulla eſt, & apud homines nullius momenti, niſi in lucem prodeat. Iaſ. in l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ff. de leg. j. itidem in l. quod quis. de condict. indeb. & in l. j. col. ij. ff. de condic. cauſa data. & ante eum Bal. in l. j. col. ix. C. qui admit. Iaſ. in conſil. cccxxxix. factum ſic ſe habet. col. iiij. lib. j. Andr. Tiraquel. in ſimili ſpecie in l. ſi vnquam. verbo, literis. nu. 19. de reuocan. dona. C. nec infans, qui in vtero eſt, cēſetur eſſe in rerum natura. l. quod in rerum. ff. de leg. j. l. ſed etſi plures. §. j. ff. de vulg. l. ſi pater. ff. de ſolut. l. interdum. ff. de verb. oblig. l. vbicunque. in princ. ff. de ventre in poſſeſ. mitt. Nec obſtat l. qui in vtero. j. & ij. ff. de ſtatu hom. & l. vel viuo. ff. de ſuis & legit. hæred. quæ expreſsim definiunt infantes in vtero exiſtentes, cenſeri in rebus humanis eſſe: Id intelligas impropriè, ne his, quæ diximus refragari videātur, ex quo qui vterum etiam animatum exanimarit, minimè puniri ex ſtatuto puniente homicidam, ſicuti in ea ſpecie ſignanter explicat Alber. poſt pleroſque alios in d. l. qui in vtero. in j. Bal. Paul. Caſtr. Alex. & neoterici in l. quod dicitur. ff. de lib. & poſthu. Butrig. Salic. Ang. in l. ſi quis necandi. C. ad legem Cornel. de ſicar. Quibus & plerique alij acceſsēre, inter quos Ioan. Ana. in c. ſi aliquis. col. j. de homic. itidem & Fel. in c. ſicut ex literarum. eodem tit. & ante hos Abb. & antiquiores ibi. Alciatus ex nouioribus in l. non eſt intelligendus. & in l. nō eſt pupillus. de verb. ſignific. cum pleriſque aliis, quæ & nos cōgeſſimus, tractantes de tranſactione delictorum; à priori tamen ſententia, nec latum quidem vnguem, diſcedendum eſſe exiſtimo, quam & veritati magis fauere opinor, ex his, quæ & nos in huius capitis roſtro adnotauimus; cùm hominem interfic

Philoſophorū ſententiæ.

terficiens poſt animam infuſam, homicida cenſendus eſt : & quaſi per tranſennam tradidimus cap.ix.num.7.

Quibus ſanè conuenit, concitantē † canem, ſi tranſeuntem 9
momorderit, teneri perinde ac dās cauſam proximā delicto, *Concitans*
tametſi non dolo, ſed vi minimè canem retinere potuit, vel *canē, qua*
quia nō debuit eū ducere per loca publica, propter culpā te- *afficitur*
neri paulò mitiori pœna.l.j.§.ſi canis.ff.ſi quadrupes pauper. *pœna.*
fec.dica.& inibi Flor, & apud Ang.extant de hoc plura iuris
reſponſa in trac.maleſi.in parte ſcienter. Ang.in l.j.§.ſi canis.
ff.ſi quadr.pauper.fe.dic.Salic.in l.nō ideo minus.v. col.C. de
accuſat.Iac.de Nouello nouiſsimè in pract.crimin. num.12.
cum aliis, pag.127.culpoſus ſanè cenſendus eſt, ſi quiſpiam
proiiciat lapidē ad percutiēdū ſanè canē, ne ipſum mordeat,
ſi tamen aliū occidat.de culpa teneri cōſtat : vti hoc in nego-
tio cōſuluit Signor.de Homo.conſi.xxvij. longè quidē aliter
de homic.Ang. loco præcitato.Iaſ.in l.actionibus.ff.de in lit.
iur.pro quorū ſentētia extat ad id omniū præſtātiſsimus tex.
in l.ſciētia.§.qui cùm aliter.ff.ad l.Aquil.Bar. in l. reſpicien-
dū.§.delinquūt.ff.de pœn.Dec.in l.vt vim.ff.de iuſti. & iure.
Anch.cōſi.cclxxxij.& Iac.de Nouello, loco præcitato, nu.14.
& Lud.Carr.in pract.crim.§. homic.fol.240. nu.8. ſolet etiā
à pleriſq; noſtræ claſsis doctoribus cōtrouerti: ſi quiſpiā ve-
lit occidere ferā, trāſeuntē interimat, teneri, vtpotè de culpa
mitiori pœna, vti cōſtat ex Bonifa.tit.de inſul.& percuſſ. vj.
col.verſi.ſed dum vellet.ea ſanè ratione quia inuoluntarium
commiſit homicidium:& nos non ſemel admonuimus.

Hinc & illud conſtat † mimos & ioculatores fera anima- 10
lia ſecu ducentes, ab ingreſſu ciuitatis arceri poſſe, ex l.gene-
raliter.cum ſeq.ff.de ædil.edi. quòd ſi ingreſſus eis conceſſus
fuerit, tametſi animalia aliquē interimāt, minimè teneri ho-
micidij pœna, quin pœna ducentorū ſolidorū plectēdos eſſe,
ex l.quæ vulgò.ff.de ædil.edic.Rom.ſing.cxxxvj.Hinc etiam
ſerpētes circūferētes.ſi cui damnū datū ſit, iudicātis arbitrio
puniūtur, ex l.ſi.de extraor.crim.Verùm hac in queſt.perple-
xa valde æſtimatur quæſtio illa nō paſsim à doct.tacta: Qui
habet vrſum, leonem, vel canem, an irregularis ſit, ſi aliquod
ex his animalibus hominem occiderit? Quo in negotio re-
ſpondendum erit, non contrahi irregularitatem, ſi ſanè hæc
animalia cautè, & bene ligata cuſtodiantur, vti hac in re
extat elegans Conſulti reſponſio, in l.ſecunda.§.vltimo.ff. ſi

quadr

quadrupes paup. fec. dica. argumento optimo deſeruit tex. in l.item Mela.§.item cum eo. ad leg. Aquil. explicant eleganter Innoc. Abb. & doct. in cap. ad audientiam. de homic. tametſi ipſe opinor hunc eſſe irregularem, ſi ſanè hæc animalia habeat, etiam ligata in via, vel in itinere, aut in alio loco publico. l. hi enim. l. & generaliter. l. quæ vulgò. ff. de ædil. edic. quarum meminit Lud. Rom. in ſingul. dcciiij. ad hoc, quòd hic vltimus caſus puniendus, & legibus illis punietur pœna pecuniaria ducentorum ſolidorum.

SVMMARIVM.

1 *Si quis dolo volens occidere Titium, occiderit Sempronium, quem putabat eſſe Titium, damnandus eſt hic homicida lege Cornelia de ſicariis.*

2 *Si quiſpiam rem alterius furatur, tametſi neſciat cuius ſit, furti actione nihilominus teneri conſtat.*

3 *Si in mente præmeditatus fuerit quis furtum perpetrare, non tamen ſacrilegium, nihilominus ſi rem ſacram furetur, fur ſacrilegi pœna afficiendus eſt.*

4 *Iniuriarum actione teneri eum, qui putans eſſe Titium, Sempronium percuſſerit.*

5 *Dolo interimentem mediatorem rixæ pœna mortis ordinaria afficiendum eſſe, ſin minus immunis erit.*

6 *Satius eſſe nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare.*

7 *Iniuriam irrogans militi, ignorans eum eſſe talem, minimè puniendus eſt pœna ſtatuta contra percutientem militem.*

8 *Emittens ſagittam vt ſeruum occidat, hominem interemerit, teneri de culpa, non tamen de dolo conſtat.*

9 *Proiicientem lapidem cauſa ſe defendendi à Titio, ſi prætereuntem Sempronium percuſſerit, lege Aquilia ad damnum teneri, minimè tamen de percuſſione ad pœnam.*

10 *Iniuriã inferẽs animo ſedandi rixã, immunis eſt à criminis pœna.*

11 *Hominem occidere volens, ſi taurum occidat, an homicidij reus ſit?*

12 *Corrixans ſi mediatorem & corrixantem interfecerit, de duplici homicidio tenetur.*

13 *Clericum iuſta & probabili ignorantia qui percuſſerit, ignorans eum clericum eſſe, immunis eſt ab excommunicationis ſententia.*

14 *Animo inductus occidere laicum, percuſſerit tamen clericum, in canonis excommunicationem incidit, cùm animum habuerit, nihilominus, etiam ſi ſciret eſſe clericum, percutere.*

Conia

15 *Coniungens veneris fœdera cum moniali, ignorans eſſe illam monialem, ſciens tamen non eſſe propriam vxorem, à ſacrilegij peccato immunis erit, non tamen à fornicationis labe.*

16 *Pœna inceſtus non puniri. ſi operam fornicationi exhibens ignorauerit conſanguineam eſſe, aut affinem.*

17 *Volens percutere Titium clericum, cui inimicus erat, deinde Petrum clericum percuſſerit, exiſtimans Titium eſſe, erit canonis cenſura hic percuſſor notatus.*

18 *Perpenditur intellectus glo. in cap. ſi verò. de ſenten. excom.*

19 *Qui Titium laicum percuſſerit, exiſtimans eum eſſe clericum, hunc percuſſorem eſſe excommunicatum.*

20 *Clericum percutiens ex ignorantia, non effugit canonis excommunicationem, ſi ea ignorantia ſupina & craſſa foret.*

21 *Operam rei illicitæ dans, ſi percuſſerit Petrum, quem ex ignorantia craſſa ignorat eſſe ſacerdotem, erit excommunicatus, peccauitque peccato ſacrilegij.*

22 *Qui operam dedit venationi diligentia præmiſſa, abſque eius culpa, iaculo ſagittáue hominem confoderit, atque eum occiderit, feram eſſe exiſtimans, ab irregularitatis labe immunis eſt.*

23 *Dans operam venationi prohibitæ, aliquem interficiens exiſtimans eſſe feram, in irregularitatis labem incidit.*

Traditur breuis & circumſcripta interpretatio Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ad finem. ff. de pœnis. CAP. XXVII.

PErplexa valde æſtimatur quæſtio illa, quæ ni-
mis anxiè doctorum capita torquet: ſiquidem
Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ad fin. ff.
de pœn. idem Bart. in l. ſi cum ſeruo meo, ff. de
iniur. ſcribit, † quod ſi quis dolo volens occi- 1
dere Titium, occiderit Sempronium, quem putabat eſſe Ti-
tium, damnandus eſt hic homicida lege Cornelia de ſicar.
& ſic pœna homicidij ordinaria. Idem tenet Andr. de Iſern.
in conſtit. Neap. lib. j. rubr. xiij. de homicid. puniend. num. 5.
& ibi Matth. nu. 23. quam ſententiam profitetur & veram
eſſe cenſet Carol. Moli. in conſuet. Pariſ. tit. j. §. xxx. q. xlj. nu.
153. ex nouioribus Nic. Boër. deciſ. lxxxiiij. par. j. Ant. Gom.
cap. iij. delictorum. num. 34. atque ideò pœna mortis teneri
conſtat, tametſi in perſona errauerit: ſufficit vtique dolus &
animus occiſi corporis reſpectu, ex l. cum qui nocentem. §.

Occidens Titiũ exiſtimans eſſe Caiũ, qua pœna puniatur.

ſin.ff.de iniur.cuius meminit pro ſingulari inibi Bar.itidem in l.diuus.ff.ad l.Corn.de ſicar.ij.col. & in l. ſi per errorem. ij.oppoſ.de iuriſd.om.iud.Alber.in l.quicunq;.C.de ſer.fug. col.j.& expreſsim idem adnotat Sal. inibi ij.col. Ang.Peruſ. Alber.& plerique alij in d.§.fin.l.eum qui nocentem. Bal.nu. 9.in l.ſi quis non dicam.C.de epiſc.& cleric.Flor. Alber.in l. item Mela.§.ſed ſi plures.ff.ad leg. Aquil. ille col.iij. hic ij. Boniſac.in tract.malefic.tit.de inſul.&percuſ.viij.col. Anch. Ioan.Anan. in c.fin.de his qui filios occid. & ea præter do-

Ratio prima. ctores adſtipulatur ratio in homicidij delicto, ſufficere dolum etiam in genere,tametſi in ſpecie minimè committatur,ſicuti conſtitutiſsimum eſt ex Ioan.Andr.in c.cùm quis. de reg.iur.Bald.in d.l.ſi quis non dicam rapere.num.9. & eſt tex.ad id præſtantiſsimus in d.l.aut qui aliter.§.ſi quis dum

Cōmunis ſententia. putat.ff.quod vi aut clàm.l.ſi poſtulauerit.§.ſi liber homo.ff. de adult.l.fin.C.vnde vi.l.doli.§.j.de ſer. corrup. gloſ. communi conſenſu ſtabilita,in c.ſi verò.in ij. de ſentent. excom. tametſi longè quidem ab hac ſententia diſcedant plerique noſtræ claſsis doctores,Angel.ſiquidem in d.§. delinquunt. Floria.in d.l.ſcientiam.§.ſed ſi defendendi. ff.ad leg. Aquil. Bart.C rp.conſil.xxxiij. Iaſ.num.18.ff.de legib.Lud.Carrer. in pract.crim.tit.de homic.§.ij.num.57.Ripa in l, vlt. quæſt. xxj.C.de reuoc. don. qui & alij plures numero tenent hunc homicidam reſpectu occiſi dolo caruiſſe, ac proinde non fore puniendum corporaliter,ſed arbitrio iudicis extra ordinem,ſiquidem delinquendi animum non habuit reſpectu ipſius occiſi.quod potiſsimum exigitur, vti conſtat in d. l. lege Cornelia.ff.de ſicar. Cæterùm omnis actus ex errore factus minimè gerenti nocet.l.ſi per errorem.ff. de iuriſdic. omn.iud. & carens dolo circa vnum, minimè ad alium porrigitur.l.Fulcinius.§. quid ergo.in verſ. quòd ſi aduerſus.ff.

Ratio ſecunda. quib.ex cauſ.in poſſ.eatur. Quicquid ſit in ſpecie, qua agimus,contrariũ exiſtimo verũ eſſe, potiſsimùm cùm in delictis veritas conſideranda eſt,non factum nec intentio. Bart. in l.diuus.ff.de ſicar.Salic. Cyn. & pleriq; alij in l. quoniam multa. C.ad leg.Iul.de vi publica. Alex.poſt Bart. in l.reſpiciendum.§.delinquunt præcitato, & in l.qui ſeruo. ff.de in-

Quæſtionis reſolutio. iur.Bal.in l.ſi quis ſeruo. C.de fur.ibidem in l.ſi quis non dicam.C.de epiſc. & cler. & præter hos huius ſententiæ authores habeo Bar.Alex.in l.item apud Labeonem. §.ſi quis vir-

gines,

gines.ff.de iniur.Io.And.in c.cùm quis.de reg.iur. lib.vj. in mercurialibus. Hip.in l.qui ignorans. & in l.qui falſum.ff. de falſ.eundem in l.diuus.ff.de ſicar. Card.in clem. vnica.de homic.q.pen.Gand.in tract. malef.in tit.de variis quæſt. vij. col.Paris à Put.in tract. ſynd. xlvij. col. Bonifac.in rubr.de inſul.vj.col.vel in practica in gloſ.quod dictus. iiij. & v.col. Matth.in conſtit.Siciliæ, incip.terminum vitæ.j.q. quorum ſententia nō poteſt iure defendi.ex tex.in l.eum qui nocentem.§.ſi iniuria.ff.de iniur.quo loco probatur Sempronium agere poſſe iniuriarū actione aduerſus eum, qui exiſtimans Titium eſſe, iniuriam ei irrogauerit: Inquit Iuriſc. Certus ſum ego,licet ille putet me alium eſſe.quam ſim,& ideò iniuriarum habeo actionem.Idem probat tex.in l. aut qui alter.§.ſi quis dum.ff.quod vi aut clam.l,ſcientiam.§.ſed ſi defendi.ff.ad leg.Aquil.quo in loco tractat de eo,qui cauſa vlciſcendi,lapidem in Titium emiſerit,& Petrum prætereuntem percuſſerit,tenebitur non tantùm ad damnū lege Aquilia,ſed & alia pœna:tametſi ad damnum tantùm lege Aquilia teneatur,ſi defendendi cauſa lapidem proiecerit. Et fortiſsimum huic rei argumentū præſtat l. cùm quærebatur.ad fin.C.vnde vi.in quo definitū extat: Si quiſpiā † alterius rem furatur,tametſi neſciat cuius ſit, nihilominus furti actione teneri conſtat,& furti criminis reus puniendus eſt:ſiquidem furtum committens,dolo non caret, ita & in homicidio, licet perſonam præmeditatā non percuſſerit,nihilominus homicidij reus factus eſt, atq; ideò ratione doli pœna afficiendus eſt,ex d.l. diuus.& huic accedit ſententiæ And.ab Iſer.in conſtit.Neap.incip.terminū vitæ.Paris à Put.de ſynd.in ver. executio.Cæp.coſ.xxxiij.Iaſ.in l.j.de leg.iij.Lud.Carre.omnium diligentiſsimè in pract.crim.§.homicidij.nu.57.ad fi. 2

Secundò iſthæc ſententia cōueſtiri poſſet,tametſi † in mēte præmeditatus fuerit furtū perpetrare, non tamē ſacrilegiū, nihilominus vt fur ſacrilegus pœna afficiendus eſt.l.j.C. de interd.matr.explicat ſeriosè Ang.in malefic.tract.in glo.appenſatè,ſecundo caſu.Carrer.eo in loco, cuius paulò anteà mentionē fecimus:quo fit in his, quæ ſunt de genere prohibitorio,dando operā rei illicitæ,vti in ſpecie c.fin.de homic. in l.j.§.ex incendio.ff.de incend,ruina, & nauf.l.iij.§.adiecit.ff.de ſicar.l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis. ff. de pœn.l, quoniam multa.ff.de incend.ruina,in quibus ſanè ſatis defi- 3

Factũ & euẽtus litis attendũtur.

nitum extat factum,& euentum attendi,minimè tamen co-
gitatio ac delinquendi animus, ſicuti pleniori manu expli-
cat Bar.Hipp. in præcitata l.diuus. & in l.is qui cum telo.C,
eod.tit.itidem Hipp.conſ.vj.Ex quo aliqua conjicienda ſunt
huic rei maximè neceſſaria:in quo dubio alij alia adiecére,
quæ nobis proſequi non libet. Et primò ſubiicitur caſus,
in quo criminis reus pœna ordinaria afficiẽdus eſt,ex l.eum
qui nocentem.§.fin.in princ.ff.de iniur, vbi Conſultus ſcri-
4 bit:Si iniuria † mihi fiat ab eo,cui ſim ignotus,aut ſi quis pu
tet me Lucium Titium eſſe,cùm ſim Caius Seius: præualet
quod principale eſt, iniuriam eum mihi facere velle: nam
certus ſum ego,licet ille putet me alium eſſe, quàm ſim, &
ideò iniuriarũ habeo actionem: quod pro ſingulari adnotat
Bar.Ang.de Peruſ.&pleriq; alij inibi,itidem Bar.in l.diuus.
ff.ad leg.Corn.de ſicar.col.ij.Alberic.in l.quicunq;.C.de ſer.
fug.& inibi Salic. ille col.j.hic col.ij.Bar.in l.ſi per errorẽ.j.
col.ff.de iuriſd. omn. iud. & paſsim doct. inibi adnotantes
illum tex.Bart.in præcitata l.diuus. col.ij. Alberic.in l.item
Mela.§.ſed ſi plures.col.ij.Floria.ibi col.iij. ff.ad leg.Aquil.
Bal.num.9. idem profeſſus in l.ſi quis non dicam rapere. C.
de epiſ.&cler.Bonifac.in tract.malefic,tit.de inſul.& percuſ.
viij.col.verſ.ſed ſi percuſsi.& ex profeſſorib' Canonicæ Phi-
ſophiæ idem exiſtimant Io,Anan.Anchar.in c.fin.de his qui
filios occid.Ant.Gom. Lud. Carrer.his locis,de quibus pau-
lò antè mentionem fecimus;quibus admodũ conuenit text.
in l.falſus.§.qui alienum.ff.de fur. l.ſi poſtulauerit. §.ſi liber
homo.ff.de adult.l. aut qui dum putat. ff. quod vi aut clàm.
l.doli.§.j.de ſeruo corrup.l.fin.C.vnde vi.gl. communi con-
ſenſu admiſſa in c.ſi verò. in ij.de ſent.excom.in quibus ſanè
conſtitutiſsimum eſt, in homicidij delicto ſufficere vtique
dolum in genere,tametſi in ſpecie non committatur, Bal.in
d.l.ſi quis non dicam.nu.9. Ioan.And.in c.cùm quis. de reg.
iur.nec iis aliquo apice obſtare videntur ea, quæ ſerioſo ſer-
mone congerit Lud.Carrer.loco præcitato,num.57.nec tex.
in l.ſi cùm ſeruo.& in l.illud.§.fin.ff.de iniur. vbi definitum
extat: Si quiſpiam voluit ſeruum percutere proprium, & ex
errore in particulari alium percuſſerit, minimè teneri. Sed
vt ſtimulus ille,quem in alteros conuertit, hic moueri non
poſsit,intelligendus ſanè eſt,vt minimo apice iis, quæ diximus,
deſeruire videatur in ſpecie illius text. criminis reus

non

non tenetur, ex eo, quia non aderat dolus, nec rei illicitæ operam dabat, quo fit, immunem eſſe à criminis pœna, ſicuti expreſsim id adnotat Bar. Angel. & interpretum ferè maior pars ibi adnotant. Nec obſtare videtur, ſi recti limatique iudicij vir obiiciat. l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad legem Aquil. vbi conſtitutiſsimum eſt, ſi ob tutelam corporis, ſéq; defendendo quiſpiã tertium percuteret prætereuntem, mediatorémue rixæ, lege Aquilia teneri conſtat ad intereſſe: is ipſe animaduerterit, qua ſola nunc vtar ratione, vt ne quicquam hac in re amplius deſideretur. Siquidem in ſpecie §. qui cùm aliter. tantùm culpa, non dolus exigitur: quo fit, ſi aliqua culpa eidem poſſet imputari, teneri conſtat: longè quidem aliter teſtibus Dec. num. 12. in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. Angel. in præcitata l. ſi cum ſeruo. ff. de iniur. Hinc conſtat definitio illius quæſtionis paſsim controuerſæ, qua agitari ſolet mediatorem † (vt ita dixerim) interimentem, 5
pœna mortis ordinaria afficiendũ eſſe, ex l. eum qui nocentem. Bart. in l. reſpiciendum. §. fin. ad fin. Salic. in l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iul. de vi publica. ij. col. Angel. col. iij. inibi Lud. Carrer. in §. homicidium. nume. 62. quam ſententiam intelligendam fore exiſtimo, ſi dolo animiq; machinatione interemerit: longè quidem aliter mihi alia mens eſt, & ratio, ſi abſque dolo volens offendere Titium, Sempronium mediatorem interemerit, ex l. illud. §. fin. l. ſi cum ſeruo. ff. de iniur. ex ſuperius annotatis: aut nullam, aut minimam ingeret intuenti difficultatem, cùm id clarè conſtet: in qua ſpecie idem exiſtimat Carrer. in pract. crimin. §. homicidij. num. 60. mitiori pœna iudicantis arbitrio afficiendum eſſe, ſicuti in ea ſunt ſententia plerique alij, inter quos & Angel. in d. l. ſi cum ſeruo. Cæpola conſil. xxiij. Hippol. in pract. l. j. & in l. diuus. de ſicar. itidem in l. de minore. ff. de quæſt. ij. col. & huius ſententiæ authores habeo Alexand. ad Bart. in l. reſpiciendum. §. fin. ff. de pœnis. Iaſ. in l. clàm poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſ. xiiij. col. itidem in l. j. ff. de legib. num. 18. & in l. ſi pater. de hæred. inſtituend. C. col. iij. Is idem omniũ diligentiſsimè in l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud. num. 17. Bonifac. in malefic. tract. in tit. de inſul. viij. col. idem profeſſus Io. à Plat. in §. item lex Cornelia. de ſicar. Inſtit. de publ. iud. col. iij. & ex Canonicæ Philoſophiæ doctoribus hanc adſtipulatur ſentẽtiam Io. Anan.

ſibi contrarius in cap.ij.de maledicis.col.xij.&in praxi,huic
me ſubſcribo ſententiæ,tanquã æquitati magis fauens tam-
etſi in puncto iuris Bart. ſententia veritati magis faueat ex
ſtricta iuris ratione, opus tamen fuit ſuadente æquitate op-
poſitum conſtituere in ea ſpecie,qua modo egimus, eò maxi
mè ex regula tex.in l.qui abſentem.ff.de pœnis.vbi Iuriſcon
ſultus ſcriptum reliquit, ſatius eſſe nocentem impunitum
relinquere,quàm innocentem condemnare.Et maxime ſuf-
fragatur regia lex vj.tit.xv.part.vij.l.xiiij.tit.xiij.lib.viij.or
dinationum regalium, & in praxi obtentum fuiſſe aſſeuerat
Anton.Gomez.eo loco, cuius paulo antè mentionẽ egimus.
nu.35. His ſanè præmiſsis plura,quæ iuris vtriuſq; interpre-
tes variis præpoſitis diſtinctionibus adducunt,hîc examina-
ri poſſent: Et primò ancipiti quæſtione contendunt docto-
6 res.percutientem† militem vel magnatẽ,ſi ignorauerit eum
eſſe talem, minimè puniendũ fore pœna ſtatuta contra per-
cutientem militem, vel magnatem:ex vero,germano & na-
tiuo gloſſæ intellectu in l.ſi quis ignorans.ff.locat.per text.
inibi,& expreſsim aduotat Bart.Bald.Alber. & Ang.& com
7 muni† conſenſu doctorum inibi:ſed tantùm pœna percutiẽ-
tis priuatum. Idem probat tex.ad id celebris in l.item apud
Labeonem.§.ſi quis virginem.ff.de iniuriis.& ibi Alberic.ſi
quis virginem,aut matronam ancillari veſte veſtitam inter-
pellauerit,ignorans eam virginem, aut matronam eſſe,non
tenebitur actione iniuriarum,qua tenebatur matronam,aut
virginem interpellans.

8 Hinc & illud definitũ extat,ſi† aliquis emittat ſagittam,
vt ceruum occidat,& hominem occiderit,tenebitur vtiq; de
culpa,minimè tamen de dolo,atque ideo iudicantis arbitrio
puniendum fore ex Cępola conſ.xxxiij.Decio conſ.vj.Socin.
conſ.xvj.vol.j.& in praxi obtinuiſſe aſſeuerat Hippol.in præ
citata l.j.& l.diuus. ff.de ſicar. quo in loco extra ordinem ad
exilium profitetur condemnaſſe.

Hinc etiam infertur non inconcinna declaratio.l.ſi cùm
ſeruo meo,ff.de iniuriis.vbi ſcribit,ſi cũ ſeruo(inquit) meo
pugnum ducere vellem,in proximo ſtantem,inuitus percuſ
ſerim,iniuriarũ non teneor.idq; conſtat in l.ſcientiam.§.ſed
9 ſi defendendi.ff.ad l. Aquiliam.vbi Iuriſcõſ. reſpondit† pro-
iicientem lapidem cauſa ſe defendendi à Titio,teneri tan-
tùm lege Aquilia ad damnum,non autem de percuſsione ad

pœn

pœnam,ſi Sempronium prætereuntem percuſſerit:ſiquidem
actus defenſionis à Titio aggreſſore licitus eſt, actus verò per
cuſsionis Sẽpronij illicitus,quia erat is innocens ab aggreſ-
ſione: de iure tamen Põtificio ſancita eſt lex in huius crimi-
nis reos,vti & nos in §.ſequenti,quaſi appendix iſtius capitis
ſit pleniori trademus manu. Rurſus aduertendum & illud
eſt,qui † pacem inter rixãtes volebat ponere,alicui corrixan- 10
tium iniuriam intulerit,animo ſedandi rixam,immunis eſt
à criminis pœna,nec accuſatio contra eum competit,ex Bal.
in margarita in verbo,vadẽs. Et in ea ſpecie aſſeuerat Ang.
in l.ij.§.occiſori.ff.ad Syllanianum adnotãt doctores paſsim
in l.excuſantur.eod.tit. Cæpola in conſ.j.& ante hos Innoc.
in capit.ſicut dignum.de homicid.quod intelligendum fore
exiſtimo, ni dolo inductus,& ſub velamine pacis,ac media-
toris quempiam rixantium percuteret. Cæpola & Angel.in
his locis,quibus paulò antè mentionem fecimus.

Ex quo etiam & illud conſtat,quod adnotauerunt gl.Bal.
& alij in c.vnico.quib.mod.feud.amit.tit.xvij. Feudorum.&
doct.in c.j.quibus mod.feud.amit. in princip.tenentes vaſal-
lum non amittere feudum , ſi dominum ignorans offende-
rit,ſanè inuiſibili, & iuſta ignorãtia eum eſſe dominum:vel
ſi cum vxore domini adulterium commiſerit,ignorans eam
domini vxorem eſſe : ſic etiam donatarius offendẽs donato-
rem, ignorans eum donatorem eſſe , non amittit rem dona-
tam,nec propter ingratitudinem ea priuatur, ex l.vlt.de re-
uocan.don.& inibi Franc.à Ripa hoc probat quæſt.xxj.

Verùm enimuerò in hoc dũtaxat tractatu,& illud frequen
tiſsimè adnotari ſolet: Si † quiſpiam volens interimere ho- 11
minem , occidat taurum,an reus criminis homicidij exiſti-
metur,ex eo,propter occidendi animum? explicat Dinus in
l.impuberem.§.j.ff.de falſis.& minime teneri,ſed tantùm le
ge Aquilia aſſeuerat Ang. Alex.poſt Bart.inibi, Ange.in ma-
lefic.tractatu,in verbo,appenſatè.Bart.Hipp.& plerique alij
in præcit.l.diuus.& in ea ſpecie explicat Carr.in prac.crimi.
verb.homic.n.67. Hinc etiã definiri poterit,ſi vnꝰ ex duobus
† corrixantiũ alterum interfecerit,ac mediatorẽ(vt ita dicã) 12
tenetur vtiq; de publici homicidio,ex Cæp.cõſ.xxvj.col.iij.
Saly.in l.Gracchus.C.de adul.Bal.in l.vbi.C.de trãſac.l.ſcien
tiã.§.q cũ aliter.ff.ad leg.Aquil.l.cũ q.§.j.ff.de iniurijs.& qd
cẽſendũ ſit,ſi aliter interfectꝰ erat bãnitus? explicat Bal.in l.

quid ergo.§.ait prætor.ff.de infamib.Bart.in d.l.diuus. Boërius in deciſione lxxxiiij.par.j.

13 Cui quæſtioni † accedit text. ad hác rem omnium præſtantiſsimus in cap.ſi verò.in ij.de ſentent.excomm. quo probatur non incidere in canoné,nec in eius excōmunicationem, eum qui percuſſerit clericum iuſta & probabili ignorātia, ignorans eum clericum eſſe. Cuius deciſionis paſsim apud vtriuſque iuris profeſſores mentio fit; præſertim in l.ſi quis ignorans.ff.locati.& in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſcop. & cleric.& in cap.ij.de conſtit. ex quibus apparet prædictam aſſertionem communem eſſe. Etenim ea eſt propria ratio, quicquid alij ſcripſerint,Ignorantia contingens in eo,cuius cauſa pœna excōmunicationis iure indicata eſt, ab ea pœna excuſet,quippe qui inuolūtarium actum fecerit,tametſi non excuſet ab ordinaria pœna percutiētis quemlibet priuatum hominem.Quæ ratio ſatis ſuperéſtq; cōſtat ex his,quæ paulò antè tradidimus : & licet ignorans à pœna delicti ordinaria immunis ſit,nihilominus ad cautelam imponitur pœna: gl.quæ expreſsim hoc ipſum vult in capit.in lectum.xxxiiij. q.ij.& Decius illius tex.memor aſſeuerat in c.cognoſcentes. nu.33.in ij.lect.de conſt. Ex quo datur intellectus ad tex.in eod.c.ſi verò.percutientē † clericum,etiam ſi probabili ignorantia crediderit laicū eſſe,incidere in canonis excommuni

Ad cautelā pœna imponitur.

14 cationem, quoties is eum animum habuit, vt nihilominus percuteret illum,ſi ſanè eum clericū eſſe ſciret:etenim ignorātia minimè à pœna excuſat canonis. quod ſentit S.Thom.
15 in j.ij.q.lxxix.art. Hinc & illud eſt,quòd † ſi quis cum moniali coïret coniūxiſſétq; fœdera veneris,ignorās illam eſſe monialem, ſciens tamen non eſſe propriam vxorē,non coniuncturus cum ea,ſi ſciret eam eſſe monialem,Deóq; eſſe dicatam,tametſi hæc ignorantia inuincibilis ſit, non tamē excuſabitur à fornicationis peccato,ſed bene à peccato ſacrilegij, ex diuo Tho.xij.q.lxxix.art.iij.& inibi Caiet. Io.Dried. de libertate Chriſtiana.lib.ij.c.ex ſupradictorum conſideratione, pag.249. & ſignanter illam profeſſus Alfonſus à Caſtro de poteſtate legis pœnalis, lib.ij.cap.xiiij.verſ. ſecunda prępoſitio.quibus nec admodum inuitus ex noſtris accedit Carolus Molin.in conſuet.Pariſ.tit.j.§.xxx.quęſt.xlj.tota ſiquidem malitia peccati ab hoc pendet ab illa circunſtantia ignorata,ſi inuincibilis ſit ignorantia iuſtáve,excuſat ab illa

peccati

peccati ſpecie & grauitate, quæ ratione qualitatis ignoratæ iure conſtituitur. Tertiò, hinc & illud eſt analytica daclaratio. c. ſi quis cũ duobus. & c. ſi quis cũ matre, & c. vlt. xxxiiij. quæſt. ij. vbi definitum extat, quem † non puniri pœna ince- 16 ſtus, ſi operam fornicationi exhibens ignorauerit cõſanguineam aut affinem: ex ignorantia, intelligo ſanè ſi inuincibilis ſit, alioquin ſi ſupina foret, pœna inceſtus afficiẽdus foret.

Quartò eadem ratione explicari poterit, & à pœna inceſtus defendi, & à ſententia excommunicationis in d. clemen. vnica. de conſang. & affinit. ſi ex ignorantia vxorem duxerit conſanguineã, de quo mox plura ſuo loco in ea ſpecie tradit.

Quintò conſtat ex his non vulgaris intellectus ad præcitatum c. ſi verò. etenim † ſi quis volens percutere Titium cle- 17 ricum, cui inimicus erat, deinde percuſsit Petrum clericum, exiſtimans Titium eſſe, erit canonis cenſura hic percuſſor excõmunicatus: ſanè nulla in hac quæſtione contingit ignorantia, quę cõſtituat percuſſorem inuoluntarium quo ad clerici percuſſorẽ: quod probat tex. in d. l. eum qui nocentem. §. ſi iniuria. ff. de iniu. atq; in hac ſpecie expreſsim admonet Carol. Mol. in conſuet. Pariſ. tit. j. §. xxx. q. xlj. nu. 152.

Sextò apparet ad eiuſdem cap. interpretationem vera eius quæſtionis reſolutio, † quã tradit gl. in dicto c. ſi verò. verbo, 18 ignorauerit. de illo, qui percutere volens N. laicum, errans in perſonam Titium clericum percuſſerit, exiſtimans illum eſſe N. laicum: gloſ. ſiquidem Alanum ſecuta, cenſet percuſſorem in canonis excommunicationem incidere. Hoſtienſis idem notat ibi, Sylueſter verbo, excommunicatio. vj. notab. iiij. Etenim contrariam ſententiam veriorem eſſe exiſtimo, ſiquidem ratio differentiæ inter hanc quæſtionem, & eam, quę in dicto c. ſi verò. per Romanum pontificem definita eſt, conſtitui non poſſet: atque ideo contra Alanum tenuerunt inibi Tancredus Innocen. Io. Andr. Ant. Anch. Abb. & Henr. quorum opinio frequentiori doctorum voto recepta eſt.

Septimò, ex aduerſo libet hoc in loco quærere de illo, qui † Titium laicum percuſsit, exiſtimans eum eſſe clericum, & 19 gloſſ. in dicto c. ſi verò. aſſeuerat hunc percuſſorem eſſe excommunicatum propter animũ, quem habuit: quod ita intelligendum eſſe cenſet gl. inibi, vt hæc excommunicatio liget, vſquequo is ſcientiam habeat veritatis, quæ ſibi minimè conſtat, ſiquidem ab ea conſtituitur excommunicatio, & l.

hæc ſanè tollitur abſque aliqua abſolutione: quod eſt contra gloſſam communiter receptã in cle.j.de decimis. verbo,donec.Cæterùm nullibi iniunę reperitur,hæc ad tempus excõmunicatio.Et licet in ea ſpecie gl.ſequuti fuerunt Hoſtienſ. Anton. & Henr.in d.c.ſi vero.attamen ab hac ſententia prorſus diſcedit Anchar.Abb.& Felin.ibi.& gloſſa itidem communiter recepta in c.ad audientiam.de ſentent.excom.cuius meminit Felin.in tractatu ſi quando conatus.fallentia ſexta. Federicus conſil.xiij.Didac.à Conarruuias in c.alma mater. de ſenten.excom.xcj.incipienti,duodecimo.

Octauò.ex his deducitur vera declaratio ad text.in d.cap.
20 ſi verò.in † cuius caſu percutiẽs clericum ex ignorantia non effugeret canonis excommunicationem,ſi ea ignorantia ſupina,& craſſa foret: quod expreſsim inibi exiſtimat gloſ.ab omnibus recepta in verbo ignorauerit.Card.Feli.poſt alios in præcitato c.ſi vero. Abb.in c.ij.n.6.de conſtit.Sylu.verbo, ignorantia.q.viij.& pleriqne alij huius claſsis doctores,qui in d.c.ij.de conſt.Abbatis opinionem ſequuntur, exiſtimant ideo in caſu c. ſi verò.percuſſorem clerici immunem eſſe ab excõmunicatione, quia canon dolum requirit:& vbi ad pœnam dolus eſt neceſſarius,nõ ſufficit culpa lata.Couarruuias in §.xix.fol.92.de ſent.exc. Nonò ex his perpendi poſſet, ſi
21 dans †operã rei illicitæ percuſſerit Petrũ,quem ex ignorantia craſſa ignorat eſſe ſacerdotẽ, peccauit peccato ſacrilegij, eritq; excommunicatus, ſecundum frequentiori doctorum calculo in d.c.ſi vero. Longius profectò ab inſtituto digreſsi ſumus: ſed qui iſtis noſtris non eſt ſatiatus, videat de hac re de ignorantia peccati plura.cap.monialibus.

22 Decimo,infertur † quid dicẽdum de clerico,qui venationi illicitæ operam dedit,& diligentia præmiſſa abſque eius culpa iaculo ſagittáve hominem configerit,atque eum occiderit,exiſtimans eſſe feram,an hic ſit irregularis cẽſendus? & nullam contrahi irregularitatem,ſi caſus contingit ei,qui venari poterat ea lege & pacto, quòd daret operã non venationi illicitæ,quod exiſtimat Socin. Iun. conſ.lviij.lib.j. Alphon.à Caſt.egregiè cõuincit vir acutiſsimo ingenio,ac pręſigni eruditione prędıtus lib.ij.de poteſtate legis pœnalis.c.
23 xiiij.verſ.nec refert.quòd † & Soc.aliiſq; per eum citatis ſenſère in hac ſpecie cõtrahi irregularitatem,ſi daret operã venationi prohibitæ,Quã ſententiã ipſe intelligo,vbi venatio eſſet

eſſet prohibita ob periculum homicidij, aut vulnerum, quæ ex tali venandi modo ſolent contingere: longè quidem aliter, vbi venatio eſſet prohibita propter honeſtatem, vt ſanè clericis interdicitur: aut propter animaliũ cuſtodiam, tunc non admitterem hanc opinionem: ſiquidem illa culpa illicitæ venationis ad homicidium minimè pertinet, ſed tantùm ad præcepti tranſgreſsionem de non venando, quæ non ſufficit ad irregularitatem. Sed quia pleraque alia de caſuali homicidio congeſsêre ex nouioribus Lud. Carr. in pract. crim. §. homicidij. iij. & Ant. Gom. c. iij. delict. num. 35. cum aliis. & Did. à Couar. in cle. ſi furioſus. de homic. & Boë. ante hos deciſ. clxiiij. & clxvlij. & lxxxiij. par. j. & deciſ. cclxxiij. par. ij. hic omittere eſt animus.

SVMMARIVM.

1 *Occidentem ad neceſſariam vitæ defenſionem à tale criminis immunem eſſe.*

2 *Seipſum ab aggreſſore defendere vnicuique permiſſum eſt iure fori, & poli.*

3 *Non ſolùm hominibus, quinetiam brutis, naturalem defenſionem permiſſam eſſe.*

4 *Hanc iure naturali defenſionẽ ad necẽ vſque licitã eſſe omnibus, etiã cardinalatus dignitate iſignitis, & ſacris initiatis ordinibus.*

5 *In irregularitatis labem minimè incidere, qui ad eius neceſſariam defenſionem ſuum occiderit inuaſorem.*

6 *Clericum optimo quidem iure poſſe relicta miſſa aggreſſorem interficere, & abſque peccati labe, & irregularitatis ex veſtigio rem diuinam perficere.*

7 *Ad irregularitatem contrahendam ſatis eſſe homicidium non eſſe commiſſum ad neceſſariam occidentis defenſionem.*

8 *Vſqueadeò licitam eſſe hanc propriã vitæ defenſionem, quin Pontificem ac Imperatorem interficere liceat.*

9 *Optimo quidem iure iudici de facto procedente reſiſti poſſe.*

10 *Qui poterat mortem vitare fugiendo, ſi omiſſa fuga inuaſorem occiderit, hunc criminis reum eſſe irregularem.*

11 *Nobilitate decoratus minimè tenetur fugere.*

12 *Conuitiantem poſſe per aliam iniuriam propulſare.*

13 *Iudicantis arbitrio pœna afficiendus eſt, ſi aliquis eſt impetitus ab aliquo, & percuſſus fugientem interimat.*

14 *Qui aliũ occiderit, non tamen ad propriam defenſionẽ neceſſariam propriæ ſalutis, minimè in irregularitatis labem incidere, tametſi*

alium

alium occiderit, ſe defendendo ab alicuius membri mutilatione.

15 *Venientem gladio euaginato contra me poſſum præcauentem defendere, licet non me percutiat.*

16 *Non licet inuaſo ſuum occidere aggreſſorem, ſi non eſſet in periculo vitæ conſtitutus.*

17 *Si immineret iniuriæ perſonalis iactura hãc defenſionẽ licitã eſſe.*

18 *Si minæ ad mortis occiſionem tendant, minantem occidere poſſe.*

19 *Moderamen inculpatæ tutelæ verſatur, ſi incontinenti iniuriam ſibi latam propulſet.*

20 *Hanc defenſionem propriam licitam eſſe, & immunis erit à criminis pœna, ſi fiat ad defenſionem, minimè tamen ad vindictam.*

21 *Immunis erit à labe irregularitatis, ſi defendendo ſuum occiderit inuaſorem.*

22 *Quid de filio naturali.*

23 *Clericũ violentiam patientem in excommunicationis & irregularitatis labem incidere, ſi ſe non defendat.*

24 *Amicum maxima amicitia cõiunctũ, defendendum vtique eſſe.*

25 *Fratrem fratri rixanti operam ferentem minimè teneri ad delicti pœnam.*

26 *Viſus mediatore rixæ ad ſuam defenſionem, reus homicidij minimè cenſetur.*

27 *Minimè teneri ordinaria pœna homicidij, ſi alter ex rixantibus interimat mediatorem.*

28 *Socium teneri ſocium defendere ſuum, & pleroſque alios ad id teneri, inibi conſtat.*

29 *Quis tenetur, alterum ab iniuria defendere, non tam iure pontificio, quàm etiam Cæſareo.*

30 *Subditos adſtrictos eſſe principem ac patriam ſuam defendere.*

31 *Iudex adſtrictus eſt obuiare delicto, aliàs criminis reus cenſetur.*

32 *Qui ob rerum tutelam, aliquem interemit, immunis eſt ab homicidij pœna.*

33 *Quid etiam pro defenſione rerum quo ad irregularitatem, ſi hominem occiderit, diſcutitur.*

Extat elegans Clementis quinti conſtitutio in concilio Vienenſi, in clementina vnica, de homicidiis, agens de his, qui ad neceſſariam vitæ defenſionem aliquem interimunt, ſintne immunes à criminis pœna.

CAP

CAPVT XXVIII.

SCribit Clemens quintus: Si furioſus, aut infans, ſeu dormiens hominē mútilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo cenſemus, qui mortem aliter vitare non valens, ſuum occidit, vel mutilat inuaſorem. Hæc ille. Cuius conſtitutionis mentem, quatuor duntaxat capitibus declarabimus. Et ad praxim reducemus neglecta ſuperficie, & omiſſa cute, carnem & ſuccum ipſum interius extricando, & quàm vtilis ſit apud tribunalia dubio procul oſtendam. Ordo rei poſcit de neceſſario homicidio verba agere. Quod ſæpiſsimè in iudiciis, ac controuerſiis forenſibus tractatur, oportet diſcutere: An † is, qui ad neceſſariam vitæ defenſionem aliquē occiderit, homicidij culpam contrahat? adeò proterue quorundam hominum audacia limites defenſionis excedit, vt quādoque immunes à culpa nō ſint, in quo extat Clementis quinti cōſtitutio, in clem. vnica, de homic. aſſeuerans homicidam ad neceſſariam vitæ defenſionem à labe criminis immunem eſſe, text. ad id celebris in §. quod verò. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. l. j. §. cùm arietes. ff. ſi quadrupes paup. feciſſe dic. & Cicero 1. Officior. ait, principio generi animantiū omni eſt à natura tributum, vt ſe, vitam, corpúſque tueatur, omniáq; , quæ ſunt ad viuendum neceſſaria, & pro Milone ait, Hæc ratio doctis, & neceſſitas Barbaris, & mos Gētib⁹, & feris natura ipſa præſcripſit, vt omnē ſemper vim, quacūq; ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarēt, & 4. de Finib. bonor. & mal. in hæc verba ait: Omnis natura vult eſſe conſeruatrix ſui, vt & ſalua ſit, & in genere cōſeruetur ſuo. & lib. 4. Tuſcul. quæſt. & lib. 3. de natura Deorum: Appetunt ea, quæ ſecundū naturā ſunt, declinántq; cōtraria: & omne animal appetit quædā, & fugit à quibuſdā. & 4. de Finibus, Omnis natura vult eſſe cōſeruatrix ſui. & iterū ait, Omne animal ſeipſum diligit, ac ſimul vt ortū eſt, ita agit, ſe vt cōſeruet. Quib⁹ cōuenit Hip. in ſing. 100, itidē in l. is qui aggreſſorē. vbi eſt tex. ad id præſtantiſsimus. C. de ſicar. Abb. in c. olim, el j. num. 15. de reſtitut. ſpol. Ang. in tract. maleficiorum. verbo, & Titius ſe defendendo. num. 7. Hippol. in conſi. iiij. num. 7. & in l. ij. num. 34. ff. de ſicar. Matth. de Afflic. in conſtitut. Neapol. lib. j. rub. viij. num. 72. Catellianus Cotta in memorabilibus iuris, in verbo, defenſio,

fenſio,clem.vnica.de homic.c.j. §. ſi quis hominem. de pace tenen.l.j.C.vnde vi.l.j.C.quando liceat vnic.ſine iudi.ſe vind. c.ſecundo.c.ſicut dignum.de homic.& inibi glo. in c. de his. xx.diſtinct.cap.ius naturale.j.diſtinct.cap. cum voluntate.de ſenten. excom.l. ſed & ſi partus.§. fin. ff. quod metus cauſa. Bal.in l.data opera.C.qui accuſare non poſſ.Bart. & Flor.in dicto §.qui cùm aliter.Cardin.in ij. glo. & inibi doctores in c.olim.de reſtitut.ſpol.Cæpol.conſi.viij.& xxix.& xlij.vſque ad conſi.xlv.apud eum plura extant de hac re commentaria. Alex.conſi.cix.& lxxvj.volum.j. Corneus conſil.cvij.& clxij. volum.j.& cxxxiiij.vol.iij.Aret.conſi.xxxiiij.& lxxx.Paul.de Caſtro conſil.cxcij.Ioan.de amicis cõſi.iiij.& xxiij. & lxxvij. Curt.conſi.xx.col.iiij, nouiſsimè Thom. Gram. voto xxiij. & voto xx.& conſi.xviij.& xxix.& xlj.& lvj.& lxiij.& lxviij. Bald.in pract.in rub.de inuaſore.Bonifac.in rub.de inſultis, & percuſ.Bart.Iaſ.& Dec.in præcitata l.vt vim.Bald.& plerique alij in d.l.j.C.vnde vi.itidem in l data opera.C. qui accu. non poſ.Abb.& Fel.& paſsim doctores in d.c.ſignificaſti.col. ij.de homic.& in c.ſicut dignum.eod.tit.Corn. conſil.cvij.& conſi.clxij.vol.j.& rurſus conſi.cxxxiiij. vol.iij. Aret. conſil. xxxiiij.& conſi.lxxx.& Cic.1.Offic.ait,Fortes & magnanimi ſunt habendi,non qui faciunt, ſed qui propulſant iniuriam. & lib.4.de Finibus ait, Omne animal ipſum ſibi commẽdatum eſt,vt ſe & ſaluũ in ſuo genere incolumémq; eſſe velit.

2 Is verò,qui † ad neceſſariam vitæ defenſionem aliquem occiderit,nullã homicidij culpã cõtrahit,quippe qui priuatũ homicidiũ abſq; culpa aliqua commiſerit,& Dion. Alicarn. lib.ij. de orig. vrb.fol. 41. ait, Violenta violentis vlciſcente crimine liberauit:naturali etenim ratione vnicuiq; permiſſum eſt,ſeipſum ab aggreſſore defendere.l.vt vim.ff.de iuſti. & iure.vbi Accur.interpretatione ſua in errorem cæteros attraxit,non cõſiderans hanc defenſionẽ iure naturali permiſſam eſſe,ad lit Iuriſconſultũ intelligendũ fore iure fori,non cæli. Quæ ſanè gl.interpretatio quàm ſit à ratione deuia , omnes qui recti limatiq; ſint iudicij,viderint:& gl.illa refellitur per Pau.Caſt.Fortuniũ & alios inibi,& præter hos authores damnatur ea ratione ductus,ſiquidẽ humana cõditio nõ ignara iuris naturalis,quicquid naturali ratione præmittit, quod apud Deum,qui ipſamet natura eſt,non ſit idẽ permiſſum,aſſeuerat ſanctus Tho.ij.ij.q.lxiiij.art.vij.& apud Theologos

logos hæc eſt receptiſsima ſentẽtia. Cui illud conuenit, quod Cic. in hac ſpecie pro Milone ſcribit, Eſt enim hæc, Iudices, nõ ſcripta, ſed nata lex, quam nõ didicimus, accepimus, legimus, verùm ex natura ipſa arripuim⁹, hauſim⁹, expreſsimus: ad quã nõ docti, ſed facti: nõ inſtituti, ſed imbuti ſumus: vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim in tela, aut latronũ, aut inimicorũ incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. Silent enim leges inter arma, nec ſe expectari iubent, cùm ei, qui expectare velit, antè iniuſta pœna luẽda ſit, quàm iuſta repetenda. Hæc Cicero idẽ probatur in c. ſignificaſti. ij. de homic. c. dilecto. de ſent. excom. l. j. §. vim vi. ff. de vi & vi arm. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. & in l. iij. §. cùm igitur. eod. tit. l. j. §. cùm arietes. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. ac itidẽ tradidère multa Bart. & doct. omnes in l. vt vim. & in l. ſcientiã. §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil. l. is qui aggreſſorem. & l. is qui percuſſorem. C. de ſica. Hippol. in l. j. ix. limit. ff. de ſicar. not. Ang. de malefic, in glo. & dictus Titius ſe defendendo. Lud. Car. in pract. crimin. tit. de homic. §. vj. nu. 26. & omnium diligẽtiſsimè ad ambas (vt aiunt) aures. Iacob. Baul. in repet. l. capitalium. §. famoſos. fol. 20. ff. de pœn. & nouiſsimè accedit Ant. Gom. c. iij. delictorũ. nu. 20. quibus cõuenit regia l. ij. tit. viij. par. vij. & inibi Greg. Lop. l. iij. & iiij. tit. xiij. lib. viij. ord. & Nun. Auen. in dict. quẽ admiſcuit tractatui ad ſi. de exeq. mãd. regis. in ver. *amparãſa.* & Frãc. Auil. in c. iij. *de los corregid. res.* nu. 17. ea lege ac cõditione, vt vim vi repellẽdo inculpatę tutelę moderamẽ ſeruet: vti hac in ſpecie dilatãdo chartas pluribus remiſsionibus explicat tribus axiomatibus. Iac. Baul. inibi, fol. 19. Hip. in l. j. nu. 40. ff. de ſica. ex quibus aliquot hac in parte repetũtur ad huius capitis interpretationẽ, & huius quæſtionis apertiorẽ declarationẽ. Inſignis eſt admodũ huius cõcluſionis ratio: ſiqui dẽ ex quo occiſus videtur à ſeipſo omnino occidi, & nõ ab aggreſſore, ſicuti exiſtimat Abb. in præcit. c. clerici. Bal. huic ſententiæ adhęret in l. ſi poſt princ. ff. de rer. diuiſ. Quibus accedit nec admodũ inuitus Hip. in l. j. limit. ix. ff. de ſicar. itidẽ in l. is q aggreſſorẽ. precitata. & in d. cõſ. xxxj. & cõſ. lxxxj. & cxxvj.

Secundò iſth ec ſentẽtia cõueſtiri poſſet ea ratione, prouocato ignoſcẽdũ eſt, ſi ad ſui defenſionẽ aggreſſorẽ interimat, ſicuti hac in ſpecie eſt tex. ad id pręſtãtiſsimus in l. q cùm maior. §. ſi libertus. ff. de bon. lib, inibi, ignoſcẽdũ eſt enim ei, qui

prouo

prouocatus voluit ſe vlciſci. & huic rationi ſe ſubſcripſit omnium diligentiſsimè Hippol. in præcitato conſil. lxxxiij. itidē conſ.clxxiij. Lud.Carrer.loco pręcitato,nu.18.pag.370.

Ratio tertia. Tertio ſuffragari videtur ea ratio, defenſio ſiquidem inducta eſt à natura, cuilibétq; competit, etiam brutis: vti hac in re exiſtimat Tul, lib,1. Offic, in hæc verba, Omni generi animantium à natura tributum eſt, vt ſe, vitam, corpúſque tueatur: inſitus eſt enim à natura viuendi appetitus, & quælibet ſpecies ſe cōſeruandi in eſſe proprio, adeò vt hanc propriā defenſionem à Principe & Papa tolli non poſſe, nec ſtatuto, ſicuti pleniori manu exiſtimat Bal.in c.à nobis.num.9. de except.& Hippol.in præcitata l.j.limit. ix. & in d.l.is qui aggreſſorem.& in præcitato §, quoniam. & in pleriſq; aliis locis, quibus & anteà meminimus, ex quo iuris appendix de

An bannito liceat ſe defendendo occidere. ducitur, bannito licere occidere ſe defendendo, cum defenſio ſit iure naturali inducta,& non poſitiuo, ei minimè tollitur, in clem.paſtoralis, de re iud.non poteſt à principe tolli, vt in §.ſed naturalia quidem iura. Inſtit.de iure natur. ſicuti exiſtimant doct.in d.l.vt vim.& huius ſententiæ authores habeo Bal.in l.j.n.51.C.vnde vi.& in d.l.vt vim.n.3.Car.in clem. j.n.32.de hom. Quibus admodum cōuenit, quod hac in ſpecie explicat Bal.in c.à nobis.n.6.de excep.cuius meminit Felin.in c.dilecti.nu.6.eod.tit.nec deſunt doctores, qui contrariam adſtipulentur ſententiam, ſiquidem Bart.in l.vt vim. n.4.ff.de iuſt.& iur.cōtrarium prorſus profiteatur, quem ſequitur idem exiſtimans Nellus de ſancto Gem.in tract.bannitorum.in ij.par.j.temporis.q.xlix.n.49.Quiquidē ad ambas(vt aiunt)partes arguit:ex quo vbi licita eſt offenſio, omnino eſt reprobata defenſio, ſicuti author eſt Dec.n.3,in præcitata l.vt vim.Hip.in pract. crim. in §.aggredior.nu. 75. in quo dubio vtrāq; partē multi & graues authores defendūt, vt nōnulli diſcernere nequiuerint, quænam eſſet crebrius recepta opinio, quā & iudices in litiū diſceptatione ſequi poſſent;& vt pacē diſsidētibus iuribus ac doctoribus afferā, ita hūc nodū diluā:Aut ſtatuto cauetur bānitū poſſe offendi: tūc ſiquidē nō eſt licita defenſio bānito; ex quo vbi offenſio permittitur, vtiq; reprobatur defenſio, vt loquitur in hæc verba, Quòd occidēs bānitū minimè puniatur: tūc ſiquidē licet ſe defendere, quādoquidē nō eſt permiſſa offenſio, ſed eſt impunita,& à pœna immunis:& huius ſentētiæ fuit Paul.Caſt.

in præ

in præcitata l.vt vim. & Ioan.de Lign.in tract.de bello. cap. lxxxviij.& Hip.in d.§.aggredior.nu.78. Ex quibus verbis ſupradicti difficilis reſponſi ratio ſatis colligi poteſt, & ab exteris ignorantiæ nebulis diſcordata in cõcordiam reducuntur, tametſi in obſcuro hucuſque fuiſſe videtur, intelligendum eſſe exiſtimo locum ſibi vendicare, quandocunq; maxima ſubſiſtente cauſa iſthæc defenſio naturalis tollitur: ſiquidem ea in ſpecie tolli poſſe, ſicuti exiſtimat Ang.in l.ſi ſic. ff.de leg.j. & inibi Alex. & huius ſententiæ authores habeo Alb.in l.omnes qui.C.de epiſc.&cler. Alex.in l.cùm mulier. nu.12.ff.ſol.matr.qui quidẽ plura congerunt, in quibus ſanè defenſio tóllitur,&ſuffragatur tex.in l.aditos.C.de epiſ.aud. & huic ſententiæ accedit Dec.nu.3.& 4.in d.l.vt vim.& ante eum Flor.in præcitata l.j.§.cùm arietes.nu.3. verſic.quod tamen dixi.& eſt tex.ad id pręſtantiſsimus in l.militis agrum. in §.irruẽs.ff.de re mili.& in l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccl. confug.& in l.itaq;.ff.ad leg. Aquil.& Fel.in d.c. dilecti filij. num.7.apud quos huius quæſtionis definitio ſatis conſtat.

Quartò ſtabiliri poſſet ea ratione ductus: difficilimũ enim eſt iuſtum dolorem temperare.l.ſi adulterium cum inceſtu. §.Imperatoris.ff.de adul.Hip.in cõſ.lxxxiij.& rurſus in cõſ. cxxxvij.& ſeriosè id explicat Ant.Gom. c.iij.delictorũ.nu.3. quam frequentiori doct. calculo receptã ſententiã verã eſſe exiſtimo, contra † cardinalatus dignitate inſignitum, hanc 4 propriam defenſionem etiam ad necem vſq; licere. glo.quæ expreſsim id aſſeuerat in c.fin.in verbo,percuſſerit. de pœn. lib.vj.& inibi Ioan.Andr.cuius meminit Ang.in l.vt vim.ff. de iuſt.& iure.& Iaſ.nu.1,Dec,nu.7.ibi, & omnium diligentiſsimè Frãc.Cur.Sen.in cõſ.xx.nu.39. Secundus ſubiicitur caſus, hanc vitę defenſionem licere etiam clerico, tametſi veſtibus indutus rem diuinã diceret, & ab aliquo impetitus & aggreſſus, licitũ eſt ei celebrationem dimittere, ac aggreſſorẽ occidere, gl.in ſum.xxiij.q.j.explicãt doct.in c.cũ volũtate. de ſent.excom.Hip.in conſ.iiij. nu. 5. ac deinde ad altare redire, aggreſſoréq; interfecto,& rem diuinã perficere:& huius ſentẽtiæ authores habeo Io.de Lign.in tract.de bello iuſto. cuius meminit Abb.in c.clerici.in j.de vita & honeſt.cler.ac iterũ in c.ſicut dignũ.de hom.Soc.in c.ad audientiã. eod. tit. n.40.Hip.in l.j.in prin.ff.de ſicar.itidẽ in l.is q aggreſſorẽ.n. 2.C.de ſica.Gãd.in rub.de hom.col.x. Carol.Ruyn. cõſ.cxix.

Cõtra Cardinalem li cita eſt defenſio.

Cald.conſ.xj.tit.de treuga & pace.Dec.in d.l.vt vim.nu.6.&
omniũ diligẽtiſsimè Iac.Bau.loco paulò ante citato, & Lud.
Car.in prac.crim.§.homicidiũ.vj.n.17.pag.360.&nouiſsimè
Greg.Lop.in l.iiij.tit.x.par.vij.in litera e.poſt Inn.in c.olim.
5 de reſt.ſpol. Quibus & illud ſubiiciá:an† & is irregularitatis
labẽ incidat.& nullá contrahi irregularitatẽ. qui ad eius
neceſſariam defenſionẽ ſuũ occiderit inuaſorem, vti hac in
ſpecie probat tex.ad id pręſtantiſsimus in concilio Vienẽſi,
in clem.vnica,in finali ſui parte,de homic.qua quidem deciſione,
ſopita eſt veterũ hac de re controuerſia,tametſi contra
hanc conſtitutionẽ quidá contrariũ eſſe exiſtimabant,ſiquidem
hunc homicidá irregularem eſſe: quorũ meminit gl.in
ver.cõſ.c.ſicut dignũ.de hom. & in c.de his.50.diſtin.idémq;
profeſſus Tho.ij.ij.q.lxiiij.art.vij.qui omnes in ea ſunt ſententia,opinantes
ante Clemen.v. conſtitutionẽ in præcitata
clem.eum irregularem eſſe,qui ad propriam eius ac neceſſariam
defenſionem inuaſorem occiderit.Quorũ opinio prorſus
hac noſtra tempeſtate ſublata eſt per prædictá clem. vnicam,de
homic.idémq; exiſtimat gl.in ſum. xxiij.q.j. gloſ.&
inibi Abb.in c.ſicut dignum.nu.14.de homic. Etenim is,qui
ad neceſſariá vitæ defenſionẽ aliquem occiderit, nullá culpam
homicidij contrahit:ergo nec irregularis erit, quippe
qui priuatũ homicidiũ abſq; aliqua culpa cõmiſerit : quod
ipſe intelligendum eſſe exiſtimo, quandocunq; mortẽ propriá
aliter euadere non poterat,probat tex. in præcitata cle.
§.furioſus.cuius meminit Abb. idẽ profeſſus in c. olim.in j.
de reſtit.ſpol.num.17. itidẽ in c.clerici.in j.de vita & honeſt.
cler.n.2.Fel.in ea eſt ſentẽtia in c.dilecti filij.nu.14.de excep.
Ex quo quaſi ex eodẽ fonte vel ſtipite videntur plures iuris
6 appendices deduci poſſe:& primò,an † in interiori foro licet
vtiq; occidere ſe defendẽdo, nec in irregularitatis labem incidit,
in ſpecie, de qua paulò antè meminimus, de clerico,
qui relicta miſſa aggreſſorem interfecit, optimo quidẽ iure
poſſe rem diuinam perficere abſq; peccati & irregularitatis
labe,ſicuti exiſtimat Nicol.Plob. in tract. de irregularitate,
xxxv.irregularitate. Si ſanè fugere poſſet, in labẽ peccati ac
irregularitatis incideret:longè quidẽ aliàs ex Abb.loco pre-
7 citato.& Carrer.nu.17.vbi ſuprá. Secundò conſtat † in irregularitatis
labem incidere, qui percuſſorem ab eo fugientem
occiderit, tametſi hic minimè ſit pœna ordinaria afficiendus:

ciendus: quod paſsim doct. fatentur locis præcitatis, attamen exceſſus hic neceſſariæ defenſionis irregularẽ inducit, ſicuti hac in ſpecie aſſeuerat glo. & frequentius ibi doct. in c. iij. de homic. & noſtræ claſsis doct. in clem. vnica, de homic. illud conſtitutiſsimũ eſt ſatis vtique eſſe ad irregularitatem contrahendam non eſſe homicidium cõmiſſum ad neceſſariam occidentis defenſionem, ſicuti frequentiori doctorũ calculo receptum eſt in d. clem. j. & inibi Cardin. q. xxvj. licet quo ad pœnam ſanguinis, & alias temporales, poſsit vtiq; affirmari hoc homicidium minimè eſſe puniendum pœna legis ordinaria, ſed extraordinaria iudicantis arbitrio, vt paulò pòſt ſuo loco verba facienda erunt. Tertiò hinc deducitur, quid dicendum ſit de illo, qui ſibi inſidiantẽ interfecerit, ſiquidem mortis periculũ ex alterius inſidiis imminebat? quam quæſtionem tradidimus ſuprà, agentes de pœnis proditorie interimentis. Quartò illud conſtitutiſsimũ eſt inter vtriuſq; claſsis literatos, hãc propriam vitæ defenſionem vſqueadeò licitam eſſe, quin & pro ſalute propria defendenda, Pontificem ac Imperatorẽ interficere licere, ſicuti aſſeuerat Cãpeg. in deciſ. ſacrorum Conciliorum, cxxx. col. ij. & Lud. Carrer. loco paulò antè citato, quinetiam pro defenſione licere furioſum dormientem aggreſſorem occidere abſq; criminis pœna: ſiquidem cùm iſthæc defenſio competat cõtra animalia etiam bruta, licebit vtiq; contra præcitatos in d. l. vt vim. col. ij. & in hac ſpecie tenet nouiſsimè Ant. Gom. tomo iij. delic. cap. iij. num. 20. ad fin. nec clericum interimendo ſe defendens, excommunicatione nec irregularitate eſt nodatus. c. ſi verò. el. j. de ſent. excom. Quinetiàm in animalibus vtiq; licet, nec dominus animalis tenetur pro noxa animal dare, tametſi animal occidatur ſe defendendo. l. j. §. cùm arietes. præcitato. & inibi glo. Bar. Albe. Bal. Flor. in quo dubio perplexa valde exiſtimatur quæſtio illa, quę doctorũ capita torquet, An filius contra patrem, & ſeruus contra dominum poſſint vtiq; ſe defendere? in quo Bar. in d. l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure. exiſtimat patri licere filium vtiq; verberare, & vtiq; domino ſeruum: & his reſiſtẽtibus patri dominòue, eos poſſunt impetere, ac aggredi ad necem vſq;, per rationem paulò antè citatam. Idémq; exiſtimat gl. in d. l. vt vim. nam ex quo licita eſt offenſio patri in perſonam filij, & domino vtiq; in perſonã ſerui: cui ſententiæ accedit Alciat. in trac. præſump.

in j.regula,præſump.iij.quibus ſuffragari videtur tex. in l.j, ij.iij.& iiij,C.de patr.poteſt.& ferè per totum,C,de emend, ſeruor.& propinq.& nos alio celebri loco trademus,quo fit, minimè eſſe licitam defenſionem contra patrem ac dominum,ſicuti exiſtimat Hip.in prac.crim,in §.aggredior.n.79, Quorum opinio quàm ſit à ratione deuia, nemo ſanæ mentis defitebitur:& iſthæc ſententia falsò Bartolo attribuitur in d.l.vt vim.nec nutu,nec verbis id annuenti,ſed vtique nu, 4.inibi exiſtimat filio minimè licere ſe defendere aduerſus patrem verberantem: non tamen aſſeuerat,ſi pater ira commotus velit filium occidere, quòd teneatur; quo fit filio ac ſeruo licere reſiſtere patri qui animo occidendi, non tamen verberandi impetit,ſicuti hac in ſpecie pleraq; id genus alia adducens exiſtimat Fel.in c.dilecti filij, de except.nu.7.atq; ì leò prima opinio eò tendit,quando vtique ageretur de verberatione: Secunda verò opinio,quãdo pater ad necem vſq; procederet: quo caſu defenſionem in filio ſeruóque licitam eſſe,atq; ideò diſcordata in concordia reducuntur. Quintò itidem hanc defenſionem propriam vſqueadeò licitam eſſe, quòd officiali iudicique de facto vtique procedenti, iure reſiſti poſſet,probat tex,in l.omnes,C.de decurion.lib.x.tex.in auth.quomodo oportet epiſcopos.collat.ij. idem profitetur Hipp. in l.edituum.nume.3.ff.de quæſt. Cui accedit Thom. Gram.in voto j.num.15.ac rurſus in voto xxxij,nu.24. Quibus admodum ſuffragatur gloſ.in c.ex literis. in verbo, denuntietis.de offic.deleg.& adſtipulatur illud Prouerb.24.& 80,cap.vbi id conſtitutiſsimum eſt, vim inferẽti reſiſti poſſe,gl.in c,non inferenda,in glo,fin.xxiij.q.iij.tex.in l. contra præcepta noſtra.C,de execut.& exactor.lib.xij.quibus ad modum ſuffragari videtur Bald.in l.additos.C.de epiſc.audien. Spec.in tit.de citation.in §.ſed nunquid.Fel.loco paulò ante citato,Chaſſæn.in conſuet.Bu:gund.in tit.*des iuſtices*.rubr.j. §,vij.col.iij.num.5.Thom.Gram,in conſ.lvj,num,26.Dec.in conſ,ccccl xix.num,3. Matth.de Afflict.lib.j.rub.viij.nu.78. & nouiſsimè inter primarios Canonicę Philoſophiæ cẽſendus Io.Bernardus Diaz de Luco,epiſcopus Calaguarritanus in prac.cri.c.xcv. quã exiſtimo frequentiori doctorũ calculo receptã eſſe hãc ſententiã:tametſi nõ deſunt doct. in albo primariæ doctrinæ poſiti,qui prorſus contrariũ exiſtimãt:nam & Bar,in l.ſi ſeruus,C,de his qui ad eccl,confug.itidem in l. fin,

fin.C.quando lic.vnicuiq; ſine iud.ſe vind.in ea eſt ſententia, Iudici iniuriã ac vim facienti nec vtiq; licet reſiſtere, nec ſe defendere contra eum,& in l.quẽadmodũ.§.fin.ff.ad Syllan. Alber.in trac.ſtatut.xiiij.par.q.xxxvj.Floria.in l.ſeruus.ff.ad leg. Aquil.ad fin. Ang.in l.apud Labeonẽ.§.ſi quis. de iniur. Bal.conſ.cv.vol.j.itidem in l.fin.C.de crim.expil.hæred.&in l.ex patrono.C.ne fil.pro pat.& in l.j.vnde vi.col.pen.& in l. nec amorem.ff.quod met.cau.Hipp.in pract.§.diligenter.xv. char.Paris in tract.ſynd. in verbo;reſiſtentia. Salic.in l.ij.C. de his qui latrones occult. Quibus accedit Cataldus in trac. ſynd.num.172.Io.de Imola in l.ex cõſenſu.§.fin. ff.de appel. num.19.Hipp.omniũ diligentiſsimè in l.j. nu.78.ff.de ſicar. & præter hos doctores iſthæc ſententia conueſtiri poſſet eleganti Ariſtot. ſententia,lib.5.Ethic.c.5.vbi exiſtimat,tametſi principatum habẽs quempiam percutiat, minimè debet repercuti,ex quo violẽtia à ſuperiore infertur.Cui accedit tex. in cap.noli.ad fin.xxiij.q.j.c.bonæ.de ætate & qualit. Quemadmodum pœna infligitur ei, qui manus intulit ſuo duci, tex.eſt in c.patet.ix.q.iij. Secundò ſuffragari videtur illud Eccleſiaſt. cap. 4. vbi aſſeuerat in hæc verba, Noli reſiſtere contra faciem potentis Idem exiſtimat Apoſtolus ad Rom. cap.14.&illud Lucæ cap.10.dicitur,Qui vos,ſcilicet,iudices mundi,ſpernit,me ſpernit.c.ſi quã do.de offic. deleg. Quam vltimam ſententiam, vt pacem diſsidentibus iuribus affe-tam, intelligendã eſſe exiſtimo, ſi ſanè iudex ſecundum ius procederet:longè quidẽ aliàs,ſiquidẽ de facto procedenti,ac perperã exequẽti,violenter reſiſti poteſt,iniuriámq; propulſare. Sextò ad iſtius capitis interpretationẽ & illud adnotãdũ eſt:Qui poterit mortẽ vitare fugiendo,an irregularis ſit, ſi omiſſa fuga inuaſorẽ occiderit? & hunc eſſe irregularem probat gl.in d.clem.j.& inibi Card.q.xxvj.itidẽ glo. & doct. in c.ſuſcepimus.de homic. Abb.in c.ſignificaſti.in ij. eod.tit. idem in c.ij.de vita & honeſt. Slueſt.verbo.excommunicatio.vj.q.ix.Siquidem clericis ignominioſum non ſit fugere ab aggreſſore,ſicuti conſtat ex d.c.ſuſcepimus. Et deniq; iſta eſt frequentiori calculo recepta ſententia: quòd ſi fuga periculum mortis inducet, vel ex eo quòd inimici à tergo inſtarent,vel ſanè quia ipſe aggreſſor facilius fugientem ſecutus fuiſſet, ac ex fuga maiorem capiens audaciã ipſum occiderer,in hac ſiquidẽ ſpecie minimè clericus tenetur fugere,

nec irregularis cenſendus, ſi omiſſa fuga aggreſſorē occiderit, explicat Fel. in d. c. ſuſcepimus. Sylu. verbo, homicidium iij. q. iiij. Hipp. conſ. xxv. nu. 44. & huius opinionis authores habeo Bart. in l. prima. C. de confeſ. & inibi Ang. Salic. Bal. in præcitata l. vt vim. & itidem in cap. fin. de conſuetud. & in c. ij. de vita & honeſt. cleric. Angelus in l. is qui cum telo. C. de ſicar. Florian. in l. iij. §. qui cùm aliter. ff. de vi & vi arma. Abbas, Anton. in dicto cap. ſignificaſti. Iaſon & Decius in dicta l. vt vim. profitentur hanc communem. itidem Bald. in l. ſi ob turpem. ff. de conditionib. ob turpem cauſ. Cæpol. conſ. xlij. & iterum conſ. xxviij. Hippol. in dicta l. furem. ff. de ſicar. itidem in ſingular. lxix. & conſil. xxv. præcitato. In qua controuerſia hanc aſſeuerat communem Ludouicus Carier. in practica criminal. d. §. vj. nu. 131. Hanc diſtinctionem cõmunem ipſe veram eſſe cenſeo adhuc in ipſis clericis, tametſi maius dubium videtur in eo, qui cùm eſſet laicus tempore aggreſſionis poterat fuga mortem effugere, & nihilominus aggreſſorem occiderit, ſiquidem laicus non tenetur fugere: quilibet tenetur honorem conſeruare ſuum. l. Iulianus. §. j. ff. ſi quis omiſſa cau. teſtamen. & inibi Alberic. Baldus Angel. & paſsim Doctores, text. in l. miles. §. ſoce. ff. de adulteriis. & in l. iſte quidem. ff. quod metus cauſa. l. ſi qui aduocatorum. ff. de poſtuland. C. l. in eadem cauſa. ff. ex quibus cauſis maior. & in l. iuſta. de manu. vind. ff. & Fran. à Victoria in relectione de Indis ſiue iure belli. nu. 4. quia fuga eſſet ei ignominioſa, teſtibus Bar. Socin. Bald. & aliis pleriſque in dicta l. j. C. vnde vi. Imol. & Cardin. in præcitata clemen. vnica. de homicidio. Bald. in capit. j. in prin. de pace tenenda. Cin. in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. gloſſ. & Anan. in cap. porrò. de cleric. percuſſore. Bald. in l. j. C. de ędilit. act. gloſſ. in cap. ſuſcepimus. de homic. Anan. Abb. Felin. inibi profitentur hanc communem, Alex. conſil. cix. dicit hanc communem, col. iij. lib. j. & conſ. cxvj. col. vlt. lib. vij. & Anton. Gomez. ſerioſe id explicans cap. iij. delict. numero 25.

11 Quod intelligendum eſſe exiſtimo, ſi ſit †nobilitate decoratus: ſiquidem nobilis ab alio impetitus minimè fugere tenetur, ſiquidem ſine dedecore non poſsit fieri: huius opinionis authores habeo Cinum in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. itidem in l. ſcientia. §. qui cùm aliter. & inibi Florian. ff. ad leg. Aquil. Cinus in l. filius. ff. de condit. inſertis. vbi Baldus, Bar. in cap.

in c.j.col.v.verſic.dicunt. tit.de pace tenenda. itidem conſil. cccxij.col.ij.lib.iiij. Florian.in l.quemadmodum.§.ſi nauis alteram.ff.ad leg.Aquil.Anan.in c.porrò.col.penul.de cleric. percuſ.Angel.in §.ius gentium.Inſtitut.de iure naturali.iterum in tractatu malefic.verbo, & dictus Titius.col.j. Hipp. in practica.§. quoniam. numero 88. ad id elegans in l.in eadem.ff.ex quibus cauſis maiores.& ibi Bald. profitetur, non ſolùm in nobilibus,quinetiam in aliis,qui ſine dedecore fugere non poſſunt. Cinus in l. prima.columna penultima. & ibi Baldus col.iiij. C.vnde vi. quorum opinionem aſſerunt eſſe communem Alexan.conſilio cix.numero 4.libr.j. Iaſon & Decius in dicta l.vt vim. ad finem. & Ludouicus Carrer. in dicto §.vj. numero 131.& præter hos non deſunt præſtantiſsimæ, ad hanc ſententiam fulciendam conſiderationes: quod probatur ea ductus ratione, poteſt quis aggreſſorem occidere ad vitãdam iniuriam,quam vel alapa, vel fuſtibus, ſibi inferendam aliter vitare non poterat, vt notat poſt alios Alexander conſilio cxix.libro ſeptimo. Hippolytus in l.j.limitatione ix.ff.de ſicar. Ludouic.Carrer.in dicto §.vj.numero 94.igitur poterit quis fugam omittere, quæ ſibi iniurioſa eſt, & aggreſſorem occidere: hoc autem obtinet quo ad pœnam temporalem,atque ad eius moderamẽ: etenim quoad irregularitatem mihi multò melius videtur, quòd & laicus, cui ignominioſum eſſet fugere, homicidij culpam aliquam habeat: quæ etiam, ſi grauis non ſit ratione honoris, nihilominus culpa eſt, quæ quidem quo ad irregularitatem ſufficit: quare etiam in laico opinamur communem ſententiam gloſſ. & doctorum in dicta clementina vnica. cui accedunt tradita per Alexand.conſilio cxix.& inibi Carolus Molinæus exiſtimat eſſe illam defenſionem immoderatam,ſaltem non omnino æquam, quòd ob honoris tutelam vitam quis alteri adimat, quod potuit ex Thoma probari. ij. ij. quæſtione cxxxj.art.j.

Ex huic rei maximo apice deſeruire videtur, quod vulgò circunferri ſolet: Siquidem aggreſſus abſque dedecore, & infamiæ labe fugere poſſet, quia procul, ac longè erat inimicus, ac ſimulatione vſus potuerit domum ingredi, ac rixam euitare, vel ſanè eſſet vilis, ac abiecta perſona, in qua quidem honoris, periculum non conſideraretur, tenebitur vtique fugere, ſiquidem minimè ſibi noceret, & vtique

aggreſſori ac reipublicæ prodeſſet: argumēto optimo l.j.§. deniq;.ff.de aqua plu.arc.l.j.§.ſi quis.ff.de aqua quoti.& æſtiua.l.j.§.aduerſus.ff.ne quid in flum.publ.l.veteres.ff.de itin. actúq; priua.l.opus.ff.de ope.publ.l.fi.de iniur. cui ſententiæ accedit Bal.in l.j.C.vnde vi.nu.4.& inibi Petrus ij.col.Cinus pen.col.nu.6.Faber col.pen.Alber.col.4. Bart.in præcitata l. vt vim.ad fi.& serioſè id explicat Hipp.in l.j.ff.ad l.Corn.de ſicariis.& iſthæc ſententia veritati magis fauet,tametſi ab ea diſcedat Anan.in c.ſuſcepimus.de homicid.ad fi.& Bar.in d. l.j.C.vnde vi.col.ij.& ibi Salic.iij.col.& Bal.in d.l.vt vim.fi. col. nec deſunt Doctores, qui exiſtiment fugere ſemper eſſe ignominioſum,ac nimis periculoſum,atq; ideo neminē ſiue nobilem,ſiue ignobilem, fugere teneri, Bald.in d.l.vt vim. col.pen. Ang.& Sal.in l.j.C.vnde vi. Ang.in l.ſi quis cum telo.& in l.ij.C.de ſicar. itidem & Imol.in l.vltima. ff.de condit.inſtit.& hanc profitetur eſſe communem Alex.præcitato conſ.cix.viſis & vt oporret.col.iij.verſ.quinimò.vol.j.& rurſus conſ.cxix.viſo proceſſu inquiſitionis.ad fi.vol.vij.quibus & Canonicæ Philoſophiæ authores accedunt,Anton.in cap. olim.colum.penult.de reſtit. ſpoli. Anchar.& Imol.in clem. j.de homicid.Abb.in c.ſignificaſti in ij.eod.tit.in antiquis. Ioan.Anan.Panor.& Felin. Qui hanc eſſe communi conſenſu ſtabilitam aſſeuerat in c.ſuſcepimus.eo.tit.Flor.in l.ſcientiam.§.qui cùm aliter.ff.ad l.Aquil.licet plerique alij in contraria ſint ſententia,ſicuti conſtat ex recentioribus in præcitata l.capitalium.§.famoſus.ff.de pœn. Deci.nu.85. in d.l. vt vim.hanc eſſe communem profiteturTiraquelus de nobilit. c.xx.nu.64.Boër.deciſ.clxviij. In quo dubio diſcedendū non eſt à Bart.diſtinctione in d.l.j.n.8.C.vnde vi.cōſtituentis differentiæ rationem inter nobilem & ignobilem, quam & eſſe communem inibi profitetur.

Quibus & illud addā,hunc aggreſſum teneri mitiori pœna,ſiquidem non erat in diſcrimine vitæ conſtitutus,& abſq; infamiæ labe,ac dedecore, ſaluo honore ſuo fugere poterat, iudicantis arbitrio pœna afficiendus eſt.l.qui cùm maior.§. libertus.de bon. libert. ignoſcendum eſt ei vlciſci prouocatus,text. eſt in præcit.c.olim.& in c.ſignificauit. de pœnit.& remiſ.& eſt gl.in ſumma.xxiij.q.j.verſ. propulſa.extátq; hodie regia l.xiij.tit.xxvij.par.vij. Et cōueſtiri poſſet ratione, aggreſſori imputandum eſt, qui cauſam delicti præbuit.l.

quoa

quoniam multa.C.ad l.Iul.de vi pub.& in hac ſpecie fuerũt Bald.in d.l.vt vim.ad fi.& Iaſ.col.ij.Dec.iiij.Fortu.Garſi.n.8. itidẽ Bal. in l.j.C.vnde vi.vj.col.q.10.& inibi Cyn. Faber,& Sal.n.15.Bal.in c.j.de pac.ten.& eius viola.ij.col. itidẽ in c.j. §.ſi quis vero.de pa.iura.firman.fin.col.Flor.in d.l.ſcientia.§. qui cùm aliter.col.j.Ang.in d.verſ.dictus Titius.v.col.verſ. aduertas itidem.in §.ius autẽ gentium. Inſtit.de iure natur. gen.& ciuil.col.iij.Hippol.nu.41.in l.j.ff.ad l. Corn.& in l.ij. eo.tit.n.15.& in pract.ſua.§.quoniã.n.63.& noſtræ claſsis viri huic accedunt ſententiæ,Abb.in præcitato c.olim.n.15.& ini bi Ant.fi.col.& alij pleriq;.itidẽ in c.cùm te.de re.iur.ad fin. & in c.j.de iniu.ij.col.& in c.dilecti.de excep.fi. col. Anan.in. c.j.de hom.q.ix.Io.Andr.ad Speculũ, tit.de hom. ſuper rubr. ad fi.& omniũ diligentiſsime Fel. in c.ſignificaſti. in ij. ad fi. de hom.& in preci.c.dilectus.Quib'& illud adiiciã,cõuiciã- tem † poſſet per aliã iniuriã propulſare, explicat Specul.tit. 12 de accuſ.verſ.quid ſi vocaui te latronẽ.Ang.in trac.maleſ.ver bo,verba cõtumelioſa. Iaſ.in d.l.vt vim.& inibi Dec.Bart.in l.quæ omnia.§.j.ff.de proc. itidẽ in l.apud Labeonẽ.§.j.ff.de iniur.Alex.& alij noſtræ claſsis viri in l.ſi quis extraneos.in princ.ff.de acq.hær. Alex.& Iaſ.in l.ſi.ff.quod quiſque iuris. Alber.in trac.ſtatutor.q.xliij.Ludou.Carr.ſatis diligenter in §.homicidiũ.vj.n.39.pag.373. Abb.& Doctores in c.cùm te. de re iud.quòd ſi quis aggreſſus fuerit verbis,iniuriámq; pro pulſauerit aliter ad necẽvſq;,mitiori pœna per rationes pau lo antè citatas afficiẽdus eſt , ſicuti in hoc dubio cenſet Aug. de Arimi.in addit.ad Ang.de maleſ.in parte,verba cõtume- lioſa.v.col.itidem Auguſt.in verbo , dictus Titius ſe defen- dendo.& nouiſsimè Anto.Gomez.c.iij.delictor.nu.4.& ad- notauimus ſuprà capit.j.nu.21.

Ex his & illud conſtitutiſsimũ eſt:ſi †ſanè aliquis eſt im- 13 petitus ab aliquo, & percuſſus fugientem inſecutus eſt,eum interimat,tametſi non ſe defendẽdo,extra ordinẽ iudicantis arbitrio pœna afficiendus eſt,ſicuti exiſtimat Iacob.de Aret. in l.j.C.vnde vi.n.8.cui accedit Ant.de Butr.in c.olim el j, n.37.de reſtit.ſpol.& inibi Abb.nu.15.quos ſequitur idẽ pro- feſſus Fran.Are.in conſ.lxxx.n.9.Ang.in trac.malefic.in ver- bo,& Titius ſe defendendo.n.36.Hipp.in ſing.100.itidẽ in l. is qui aggreſſorẽ.n.18.C.de ſicar.tametſi gl.in c.j.xxiij.q.j.& regia l.lviij.ſtyli: lex tamẽ ſtyli lix.approbabit gl.in c.iij.de

hom.contrariũ volentẽ,poteſt tamẽ prior gl.procedere quo-ad ipſum delicti pœnã, legibus definitã. Illa etenim locum non habẽt:poſterior autẽ gl.erit intelligẽda quo ad aliquam punitionem extra ordinẽ,vti paulo anteà adnotauimus:hæc enim nullo pacto eſt omittẽda,quũ eius gl.intellectus nõ tãtùm authoritate, verũ & ipſa ratione probabilior eſt, quem comperi elegãti diſputatione defendere Didacũ à Couarru. Archiepiſcopũ Dominicum Inſulæ in iiij.Decretaliũ,ſecunda parte.c.vij.§.vij.nu.11. Ex his iuris appendix deducitur,
14 minimè† in irregularitatis labẽ eum incidere,qui alium occiderit,non tãtùm ad propriã defenſionem neceſſariam propriæ ſalutis, ſed & ſi defendat ab alicuius mẽbri mutilatione.Quod aſſeuerat Cardin.in d.cle.vnica.Syluest.verbo,homici.iij.q.iiij.ea ratione,cũ mors & mutilatio mẽbri æquipollẽtia ſint in hac ſpecie, tametſi Villadiego de irregularitate.C.de percuſ.col.xiiij.diſcedit ab hoc intellectu Cardin. profectò verior eſt hæc interpretatio, quippe quæ deſcendat ab naturali defenſione, quæ iure diuino ac ipſa natura licita ſit:cõtingere tamẽ poteſt,q ex abſciſsione membri mors ſequatur: atq; ideo,qui defendit ſeipſum ob abſciſsionẽ mẽbri aggreſſorẽ occiderit,puniendus non eſt,nec irregularis cẽſetur, cũ iure licitũ ei ſit propriã propulſare iniuriã, modò nõ excedatur moderamẽ inculpatæ tutelæ, ſiquidẽ exceſſus defenſionẽ ipſam culpabilem reddit,ſicuti cõſtat ex l.j.C. vnde vi.& in c.vt famæ.§.vlt.de ſent.excom.c.ſignificaſti.in ij.vbi gl.& Doct.de hom.qui probat irregularẽ eſſe, qui modũ exceſsit in defenſione.Idẽmq; cõſtat ex ij.par.tex. in cle.vnica, de hom.dum dicitur, mortẽ aliter vitare non valens,tametſi quo ad illas pœnas ſit ſemper remittẽda pœnę ordinarię pars propter defenſionẽ ab aggreſsione, etiã ſi modũ defenſionis excedat,text.ad id præſtantiſsimus in l. ſi adulteriũ cum inceſtu.§. Imperatores.ff.de adulter.quem notat Iaſ.in d.l.vt vim.col.iij.Ioan.Bap.de ſancto Seuerin.in tract.de debitor. ſuſpect.fug.col.j.Aret.conſ.xliij.col.iij. Anton.& Abb.in cap. olim.j.de reſti.ſpol.col.vij.Dec.in d.l.vt vim.Abb.& Rauen. in c.j.de iniur.Fel.in d.c.ſignificaſti.col.vlt.Hipp.in l.ij.n.15. C.ad l.Cor.de ſic.& iterũ in ſing.100.hoc ipſum probat text. in c.ſignif.de pœ.& remiſ.cuius ad idẽ meminère Fel.in c.dilecto.de excep.col.pen.Bologninus cõſ.xxxvij.col.ij.eſt gloſ. in ſumma.xxiij.q.j.& eſt frequẽtiori calculo recepta ſententia,

tia,vbi ſatetur Lud.Carr.in pract.crimin. tit. de homic.§. vj.
num.153.quibus omnibus cõuenit regia l.lviij.& lix.ſtyli. &
Alex.idem tractans cõſi.cxix.lib.vij.nu.12.Tho.Gram.deciſi.
v.& xxij. & xcviij. modo ex propriæ vitæ defenſione , tutelæ
moderamẽ nõ excedatur:de quo moderamine vide Baulen.
vbi ſuprà Lud.Car.in prac.§.homi.nu.95.cum aliis. pag.393.
Ex quo primò deducitur † venientẽ gladio euaginato cõtra 15
me,tametſi minimè percutiat,poſſum præcauẽtẽ defendere,
regia l.vij.tit.x.par.vij.inibi, *Del mal o de la fuerça que el quiere
hazer.* ſufficit aduerſarij voluntas , & vbiq; cõſtare debet per
ipſum actũ,nõ tamen per ſimplicẽ minã.l.ij.tit. viij. par. vij.
ibi, *Fueras ende ſi lo mataſſe en defendiendoſe, veniendo el otro contra
el trayendo en la mano cuchillo ſacado,o eſpada,o piedra,o palo,o otra
arma qualquier con que lo pudieſſe matar.* Et regia l.ij.tit.xvj.par.
ij.inibi, *Mas eſte defendimiento ſe deue hazer ſobre tal razon , ſi el
otro ſacare el arma contra el para le querer matar,o le ouieſſe primero
ferido.* Siquidẽ minimè exiſtimo expectare ab ipſo percuti,
vti hac in ſpecie opinatur Bar.in l.ſi ex plagis.§.tabernarius.
ff.ad leg. Aquil.itidem in l.j.C.vnde vi.verſi.quærit gl. eo etenim
caſu,quod probo cõtra me euaginãtẽ,mea ſanè defenſio
ſatis ſupérq; cõſtat,aſſeuerat Bal.in l.ſed & ſi quæcũq;.per
tex.inibi.ff.ad l. Aquil.itidẽ Bar.cõſi.incip. Raynutius.Alex.
idẽ profeſſus in l.nõ ſolùm.§.ſciẽdũ.ff.de noui oper.nuntiat.
Anch.cõſi.cclxxij.Fel.in d.c.ſignificaſti. col.ij. Ang.idem adſtipulatur
in §.iniuria.Inſtit.ad legem Aquil.idem gl.& dictus
Titius.iij.col.verſic.& aduertas.Bonifac.in rub.de inſul.
ij.col.Anchar.& Card.in d.clemen.vnica,de homic.Iaſ.in d.
l.vt vim.& itidem Dec.iij.col.not.ij.Thom.Gram.cõſi.xxix.
Abb.in d.c.cùm olim.de reſtit.ſpol.Alex.conſi.cix.Corn.cõſi.
clxij.col.iiij.& cõſi.cciiij.col.ij.& conſi.clxxiiij. vol.j.quibus
accedit Ang.in l.quemadmodum.C.de inoffic. teſtam. Cæp.
conſi.xxix.Anan.in c.perfodiens.de homic.Hip.in cõſi.iiij.&
cõſi.xxv.& xxxj.ad fi.& xlj.Ex quibus hanc eſſe cõmunẽ conſtat,
& pro hac omnium recepta ſentẽtia adſtipulatur ratio
ad id præſtãtiſsima:Terrorem ſiquidẽ armorũ iuſtũ incutere
metum conſtat,vt ſanè ad defenſionẽ feciſſe dicatur, l.iij. §.
armato.ff.de vi & vi arma.l.ſed & ſi quæcunque.ff.ad l.Aquil.
Flor.in d.l.ſcientiam.§.qui cùm aliter. itidem in l. ſi ſeruus.
ad finem.ff.ad leg.Aquil.Cep.d.conſi.xxix.Anan.in c.an perfodiẽs.
de homic.quod exiſtimo in ſe præparãte ad defenſionem:

nem:ſiquidem eum offendere licet, vti in hac cõtrouerſia explicat Bal.in l.lege.C.loc. & tanquam notatu dignum idem profeſſus Iaſ.in d.l.vt vim.aſſeuerans aliâs eſſe iudicatũ.Hip. ſing.dcxxxviij.incip.præparatio.Thom.Gram. in voto xx.& conſi.xviij.& conſi.xxix.idque præſertim obtinebit minatione præcedente:etenim ex ipſa præparatione poſſum me defendere.Abb.in d.c.cùm olim.el j.vij.col. Hippol. ſing.dcxl. Matth.de Afflic.in conſtir.Neapol.incip.pacis cultũ. vj. not. verſi.pro declaratione. itidem in conſtitutione, intentionis.

16 Hinc tollitur grandis doctorũ quæſtio, † quæ pluſquam mediocris eſt:ſi ſanè inuaſus nõ eſſet in periculo vitę cõſtitutus,tunc minimè licet inuaſo ſuũ occidere aggreſſorẽ,tex.ad id elegans in cle.vnica,de homic.l.is qui aggreſſorẽ.in verſi. in diſcrimine vitæ cõſtitutus.C.de ſica.l.j.§.cum moderamine.C.vnde vi.& inibi gl.magiſtra,itidẽ in l.ſcięetiã.§.qui cùm aliter.ff.ad leg.Aquil.l.j.§.vim vi.ff.de vi & vi arm. Is in hoc dubio cenſetur in diſcrimine vitæ cõſtitutus,ſi terror armorum adſit,vti paulò antè adnotauimus,ex l.ſed & ſi quæcũq;. ff.ad leg.Aquil.l.licet.§.armatæ.ff.de vi & vi ar.& doct. præcitati,& tex.in l.ij.§.j.ff.de vi & vi arm. & inibi Bar. Ang.& paſsim doct.itidem Bar.in l.ſi ex plagiis.§.tabernarius. præcitato.& in d.l.ſi furem.col.ij. Petr. à Bellapertica in d.l.j.C. vnde vi.& inibi Ang.ij.col.nu.8.Sal.ij.col.Flor. in l.ſcientiã. §.qui cùm aliter.ff.ad leg.Aquil.nu.3.quibus neq; admodum inuitus accedit Ang.in tract.maleficiorũ,in verbo,& dictus Titius ſe defendendo.ij.col.Bonifac.in tract.maleficiorũ, in rub.de inſul.ij.col.Ang.in §.ius autem gentium.col.pen.de iure nat.gent.& ciuil.Itidem in §.iniuria. Inſtit. de l. Aquil. nu.3.& in l.multis.C.de liber.cau.ad fi.& in l.& ſi certus.§.fi. ff.ad Syllania.Dec.col.iiij.& Iaſ.nu.9. in præcitata l. vt vim. ſatiſq; diligẽter explicat Hip.in pract.in §.expedita.iiij.col. nu.19.& in conſi.iiij.nu.17.& conſi.xxxj. nu.52. & in l.j.ff. ad legem Cornel.de ſica.nu.37.regia l.ij.tit.viij. par.vij.

17 Illud etiam adnotandũ eſt, hanc † defenſionem vſquequo licitam eſſe,nõ ſolùm quãdo mortis periculũ immineret,verùm etiã ſi imminet iniurię perſonalis iactura,vti hac in controuerſia profitetur Bar.in d.l.j.itidem cõſi. incip. Bannitus. Ant.de But.in præcitato c.olim.ad fi. explicat Alex. cõſi.cix. col.v.vol.j.Ang.in l.ij.C.de ſicar.& Iaſ.& pleriq;, quorũ ſuprà meminimus,in d.l.vt vim.nu.10.& 36.Hipp.in d.l.is qui

aggreſſo

aggreſſorem. ac rurſus in ſing. 100. itidem in pract. crim. §. quoniam.& iterum in l.j.limit.ix.ff. de ſicar. apud quos lõga eſt huius quæſtionis diſputatio.& Ang.in præcit.l.is qui aggreſſorẽ.profitetur pleroſq; liberaſſe. Explicat omniũ diligentiſsimè Pau.Pariſ.in c.dilecti filij.nu.36.de excep.intelligo ſanè, ſi ex tali iniuria periculũ mortis verſaretur, vt in c. ſi,de homic.lib.vj.Siquidẽ pro leui iniuria occidere nõ licet, explicat Dec.in d.l.vt vim.Alex. conſil,lxxvj.vol.j.Ang. in §. ius autem gẽtiũ.Inſtit.de iure naturali.& itidẽ in §.iniuria. Inſtit.de iniur.& in parte,& dictus Titius,Pau.Pariſ.in c.dilecti filij.nu.36.de excep,quòd ſi ſine aliquo armorũ genere, manu vacua,me impetiiſſet: ſiquidẽ aliter iniuriã aggreſſus euadere minimè poſſet,poterit vtiq; aggreſſorem occidere, Bal.in l,j.C,vnde vi,nu.11.& inibi Bar,nu.7.Ang. in d.ver.& dictus Titius.Iaſ.in præcit.l.vt vim,n.10.Bal.& Ant,de Bur. in c olim.de reſt.ſpol.nu.35.quibus accedit Anan.in c.ſignificaſti.el ij.de homic.col.antep.& nouiſsimè Ant. Gom. c.iij. delict.nu.22.ꝙ ipſe intelligo,tametſi ſecurè poſſet iniuriam euadere arripiendo fugam,ſicuti antè meminimus,

Ex quo etiam cõſtat minãtem † occidi poſſe,ſi ſanè minæ 18 ad mortis occiſionẽ tendant: glo. Accurſiana, quæ expreſsim hoc ipſum vult in l.j.C.vnde vi,rationẽ ſumẽs ex tex.in l.j.C. quãdo liceat ſine iud.ſe vindic.idẽ profeſſus Curt.cõſi.xx.col. xv.q.iiij.quã ſanè ipſe intelligo, quãdo eſſet periculũ in mora poſt minas,ſiquidẽ expectabat ſocios quàm citiſsimè vẽturos:quo fit,cùm periculũ ei immineret, poſſet occidere, quã ita adſtipulatur ſentẽtiã Ant,inibi in præcitato c.cùm olim. ad ſi.cui accedũt Aret.in §.ius autem gentium, Inſtit. de iure natur.Iaſ.in d,l.vt vim,verſi.nũquid autẽ præter ſolas minas. Ang.itidem aſſeuerat in l. quemadmodũ, de inoff. teſtam.C. & in d.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.Imperatores.ff.de adul. Matth.in cõſtit.terminũ vitæ.not.vj.fallen.xv.Corſ. idẽ profeſſus in ſing.metus,Hipp.ſing.dcxl.Cardo igitur huius concluſionis in eo verſatur:etenim propter ſolas minas minimè minãtem occidere poſſe,ni minæ ſint in percutiendi actu,vel periculum in mora eſſet,glo.in c.cùm dilectus,in verbo,violentia.quod metus cauſa.extrà.Bal.in l.metum.ad fin.C.eod. tit.itidem in l.ſi.nu.4.ff. de hæred. inſt, & inibi Io. de Imola & huius ſentẽtiæ authores habeo Abb.in c.j.de off. deleg. & inibi Fel.n.2.itidẽ in c.afferte mihi gladiũ.n.12.de præſump.

& in c.ſicut dignum.nu.12.de homic.Mar.Soc.nu.38. in c. ad audiētiā.eod.tit.Quibus accedit Io.de Plat.in §.ius autē gentium.nu.43.Inſt.de iure nat.Abb.in c.ſcribā.de præſum.& in c.quod dicitur.de verb.ſignifi.Mōtal.in l.v.tit.xiij.par.ij. ſed vt hic locus deinceps pondus fortaſsis non ſit tātæ difficultatis,intelligo vt paulò antè adnotauimus,quādo minās eſt in actu propinquo percutiēdi:longè quidem aliter,minātē occidere licet,ſicuti exiſtimat Bal.in tract.ſtatutorum,in verbo, pax.verſi.j.itidem in l.j.C.quando liceat vnicuique ſine iudice.& huius ſententiæ authores habeo Iaſ.in num.13.in d.l.vt vim.& in l.j.nu.46.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſdic.Ang. in l.quemadmodū.C.de inoffi.teſt.Ant.Corſet. in ſing. incip. metus.Hipp.in ſing.dcxl.& in pract.crim.§.diligenter.num. 87.& in l.j.§.prætereà.nu.22.ff.de quæſt.& omnium diligentiſsimè Matth.de Afflict.in conſtit.Neapol.lib.j.rub.viij.nu. 52.ex glo.in c.cùm dilectus. verbo , violentiam. quod metus cauſa,apud quos huiuſmodi ſolutio ſatis conſtat.

Secundò ſubiiciam intelligendā eſſe illam ſententiā,ſi ſanè minator ſit ſolitus minas executioni mādare , ex Ang. de Per.in cōſi.ccxv.Anch.in cōſ.ccxcix.Chaſſæ.in cōſue.Burg.in tit.*Des droix*.rub.iij.§.j. fol.102.col.iiij.& gl. in præc.c. cùm dilectus. Tertiò præmiſſa ſentētia,quā modò explicuimus, etiā adnotationē meretur.Si ſanè minator ſoleat executioni minas mādare,ſitq; vir maxima potētia,iuris ſiquidē eſt prçſumptio cōtra eū,vtpotè ſubiiciatur torturæ. huius ſentētiæ author eſt Spec.tit.de præſum.§.ſpecies.verſ.ſed pone.Alb.in l.metū. quod metus cauſa.C.quibus accedit Bal. Imol.in l.ſi. ff.de hær.inſt.Iaſ.in l.ſi.C.de ſer.fug. Fel. in c. cùm oporteat. nu.9.de accuſ.itidē in præcitato c.afferte.nu.12, Abb.in præcit.c.ſcribā.nu.4.& huius ſententiæ authores habeo Ang. & inibi Aug.Arimen.in trac.maleſi.in verbo,fama publica.nu. 39.Hip.in prac.crim.§.diligēter.nu.85. & eū.dē cōſil. iij.nu.3. Albertū Bru.in tract.de indiciis.col.xiij.verſ.quæro vlterius. Steph.Bertrā.in cōſi.j.nu.7.vol.j.& rurſus cōſi. cxxvij. nu.11. vol.ij.& in cōſi.ccxciij.vol.iij. & hanc eſſe frequētiori doctorū calculo cōprobatā ſentētiā profitetur Mar. Ant. Planr. in reper.l.ſi.nu.183.ff.de quæſt.extatq; hodie regia l.lx.ſtyli.

Ab eadem radice procedit,quòd nō ſemel negotium nobis fuit,ex ſolis minis capitalem vtique oriri inimicitiā , vt argumēto optimo deſeruit tex.in l.licet.in verbo,capitalis.

ff.de

ff.de arbi.cuius meminit Chaſſ.loco paulò antè citato.nu.11.
quinetiã ex iniuriis verbalibus inimicitia capitalis naſcitur,
ſicuti exiſtimat Bal.in c.veniẽs.ad fi.per tex.ibi.ff.de iniur.
Idem profeſſus Iaſ.in l.procuratoribus.C.de procur.cui acce
dit Hip.in conſi.iij.num.12.& in præcit.§.præterea. num.23.
Supereſt tandem, vt ad propoſitam quæſtionem reuertamur,
& quaſi totius materiæ coronidẽ illud adiiciã, in eo ſanè in-
culpatæ tutelæ moderamẽ verſatur, ſi incõtinẽti defendat ſe,
iniuriã ſibi illatã propulſando. l.j.C. vnde vi. & in præcit. l.
vt vim.l.iij.§.cùm igitur.ff.de vi & vi arm. extàtq; hodie re-
gia l.ij.tit.viij.par.vij.& l.iij.& iiij.tit.xiij.lib.viij.ord.Matr.
in conſt.pacis cultũ.Iac.Baul.loco iam citato: in qua contro-
uerſia, quãdo dicatur incõtinẽti factũ, explicãt gl.Cin.& Bal.
in d.l.j.itidẽ Bal.in l.cùm antiquitas.C.de teſta.Doct. cõmu-
ni cõſenſu in d.c.cùm olim.exiſtimãtes incõtinẽti fieri dici,
ſi in ipſo flagrãti crimine propulſet iniuriã,l.ſi ex plagis.§.ta
bernarius.ff.ad l.Aquil.l.ij.§.cùm arietes.ff.ſi quad.pau. Bar.
in d.l.j. verſi. circa hoc. vſqueadeò celeritatẽ exigũt doct.quod
debet articulari & probari, aliàs minimè defenſio præſumi-
tur, explicãt doct.præcitati, Ang.in trac.malefi.par.& dictus
Titius.iij.col.& ver.debet fieri incõtinẽti. Alij pleriq; in alia
ſunt ſentẽtia, ſiquidẽ exiſtimãtes arbitrio iudicis hãc cõtro-
uerſiã relinquẽdã eſſe, citati per Lud.Car.loco præcitato, num.
108.apud quẽ plura extãt doctorum reſpõſa in hac ſpecie, &
Abb.in præcit.c.olim.de reſt.ſpol.Aug.ad Ang.nu.26. locis
præcitatis. hodie tamẽ iudicãtis arbitrio minimè relinqui-
tur, ſicuti exiſtimat Nun. Auẽd. loco præcit. ſed vtiq; ſi ſit in
actu percutiẽdi, vtpotè, accepto inſtrumẽto, poſſum me defen
dere.Hip.in conſi.xij.nu.42.Corſ.in ſing.ver.metus. Carr.in
loco præcitato, num. 91. in ſacris initiato quomodo ſit cõſi-
deranda iſthæc defenſio, explicat l. xvj.tit.vj. par.j. Ex his
tandem † & illud libenter adiiciã, qua ratione ſit cõſiderãda 20
hæc propriæ vitæ defenſio: ſiquidẽ vt immunis ſit, id exigitur,
vt fiat ad defenſionẽ, minimè tamẽ ad vindictã, aſſeuerat Io.
de Amic.cõſi.lxxvij.Bar. & doct. frequẽtiori calculo in d.l.j.
& l.vt vim.præcitatis, quo fit teſtiũ teſtimoniũ debere cõclu-
dere defenſionẽ neceſſariam fuiſſe, aliàs minimè concludit,
profitetur Bar.in d.§.qui cùm aliter.Bal.in l.j.col.xj.verſi.itẽ
tu aſſeſſor.C.de cõfeſ.& in l.ij.C.de donat.propter nup.Io.de
Amic.itidem profeſſus conſi.lxxvij. Card.in clem. vnica,de
homic.

homic.q.xxvj.poſt glo.inibi,& tex. in ij.ſui parte, Rom. in ſing.xxviij. Fel.in d.c.ſignificaſti. ad fin. Flor. in l. quemadmodum.§.ſi nobis.ff.ad leg. Aquil. text. in l. is qui aggreſſorem.& inibi doct.C.de ſica.tametſi ex doct.catalogo hæc videtur paſsim recepta ſentẽtia,tamen vt hanc opinionẽ multorũ ab hoc æui ſeculo perſuaſione confirmatam,quaſi penitus friuatam conuellamus,aut certè labefactemus,altius res ipſa tota petenda eſt: ſiquidem minimè exigitur neceſſariæ defenſionis probatio, cùm in defenſione inhæreat quædam qualitas neceſsitatis,ſicuti explicat Bar.conſ.incip.Quidam. Bal.in l.ſolã.ad fin.C.de teſtib.Corn.conſ.clxij.vol.j. itidem conſ.cxxxiiij.vol.iij.Bal.conſ.ccxj.vol.iiij. Dec.& Iaſ.in precitata l.vt vim,rurſus Dec.conſ.cclxxij.& conſ. liij. Alexan. conſ.cix.vol.j.Ac deniq; hãc profitetur magis cõmunem Ludo.Car.in pract.crimi.§.homicidiũ.vj.nu.126.pag.401.Qui iſtis noſtris non eſt ſatiatus,videat ad ambas(vt aiũt) aures Carrerium inibi,apud quem de propriæ vitæ defenſione pleraq; extant cõmentaria.
21 Hinc etiã †poterit põtificia conſtitutio in concilio Vienẽſi,in cle.vnica,de homi.intelligi,ſi aliquis defendendo ſuum occidat inuaſorẽ,à labe irregularitatis immunis quidẽ eſt,tametſi olim in hoc negotio eſſent diuerſæ doctorũ ſentẽtiæ vtriq; maximè nominis alteri ab alteris diſſentiẽtes,vti explicat gl.in c.ſicut dignũ. de homic.§. clericus in gl.magna.ad fi.& in c. de his.el iij.v.diſt.& in cle. ſi furioſus.de hom.& nos paulò antè adnotauim*, n.5.ſiquidẽ gl.verbo,ſum.expreſsim intelligit tex.inibi minimè eſſe locũ Dei conſtitutioni,ſi ſanè quis occiderit aggreſſorem patris,fratris,alteriúſve cognati,alter mortem illius vitare nõ valẽs:etenim gl.ibi excipit ab irregularitate occidẽtẽ aggreſſorẽ ſuũ,aliter mortẽ propriã effugere nõ valẽtẽ:dubio procul prædicta cõſtitutio nõ obtinet in eo,qui alterius mortẽ impediens inuaſorẽ occidit.Et pro hoc intellectu authores habeo Card.q.xxviij.inibi Abb.& pleriq; alij in c.ſi verò.in primo, de ſent.exc.col.vlt.itidẽ Abb.in c.clerici.in j.de vita & hone. cler.Abb.in c.olim.el j.de reſt.ſpol.nu.18.& in c.ſicut dignũ. nu.14.de homic.Pau.de Caſt.in l.j.§.ius autẽ gentiũ.ff.de iuſti.& iure.Iaſ.in d.l.vt vim,nu.30.ff.eo.tit,Steph.Aufr.in cle. j.de of.ord.reg.iij.fal.v.Soc.in c.ad audiẽtiã.de homic. n.36. Villad.in pract.de irregularitate.c.de percuſſore.col.xv. Fel. in c.dilecti filij.nu.14.de excep.gl. in ſum. xxiij.q.viij.quorũ ſenten

ſententia communi doctorum conſenſu probata eſt,tametſi ex pluribus difficultatem habeat:ſiquidem tex.in l.j.§.item diuus.ff.de ſicar.vbi Iuriſconſ.refert homicidium illud eſſe impunitum,quod quis commiſerit aut perpetrauerit ad defenſionem propriam,vel ſuorum. Secundò communem ſententiam impetit,excõmunicatus non eſt,qui defendens conſanguineum, clericum percuſſerit, ſicut notat Innoc. Abb. Henr.col.ij.Anch.Fel. & plerique alij in d.c.ſi verò. de ſent. excom.imò idem erit in defendente extraneum.c.non inferenda.& c.fortitudo.xxiij.q.iij.c.dilecto.de ſenten.excom.in vj.glo.ad id præſtantiſsima in ſum.xxiij.q.viij.quibus in locis probatur licitum eſſe cuique proximum & vicinum, ac eadem ratione extraneum defendere ab iniuria inferenda, tex.in l.deuotũ.C.de metat.lib.xij. c.olim.in j.de reſt. ſpol. & inibi itidem Abb.Henr. & doct. cõmuniter in d.c.ſi verò. ex illo tex.ſumens rationem Bart.col.pen.& alij communiter,itidem teſtantur Iaſ.& Dec. in d.l.vt vim. & eſt tex. in l. 5
lex Cornelia.ff.de iniur.& in l.ij.& iij.ff.de liber.cauſ.tex.in c.dilecto.de ſent.excom.lib.vj.& in præcitato cap.non inferenda.& in c.fortitudo.xxiij.q.iij.c.error.lxxxiij.diſtinc.vbi quis poteſt repellere iniuriam inferendam vicino ſuo, vel proximo.Bal.vj.q.Ang.nu.7.Iaſ.nu.26.In præcitata l.vt vim. Bar.in l.prohibitum.& inibi Plat.de iure fiſci,lib.x. itidẽ in l.ſi quis in ſeruitute. ff.de fur. & inibi Ang.de Peruſ.Bald.in l.j.C.vnde vi.q.viij.& inibi Petr.à Bellapert.fin.col.Inn.in c. ſi verò.in j.de ſent.excom.col.j.& inibi Abb.q.fin.& Fel.col. ij.Ana.in c.j.de homic.q.viij.Flor.in d.l.ſcientiã.§. qui cùm aliter. Quòd ſi licet amicũ,agnatũ,& patrem defendere,ita ſanè licebit filij inuaſorem interimere,aſſeuerat Bal.in d.l.j. col.vj.verſ. expedita eſt gl. nam filius viſcerũ pars eſt patris, ſiue & is naturalis ſit,ſiue legitimus:quia natura communis eſt.l.hos accuſare.§.fin.ff.de accuſ.& pleniori manu tradidimus de parricidiorum pœnis tractantes ſuprà. Nec ciuilis conſtitutio poteſt naturã immutare, nec coarctare naturales ſtimulos.l.amiciſsimos.§.Lucius.ff.de excuſat.tut. videmus etenim animalia filios tueri, ex quadã naturali iuſtitia inſita,quę hoc dictat omnibus animãtibus,ac ferinis beſtiis. Ang.explicat loco præcitato,in ver.& dictus Titius ſe defendendo.verſ.quæro,ſicut poteſt. Quod ipſe intelligo, ſiue ſit in patris poteſtate, ſiue non, profitetur etiã Ang.loco paulò

antè citato. Gand. in rub. de defenſ. à reo facta. Bonif. in rub. quis poteſt aliū defendere. apud quos id iure ſatis probatur. Verumenimuerò ancipiti cōtrouerſia definiunt doct. idem
22 eſſe in † filio naturali, ex Bal. in l. cū acutiſsimi. C. de fideic. eiuſdem ſententiæ authores ſunt Bart. Bal. Iaſ. & Dec. in d. l. vt vim. in gl. & pro defenſione filij. Bal. idem aſſeuerans in l. raptores. C. de epiſc. & cler. Salic. in l. vnica. C. de raptu virg. Anan. in c. ij. de homic. Flor. in d. l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil. pro qua omnium recepta ſententia allegat tex. in l. ſed ſi vnius. §. quod dictum. ff. de iniur. eſt tex. ad id præſtantiſsimus in l. j. §. itē diuus. ff. de ſicar. ibi, ſibi vel ſuis. gl. quæ expreſsim hoc ipſum vult in c. j. §. ſi quis hominem. de pace tenenda. Inn. in d. c. ſi verò. de ſent. excom. Quibus & illud adiiciam, vice verſa, filios omnino teneri parentes defendere, quin etiam non defendendo pœna afficiendi ſunt, vti conſtat ex l. vtrum. ff. de parric. d. l. j. §. item diuus. & ibi Iac. de Aren. idem adſtipulatur Bal. in d. l. j. q. ij. & in præcitata l. cùm acutiſsimi. tametſi ſpurius ſit filius, dubio procul naturalem patrem defendere tenetur, & ex profeſſoribus noſtris hanc adſtipulatur ſentētiam Bar. in d. l. vt vim. & ibi Io. de Ana. in d. c. ij. Iſern. in præcitato cap. j. §. ſi quis hominem. Card. in clem. vnica, de homic. q. xxviij. doct. ferè omnes in locis paulò antè citatis, quin & in filio ſacris initiato, ſiue clerico, locum ſibi vendicat, vt explicat Abb. in c. ij. de cleric. percuſ. Fel. in c. ſi verò. el j. de ſent. excom. Si ad amuſsim omnia declarentur, quæ ad apertiorem huius cap.

Filios ad ſtrictos eſſe patrem defendere.

23 reſolutionem pertinent, illud obuium erit: Si ſanè † quiſpiam clericum violentiam patientem minimè defenderit, incidátne in irregularitatis labem? explicat Abb. in c. ſicut dignū. de homic. & Iaſ. in præcitata l. vt vim. paſsímq; doct. in c. dilecto. & in c. quam te. de ſent. excom. in vj. & in excommunicationem incidere conſtat ex gl. in d. c. quantę. peccátq; cùm poſsit defendere, & minimè fecit cùm poſſet. c. non inferēda. xxiij. q. iij. Inn. in pręcitato c. quātæ. Flor. in l. in lege. §. quoties. ff. ad leg. Aquil. c. præcipimus. xc. diſtin. c. nulli. iij. q. j. Iaſ. in d. l. vt vim. Et ad eius cap. faciliorē intellectū illud
24 ſubiiciā, amicū † maxima amicitia coniunctū defendendum eſſe. Cuius authores habeo Bal. in præcit. l. vt vim. & Flor. in d. §. qui cùm aliter. Bar. in l. deuotū. C. de meta. lib. xij. Hipp. in l. j. col. iiij. verſ. ſecūdò ex iſtis. C. de rap. virg. Iaſ. omnium
dilig

diligentiſsimè in l.j.de indic.vid.toll. Cor.conſ.cciiij.vol.j.
Alex.conſ.cx.vol.vij.Tho.Gram.cōſ.lvj.Hip.dilatādo char-
tas plurimis remiſsionibus in conſ.xvj.& inibi explicat, an
liceat amicos cōgregare,apud quos longa eſt huius quæſtio-
nis diſputatio. Quibus admodum ſuffragantur verba Cice.
lib.1.de Finib.bonor.& mal. Amicitiæ præſidium eſt firmiſ-
ſimū.& 2.de Finibus,Amicitia colenda eſt,quòd ſine ea tutò
& ſine metu viui non poſſet,nec iucunde quidem.Itidem in
Lælio in hæc verba ait, Amicitia nihil aliud eſt, niſi omniū
diuinarū humanarúmq; rerum cum beneuolentia & chari-
tate ſumma conceſsio: qua quidem haud ſcio,an excepta ſa-
pientia quicquam melius homini ſit à diis immortalibus
datum. & rurſus in eodem Lælio, Amicitiā omnibus rebus *Amicitia quid ſit.*
humanis anteponamus:nihil eſt enim tam naturę aptū,tam
conueniens ad res,vel ſecūdas vel aduerſas. Porrò in eodem
Lælio,Quæ videntur vtilia,honores,diuitiæ,voluptates, &
cætera generis eiuſdem,hæc amicitiæ nunquā anteponenda
ſunt,quocirca & abſentes adſunt,& egentes abundāt,& im-
becilles valēt,& (quod dictu difficilius) mortui viuunt.& 2.
Offic. Rerum omnium nec aptius eſt quicquā ad opes tuen-
das ac tenendas, quàm diligi: nec alienius quàm timeri. &
lib.4.de Finib. Sine amicorum beneuolētia,nec in aduerſa,
nec in ſecunda fortuna quiſquam viuere poteſt. & in Lælio
Cic.ait.In amicitia omnia inſunt,quæ putant homini expe-
tenda,honeſtas,gloria,trāquillitas animi atque iucunditas:
vt cùm hæc adſint,beata vita ſit.& ſine his eſſe non poſsit. &
Saluſt.in Catilina, veræ amicitiæ vinculum explicat huiuſ-
cemodi:Idem velle,atq; idem nolle, hæc demū firma amici-
tia eſt inter bonos,inter malos autem factio eſt.& Cicero.in
Lælio ait,de amicitia omnes ad vnū idem ſentiunt: & ea po-
tiſsimū poſſet aſsignari ratio,ſiquidē magna amicitia con-
iunctis,cōſanguineis ęquiparatur,tex.eſt in c.Petri⁹.extrà de
homic.& in l.hæc autem. §.non defendit. ff.ex quib.cauſ.in
poſſ.eatur.& in l.aut qui aliter.§.ſi quis denuntiauerit.verſ.
& ſi forte.ff.quod vi aut clā.l.cū alienā. C.de leg. iuncto tex.
in l.in teſta.ff.de fideic.liber.Io.de Ana.in c.cū dilectus.extrà
de accuſ. vbi exiſtimat amicū poſſe agere pro iniuria facta
amico,ſicuti coniunctus pro coniuncto. gloſ.in c.requiſiſti.
extrà de teſtam.quæ expreſsim vult de legato facto clerico à
ſuo conſanguineo,minimè quartā epiſcopo deberi, parique

ratione de relicto ab amico,& adſtipulatur illud Prouer.18. Vir amicabilis à ſocietate magis amicus erit, quàm frater. gl.in l.ij.C.in quib.cauſ.colon.vel cenſ.lib.xj.And.Barbat.in rep.l.cùm acutiſsimi.xlviij.col.C.de fideic. vbi in ea eſt ſententia, appellatione ſuorũ intelligantur amici magna amicitia coniuncti.gl.eſt in c.nonnulli.extrà de reſcr.ad benefic. ſine mãdato,& aliàs id minimè liceret.cuius meminit Abb. in c.dura.extrà de crim.falſi.idq; probat tex.in l.quod ſæpe. §.ſi quis amico.ff.de contrah.emp.in ratione ſui.&eſt tex.ad id omnium præſtantiſsimus pro hac ſententia in c. niſi ſpecialis.extrà de offic.deleg.vbi princeps propter amicitiã delinquentis pœnam vtiq; remittit,& inibi gl. expreſsim hoc ipſum vult,iudicem poſſe propter delinquentis amicitiã remittere eidem pœnam. Cuius meminit pro ſingulari Rom. in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.matr.& omniũ diligentiſsimè id explicat Dionyſ.Robinus,Tholoſanus in l.filiusfamiliàs.§. diui.ff.de leg.ſol.46.& Didac.à Segura in l.Imperator. ff.ad Treb.fol.62. Quibus etiam conuenit, ciuitatem ac rempublicam teneri homines ciuitatis defendere, aliàs in pœnam incideret:ſiquidem ratione iuriſdictionis ei incumbit defenſio:ſicuti in hac ſpecie exiſtimat And.de Iſer.in c.j.§.ſi autem omnibus.& inibi eius additio de pace tén.in vſib.feud.col.j. & omnium diligentiſsimè Campeg. in deciſ.cxxx.ſpeciali xiij.verſ.& prædicta faciunt.itidem ciuitatem teneri officialem ac iudicem defendere,explicat Campeg. deciſ.cxlix.

Appellatione ſuorũ amicos venire.

Ciuitas an teneatur ciues defendere.

Non leues ſolent oriri contentiones in hoc duntaxat tra-
25 ctatu, in ea quæſtione, fratrem † teneri fratrem defendere ad necem vſque, ſicuti in ea eſt ſentenaia Gandin. in tit.de defenſ.reo facta.Bonifac.eodem tit.quis poſsit alios defendere. verſic.item ad defenſionem fratris. & inibi explicat, liceâtne nepotes, auum, & auiam, & alios deſcendentes, aſcendentéſve defendere, & Bald.in l.j.pen.col. verſic. quæritur.& in l. data opera.C.qui accuſ. non poſſ. quibus admodum cõueniunt rationes, quas barioſè tradidimus ſuprà in cap.xxij.de parricidiorum pœnis tractantes. Nec ſilentio illud præterire libet,fratrem fratri rixanti opem ferentem, minimè teneri ad delicti pœnam, ſicuti aſſeuerat Gandin. & Bonifac.locis præcitatis,& Bal.in d.l.data opera. Hippol. in l.fin.ff.de ſicar. itidem in l.j.C.de rap. virg. & in pract.crim. §.conſtante.tametſi liceat aggreſſorem ob tutelam vitæ occidere

cidere ſe defendendo, minimè tamen circunſtantem ac mediatorem (vt ita dicam) licet offendere. Ang. in dicto loco, & dictus Titius penul. col. itidem in l. ſi cum ſeruo. ff. de iniur. Cæpola in conſil. xxxiij. Hippol. in l. de minore. in princ. ff. de quæſtion. explicant paſsim doctores in l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. Boër. deciſ. ccxxxvij. par. ij. clxiiij. & clxviij. & lxxxiij. par. j. Franc. Auiles fol. 225. in capitulis prætorum. Quod intelligendum eſſe exiſtimo, ni in vitæ periculo eſſet conſtitutus ac propriæ ſalutis, quòd ſi euadere minimè poſſit abſque eo quòd mediatorem interimat, optimo quidem iure poteſt. explicant Ang. in l. ij. C. de ſicar. Auguſtinus ad Ang. in d. glo. & dictus Titius. Iaſon in d. l. vt vim. verſ. nunquid. Matth. in conſtitut. terminum vitæ. x. fallentia. Cui quæſtioni & illa ſubiiciam: Si ſanè † aggreſſor mediatore 16
vſus fuerit pro clypeo, ſi aliter tutelam vitæ defendere non poterat, tametſi ab aduerſario interfectus ſit, reus homicidij minimè eſt, qui vſus eſt mediatore pro eius defenſione, tex. eſt in l. is qui aggreſſorem. præcitata. Decius in d. l. vt vim. Felin. in præcitato cap. ſignificaſti. Corſetus in ſingulari, in verbo, metus. quibus accedit Thomas Gram. in voto xxviij. Angel. Aret. in quæſtione ab eo diſputata, incipien. Atholus Caium aggreſſus. & hanc profitetur communem Ludouic. Carrer. in pract. crim. §. homicidium. nu. 174. Hinc apparet manifeſta ratio ad apertiorem capitis interpretationem: Si † alter ex rixantibus interimat mediatorē (vt ita dicam) 17
ac homicidij reus factus, minimè teneri pœna ordinaria homicidij, ſed vtiq; mitiori pœna ob culpam, ſicuti in hac ſpecie profitetur Angel. in l. ſi cum ſeruo. ff. de iniur. cui accedit Cæpola in conſil. crimin. xxiij. & omnium diligentiſsimè Hip. in l. j. C. de ſicar. & in l. diuus. & in l. de minore. ij. col. ff. de quæſtion. Pet. Girar. in ſing. ix. ex nouioribus Boër. deciſ. lxxxiij. nu. 3. par. j. & cccxxxvij. par. ij. Quam diſputationem & hi ſatis diligenter proſequuti ſunt, nos omittere hìc poſſumus, id vnū addentes, quod maximè huic quæſtioni cōducit, nec aliquis nodus implicatior eſt in hoc duntaxat tractatu: Si ſanè dolus interueniat, & dolo mediatorē occiderit, vel aliàs inimicus fugā arripuit, & cū nō poſſet ſumere pœnas ab inimico, ſuū occidat mediatorē, teneri vtiq; pœna delicti ordinaria, ni calor iracūdiæ eū immunē faciat, ſicuti in hac ſpecie explicat Lud. Carr. in prac. cri. §. homicidiū. j. nu. 62. &

ſuffragatur Thom. Grā.in voto xxiij.& Abb.in c. olim.col. ij.de reſcriptis. Hipp.in l.j.ix.col.ff. de ſicar. itidem in conſ. cxviij. Quibus & quaſi per tranſennam illud addam: Si ſanè mediator alicui rixantium,animo ſedandi rixam, iniuriam fecerit, immunem eſſe ab iniuriæ pœna,ſicuti in hac ſpecie exiſtimat Innoc.in cap.ſicut dignum.de homicid. Baldus in margarita ſua in verbo, vadens.& huius ſententiæ authores habeo Angel.in l.ſecunda.§. occiſore. ff.ad Syllanian.& paſſim adnotant Doctores in l.excuſantur.ff.eodem titulo. Cæpol. conſilio criminali primo, qui pleroſque alios allegat. Quod intelligendum eſſe exiſtimo,ni dolo mediatorem rixātem percuſsiſſet, ſicuti in hac ſpecie aſſeuerat Ang.& Cæpol.locis præcitatis. Itidem immunis eſt mediator rixæ,qui pro defenſione aggreſsi aggreſſorem baculo vel haſta percuſſerit,ex qua quidem à vita diſceſsit,immunem eſſe à pœna homicidij ordinaria,ſicuti in ea eſt ſentētia Ant. Gomez. c.tertio delictorum, nu.21.ea vſus ratione, ſiquidem mediator animo nixus fuit pacem vtique facere, itidem conſtat ex perſonarum & inſtrumenti genere.

28 Verùm vt res apertiſsime intelligatur,contēdunt †aliqui ſocium teneri defendere ſocium cohabitationis,ac etiam itineris, ſiquidem communis cenſetur iniuria,teſte Cicerone pro Roſcio Amerino, In rebus minimis ſocium fallere turpiſsimum eſt, propterea quod auxiliū ſibi ſe putat adiunxiſſe,qui cum altero rem cōmunicarit.Itidem actione v.in Ver. ſocij putandi ſunt,quos inter res cōmunicata ęſt.Itidem pro Roſcio Amerino,Tecti ad alios eſſe poſſumus, ſocium vero cauere qui poſsimus?quem etiā ſi metuimus,ius officij lædimus.& iij.de Legibus idem exiſtimat text.ad id omniū præſtātiſsimus in l.item apud.§.tenetur.ff.de iniur.text.in c.hac ratione.xxiij.q.iij.& huius ſententiæ authores habeo Bar.in d.l.j.q.vj. Boniſ.loco præcitato. Io.de Arn.in probl.lix.& in ſingul.xcvij.tametſi in hac controuerſia, Socinus minime in teſtem admittendus ſit,aſſeuerat Thom.Gramm.conſ.xxxvj. Aug.gl.& dictus Titius.quod etiā idem exiſtimamus in con ſortibus, ſiquidē iniuria facta vni,cenſetur facta toti cōſortio,profitetur Bar.in l.cùm ſcimus.col.ij.C.de agri.& cēſitis. lib.xij.Corne.conſ.cvij.vol.j. Panor.in c.cùm non ab homine.de iudiciis.verſ.& maximè. Flor.in d.§.qui cùm aliter.& nos alio fortaſsis loco pleniori manum explicabimus. Ad id

etiam

etiam pertinet quod & adnotat Bald.in l.j.vj.q. C.vnde vi. Ang.de maleficiis in verbo,& dictus Titius. Carrerius n.60. loco præcitato.pro quibus ſuffragatur text.in l.vnica.C.de raptu virg.& in l.raptores.C.de epiſcop.& clericis.

Cæterùm ancipiti quæſtione contendunt doctores, an liceat domino ſeruum, vel vaſallum defendere, ac abbati monachum, & vice verſa. explicat Bald.in d.l.prima.quæſtione ſeptima.Florian.in dicto §.qui cùm aliter.Ang.& Gandin.in locis paulò antè citatis,idémq; eſſe exiſtimo in famulo mercede conducto: & antè negotiũ nobis fuit agentibus de pœnis mandantis cõmitti delictum, cùm & is de familia ſit, ac proinde viribus & poſſe domino tenentur ſubuenire, etiam cum ſui corporis periculo,tex.celebris in l.j.§.eodem autem tecto.ff.ad Syllan.l.cùm dominus.eod.tit.Alex.poſt Bar.in l. j.§.ſed licet.ff.quod metus cauſa. vſqueadeò vaſallus tenetur dominũ defendere: quod ſi non faciat,feudũ amittit, etiam imminente periculo vitæ ſuæ,aſſeuerat Bal.in c.j.quib.mod. feud.amit.col.iiij.idem profitetur Ang. in l.ij.§. occiſorem. ff.ad Syllan.quo in negotio plura extant doctorum reſponſa apud Campegiũ in deciſione ſacri conſilij cxxx.ſpeciali xiij. Bal.& Ang.in l.excipiuntur.ff.ad Syllanian. Bald.in cap.j.de prohibita alien.feud.per Feder.itidem in c.j.§.fin.poſt gloſſ. hic finiit lex Corrad. Aretinus idem profeſſus in l. quidam cùm filium.ff.de verbum oblig.quarta columna. Alexander in l.frater à fratre.ff.de condictione indebit. Verùm illi hác quæſtionem non ſatis diſcuſſère: cùm tota ferè vtriuſque iuris ſchola in hoc cõſentiat: quæ ſanè quæſtio non ſolùm doctorum authoritate, verùm & ipſa ratione probabilior eſt: cui & illud adiiciam, non ſolùm vaſallum teneri dominum defendere, quinetiam patrem domini ſub feudi priuationis pœna. Angel.explicat in l.ij.§.ſi pater. ff.ad Syllanian. Bald. idem exiſtimat in l.ſecunda.C.de infan.expoſ.Bal.in cap.ſecundo.de feudo ſine culpa non amittendo. Yſernia in d.§. ſi quis hominem. longè quidem aliter dominum domini ſui vaſallus minimè tenetur defendere. Baldus idem profeſſus in capit.primo,columna prima. Quibus modis feud.amtit. Doctores paſsim ex illo textu, ſumentes rationem in leg.ſi quis à liberis. ff.de liberis agnoſcendis. ſi tamen dominus feudatario mandaſſet,tenetur defendere,vti hac in ſpecie docet Baldus in cap.adhæc,de pace iuramen.firmanda.col.viij.

itidem in c.ſi.ſi de feudo fuerit controuerſia. Oldr. conſil.ccxxxiiij. Bal.in margarita ſua verbo, vaſalſus.apud quos pleraque id genus alia congeruntur,quorum omnium,ne chartæ diſpendium ferant,conſultò miſſa facio. Explicat Carrerius in practica crim.§.homicidium.nu.52.cum aliis.

Rurſus vt ad propoſitam quæſtionem reuertamur, illud ſepiſsimè dubium exoritur, licere cuicũque extraneo etiam defendere ignotum,Bald.Bartol.& plerique alij in dicta l.vt vim.Felin.in præcitato cap.quantæ.paſsim doctores in l.j.§. ſed & licet.quod metus cauſa.Bartol.in l.ſi in ſeruiture.ff.de furtis.ad finem.Florian.in dicto §.qui cùm.Innocen. & doc. communiter in dicto capitulo ſi verò. de ſentent.excommunic.Bald.in l.raptores.C.de epiſcopis & cleric.item in cap.ſi. ad fin.de re iudic.Decius in d.l.vt vim.quòd ſanè ipſi intelligunt præcedente acclamando, Succurrite, vti explicat Bart. Bald.in dicta l.vt vim.itidem Bald.& Angel.loco præcitato, à quo intellectù ipſe libenter diſcedo:quippe qui exiſtiment contrarium, ſiue aggreſſus clamat, opémque petat,ſiue aggreſſor ſit laicus,ſiue ſacris initiatus, ſicuti explicat Io.Ana. in cap.j.de homicidio. Innocen. Abb.& Felin.in cap.ſi verò. in primo,de ſenten.excommunic.& nouiſsimè huic accedit ſententiæ Anton.Gomez.cap.iij.delicto. nu.21.quorum opinio veritati magis fauet,& robore rationum ſuffulciam : Si quidem aggreſſor offendit potiſsimum aduerſarium ſuum, itidem rem publicam, ac proinde quilibet de populo poſſet vtiq; iniuriam propulſare, eíque reſiſtere. Vt ad præſentis quæſtionis ſcopum deueniamus, & conueſtiri poſsit iſthæc ſentẽtia,tali ductus ratione, tenetur quidem quilibet etiam non requiſitus ſubuenire proximo,ne damnum vel in bonis vel in corpore iniquè patiatur, Tho.vtitur hac ratione xxij. q.lxx.artic.j.& inibi Caiet. Martinus Aſpicue.in cap. inter verba.xj.quæſt.iij.corollari.lxiij.

Ad id etiam conuenit adnotare,caſu quo aliquis ſit aſtrictus aliquem defendere, poſsit ne armis eum tutare,tametſi armorum vſus prohibitus ſit?& vtique licere:ſiquidem id licet, ſine quo illud expedire non poteſt.l.ij.ff.de iuriſd.omn. iud.Decius in l.nõ videtur.ff.de regul.iuris.& in hac noſtra ſpecie eſt gl. quæ hoc ipſum vult in l.deſertorem.§. fin.ff.de re militari.Bar.eius meminit in prima conſtitutione Codicis:& huius ſententiæ authores habeo Anchar.in conſ.lxxij.

Paul.

Paul.de Caſtro in conſ.cxxvj. itidem Anch.in conſ.clxxxvij. idem profeſſus Iaſ.in l.ſtipulatio iſta. ff.de verb.oblig. Alex. in conſ.cxv.vol.iij.quibus accedit Ang.de malefic.in verbo, & dictus Titius.penult.col.verſic.quid autem ſi quis promiſerit. Et in hoc negocio illud adnotandum eſt:qui aſtringun tur perſonas defendere, teneri vtique res & bona, ſicuti pleniori manu trademus in cap.ſequenti,& explicat Lud.Carr. num.69.in præcit.§.homicidium.

His autem præmiſsis,vt ad inſtitutum redeamus, hinc & illa ſolennis quæſtio definiri poterit: Si quis pollicitus ſit quempiam defendere,& eum,qui à damno commodè potue rat illæſum alterũ ſeruare , & defendere,minimè ex hoc teneri ad illati damni reſtitutionem,etſi grauiter peccauerit, maximámq; dãni dati culpam cõtraxerit: niſi quis ex officio publico teneatur criminibus, & iniuriis obuiare , aut teſtimonium dicere, quia in teſtem ad iudicium iuſſu iudicis vo catus fuerit:Priori etenim caſu contra legem charitatis tantùm ſit,poſteriori verò contra legem iuſtitiæ commutatiuæ: quarũ prior obligatio nõ inducit reſtitutionis neceſsitatem, ſed poſterior:ſicuti in ſpecie quam tractamus , tradidère eleganter Thom.& Caiet.xxij.q.lxij.artic.vij. Alex.de Ales.iij. parte.q.lxxxvij. Adrianus quolibeto xj. quæſt. prima.idem in quarto ſententiarum tractat. de reſtitutione.q. prima.ad finem.Sylueſter verbo,reſtitutio.iij.quæſt.v. Ioannes à Medina de reſtit.quæſtione ix.vbi teſtatur hãc eſſe communem Theologorum ſententiam:ſed quid ſi quis promiſerit defen dere,& defendens paſſus extitit intereſſe,& damnum,an teneatur defenſus ad damna? Bart.in l.quoniam multa.in fin. C.ad leg.Iuliam de vi publica.exiſtimat teneri.

Ex prima huius capitis radice tractari commodè poterit, quòd †quis ſi poſsit abſq; proprio periculo efficere , tenetur 29 alterum ab iniuria defendere , non tantùm iure pontificio, ſed vtique etiam Cæſareo,text.in cap.quantæ.& inibi gloſſ. de ſententia excomm.& in cap.dilecto.eod.tit.lib.vj.cuius & Iaſ.meminit in conſ.lxxxvj. lib.iij. ſed vtique & iure ciuili: quod probatur à contrario ſenſu. & in l.culpa caret. de reg. iuris. ff.& huius ſententiæ authores habeo Albert. in l.metum.§.ſed licet.ff.quod metus cauſa. Decium in cap. primo. de officio delegati.col.iij.Fortun.Garſ.noſtræ tempeſtatis facilè principem in l. vt vim.ff. de iuſtitia & iure.ad finem.&

Tertiò ſubiicitur caſus, intelligendo nempe communem
3 ſententiam,quo ad † ipſum furioſum puniendum,ſecus quo ad alios operam dantes furioſo, vt homicidium ſiue delictum committat, vt in hac controuerſia reſpondit Angelus conſi. cclxxxvij. Hippol. pleroſque alios allegans in l. nihil intereſt.ff.de ſicar.& rurſus conſil. vij. & hodie extat regia l. x.tit.viij.pag.7.aſſeuerans,quòd ſi quiſpiam arma tradat furioſo & hominem interimat, homicidij pœna afficiendum eſſe explicant Doctores in l. nihil intereſt. ad legem Corneliam de ſicar. & inibi Alber. explicat de permittente ex domo ſua

mo ſua ſumi arma, ac deinde ſequatur homicidium lege quippe Cornelia de ſicar.tenetur,& inibi explicat Angel.de præbente domum, vtpotè inibi colloquia ac tractatus homicidij fiant, textus in l. qua actione. §. Celſus. ff. ad legem Aquil.& Doctores eam ſumentes rationem,idem explicant.

Illud etiam adiiciam, furioſum † dilucida interualla habentem, iuris præſumptione, ſane cenſeri tempore furoris deliquiſſe,ni vtique aliud conſtet:ſicut in hac ſpecie probant Doctores in c.fin.de ſucceſſ.ab inteſt.Bart.& alij huius farinæ authores in l.ij.ff. de bon. parte, ſcienter poſſeſſ. infanti vel furioſo de Bart. Angel. in tractatu maleficiorum, parte, ſcienter & doloſè.quæ opinio eò tendit.quando conſtat fuiſſe ſemel in furore, ni probetur contrarium, iuris præſumptio eſt in furore delictum commiſiſſe. 4

Præterea illud ſubiiciam beneficij renuntiationem factam à furioſo habente dilucida interualla minimè præſumi factam tempore ſanæ mentis.cap.ſuper hoc.de renuntiationibus. textus & inibi gloſſa in cap. finali, de ſucceſsionibus ab inteſtato. verbo, compotem. explicat Lanfran. de Oriano in cap. quoniam contra. verbo, teſtium. columna xxxvij. de probationibus. Alexander conſil. cxlj. volumine j. itidem conſi. lxxxv.num.6.volum.ij.

Renũtiatio beneficiũ facta à furioſo,an valeat.

Quibus & illud addam, in laborantem furore non poſſe reſignare:ſiquidem conſenſus deeſt.ni dilucida habuerit interualla.c.quamuis.vii.q.j.l.fin. C.de cur. fur.l. furioſum. C. qui teſtamen. fac. poſſ.l. negotiis.& inibi Decius, Ferrar. & Guliel. Mayn.ff.de reg.iuris.& Rebuf. in benefic.3. pag. glo. ij.num.19.& 20.pag.510.

Quibus & illud proponam in calce iſtius capitis furórne ſuperueniens † nobilitatem eximat? & minimè tollere exiſtimo.Cuius ſententiæ author eſt Bart.in l.j.C. de dignit. lib. x. columna v. verſic. ſciendum eſt ergo. Lauren. Calca. conſi.vij.colum.vij.verſic. ex ſupradictis. eſt text. ad id præſtantiſsimus in l. cæcus. & in l. furioſus. ff. de iudic. quibus adde quæ congerit Tiraquellus in tract.de nobilit.ac rurſus cap.xv.num.4.quo in loco declarat, an nobilitas parentum in filios furioſos deſcendat. 5

Verumenimuerò illud prætermittendum non eſt, quonam modo † furor probetur.paucis hanc quæſtionẽ diluã,tametſi Doct.hanc queſtionẽ nõ ſatis diſcuſsère,tamen tota vtriuſq; 6

iuris

iuris ſchola conſentit furorem probandum eſſe, ſiquidem quilibet præſumitur ſanæ mentis.l.ij. C.qui teſta.fac. poſſ.l. ne codicillos.C.de codicil. ſed probatur furor ex actibus,& ſignis exterioribus, quibus iudex cautè arbitrabitur furorẽ verũ eſſe,non fictũ.l.quidã in ſuo.ff. de cond. inſtit. res equidem in animo conſiſtens,per exteriora ſigna iudicanda eſt. c.fin.de renunt.in vj.l.dolũ.C.de dolo.tex.ad id præſtantiſsimus in l.ob quæ vitia.ff.de ædil.edic. vbi Vlpia.ita ſcriptum reliquit:Si fortè propter febrem loquatur aliena,vel qui per vicos more inſanorũ deridenda loquatur.l.j.ad fin. ff.eo.tit. ibi,& quaſi demens reſponſa dabat. l.ſi is, cui.§.diuus.ff.de tut.& curat.datis ab his.inibi,ex ſermonibus. iuncta glo.ad fin.ibi,furioſi faciunt exitum.& gl.in c.Gonſaldus.xvij.q.ij. inquit ſtultitiam probari per verba proferẽtis, ſi dicit,quod non erat ſui cõpos. Idẽ gl.in c.hoc habet.xlvj.diſt.pro quibus text.in d.c.cùm dilectus.de ſponſal.ibi, alienata mente dixiſſe.gl. quæ expreſsim hoc ipſum vult in l.ſi cùm dotem. §.ſi maritus.ff.ſol.mat.& inibi doct.text.in c.legimus.xciij. diſt.vbi aſſeuerat, quòd fatuus fatua loquitur.l.fin.C.de hæred.inſtit.tex.in c.j.§.ſi verò.de cleri.ægrot.in vj.ibi,ſi epiſcopus demẽs ſit, & quid velit,aut nolit,exprimere neſciat,vel non poſsit.c.filij.de hæret.lib.vj.inibi,quòd nõ ſit ſanę mentis,& memoriam habeat inordinatam. Bart.idem profeſſus in d.l.quidem in ſuo.& pleraque id genus alia congerit mirum in modum Suar.in alleg.ſuis.allegat.j.col.ij.gloſſ.in l. nec codicillos.C.de cod.& in c. Gõſaldus.in verbo, refutaui, xviij.q.ij.Bart.in tract.de teſti.in verſic.oppoſita prudentia. num.94.Alber.in l.obſeruare.nu.'.ff. de teſta.Ang. in §.prætereà.num.41.Inſtit.de excep. Maria. Socin. in c. ad audientiam.num.11.de homic.Sebaſt.Vantius in tract.de nullit.ſententiæ,rub.xj.de nullit.ex defectu inhabilitatis,num.17.Carol.Ruin.conſi.lxvij.nu.8.vol.j.Barth.Soc.in conſi.xlij. nu.2. & in conſi.lxj.nu.13.& in conſi.cxliij.nu.8.vol.j.Dec.in conſi. cccclxviij.nu.7.Step.Bertr.in conſi.xlviij.num.20.vol.j. & ij. impreſsionis.Ang.in auth.vt cùm de appellat.cognoſ.in §.ſi quis de prædictis.num.10.collat.iij.Rober. Maran. in repet. l.is poteſt.num. 128. ff. de acquir. hæred, & Paul. Pariſien.in conſi.lxxxvij.num.4.& in conſi.lxxxviij.nu.1. vol.j. pleniori manu Mart.Azpil.in c.ſi quando.ix.except.per totum.de reſcriptis.quo in loco ad ambas (vt aiunt) aures explicat hanc

quæſt

quæſtionem, & omnium diligentiſsimè Paul. Pariſ. conſil. lxxxvij. per totum, vol. iij. præſertim num. 4. pleroſque doct. allegans pro hac omnium recepta ſententia glo. iuncto tex. in l. ij. ff. de iud. & in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. glo. verbo, ferendus. ff. ſol. matr. glo. in c. j. xlvj. diſtinct. Bart. in tract. de teſtam. in c. incip. appoſita prudentia. Bar. in l. ij. ff. de bonor. poſſeſ. infanti & fur. delat. & in l. ſi is qui. § fin. ff. de tutor. & curat. datis ab his. & in l. nec codicillos. C. de codic. & in l. ſiquidem. ff. ſol. matr. Bald. per text. inibi in l. diuus. ff. de offic. præſid. Bald. in præcitata l. furioſum. itidem in rubr. C. ſi ex falſis inſtrum. doct. in l. mutuum. ff. de acquir. hæred. tex. in c. filij. de hæret. lib. vj. & inibi notant doct. habentes memoriam inordinatam præſumi fatuum. Itidem in eo qui neſcit exprimere quid velit, tex. in c. j. §. ſi verò. de cleric. ægrot. lib. vj. Alex. conſil. lxiij. Bar. conſil. lx. Iaſ. in l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. iij. col. & in d. l. furioſum. C. qui teſta. fac. poſſ. Alex. & Iaſ. in l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de leg. j. Alex. conſ. liiij. vol. j. cum pluribus aliis, quæ ad id adduci poterunt. Signa itidem vltra præcitata, ex quibus furor præſumi poſsit, tradunt etiam doct. in d. c. fin. de ſucceſ. ab inteſt. & in l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. Aret. idem aſſeuerans in l. ij. ff. de teſtam. Dec. optime conſil. ccccxlviij. nec admodum inuitus accedit Alciat. de præſumpt. regula j. præſumpt. xxxviij. & Corn. conſil. xxij. vol. iiij. & quibus illud argumentandum eſt, quod Lanfrancus de Oriano notat in cap. quoniam contra. de probat. §. teſtium. de poſition. Abbas in d. cap. cùm dilectus. Alexand. conſil. lxxx. volum. ij. & iterum conſil. liiij. volum. iij. & in d. l. ſi cùm dotem. §. maritus. ff. ſol. matrim. & ruſus conſil. liiij. volumine iiij. & Socin. explicat hæc in ſpecie conſil. lxiij. voto j. & inibi de fatuo, & demente, & iracundo, ebrioſo, & phrenetico, Alexand. poſt Bart. in l. congruit. ff. de offic. præſid. Bald. in cap. j. an ille, qui interfecit fratrem domini ſui. Ex eadem reſolutione expediri poterit, quod paſsim controuerti ſolet, furorem probari per teſtes aſſeuerantes quem eſſe ſanæ mentis, nec verba ordinata loquentem, ſicuti exiſtimat Nicolaus Bellon. in conſil. lxxiij. num. 2. Bald. in cap. clerici. el primero. nume. 7. de vita & honeſt. per tex. in l. j. C. vnde vi. exiſtimat, quòd vbicunque intellectus abeſt, ibi furor adeſt. Cuius meminit Matth. de Afflict. in deciſ. ccclxv. numero 2.

Quibus admodum nec inuitus accedit Nic. Boër. in deciſ. xxiij.nume. 47. & Sebaſtianus Vantius in tract.de nullitate ſentent. in rubr.xj. de nullitate ex defectu inhabilitatis ſeu mandati comparandi.pag.195.num.15.& hanc eſſe ſufficientem rationem probandi furorem profitetur Corn.in conſil. cccxix.num.7.voto j.& Socin.in conſil.xcij.num.3.vol.iij.

Rurſus illud conſtitutiſsimum eſt, furorem probari, ſi teſtes deponant furioſum ad interrogata minimè reſpõdere, ſicuti exiſtimat Bart. in l. quid tamen. in §.ſi arbiter. ff. de arbit.num.2. cui ſuffragatur Bald.in l.ſolam. C.de teſtib.& in l.conuenticula. num.5. C.de epiſc.& cleric. Bald.in l.data opera.num.35. C.qui accuſ.non poſſ. & Ioan. de Imol.idem profeſſus in c.quoties.n.7.extrà de teſtib.& inibi frequẽtius doct.& pleniori manu in ea eſt ſententia Barth.Soc.in conſ. xcij.num.3.volum.iij.Corn.conſil.cccxix. num.8.volum.j.

Inſignis & admodũ perplexa quæſtio,quæ à iuris vtriuſq; profeſſoribus non infrequenter diſcutitur in hac ſpecie: Si ſanè teſtes deponant,ſcio,ſiquidem præſens fui, vndiq; eum laborantem furore vel dementia: & hos teſtes optimo quidem iure probare exiſtimat Bart.in tract.de teſtib. in verſic. oppoſita prudentia.num.95. pro quo tex. eſt ad id celebris in authent. vt cùm de appell. cognoſc.§. ſi quis de prædictis.in verſic.ſi quis viderit.collat.viij. & inibi ad hoc multum notat Angel.num.10. cuius meminit Iaſ.in conſil.cxlj. num.6. vol.iiij.itidem in l.furioſum.nume.5. C.qui teſtam.fac.poſſ. & inibi Dec.num.28.idem Dec.in conſil.ccccxlviij.nume.7. quibus nec admodum inuitus accedit Corn. in conſil.xxij. vol.iiij.& in conſil.lxxxv.num.1.vol.ij. & ad id adſtipulatur tex.in l.qui teſtamento.§.fin.ff.de teſta. Illud etiam conſtat, furorem probari, ſi ſanè vnicum actum furioſi vel mente capti egerit,ſicuti exiſtimat Ang.in d.l.furioſum.per tex.ad id celebrem in d.l.quidam in ſuo.ff.de cond.inſtit.ſiquidem attendenda non eſt verborum pluralitas vel actuum: & inibi Bald.nume. 1. per illum tex. exiſtimat, quòd totus actus exigitur, quòd ſit perfectus ſine furore vel dementia. Idem profeſſus ſequitur Corn.num.4.& Alex.num.2.inibi Roder. Suares in alleg.j.pag.8.Bar.loco præcitato,nu.95.in tract.de teſtib. & omnium diligentiſsimè Ang. de Gambellionibus in tract.de teſta.in glo.iij.num.2.tametſi aliqua verba ſanæ mentis protulerit, nihilominus ſi fecerit ſigna minimè homini

mini ſanæ mentis conuenientia, furioſus ac demens æſtimandus eſt, Corn. in conſil. lxix. nu. 73. Carol. Ruyn. in conſ. viij. nu. 3. voto iij. Si ad amuſsim omnia, quæ in hoc capite deſiderantur, declarantur, illud conſtitutiſsimum eſt, furorem probari, ſi ſanè memoriam habeat inordinatam, tex. eſt in c. filij. de hære. lib. vj. & inibi Gemin. vbi exiſtimat paria eſſe, quem laborare furore, vel memoriam habere inordinatam. Alex. in l. ſi cùm dotem. §. maritus. nu. 7. ff. ſol. mat. & in conſi. lxxxvj. nu. 10. vel 4. Iaſ. in d. l. furioſum. Dec. num. 29. & Rimin. nu. fin. inibi Barb. in præcitato c. cùm dilectus. num. 3. Dec. conſ. cccccxlviij. num. 2. & Iaſ. in conſ. clj. num. 6. vol. iiij. Ant. Barbie. in d. §. item furioſi. nu. 37. Tho. Gram. in deciſ. ij. num. 1. Catel. Cotta in memorabilibus iuris, in ver. furioſus. Rober. Maran. in præcitata rep. l. is poteſt. nu. 128. Sylueſt. in d. §. furioſi. nu. 2. Paul. Pariſ. in conſ. lxxxvij. nu. 3. vol. iij. extátq; hodie regia l. xiij. tit. j. par. vj. *Otroſi el que fueſſe ſalido de ſu memoria*. & in l. v. tit. v. lib. iij. fori. Idémq; exiſtimat Auicen. fen. 1. & 3. tract. 3. cap. 12. de ſubeth. aſſachar. & eſt tex. in c. legimus. §. ſi verò. de cleric. ægrot. lib. vj. ibi, ſi verò epiſcopus demens ſit, & quid velit, aut nolit, exprimere neſciat. Iaſ. num. 4. & Dec. nu. 29. & Riminal. Marian. nu. fin. in prçcitata l. furioſum. idē exiſtimat Rom. in conſ. cccvj. nu. 5. & Rober. Maran. nu. 28. loco antè citato. Marc. Ant. Barbie. in d. §. itē furioſi. nu. 37. Syluest. in §. furioſi. num. 2. Inſtit. de cur. & omnium diligētiſsimè Pau. Pariſ. in conſ. lxxxvij. nu. 3. & 4. vol. iij. Ad id etiam pertinet, ſi ſanè teſtes deponant, quem non eſſe ſanæ mentis, nec eſſe in recto ſenſu, furorem probari: ſiquidē, qui non eſt in perfecta quiete, exiſtimatur demens, ſicuti exiſtimat Pau. Caſtr. in conſ. clv. num. 2. vol. j. Corn. in conſ. lxxiij. nu. 10. vol. j. quibus accedit Soc. in conſil. lxij. num. 1. & 17. vol. iij. explicat Auic. loco præcitato. Quibus & illud adiiciam, ſi fama feratur quem eſſe furioſum, itidem ab omnibus pro furioſo reputetur: ſufficiens ſiquidem ratio eſt ad furorem probādum vel dementiam, tex. eſt in l. ſi furioſo impuberi. in princ. ff. de curat. fur. & Bald. in §. item furioſi. Inſt. quib. non eſt permiſ. & huius ſententiæ authores habeo Alex. in conſ. liiij. num. 2. vol. j. & in conſ. xcij. nu. 23. vol. iiij. Et rurſus in conſ. cxlj. nu. 2. vol. j. Dec. in conſ. ccccxliij. nu. 4. iterum in conſ. lxxxvj. nu. 7. itidem in d. l. furioſum. nu. 29. Paul. Pariſ. in conſil. lxxxvij. nu. 7. vol. iij. & qui

iſtis noſtris non eſt ſatiatus, videat an ambas (vt aiunt aures) Rober. Maran. in rep. l. is poteſt. nu. 128. ff. de acq. hæred.
Intelligentes in vero demente, non vtique in eo qui ſimulat, vti maximo apice deſeruire videtur text. in l. obſeruare. ff. de curat. furioſo. & in l. diuus. j. reſponſo. ff. de offic. præſid. quorũ ratio quominus in hac quæſtione militet, ſanæ mentis nemo vnquam defitebitur, & nos alio fortaſsis loco dicemus. Inſignis tamen differentiæ ratio inter furioſum & mente captum aſsignari videtur à Baldo locis paulò antè citatis: Siquidem furioſus eſt, qui cum rabie furoris euidenti furore laborat: longè quidem aliter mente captus in hac ſpecie ille cenſetur, cui mens & conſilium deficit, minimè tamen furoris morbo laborat. In quo dubio pleraque doct. reſponſa extant apud Iaſ. in l. furioſum. nu. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. & quilibet qui huiuſcemodi artem mediocriter calleat ingenuè hoc fatebitur. Idem exiſtimat Bal. in l. furioſi. C. de nupt. Anan. in c. ad audientiam. nu. 9. de homic. Fulgoſ. in conſ. lxxix. num. 1. & 2. Boër. in deciſ. xxiij. num. 42. Steph. Bertrand. in conſ. clxxviij. nu. 4. vol. iiij. primę impreſsionis. Ign. in l. iij. §. ignoſcitur. nu. 82. ff. ad Syll. Sylueſt. Aldobran in §. furioſi. nu. 2. Inſt. de curat. Pau. Pariſ. cõſ. lxxxvij. nu. 11. & in conſ. lxxxviij. n. 5. vol. iij. In hoc capite ſolet verſari quæ-
7 ſtio illa, quæ doct. capita torquet, an † qui ante furorem crimen cõmiſit, poſsit iuſtè furore affectus, pœna corporali puniri? Bal. in pręcitata l. furioſum. itidem in l. humanitatis. C. de impub. aſſeuerat hũc non eſſe puniendum. Siquidẽ ratio potiſsima pœnæ in hoc extat, ꝙ afflictione afficiat ipſum puniendum, quæ ſanè ratio in furioſo deficit. Qua ratione ſic perpẽſa, eandẽ opinionẽ plures ſequuti ſunt, eámq; frequentiori doct. placito receptã eſſe profitetur Iaſ. in l. ex facto. nu. 30. ff. de vulg. idem col. pen. in præcitata l. furioſum. Iac. Bau. vbi ſuprà, Bar. in l. cõgrui. ff. de offic. praſid. Dec. in d. l. in negotiis. Bal. in d. c. j. Ang. de malef. in verbo, ſcienter & dolosè. & Hip. in l. j. ff. de ſicar. & omnium diligentiſsimè Ludouic. Carrer. in pract. crim. §. vj. nu. 14. quo in loco profitetur eſſe communem, ex eo, quia non poteſt formari proceſſus contra furioſum, vti exiſtimat Bald. in d. l. humanitatis. & plerique alij in ea ſunt ſententia in l. ex facto. & in d. l. furioſum. quibus in locis apud Alexand. Iaſonem, Aretin. plura extant in hac ſpecie commentaria: ſiquidem is criminis reus
cùm

cùm eſſet ſanæ mentis,delictum commiſit,ac poſtrema ſententia iudicis lata condemnatus fuerit: ſi vtique poſt ſententiam condemanatoriam furore laboret,executio ſententiæ minimè fieri debet,etiam ſi proceſſus legitimè factus eſſet cum delinquente ſanæ mentis tempore: ſi ante iudicij executionem furor adueniat,minimè conuenit ratio pœnæ huic punitioni,quæ in furioſum furoris tempore fit: ſic Bal. & alij probant:Maine.in l.ferè.ff.de reg.iur.fol.302. col.j.& eſt adhuc in hac ſpecie communis opinio,teſte Iaſ.in præcitatis locis, Bald. in l.j.C.de profeſ.& in l.humanitatis.num. 46. C. de impub. & aliis. idem & Alber.in cap.j. tit. an ille, qui interfecit fratrem domini ſui. in vſib.Feud. in fine prin. Quibus admodum nec inuitus accedit Ioan. de Imola in c. Raynutius. num.143. de teſtam. Tametſi in alio celebri loco vltrò citróque dilatando chartas pluribus remiſsionibus cogitandam hanc quæſtionem reliquerit in l. ex facto. ff. de vulg.& pupil. num. 22. & huius ſententiæ authores habeo Alexand. in dicta l.furioſum. ea ductus ratione, quia furioſus mortuo vtique comparandus eſt, vt paulò ante meminimus: & mortuus puniendus non eſt, ſicuti exiſtimat Cinus in præcitato cap.ij. & hanc eſſe frequentiori doctorum placito receptam ſententiam exiſtimo.

Cæterùm ſuffragatur: Furioſus loco abſentis exiſtimandus eſt,qui quidem minimè condemnari poteſt, ſed pati tantùm bonorum condemnationem. l.ij.§. furioſus. ff. de iure codicil. text. ad id præſtantiſsimus in l. vbi non voce. verſic. fin. ff. de reg.iur. Paul.Pariſ. conſil.100.num.13.vol.ij.quinetiam loco abſentis vtique cenſetur, non contumacis: ſiquidem in eo contumacia non datur, text. in l. furioſo. ff.de re iudic. & inibi gloſ. & doctores. paſsim & in ſpecie in ea eſt ſententia Aret. in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil. ad finem.

Ex quo iuris appendix deducitur, hac noſtra tempeſtate abſentem damnari poſſe iure Regio, tametſi iure Cæſareo non.l. abſente. ff. de pœnis. in aliquos caſus, quos explicat Bart. in l. lege. §.& qui hoc.de ſicar. iure regio abſens condemnari poteſt.l.iiij.tit.iiij.libro ſecundo.fori.l.vij.tit.viij. par.iij.l.vj. tit. *de los inyzios*. libro tertio ordin.& pragmatica ordinis iudiciorum.xij. fol. 188. & l.lxxxj. Tauri. Epiſcopus Callagu. in practica criminali. cap.cxlij. furioſus ſiquidem damnari non poteſt. Nec vtique obſtat ſi quis recti *Abſens iure regio condemnatur.*

limitatique iudicij vir ſubiiciat furoris morbo laborãti curatorem dari poſſe, ſicuti etiam datur minoribus, ac proinde condemnari, quod quàm ſit ab ſcopo veritatis deuium, nemo ſanæ mentis deſitebitur. Siquidem minoribus conceditur vt acceſſorium, vt maximo apice deſeruire videtur text. in l.clarum.C.de authorit.præſtand. longè quidem aliter furioſo datur, potiſsimum vt in eo iudicium vtique fundetur.

Secundo iſthæc ſententia conueſtiri poſſet iuris adagio, furioſus mortui loco exiſtimatur, text.ad id præſtantiſsimus in l.bono.ff.rem ratam haberi. At ille poſt eius obitum condemnari non poteſt, nec vtique aliqua pœna affici, vt in l.defuncto.ff.de pub.iud.id etiam ſequitur, nec furioſus poſt furorem. Et hanc eſſe frequentiori doctorum calculo comprobatam ſententiam exiſtimat Iaſ.ad fin.d.l.furioſum. itidem in l.ex facto.ff.de vulg.col.x.nu.30. & inibi Rip.nu.73.Flor. in l.ſed & ſi quæcunque.§.iniuriam.ff.ad legem Aquil.ad fin. Ang.de maleſ.in verbo, ſcienter, & doloſo.iiij.col.Hipp.in l. j.ff.ad l. Corn.de ſicar.col.vj.nu.58.à Doctoribus multiplici veſte ornatur iſthæc quæſtio, vt etiam frigore intentiſsimo caleſcat, tametſi non deſunt doctores in albo primariæ doctrinæ poſiti, qui contrariam profiteantur ſententiam. Siquidem Romanus in præcitata l.furioſum.qui tametſi inuitus fatetur Baldi opinionem in praxi ſeruari, licet à veritate deuia ſit.

Nec deſunt præter doctores aliquot fundamenta: & primò, qualitas poſt delictum perpetratum ſuperueniens pœnam vtique mutat, vt maximo apice deſeruire videtur. text. in l.j.verſ.per contrarium.ff. de pœn.& inibi Bart.Alb.ad id multum notant, & argumento optimo deſeruire videtur. tex.in l.ſi quis decurion.ff.de falſ.

Secundò conueſtiri poſſet ex præc.l.j.ff.de pœ.aſſeuerans in delictis publicis, in quibus quidem à iure ſancita eſt pœna.attendi tempus commiſsi delicti, quòd locum, tempus, & pleraque alia, quę quidem delictum augent vel minuunt, text.eſt ad id celebris in l.quod ait lex.§.fi.ff.de adul.& inibi Bart.& paſsim doct.pari quidem ratione, etiam quòd perſonam, vti tota ferè vtriuſque iuris ſchola in hoc conſentit.

Tertiò ſuffragatur tex.ad id præſtantiſsimus in l.fin.§.ſed cùm antiquitas.C.de cur.furio.in quo tex.id vnum conſtitutiſsimum eſt filium commitentē cauſam ingratitudinis, ac deinde

deinde furoris morbo laborat, exhæredari quidẽ poſſe: ad quod inibi meminêre ad id notantes. Itidem in l.ex facto.ff. de vulg. Poſtremò adſtipulari videtur huic ſententiæ illud tritum iuris adagiũ, quo paſsim quæri ſolet: Cõmittens peccatum mortale tempore ſanæ mentis, ac deinde furoris morbo laboret, à vitáq; diſcedat eodem morbo laborans, immunis equidem apud Deum non erit, ſecundum Theologos, ac canonicæ philoſophiæ authores in cap.maiores.de baptiſ.& huic ſententiæ ſe ſcripſit Bar.in l.nunquam. §.ſi vi aut clam. ff.de vſuc.qui quidem tex.ad id celebris eſt aſſeuerans quòd ſi exiſtenti in mala fide ſuperueniat furor, quo ad omnes iuris effectus, mala fides durare cẽſetur. Iaſ.in d.l.furioſum.& aduerſus hanc omnium receptam ſententiam opponit text. in d.l.diuus. Quo in loco Mar.& Cõmodus Cæſares reſponderunt, furoris morbo non eſſe dandam veniam in criminibus puniendis. Cuius ſententia tunc obtinet, quando furor ſimulatur ad euadendã punitionem: vel ſanè, vbi ob dilucida interualla maxima eſt præſumptio crimem commiſſum eſſe tẽpore ipſo, quo illi aderat ſana mẽs, vt conſtat ex eiuſdem reſponſi ſerie:& adnotata ſunt, vbi tex.inibi, nec morbo eius danda eſt venia: ſi morbo, ergo furori: ſiquidem qualitas adiuncta verbo, ſecundum tempus verbi, cui adiicitur, intelligenda eſt, vti explicat textus in l.in delictis.in §.fi.ff.de nox. nec vtique obſtare videtur, ſi aliquis recti limatique iudicij vir obiiciat inibi contrarium probari. Siquidem tex.aſſeuerat principem eſſe conſulendum, an pœna dignus ſit necne: quod minimè obſtare nemo ſanæ mentis defitebitur. Siquidem clarus perſpicuúſque intellectus illius textus is eſt, ſi ſanè ſit inſigne dubium ſuper ipſo facto, vel iure, & iudex nec vtique poſsit diſcernere, an commiſerit delictum ante vel poſt furorem: in hoc dubio princeps conſulatur, ſicuti in hac ſpecie ita explicat Alber.inibi, & Bartolus in l.cõgruit. eodẽ titulo. & regia l.ix.titulo primo.part.vij.& regia l.xv. tit.j.pag.j.& denique huius ſententię authores habeo contra Bald.& communem ſententiam Franc.de Albergo.de Aret. Qui quidem ſub diſciplina Bart. militauit: is, inquam, in d. l.furioſo. Lud.Rom.in prac.l.furioſum.ad ſi.C.qui teſt.face. poſſ.Iaſ.in l.ſi ſeruum.nu.7.ff.ſi ex noxali cauſa agatur. Barbatius in cap.literis.de reſcript.fin.col.Iaſon in l.ex facto.de vulg.& pupil.col.x.num.30. In quo dubio in praxi minimè

Quando furor ſimulatur.

eſſe recedendum à Bal.& frequentiori calculo recepta ſenten tia exiſtimat ex eadem reſolutione, ſi ad amuſsim omnia de clarentur, quæ hic deſiderari videntur.

Et illud adnotandum eſt, ad totius iſtius capituli coroni-
8 dem: †ille, qui ſemel furoris morbo laborat, ſit vtique in du bio præſumendus ſemper furioſus, & præſumi exiſtat. gloſ. in capit. cùm dilectus. verbo, compotem. de ſucceſ. ab inteſt. quam inibi ſequuntur Anton. de Butrio, Abbas & plerique alij doct. paſsim: ad id adnotant doct. in d. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. Anchar. Card. in clem. ſi furioſus. n. 4. de homic. Cuius meminit aſſeuerans eam ſingularem Lanfran. de Oria. in cap. quoniã contra falſam. de probat. verbo, teſtium. fol. vlt. & Præpoſitus col. ij. in præcit. c. cùm dilectus. idẽ profeſſus exiſtimat communem eſſe. Cui ſimilis eſt gloſſa in c. indicas. iij. quæſt. ix. Quam ſequitur Iaſon in dicta l. furioſum. & Aret. in præcit. l. ij. Alexand. in conſ. cxlvij. nu. 7. cum aliis ad quatuordecimum vſque, vol. vj. itidem conſ. xcij. n. 16. vol. v. & rurſus in conſil. lxxxvj. nu. 12. vol. ij. ac iterum in conſ. cxlj. n. 4. vol. j. Et huic ſententiæ accedit Iacob. de Sancto Georgio in l. nec codicillos. nu. 3. C. de codicillis. & in l. hoc colore. nu. 3. ff. de inof. teſtamen. & Suarez in allegation. j. pag. 10. verſic. confirmãtur etiam prædicta. Quod intelligendum eſſe exiſtimo, ſi vtique conſtaret furoris morbo laborare quodam tempore continuo, nempe per menſem, vel annum: longe quidem aliter, ſi probetur in aliquot actibus furioſum fuiſſe, non enim pręſumitur adhuc illum furorem durare, ſicuti exiſtimat in hac ſpecie Bartol. in l. ſecunda. ff. de bon. poſſeſ. infant. delat. Quem ſequitur Iaſon idem profeſſus in dicta l. furioſum. numero tertio. Alciatus omnium diligentiſsime in tractatu de præſumptionibus, reg. ſecunda, præſumptione xiij. quibus ſe ſuſcripſit Stephanus Bertrandus conſilio xlviij. numero 24. & plerique alij in ea ſunt ſententia, & ferè vtriuſque iuris ſchola idem conſentit.

Secundò iſthæc frequentiori calculo recepta ſententia eò maximè procedit, & dicti furoris præſumptio quo ad actus, qui paulò poſt furoris tempus aguntur, ſiquidem tunc tempore actus geſti præſumitur eſſe in furore, vti argumento optimo deſeruit textus in l. ſi ventri. in §. finali. ff. de priuileg. cred. & in capitulo officij. de elect. & in l. lecta. in verſic. diſcedam. ff. ſi certum petatur. & in l. petens. cum aliis. C. de pactis.

pactis.longè quidem aliter quo ad alios actus,qui longo interuallo poſt furoris tempus arguũtur : in hoc dubio ita explicat Imola & Aretinus columna tertia.in l.j.ff.de verbor. obligationibus. Ancharan.in clemen.j. de homicidio.finali columna.& ſignanter Bertrandus, loco paulò antè citato:atque hac ductus diſtinctione intelligens gloſſas præcitatas exiſtimat Bald.& inibi Alexan.& Iaſon in dicta l. furioſum. vbi Philippus Corneus numero quarto. Et huius ſententiæ graues authores habeo, ſiquidem Ioan.de Imol.in l.qui teſtamentum.§.furioſum.ff.de teſtamen.in ea ſit ſententia,cui Bald.accedit.& Marcus Antonius Barbier. numero 26.in §. item furioſi.Inſtitu.quibus non eſt permiſſ.facere teſtamen. Angel.Aretin.in §.teſtes.Inſt.de teſtamen.Florianus de ſancto Petro in l.ſed etſi.in §.iniuriarum.num.6.ad leg. Aquil. ff.Alexand.in conſil.lxxxvj.num.13.vol.ij.Stephanus Bert.in conſ.xlviij.n.24.vol.j.& impreſsionis:& omnium diligentiſſimè huic accedit ſententiæ Nicolaus Boer. in deciſ.xxiij.n. 89.Barthol. Cæpola in præcitata l.ob quæ vitia.§. idem Iulianus.nu.52.ff.de ædilitio edicto. quibus admodum conuenit Carolus Ruyn.in conſ.lxvij.nu.9.vol.j. apud quem plura extant doctorum reſponſa in hac ſpecie.Pro qua communi conſenſu recepta ſententia adſtipulatur gl.in c.cùm inter canonicos.in verbo, reſolutus.de elect. quæ expreſsim hoc ipſum vult hiſce morbum durare, ni prorſus contrariũ probetur,ſicuti inibi exiſtimat Io. Andr.& Anton.de Butr. Cuius gloſæ concluſionem profeſſus meminit Marc.Ant.Barb. in præcitato §.item furioſi.n.25.Inſti.qui.non eſt permi.fac. teſt.Iaſ.in d.l.patre furioſo.n.5.& Roder. Suar. loco præcit.

Tertio iſthec ſententia ſtabiliri poſſet celebri Bartoli doctrina in l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus.ff.ſol.matr. Vbi aſſeuerat, ſi quiſpiam aliquo morbo laboret,ſi probetur furor,vtique in futurum præſumitur duraſſe. Cuius meminit idem profeſſus Angel.de Peruſ.in conſ.cxxxvj.artic.penul.& hanc Bartoli ſententiam mirabilem exiſtimat Franc. Aret.in l.in eod.numero 2.ff.de teſtamen.

Verumenimuerò quod attinet ad furoris probationem, adhuc†aſſeram audacter teſtes vtique ſingulares ſufficere,ſicuti exiſtimat Innoc. quem plerique alij ſequuntur in cap. 9
qualiter & quando.el ij.itidẽ in c.cùm oporteat.& ibi Imol. de accuſ.Specul.tit.de inqui.§.j.verſ.ſed quid ſi vnus.& in §.

nunquid tractemus.verſiculo quid ſi miles. & in titulo de teſte. in §.iam de interrogatore.verſ.item à tempore. Baldus in l.prima.C.qui nu.tut.ſe excuſ.Bartolus in l.de minore.ff. de quæſt.vbi in ea eſt ſententia: ſi ſanè teſtis de vno furoris actu deponat, & alius de alio. probationem vtique faciunt. Huic ſententiæ ſe ſubſcripſit Decius in conſilio ccccxlviij.numero 8.& in l.furioſum.numero 30.C.qui teſtam.facere poſ. Alexan.in conſ.xcij.numero 20.volumine quinto.& in conſ. cxlvij.numero 20.vol.iij.& in conſil.lxxxvj.numero 11.vol. ij.& conſ.cxlj.nu.2.volum.j.Stephan.Bertran.in conſ.xlviij. numero 22.vol.j.Paul.Pariſ.omnium diligentiſsimè in conſilio lxxxvij.num.8.vol.iij.& Arnal.Lamber.qui niuibus hybernis pleroſque doctores allegat in cap.j.quæſt. xiij.nu.50. de hære.lib.ix.Carol.Ruy.conſilio lxvij.numero 8.volum.j. Robert.Maran.in repet.l.is poteſt.numero 130.ff.de acquir. hæreditate. Ea ratio aſsignari poſſet:ſiquidem iſti teſtes minimè deponunt ſuper aliquo facto in ſpecie,ſed vtique in genere,aſſerendo quem eſſe furioſum. Quod equidem probari poſſet per pleraque alia ſpecialia,quæ Bart.probat in l.Titia.ff.de ſolutionibus. Nicolaus Boër. in deciſione xxiij.nu. 44.Felinus in capitulo licet ex quadam. in ſecunda limitat. extrà de teſtib.& Paul.Pariſ.in conſ.lxxxvij.nu.8.

SVMMARIVM.

1 *Vini vſus fuit interdictus apud pleroſque populos olim, & plures vini deteſtationes inſcribuntur.*

2 *Ebrium non pœna delicti ordinaria, ſed iudicantis arbitrio affiſciendum eſſe.*

3 *Tres eſſe conſiderandos actus homicidio ab ebrio commiſſo.*

4 *Clerici vel epiſcopi, qui immoderatè potionibus incumbunt,ſi moniti non deſiſtant,deponũtur, & à communione fideliũ priuantur.*

5 *Si quis hominem tempore ebrietatis occiderit,irregularis eſt.*

De ebriorum pœnis quædam veterum reſponſa adnotata. Cap. XXX.

Lex Solonum in ebrietatem.

EBRIETATEM in maximis viris adeò perſoſam conſtat, vt Solon Athenienſium legiſlator legem ſtatuerit, cuius verba hæc erant: Princeps ſi ebrius deprehendatur,morte mulctetur.Plutarchus in inſt. Laconi.vt ebrietatis quoque

quoque turpitudinem fugiendam eſſe oſtenderent Lacedemonij, ruſticos ſeruos multo mero ingurgitatos in iuuenum conuiuia inducebant, vt cernentes adoleſcentes temulentorum inſaniam deformem,præcipitémque furorem, ſobriè honeſtéque viuerent, & ebrietatem tanquam rem turpem & abhorrendam fugerent. Qua occaſione nacta, antiquitus lata lex fuit: ac † vſu receptum eſt apud pleroſque po- 1 pulos, quòd vini vſus eſſet interdictus fœminis, ſicuti apud Romanos obſeruatum fuiſſe commemorat Dionyſius Halicarn. libro ſecundo. Polybius idem profeſſus libro ſexto. Marcus Cato in Orat. pro dote. Tullius lib. tertio de natura Deorum, itidem libro tertio, de republica. Valerius Maximus de ſtatutis antiq. Plinius lib. 14. cap. 13. pleraque id genus alia coniecit Plutarchus in problem. Roman. Tertul. in Apolog. cap. 6. Quibus accedit Ambroſ. in Epiſt. Pauli ad Colloſſenſes, cap. 3. & Aulus Gellius libro 10. cap. 23. Lactantius libro primo, cap. 22. Hiſque accedit Blandinus libro 5. triumphantis Roman. ſcribit inſtrumentum dotale legiſſe ante annos plus minus triginta apud Romanos vſu receptum eſſe, cùm patri puellæ ſponſus promittebat, quoties peperiſſet, vinum illi octo primis diebus, quantum deceret, bibendum daret: Itidem de medici conſilio, quandiu ægrotaſſet, inſuper omni feſto ſolenni die, potu illa vnico oblectaret, rurſus de Milleſiis Theophraſtus meminit, & Cælius vir antiquitatis peritiſsimus lib. 15. Antiquar. lect. cap. 6. idque perquàm maximè reipublicæ conuenit, vti fœminæ abſtemiæ ſint. Et Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. itidem lib. 6. cap. 3. & ſanctus Thom. ij. ij. quæſt. cxlix. art. iiij. & Plato lib. 2. de Legi. exiſtimat legémque latã fuiſſe, vt pueri vſque ad decimumoctauũ annum vini vſum prorſus ignorarent, nec oportere ignem igni in corpus atque animam ſuggerere, anteà quàm viri effecti ſubire labores incipiant, deinde vino moderatè vtantur vſque ad ætatis annũ trigeſimũ: ab ebrietate verò & vini repletione iuuenes omnino abſtineant. Hæc ille. Et Plato in Timæo, & rurſus lib. 2. de Legibus, Interdicit vino pueris vſque ad annum duodeuigeſimum, ne ignis (inquit) igni addatur. & Galenus lib. cui titulum fecit corporis temperaturam animi mores ſequi. §. ſiquidẽ omnis mulier vinolenta, eadem quoque meretrix eſt: vti hac in ſpecie exiſtimat diuus Chryſoſt. enarrãs illud Matth. c. 1. Cùm eſſet deſpon

deſponſata mater eius Maria,&c.qua nacta occaſione mulieres ſua ingluuie,voracitate, bibacitate, victus intemperantia,ſunt podagræ obnoxiæ, vti exiſtimat Hippocrates lib. 8. Aphoriſmorum.c. 29. & pluribus luculentiſsimiſque verbis idem profitetur Galenus in enarratione eiuſdem Aphoriſ. 29.cui ſententiæ concinit,quod ſcribit elegantiſsime doctiſſiméque Sen.ad Lucium,Epiſt. 95. & his accedit pleraque id genus alia cõgerens Petr. Aponen.tunc Philoſophus,& medicus magni mehercule nominis in Conciliatore, differẽtia 9.& rurſus in problematum Ariſtot. lib.10. c. 37. Cæterùm Promachus bibaciſsimus omnium iudicatus palmam meruit,& corona vnius talenti à rege donatus eſt, morbo præ ingluuie atque illuſione ſubitò correptus,poſt tertium diem interiit,& cum irriſione omnium pompa funeris magno comitatu ei celebrata eſt, ex Plutar in Apopht. hæc eſt ille (inquit)helluonum potandi ratio,vt quò magis potent, eò magis ſitiant.Scitè illud dici poteſt in omnes,quod Scytharum legati in ſolos Parthos dicebatur, qui eos quantò magis bibant,tantò magis ſitire affirmant.Fuit etiam Alexandro hoc turpiſsimum,quòd poſt multas victorias opiparum lautúmque conuiuium amicis compluribus ſuis prębuit,in quo meracæ potationis certamen exhibuit, & palmam coronámque victori propoſuit. Poſtremò Philippus Macedo,& Alexander eius filius,vterque rex, nimia vini auiditate quamplurimas virtutes obſcurauit. Quibus memoria repetere libet in Imperio tria monſtra ſucceſsiſſe,ſicuti Platina ſcribit in vita Pontiani primi huius nominis pontificis. Diadumenum, Macrinum, & Albinum. Albinus autem ſicuti ingluuie deditus erat:quia quicquid quæſierat ventri donabat auaro,ob edacitatẽ nomen cepit, qui centum Perſica campana,decem melones Hoſtienſes,quingentas ficos paſſarias,quadraginta oſtrea vna cœna comedebat, poſtremò luxui, & continuo otio deditus,fuit & gladio à militibus impetitus: eſt author Ioannes Igneus in l.neceſſarius. §. non aliàs.numero 859. ff. ad Senatuſconſultum Syllanianum. hinc & illud de duobus Imperatoribus memoria proditum eſt Tiberio, & Albino edacior & bibacior:Scribunt nonnulli ſæpe vno die vini amphoram bibiſſe,& libras carnis quadraginta, alij ſexaginta vno die comediſſe, tantæ craſsitudinis exiſtimarunt eſſe, vt ſudore ſui corporis (quem calice excipiebat) tres ſextarios
imple

impleuerit, policémque adeò pinguem habuiſſe, vt vxoris dextrocherio pro annulo vteretur: ab eo inde ortum eſſe prouerbium, ſicuti exiſtimat Igneus loco præcitato. nu. 862.

Memento homo, cùm vinum potas, te terræ ſanguinem haurire: ebrietas multa mala fecit, vt conſtat ex Geneſeos cap. 9. ſiquidem Noe ebriatus vino, dinudatus eſt in tabernaculo, ſuúmque punit authorem. Loth etiam inebriatus inceſtum cum filiabus commiſit, Geneſeos 19. & Leuitic. 10. Quicunque votum fecerit Domino, à vino abſtineat. Num. 6. etenim prima tentatio filiorum Iſraël in deſerto ſane fuit de potu. Exod. 27. Ammon in conuiuio Abſalon temulentus occiſus fuit. 2. Regum. & 3. Regum 20. Holophernes bibit multum vinum, & Iudith ipſum interfecit. Iudith 13. & Eſa. 22. Ptolemæus conuiuium fecit ſummo ſacerdoti, ac duabus filiis eius: cùm ebriati eſſent, occidit eos. Machab. 16. & ſanctus Thomas ij. ij. quæſt. cl. artic. vltimo, explicat quendam Pithagoricum legem ſtatuiſſe, grauiori pœna eſſent afficiendi ebrij, quàm ſi ſobrij deliquiſſent: ſicuti explicat Philoſophus 2. Politicorum. Qui enim ebrietatis crimen parum eſſe exiſtimat, audiat Apoſtolum Paulum dicentem: Nec fornicatores, nec Idolis ſeruientes, nec maſculorum concubitores, nec auari, nec adulteri, nec ebrioſi regnum Dei poſsidebunt. Cognouit & Homerus libro 6. Iliados potum maximè noxium eſſe & corpori & animæ: vir inebriatus vacillat, & ab impubere puero ducitur animam habens humidam, ignorans quorſum eat: modeſtè tamen admodum vtile eſt, vti hac in ſpecie explicat Plinius libro 14. cap. 5. & Paulus Aegineta lib. 1. cap. 95. etſi ſacris ſcriptoribus Salomon Eccleſiaſt. 31. pluribus in locis, multum autem, & immoderatè bibere, multorum malorum cauſa eſt, profitetur Galen. libro de ſubſtantia potentiarum animalium, capite tertio. & inibi libro, cui titulum fecit, quod mores animi temperamentum corporis ſequantur Alex. Aphrodiſ. libro ſecundo Problematum, capite 89. & ex Plauto conſtat non vinum moderari, ſed vino ſolent, qui quidem probi ſunt. & Plinius ait, homini cicuta eſt vinum, & Plautus, nimis eſt vtile vinum atque amor, ſi ebrio atque amenti impunè facere quodlibet licet. Itidem Plaut. magnum vitium vino eſt, pedes captat, primum luctanti doloſus eſt: & dubio procul ex Ouidio conſtat, dum ait,

Vina

Vina parant animos Veneri.

In vinum confertur plerunque culpa: Quod ſi loqui poſſet,ſe defenderet. Quibus admodum carmina Propertij adſtipulatur,

Vino forma perit,vino corrumpitur ætas,
Vinum memoriæ mors.

Et id perquàm maximè conſtat ex Sophoc. & Charet. Græcis authoribus,quos refert Stobæus de cont. & ſobriet. ſer.17.in hæc verba.

Ventrem modis omnibus refrænare coneris.
Venter & multorum capax & paucorum.
Ventrem Deus odit,ventriſque epulas: propter iſta enim temperantia ſoluitur.

Et ex Simonis Epiſtola ad Ariſtippum dubioprocul conſtat in hæc verba profeſſus, famis atque ſitis non obliuiſci oportet: multum enim poteſt apud ſobrietatis ac prudentiæ ſtudioſos. Et ex Demoſthene conſtat,Socrates rogatus,quoniam à cæteris hominibus differret: reſpondit, alij quidem viuunt,vt ædant:ego ædo, vt viuam. Et Plato ſæpius ſiti laborans è puteo hauriebat aquam,iterúmque fundebat, vt ita cupiditatem caſtigaret: nimium vinum ſemper eſt malum. Et ex Theog. ſententia conſtat Græci authoris,

Turpe eſt virum ebrium apud ſobrios eſſe,
Turpe item ſi ſobrius cum ebrijs fuerit.
Vinum ſi bibas multum,noxium eſt: at ſi quis ipſum bibat prudenter,iam non malum,ſed bonum eſt.

Et ex Theognide conſtat,

Quiſquis bibendo modum ſuperauerit,is non amplius ſuæ linguæ compos eſt,nec mentis,
Verba effatur balba,quæ ſobrijs dedecus ſiunt. Nullo enim quolibet agendi pudore ducitur, quandiu fuerit ebrius: Qui prius ſapiebat,tunc ſtultus efficitur. Hæc tu animaduertens, vinum ne ſupra modum ingurgitaueris.
Sed prius ſurge,quàm inebrieris, ne te ſibi ſubijciat venter, tanquam mediaſtinum improbũ quotidianis laboribus inſeruientem.
Tam ſtolidi,quàm ſapientis vinum immoderatè potum leuiſſimum reddit animum.

2 Cæterùm & illud obuium eſt plurimum quidem † potum maximum noxium & corpori & animo, ſicuti Plin. author eſt, & Paul. Aegineta his in locis, quibus & anteà meminimus:

mus:nec id latuit Homero lib.6.Iliados:

Nec mihi vinum afferas dulce veneranda mater,
Ne me enerues,roboris autem anteà vigoriſque obliuiſcar.

Cuius ſignanter meminit Galenus libro de ſubſtantia potentiarum animalium,cap.3.Itidem libro,cui titulum fecit, quod mores animi temperantum corporis ſequantur. Quibus in locis citat ſententiam Theognidis,dum cecinit,

Vinum potatum multum malum:ſi verò quis ipſum potarit prudenter,non malum,ſed bonum.

Et Artemidorus mirum in modum id explicans huic accedit ſententiæ de Somniorum,libro primo.cap.63.Alexander Aphrodiſæus libro ſecundo Problematum,cap.89.libro ſecundo Epigramm.Græc. quod ſic vertit Gellius linguæ Latinæ author.

Sumere nec nimium Bacchi valet optimus vſus:
Nec nimium hinc mæror,prouenit inde furor.

Quibus & illud adiiciam,quod ſi modeſtè vinum ſumatur, admodùm vtile eſt,ex Plin. & Paulo Aegineta: his in locis, quibus & anteà meminimus. Et conſtat ex Homero libro 6. Iliados,

Viro autem feſſo robur magnum vinum auget.

Itidem lib.14.Iliados aſſeuerat Bacchum gaudium eſſe hominibus.Et Virg.lib.1.Aeneidos,

Tum victu reuocant vires fuſiq; per herbam
Implentur veteris Bacchi.

Et Valerius Flaccus lib.:.Argonauticum,

Cæteris tum munere feſſas,
Reſtituunt vires,& parco corpora Baccho.

Plinius lib.12.c.1. Galenus huic etiam accedit ſententiæ libro Tegn.3.c.12.Hippocrates lib.7.Aphoriſmorum,cap.72. Et Homerus aſſeuerat lib.Odyſſ.2.vinum ipſum dare vires, & audaciam,dum ſcribit:

Vinum & farinam,ſiue polentam eſſe medulam
Hominum.

Itidem Homerus lib,20.eiuſdem operis & lib.9. Iliados ad finem ſcribit:

Nunc quidem dormite delectati dilectum cor
Cibo & vino:hoc enim robur eſt,& fortitudo.

Itidem lib.19.eiuſdem operis,cuius meminit Alex.Aphrodiſæus lib.2,Problemat.c.72.Et Macedonius ſignanter Epigram

gramma confecit, quod extat inter Græcorum Epigrãmata.

Febre laborantem medicus me inuiſerat intrò,
Vixque ingreſſus, ait, tollite vina procul.
Tantum indulſit aquam miſero, miſer ipſe, nec audit
Quod vinum eſſe hominum robur Homerus ait.

Et pleraque id genus alia, quæ curioſis coniicienda relinquo, candido lectori obuia erunt. ex Homero lib. 4. Iliad. & lib. 2. Odyſſeæ, Gellius lib. 17. cap. 8. Macrobius lib. 7. cap. 12. Dioſcorides lib. 5. cap. 839. Plinius Togatorum princeps, lib. 14. c. 5. Lyricus Horatius lib. 2. Sermonum, Satyra 8. feruida vina appellet, Plato lib. 2. de legibus. Plinius lib. 14. cap. vlt. Homer. lib. 5. Odyſſeæ, apud quos plura alia reperiet candidus lector, quæ (ne chartæ diſpendiũ ferant) conſulto miſſa feci. Vſqueadeò delicatum eſt, & ingluuiei deditum noſtrum ſeculum, vt ſicuti Muſicę, & medicinalis artis, ita etiã culinariæ extent commentarij, qui gulã deliciis titillare docent, ſanitati nocent. Hinc fit, vt qui ferculis deliciãtur, lõgè minus ſalubri valetudine fruantur. Sunt pleriq; alij hac noſtra tempeſtate delicatuli, picam expertis mulieribus nõ diſsimiles. Nam & ipſi, veluti illæ, familiariſsimos cibos faſtidiunt ore ventriculi corrupto. Itaq; vt ferrũ inutile acie noua ſemper eget, ſimiliter & illorum ſtomachi inter edendũ, acui nunquam non poſtulant, ſiue mero ſiue aceto, ſiue acerbo aliquo condimento. Quantum ab iſtis differt Lacon ille, qui cùm conſpexiſſet quandam pretioſam auiculã ſibi appoſitã, prę faſtidio renuere: At mihi, dixit, etiam vultur & hircus ſapiunt. Siquidem loco ſemel dato cupiditati in immenſum creſcit. & hoc ſibi peculiare habet ciborum atque potus luxuria, vt ſemel cœpta, magis magiſque augeatur: & ex ſententia Xenophontis conſtat lib. 1. de dictis & factis Socratis. Socrates cibo tam parcè vtebatur, vt iucundè comederit. Atque ad illum ita ibat paratus, vt pro obſonio ſibi eſſet cupiditas comedendi. Potus verò omnis erat ei gratus, proptereà quòd nunquam bibebat, niſi ſitiret. Et ex ſententia Platonis conſtat: Gubernator ebrioſus, & quiuis cuicunque rei præfectus omnia ſubuertit, ſiue nauigium, ſiue currum, ſiue exercitum, ſiue quamcunque rem fidei ſuæ commiſſam. Homini voluptatibus ſeruienti, nullam vnquam virtutem conuenire. Quid enim intereſt inter hominem incontinentem & beluam? Nam quicunque ea, quæ optima non ſint, cogitat, volupt o

luptu o

luptuoſa vero omnibus quærit modis exequi, quid à pecudibus differt? Solis igitur continentibus licet ea cogitare, quæ optima ſunt, & dicere ac facere, ac rerum quidem diſcrimina ſecundum genera diſgregare, bona eligere, mala ſecludere, quò optimi atq; felicisſimi reddãtur, & bonorum docti ratiocinatores. Quas ob cauſas edendum eſt vt viuamus, nõ vt voluptuemur. Et bonam hominũ partem viuere existimo, vt edant: temperantia dediti edunt, vt viuant. & pleraq; id genus alia, dilatando chartas quãplurimis remiſsionibus extãt apud Stob. in ſententiis ex theſauris Græcorum deductis, ſerm. 17. & 18. quibus admodũ cõueniũt verba Eratoſthenis & Menandri & Philemonis Græcorũ authorum, quos refert Stob. ſerm. 18. de incontinentia, vbi ſuprá,

Vinum igni æqualem habet vim. Vt hominem vbi ſubierit, quem conturbat, vt Lybicum mare Aquilo, vel Auſter. Itaque prodit latentia in mentis receſſu, animúmq; vniuerſum concutit.

Merum copioſum parum cogit ſapere: Non ipſa potus copia, ſi quis conſideret, debacchari cogit, ſed potantis ingenium.

Quid illum viuere iuuat, qui vitam ſuam neſcit?

Vinum enim in cauſa eſt. Nullum enim bene potum. ſi quæras, inueneris, qui non à potu, tanquam ſeruus, ſit dominus.

Vti conſtat ex ſententia Philemonis loco antè citato. Et ex Homero conſtat in hæc verba.

Vinum quamuis ſapientiſsimum cantare,

Molliter ridere & tripudiare impulit.

Hoc etiam protulit verba, quæ ſatius tacita fuiſſent.

Vti conſtat ex Stobæo, ſermone 18. col. 2. ídque conſtat ex Menandri ſententia, in hæc verba.

Moleſtum eſt, ſi quis præ vino nimis loquatur ea, quæ neſcit, callere ſimulans.

Et Euripidis ſententia conſtat in hæc verba.

Nunc vinum me mente priuauit, & fateor tibi iniurium me fuiſſe, ſed inſcium & inuitum.

Cum ergo tot tantiq; errores, & quidam alij pleriq; ab epulantibus committi poſsint, ſtudendũ eſt temperanti futuro, vt ſe ab omnibus purum & integrũ exhibeat, ita quidem ſi multo exercitio conſueſcat alimentis vti, ad alendi, non delectandi corpus finẽ, non vt lenem ac lubricã reddat gulam, ſed corpus roboret. Gula enim condita eſt, vt ciborũ meatus eſſet, non voluptatis inſtrumentũ. Cæterùm quod de ebrio

ſolet diſputari, an & is ſit aliqua pœna afficiendus, ſi hominem tẽpore ebrietatis occiderit, damnúmue fecerit? In quo dubio memoria repetere libet pulchram Ariſt. ſententiam 3. Ethic. c. 5. ita ſcriptum reliquit: Ebriis duplices pœnæ inſtitutæ ſunt: nam, vt inibi Euſtathius tradit: Pittacus vnus è ſeptem ſapientibus ebrio delinquenti duplicem pœnam infligendam eſſe cõſtituit: alterã propter ebrietatẽ, alterã propter crimen in ebrietate commiſſum: vtraq; verò pœna propriè ratione ebrietatis. Hæc ille. Itidem lib. 2. Politic. ad fin. cuius meminit Septima. conſ. xxvj. in ſuis catholicis inſtitutionibus. Hoc ipſum comprobatur ex authoritate Iuriſconſultorũ in l. reſpiciendũ. §. delinquunt. ff. de pœn. l. omne delictum. §. per vinũ aut laſciuiã lapſis. ff. de re milit. Quibus ſuffragatur tex. in c. inebriauerunt. & c. ſanè. xv. q. j. vbi probatur ebriũ delinquentem in ipſa ebrietate non eſſe à culpa liberum, neq; à pœna: imò puniendũ aliqua punitione propter culpam, quam habuit in cauſa ebrietatis, eritque locus pœnæ extraordinariæ: ſiquidem ebrietas dolum tollit, minimè tamen culpam: glo. in d. c. ſanè. Rom. in l. j. in princ. ff. de verb. oblig. & glo. idem profeſſa in l. j. verbo, temulentia. C. ſi quis Imp. maled. tex. ad id præſtantiſsimus in d. c. ſanè. & d. c. inebriauerunt Loth. Bar. & doct. communi conſenſu explicant in præcitato §. delinquunt. itidem in l. aut facta. in prin. ff. de pœn. & in l. diuus. ff. de offic. præſid. Alex. poſt Bart. in d. §. delinquunt. & in l. dolum. ad fin. C. de dolo. idem profeſſus Bald. in l. data opera. verſic. nunc de tertio. C. qui accuſ. non poſſunt. & in l. j. colum. pen. C. vnde vi. Salic. in l. j. C. de ſicar. Anchar. & Imol. Card. in clem. vnica. q. viij. de homic. Rom. in l. j. §. adipiſcimur. ff. de acq. poſſ. Gemin. in c. venter. xxxv. diſtin. Et tex. in præcitato §. ſi per vinũ aut laſciuiam lapſis. Cuius hæc ſunt verba, Per vinũ aut laſciuiam lapſis capitalis pœna remittenda eſt, & militiæ mutatio irroganda eſt. Et inibi ad hoc multũ notat Alber. Bal. in c. à crapula. de vita & honeſt. cleric. j. col. num. 3. Flor. in l. ſed etſi quæcunque. §. iniuriam. col. ij. nu. 5. ff. ad l. Aquil. Ang. in malefic. in parte, ſcienter & doloſè. col. pen. verſ. ſed quid ſi propter ebrietatẽ. & rurſus in parte incendiario. col. ij. Ang. idem profeſſus in l. ſi non conuitij. C. de iniur. Abb. in c. ſicut. de teſtib. & Bald. idem exiſtimans in l. j. in rep. col. pen. C. vnde vi. pœna ebrij alleuianda eſt, quando ſit tanta, ꝙ induxerit mentis alienationem;

tionem: vbi enim ebrietas, ibi libido dominatur. cap. furor. diſtinct. xxxvj. & in c. venter. & c. à crapula. præcitatis. Quo fit de ebriorum factis minimè curandum eſſe. tex. ad id celebris in cap. ſicut nobis. de teſtib. & ſicut vinum, ita nempe amor inebriat. glo. in princ. Inſtit. de ſucceſ. libert. Et illud Sapientis adſtipulatur, vinum & mulier apoſtatare faciunt ſapientes. & Eccleſiaſt. 19, explicat Io. Lop. in rubr. de donat. §. xxviij. nu. 6. Ang. in l. j. C. ſi quis Imper. maledix. Panorm. in cap. ſicut nobis. de teſtibus. Felin. in cap. ſi conſtiterit. de accuſ. in princ. Itidem in cap. ex literis. de iureiur. Bonifac. in tit. de homic. ad fin. & rurſus tit. de inſul. & percuſ. ad fin. & in rub. quid ſit accuſatio. verſ. ſed pone quis propter ebrietatem. Hipp. in l. j. verſic. modò redeundo. ff. de ſicar. col. vij. num. 61. itidem in l. quæſtionis modum. ff. de quæſt. Tametſi pœna † ordinaria huius criminis reus afficiendus non ſit, 2 nihilominus iudicantis arbitrio puniri debet, ac perinde mittus, vti exiſtimat Card. Alex. in cap. denique. iiij. diſtinct. Franc. de Ripa in l. fin. nu. 79. C. de reuoc. donat. Io. de Anan. in c. de infantibus. num. 2. de his qui fil. occid. Rom. in d. l. j. nu. 9. ff. de verb. oblig. cui ſententiæ ſe ſubſcribunt & Theologi, ſicuti in hac ſpecie refert Io. Gerſon in regulis moralibus, lib. j. col. iij. & nouiſsimè Gulielm. Mayner. in l. in totum, num. 68. & itidem in l. ferè in omnibus. num. 3. ff. de reg. iur. Salic. in præcitata l. diuus. Abb. in c. j. de maledic. & omnium diligētiſsimè Cæpola in l. j. §. item Iulianus. ff. de ædil. edic. Matth. de Afflict. in conſtit. terminum vitæ, fallent. ix. notab. xij. Ludouic. Moural. in trac. de reprob. ſententiæ Pilati. j. col. j. dub. num. 4. Iac. Baulem in repet. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. xx. limit. & nouiſsimè Ant. Gomez. in tract. delic. cap. j. num. 73, & hodie extat regia l. v. tit. viij. par. *Regia lex* vij. & inibi Greg. Lop. Ex quibus authoritatibus hoc vnum ſatis conſtat, ebrium non puniri propter culpam criminis ab eo commiſsi, ſed propter ipſius ebrietatis cauſam, in qua culpam habuit. Quod in ſpecie poſt Rom. aſſeuerat Card. Alexand. in in cap. denique. quarta diſtinct. Abb. in cap. vlt. de maledic. textus optimus in l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re militari. Abbas in præcitato cap. ſicut nobis. & inibi doctores paſsim, Ripa in l. vlt. quæſt. xxij. C. de reuocanda donatione, quæſt. lxij. ea ducti diffinitione: aut ſanè ebrietas fuit leuis, tunc enim non excuſat: aut eſt grauis,

& in ea ſpecie non excuſat à toto, ſed mitiori pœna puniri debet, ſic explicat Bald. in d.l. data opera. & doctores præcitati in ea ſunt ſententia, & Lud. Carter. in pract. crim. §. homicidium. num. 22. pag. 367. quòd ſi ſciens ebrietatem euenire ex potatione vini, & vt occideret quempiam eſſet inebriatus occidendo, pœna ordinaria puniri debet, aſſeuerat Cardin. in d. clem. vnica, de homicid. Et an per ebrietatem blaſphemans, ſitne aliqua pœna puniendus? explicat Matt. in conſuetud. blaſphemantibus. Siquidem affectata nocere ſolent, vt multis exemplis Felin. comprobat in cap. vlt. de teſtib. Ioan. Ign. in l. iij. §. ſubuenitur. num. 149. ff. ad Syllan, Ripa in l. quo te mihi. ſi cert. pet. ff. Tiraquel. de retract. municip. §. xxxv. glo. iiij. num. 27. Septimac. cap. xxvj. num. 9. in ſuis catholicis inſtitut. Tandem quaſi totius quæſtionis coronidem in hac controuerſia ſic opinor diſſoluendum hunc
3 nodum: tres † ſiquidem actus in homicidio ab ebrio commiſſo conſiderantur: Quorum primus, iſta potatio: Secundus, ipſa ebrietas. Tertius, ipſa hominis occiſio. In primum actū fertur volūtas directè, vtpote quia ebrius voluit vinum bibere immoderatè: in ſecundum fertur volūtas indirectè, & per accidens, non equidem directè, & per ſe, vti docet S. Tho. j. ij. q. lxxvj. artic. iiij. in tertiū autem, hoc eſt in ipſam hominis occiſionem, nec per ſe, nec per accidens voluntas fertur: alioquin ſi adhuc indirectè fuiſſet voluntarius actus contingens in ipſa ebrietate, profectò ebrio imputaretur: cuius contrarium probatur in d. cap. inebriauerunt. & cap. ſanè. xv. quæſt. j. Quibus & illud conuenit, quòd licet ebrius culpa ſua inebrietur, illa culpa volendo inebriari, non adhibendo diligentiam ad euitandam ebrietatem, non eſt cauſa proxima illius occiſionis, ſed remota: nam illa culpa fuit cauſa ebrietatis, ebrietas verò cauſa occiſionis. Igitur illa fuit cauſa mediata occiſionis: quo fit homicidium non oriri proximè ab illa culpa, ſed ab ebrietate. Ex quibus contra Cardin. & alios conſtat non eſſe irregularem ebrium, qui durante ebrietate hominem occiderit, etiam ſi culpa ſua inebrietur. Tametſi opinor Cardin. & aliorum ſententiam veritati magis fauere. quando ebrius conſueuiſſet in ebrietate arma ſumere, & homines percutere, atque offendere, tunc enim per potationem immoderatam operam dat rei illicitæ, idcirco irregularis erit, ſecundum ea, quæ in hac

Cardinalis in erro- re ſtabilitur.

ſpecie

ſpecie adnotat Socin.nu.15.in præcitato cap.ad audientiam.

Cæterùm, quia non omnis ebrietas omnino priuat vſu rationis, nec omnis ebrij par eſt cauſa: non ab re fuerit breuiter hic pauca tractare, igitur duo conſideranda ſunt in ebrietate circa huius criminis punitionem: actus præcedens, & effectus conſequens: & potiſsimum circa primum diſtinguendũ eſt, an ex præcedenti actu ſubſecuta ſit ebrietas ſine peccato, vel econtrá. Priori ſiquidem caſu peccatum ſequens à culpa in totum excuſatur: longè quidem aliter in caſu poſteriori, cùm ex voluntate præcedentis actus illud peccatum voluntarium reddatur, quo fit ex modo, & ratione voluntarij: effectus conſiderandus eſt, vnde ſi peccatum committendũ ebrius præuidet, is quidem non omnino immunis eſt à labe peccati, tametſi nullus poſsit peccare abſq; rationis vſu: ex eo tamen quia ſe priuat culpabiliter rationis vſu, ex tunc pro illo duntaxat tempore peccare vult, quo arbitrio libero cariturus eſt, ſicuti Thom.& Caiet.diffiniere xxij.quæſt.cl. articulo vltimo.

Ex quibus ſane, vt nihil hac in re deſideretur, memoriâ repetere libet, ea vſus diſtinctione, aut ebrietas vſus rationis ex parte priuat, aut ſanè ex toto: Priori quidem caſu peccatum commiſſum pœna dignum eſt, quia voluntarium, ſed vtique pro modo culpæ temperanda eſt pœna: Poſteriori tamen caſu, ea diſtinctione vtendum eſt, aut ebrietas ſine culpa euenit, ex eo, quia vinum erat indomitum, ſi inebriatus eſt ignoranter, ibi nulla præceſsit culpa, tunc nulla erit pœna. Cæterùm, aut ebrietas prouenit culpa bibentis, & rurſus diſtinguere oportet: aut crimen in ebrietate committendum præuidit, vel debuit præuidere, & iſthæc pari ratione conſiderantur. l. quod te. ff. ſi certum per. & id quidem punitione dignum eſt, atque ſupplicio. Rurſus aut nec debuit præuidere, nec potuit, & tunc nulla erit peccati culpa, nec irregularitatis labes, ſed magis crapulæ aut ebrietatis effectus: aut ebrietas affectata fuit, peccandum, & grauius peccatum effici: quia potius illud auget, quàm minuat, l. nunquam plura. de priuatis delictis.

Iure Pontificio ea ſancita eſt pœna, quia ebrietas omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt: ideò placuit Agatenſis Concilij venerandis patribus, vt clericus, de quo fuiſſe *In Agatenſi Conc. cibo.*

ebrium conſtiterit, aut triginta dierum ſpatio à cõmunione
4 ſubmoueatur, † aut corporali ſupplicio ſubdatur, vti maximo apice deſeruire videtur text. in c. ſi. xxxv. diſtinct. Hoſtië. in ſumma, de temp. ordinand. §. & cui. verſ. pœna autem. vbi dicit quod ſi Epiſcopus, presbyter, vel diaconus quidẽ immoderatæ potioni vini operam dederint, ſi vtique non deſiſtant deponuntur: ſubdiaconus, vel inferior, ſiue clericus, ſiue laicus communione priuetur. capitulo ſi epiſcopus. xxxv. diſtinctione. cap. ante omnia. cap. epiſcopi. xxxv. quæſtione j. aut ictibus loriſve cæditur, explicat Ioan. de Fu m. in tractatu de epiſcop. libro quarto. j. quæſt. penultima. in vltima parte, de degradatione. Panor. & Felin. in dicto cap. ſi conſtiterit. de accuſat. Si verò ſemel ebrius fuerit, tunc pœna afficiendus eſt, textus in dicto capit. finali. Poſtremo Innocentius tertius, in concilio generali Lateranenſ. diſpoſuit clericum à crapula, & ebrietate non abſtinentem, & à ſuperiore monitus minimè ſatisfecerit, ab officio, & beneficio ſuſpendendum, atque ita conſtat ex capitulo à crapula. de vita & honeſtate cleric. Quibus & illud ſubiiciam, ſicut miles cæleſtis militiæ, ſic equidem miles armatæ propter ebrietatem deponi poteſt ab omni militia, text. eſt ad id præſtantiſsimus in l. omne delictum. ff. de re militari. & inibi communi cenſenſu doct. quod intelligendum eſſe exiſtimo, ſi crebrò inebriatur, vel ſaltim cõſuetudinem habet inebriandi: longè quidem alias, quia ſi quoties peccant homines, ſua fulmina mittat Iuppiter, ex quo tempore nullus erit? Pro quo argumento optimo deſeruit gloſſ. in capitulo epiſcopus. xxxv. diſtinctione. & in capitulo epiſcopus. lxvij. diſtinct. & pleraque id genus alia congerit Ioannes Sainſon. in conſuetu. Turonentibus. capitulo *Des droitz*, primo articulo. folio 239. tametſi olim milites non ita luxui, ac ingluuiæ dediti erant, ſicuti conſtat ex l. prima. & inibi gloſ. de erogatione milit. annonæ. libro xij. doct. in l. cùm ſuper. de re milit. libro xij. quibus equidẽ conſtat milites acetum, carnes veruecinas, aquam, lardúmque comedebant, ac noſtra tempeſtate quàm ſit à militibus alienum, nemo ſanę mentis defitebitur. Id vnum addam, ebrietatem minimè eſſe peccatum, niſi aſsidua ſit, ſicuti exiſtimat Abbas in præcitat. capitulo à crapula. & Ioannes Sainſon loco præcit. quo in loco Petrus de Anchar. deſcribit pleraque id genus alia ebrietatis incommoda. Itidem beatus Auguſt.

in ſer

in ſermone de ebrietate, qui inter ſua opuſcula impreſſus habetur: quo in loco ſatis conſtat, quanta ſit eius grauitas, explicat Ariſtoteles libro quem de ebrietate, inſcribit, Horatius libro primo epiſt.

Quid non ebrietas deſignat, operta recludit,
Spes iubet eſſe ratas, in prelia trudit inermem.

Et vbi ineſt ebrietas, nullum latet ſecretum, ſicut exiſtimat Angel. in l. quæ adulterium. C. de adult. Et rurſus eodem lib. epiſt. 2. ait Horatius.

Fœcundi calices quem non fecere diſertum,
Tunc ſurgunt rixæ, tunc pauper arma ſumit.

Quibus admodum conuenit textus, in capitulo ne tales. de conſecratione, diſtinctione quinta. & Eccleſiaſtes capit. 27. ad finem. ſiquidem propter ebrietatem multi mortem obiérunt, multæ ex deliciarum epulis moleſtiæ generantur, vti conſtat ex Hierony. ad Ruſticum. capitulo ſecundo. modicus temperatus cibus, & carni & animæ vtilis eſt. Itidem Hierony. ad Titum. capitulo primo, hic (inquit) ſcio mihi abſtinentiam nocuiſſe intermiſſam, & profuiſſe repetitam. Cognouit item Homerus, quòd vinum ipſum & cibos vires, ac audaciam maximè præſtare, ſicuti ſcribit lib. Odiſſ. 2. itidem Virg. de Venere, & vino contra ebrietatem carmen ſcribit:

Vt venus eneruat vires, ſic copia vini,
Arcanum Demens detegit ebrietas.
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.

Et inibi Aſcenſius pleraque alia in ebrietatis deteſtatione maddit, itidem Virg. lib. 1. Aeneidos.

Tunc victu reuocant vires fuſique per herbam
Implentur veteres Bacchi.

Et Valerius Flaccus idem exiſtimat lib. 2. Argonauticon,

Reſtituunt vires & parco corpora Baccho.

Idem profeſſus Galenus libro Tegni, 3. capit. 12. & Plinius libro 12. capit. primo. quibus & illud conuenit adnotare, inebriare conſuetum minimè poſſe ordinibus ſacris initiari, vti maximo apice deſeruire videtur text. in c. epiſcopus aut presbyter. xxxv. diſt. Et in ſumma eiuſdem tituli. & Bernar. Daz de Luco, in prac. crim. in verbo, inebriari. c. lxxj. & Rebuf. in pract. beneficiorum. gl. iiij. tit. de clericis ad ſacros ordines malè promotis. ij. parte. pag. 441. Illud memoria repetere libet, ad ſacerdotiũ promouendũ minimè eſſe, qui abſte-

mius ſit, vinúmq; non bibat: ſiquidem ex quo horret, poſſet euomere ſacramentum, vti argumento optimo deſeruit tex. in c.ſi quis per negligentiam. de conſecrat. diſtinct.j. idémq; profeſſus Abb.in c.ex parte.de celeb.miſſ.& Ioan.Sainſon, in conſuet. Turonenſibus loco præc.ad fin.

Quibus & illud ſubiiciam, clericos in conuiuio honeſtos ac ſobrios, in cibo & potu, & verbis debere ſe gerere, ſicut hac in ſpecie conſtat ex tex.ad id præſtantiſsimo in c.deniq;. iiij.diſt.& ferè per totum.xxxv.diſt.& xliiij.diſt. Explicántq; doct.in præc.c.à crapula. ſiquidem honeſtati ita debent ſtudere, vt nec fabulas inanes inibi referant, capitulo nullus.de conſecrat.diſtinctione v.textus ad id celebris in cap.nullus. xxij.q.j.cap.clericum.xxxiiij.diſt.text.ad id præſtantiſsimus in c.presbyteri.xliiij.diſt.quin etiã eccleſiaſtico: oportet viros in conuerſationibus ſacrorum euangeliorum lectionem audire, vt cõſtat ex c.pro reuerentia.c. quando.xxxiiij.diſt.c. his ergo.xxiij.diſt. adeò in potu clericos honeſtos eſſe oportere, vt nec vltra trinam teneantur bibere vicẽ, vt in præcitato c.quando explicant doct. pleraq; id genus alia cõgerentes in c.cum inſtãtia.de cẽlibus. Et potiſsimùm clerici vinũ potantes, aqua dilutum bibendũ eſt. ſicuti conſtat ex Home.lib. 5. Odyſſeę cum nympha Calypſo Vlyſſem alloquentẽ ita ait:

Sed ego panẽm, & aquam, & vinum rubrum
Imponam congruenter, quæ à te famem repellant.

Socratis vtile præceptum in clericos maximè. Sint ergo illius Socratici præcepti memores, quo quidem dicebat cibos omnes, potúſq; vitandos eſſe, qui vltra ſitim. famémve ſedandam appetitum longius producerent. Siquidem dies ſolennes, ac feſtiuos non aliter ſe celebrare putent, ni comeſſationibus deſeruiant: in quos inuehit Auguſt.in c. comeſſationes.xliiij.diſtinct. & text.in d.c. denique.iiij.diſt. in his etenim diebus clericalis modeſtia ſtudioſius obſeruãda eſt, vti cõſtat ex c.cùm ad monaſterium.de ſtatu monach. verſ.in refectorio.& inibi ſpeciatim id explicat Ioan. Andr. adducens illud Hierony. diem ſolennem non tam ciborum abundantia, quàm ſpiritu celebremus: Etenim valde abſurdum eſt, ac clericis obſcœnum, nimia ſaturitate martyrẽ honorare velle, quẽ ſcias Deo ieiuniis placuiſſe. Et Hieron. ait: Cõfuſio,& ignauia eſt Ieſum Chriſtũ crucifixum pauperem, & eſurientem farſis corporibus prædicare, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas tumentiáq; ora proferre, ſicuti explicat

plicat text.in c.eccleſiæ principis.xxxv.diſt. quæ quidem rationes non ſolùm in ſacris initiatis, quin & in laicis militare ſanæ mentis nemo vnquam diſitebitur.

Huic autem quæſtioni proximè accedit,quod hic diſputatione eget:an†is cenſendus ſit irregularis, ſi hominē tempore ebrietatis occiderit? & eum irregularem exiſtimant eſſe 5
Zenzelinus,Card.n.9.Imol.in d.cle.vnica,de homic.quos ſequitur idē profeſſus Gonſ.à Villadiego, de irregul.c.de percuſ.col.xj.Syluester verbo,homic.iij.q.iiij.quibus ſuffragatur tex.in c.inebriauerūt.& c.ſanè.xv.q.j.vbi probatur ebriū delinquentem in ipſa ebrietate,non eſſe à culpa omnino liberum, nec à pœna,quia ſaltim ex ebrietate vitium contraxit,culpámq; committit: irregularitas ſatis procedit à culpa homicidij,licet ea non ſit omnino perfecta,vt de caſuali homicidio diximus: quod etiam comprobatur ex authoritate iurium in principio allegatorum. Cæterùm,ſi abſque eius culpa, dolo quidem alterius inebriatus eſt: quod ex variis cauſis accidere poteſt, & in hoc dubio fatetur Marianus Socin.in c.ad audientiā.n.15.de homi.ruſus & eum eſſe irregularem,vbi ea intentione ſe inebriauerit,vt ebrius occideret: hoc homicidium voluntarium eſt,ideo ex eo contrahitur irregularitas:quod profitetur Card.in d.clem.vnic.q.viij. Alphōſ.à Caſtro inter ſacræ theologiæ doct.maximè cēſendus, de poteſtate legis pœnalis,lib.ij.c.xiiij.verſ.prima principalis cōcluſio.Supereſt hic examinare queſtionē illam,quæ doctorum capita torquet: ſitne irregularis cenſendus,qui culpam ebrietatis habuit:ex hac ſimplici culpa, ſi aliquē occiderit,& hanc minimè irregularē eſſe,exiſtimo. Primo,quòd homicidium commiſſum ab ebrio proceſſerit ab eo,qui vſu rationis caret,atq; ideo irregularitatem non inducit, vti conſtat ex d.conſt.vnica, de homic.quæ nullam habet aliā decidēdi rationem,quàm quòd furioſus infans & dormiens nullum habeant prorſus rationis vſum.Secundò eo iuris ſtimulo conuincitur,quia ebrius furioſo ſimilis eſt,c.venter.xxxv. diſt.ſed furioſus non eſt irregularis, per d.pontificiā conſtitutionē vnicam,de homicidio,ergo nec ipſe ebrius. Nec tamen obſtat, quòd ebrietas per nimiam potationem acciderit,& ſic ex culpa ipſius ebrij: poſſet etiā furor ex furioſi culpa contingere,quod adnotant doct.quorū Card.in d.clem.q. vj.meminit,tametſi ab eis diſſentiat,& probatur in c.ſi quis

Ebrius de ebrietate punitur.

inſaniens.xv.quæſt.j.& nihilominus habet locum dicta conſtitutio. Rurſus, vt cõtrariæ opinionis rationem effugiamus, hoc habeto, ebriũ puniri non propter delictum cõmiſſum in ebrietate, nec de ipſo delicto, ſed vtiq; de illa ebrietate, quæ maiori pœna digna eſt, ex eo quòd criminis cauſa fuerit, licet remota, conſtat ex cap. inebriauerunt.xv.quæſt.j.ex Auguſt.lib.xxij.cõtra Fauſtum Manichæum, c.xliiij.culpãdus eſt Loth, non tantùm, quantùm ille inceſtus, ſed in quantum illa ebrietas meretur, hæc Auguſt. Idem aſſeuerat Ambroſius libro de Abraham Patriarcha, capit.6.ata ſcriptum reliquit: Si qui per vinum deliquerint, apud ſapientes iudices venia quidem donantur, ſed leuitatis damnantur authores. Hactenus Ambroſius, quem Gratianus refert in capit. ſanè.xv. quæſtione j.explicat Bonauentura in ij. ſententiarum diſtin. xxij.articul.j. quæſt.iij. Alphonſ.à Caſtro de poteſtate legis pœnalis, lib.ij.c.xiiij.verſ.prima principalis concluſio. Et an matrimonium ab ebrio contractum valeat, nécne, explicuimus in c.& qui verbis, non animo contraxit.

Cæterùm in huius criminis deteſtationem inquit Paul.ad Epheſ.5.Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Cuius meminit.gl.in l.quæ adulterium.in verbo, intemperantiæ.C.de adult.& his accedit illud Salom. Prob.20. Luxurioſa res eſt, vinũ.& Ezechias c.31. ſanitas eſt animæ & corporis ſobrius potus, vinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas plerũq; facit.& Tho.xxij.q.cxlvij.art.viij.in reſponſione ad primum arg. Aegidius Rom.lib.ij.de regim.principium, par.ij.c.xij.idq; affatim in Decretis habetur per totũ xxiiij. diſt.& in c.à crapula.de vita & honeſt.cle.& ſuffragatur illud Philoſophi lib.problematum 30.c.1.ſcribit vinum cupiditatem veneris in primis accendere poſſe. Idémque profeſſus Diodorus Siculus lib. 5. Bibliotheces, Qui vino indulgent, ſunt ad venerẽ proniores. Cui accedit Pauſa.lib.9.quo Bœotica deſcribit: Author eſt Lampſacenus, Priapum ipſum Dionyſium, ac Veneris eſſe filium dicere. Euſtach.autem tradit Priapum & Silenos Bacchi comites: ideo dici quod ebrij ſalaces ſunt. At Silius lib.5.Punicorum ſcribit ebrietatem Veneris eſſe comitem: nam Venerem alloquens ebrietas ait, Tibi fida comes. ſiquidem Iginius Poëta ſcriptum reliquit.

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Itidem concinit Ouidius libro vlt.de Remedio amoris.

Vina

Vina parant animos Veneri.

Idem ſcribit lib.3.de Arte amandi,

Cum Veneru puero non malè Bacche facis.

Et fœminæ ſunt huic bibacitatis vitio ex more,& ſexus natura,admodùm obnoxiæ,vti ex Comicis conſtat apud Plautum in Curculione, mulierum quæpiam profuſi vini odorem ſentiens hæc ſcripta reliquit verba:

Flos veteris vini meis naribus obiectus eſt,

Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit.

Ex illo etiam intelligi poſſet, quòd antiquus ille Dæmon Euam viro prætermiſſo impetiuit:ſciebat liquidè genus mulierũ in hoc genere vitio eſſe propenſius,& multò citius obtemperaturã ſibi fœminã.Quibus mirum in modũ cõuenit quod ſcriptũ reliquit Mantuanus in ea Aegl.4.in qua mulieres infinitis admodùm epithetis cõfigit eas, inter alia bibaces vocat,& multis antè ſeculis Ariſtop.ex Euripide ſcribit:

Vini bibaces,proditrices,garrulas,

Nihilque ſanum,maximum viris malum.

Atque huic rei maximo apice deſeruire videtur illud Pauli 1.ad Timoth.2. mulieres ſobrias eſſe præceperit. Itidem ad Titum cap.2.ne anus multo vino ſeruiat.Iuuenalis autem in Saty.6.in muliebrem vini bibacitatem:

Tanquam alta in dolia longus

Deciderit ſerpens,bibit & vomit.

Qua occaſione nacta Plinius lib. 10. cap.72. exiſtimat ſerpentes perquàm maximè vinum appetere. & Plinius lib.14. c.22.in Ciceronem Tullij oratoris filium binos vini cõgios haurire ſolitum,nimirum cupiẽtem hanc gloriã auferri interfectori patris ſui M.Ant.viro omnium vinoſiſſimo.Quo fit,quòd Accur.in hac ſpecie exiſtimat leuẽ eſſe quotidianam ebrietatem in muliere,in l.j.§.taceat.verſic. mores.C. de rei vxo.act.itidem in l.vlt.C.de repud. ad finem. idémque profitetur Diony. Halycarnaceus lib. 2. tametſi ab hac ſententia prorſus diſcedat Chryſoſt. tunc in Matthæo, Homilia 16. tunc earum,quæ ſunt ad populum Antiochæ.de rebus diuerſis,Homil.71.grauiter pronũtiauit nihil eſſe turpius ebrioſa muliere.& Hieron.in regul. ſanctimonialium ad Euſtochium,cap.36. ſacrilegium eſſe, vtpotè deteſtabile in fœmina.& Ouid.lib.3.de Arte amandi ſcribit,

Turpe iacens mulier multo madefacta lyeo.

Et

Et apud Eccleſiaſten ſcriptum vtique eſt cap. 27. Mulier ebrioſa ira magna & contumelia, & turpitudo eius minimè tegetur. Quapropter omnes homines ſummo ſtudio niti debent, vt ſobrietatis ſtudio operam dent, quæ cibi viníque optima moderatrix eſt: quæ quidẽ ſobrietatis ratio adeò neceſſaria eſt, vt qui ea careat, omnes alias virtutes, quas in ſe habebit, obſcuriores reddat, & ab omni humanitatis cõmercio, excidiſſe videantur, & cum belluis potiùs quàm cum hominibus cenſendi ſint. Hæc ſobrietatis virtus valetudinem noſtram conſeruat, quinetiam corporis animæque ſenſus ad vltimum vſque vitæ noſtræ finem producit integros atq; incolumes: qui verò vino, cibóque ſe immergunt, ſtolidi, ignaui, obtuſique fiunt, raro longæui ſunt, facile ægrotant, magna cum difficultate curantur, à corporis viribus animique virtute quãprimùm deſtituuntur, fiuntq; deliri, & omnibus cõtẽptui ludibrióq; ſunt adeò, vt neceſſarij ac familiares omnes eis interitũ optent. Eſtóque memor illius Socratici præcepti, quo quidẽ dicebat cibos omnes potúſque vitãdos eſſe, qui vltra ſitim famémve ſe dandã appetitũ longius produceretur. Et Socrates ſobrietatis etiã munere per omne vitæ ſuæ tempus inoffenſa fuit valetudine, vti in ſpecie commemorat Franc. Patric. de regno lib. vj. c. xxvj. de ebriet. ad fi. ſobrietas deniq; cõmunis eſt virtus, ab omnibus enim debetur, omnéſque eã præſtare poſſunt, nõ fortuna, quibuſuis opibus nõ doctrina indiget, ſed ſola animi diſpoſitio eã perficit. Hæc ille. Et profectò nihil eſt (illud enim obiter dicendum duximus) quod magis ſanitatem tuetur, & conſeruat, quàm ſobrietas, abſtinentia, frugalitas: vnde Horat. lib. ſerm. 2. Saty. item 2.

Accipe, nunc victus tenuis quæ, quantáque ſecum
Afferat, in primis valeas bene.

Plin. lib. 28. c. 5. ſcribit vtiliſsimam eſſe temperantiã in cibis. & lib. 26. c. 8 ſcribit eò mores veniſſe, vt homo maximè pereat cibo. & Theognis in ſuis ſententiis elegiacis. Multò ſanè plures, quàm fames, ſatietas perdidit. Nam & vulgò ſcitũ eſt illud, Plures occidit gula, quàm gladius. Et in hãc quoq; ſententiam multa cõgeſsit diuus Hierony. in Iouinian. lib. 2. & multa itidem in c. nihil. & c. ne tales. & c. legimus. de conſec. diſtinct. v. diuus Chryſoſt. apud Ant. monachum Meliſſæ, lib. 1. ſerm. 39. pedũ dolores, & capitis grauitas, & oculorum hebetudines, & manuũ ægritudines, & tremores, & morbus

regius,

regius, & febres lõgæ ex voracitate & repletione ſolẽt produci: nam cibo non ſaturari ſanitatẽ eſſe, medicorũ filij pronunciant. & Philip. in eodem ſermone inquit, continentiam ſanitas & robur ſequitur: incontinentiam verò infirmitas & ægritudo morti vicina eſt. Hæc, quæ diximus de ebrietatis deteſtatione, nec eo cõſilio hæc dico, vt ſane homines, eccleſiaſticóſq; viros abſtemios fieri velim, ſed vt moderate vinũ ſumant, eis perſuadeam: vtque ſententiã Anacharſis optimè interprætetur, qui ait, vitem treis vuarũ ſpecies ferre: primã, voluptatis: ſecundam, ebrietatis: tertiam, mœroris. Anachar. primum quidem poculũ ſanitatis eſſe dixit, alterũ voluptatis, tertium contumeliæ, vltimũ inſaniæ. Pythagoras, ebrietatem inſaniæ meditationem vocitabat, ſicuti ex Chryſippo cõſtat: turpiſsimáq; res eſt proculdubiò voracitas, ſicuti conſtat ex Muſonio de victu: Siquidem quoties cibũ ſumis, multis peccandi modis occaſio datur: tam ſtolidi, quàm ſapientis vinum immoderatè potum leuiſsimũ reddit animum. Satis ſit vinum libare, & valetudinis gratia ſumere: cùm turpiſsimum ſit, ſe mero ingurgitare, & ſtomachum quaſi cloacam vino abluere: Quod quàm ſit deteſtatione dignũ, nemo ſanæ mẽtis diſitebitur. Et deniq; vt colophonẽ addam his, quæ in hoc capite deſiderãtur, qui iſtis noſtris nõ ſit ſatiatus, videat ad ambas (vt aiunt) aures, Lud. de verit. cõtrit. in trac. de gula, fol. 86. cũ aliis. & rurſus in c. de ſenſu guſtus, fol. 113. quibus pleraq; id genus alia cõgerit Petrus de Leſandriere in trac. de doctoribus. iiij. par. q. lxij. & Ang. in l. qui adulteriũ. C. de adul. & Canonicæ Philoſophiæ authores in c. ſi cõſtiterit. de accuſ. & in c. inebriauerũt Loth. & in cap. ſanè. præcitatis. Valerius Maximus in 2. lib. c. 1, Plin. lib. 14. de nat. hiſtor. Et deniq; vetus eſt ac verũ prouerbiũ, Sine Cerere & Baccho friget Venus. ſit ergo & hoc ſanè (ſi libet) nouũ. Nam æquè verum adagiũ, à Cerere & Baccho feruet Venus, ac ſuo feruori per inſipiẽtiã mẽbra, exitus illicitos & pœnitendos acquirit ſaturitas, & ocij. & laciuiæ parens, Sodomæ & Gomorrhæ, & propinquis vrbibus, exitiale ac memorabile cõparuit incendiũ. Peccatũ filiorum Hely illius magni, quem diximus, ſacerdotis, tanto expiatum ſupplicio, non aliud fuiſſe legimus, quàm gulæ voraginem: quam tamen nũc iam vix inter vitia cõputari videmus, quin glorioſum plurimi ac beatũ cenſent, epulari quotidie ſplendidè atq; opipare quòd quàm ſit deteſtabi

ſtabile, nemo ſanæ mentis deſitebitur. Siquidem gulæ voragini ſatisfaciens, ſalaciſsimæ Veneri irritamenta procurat: deniq;, qui ventris voluptates ſequũtur, edendo, potãdo, Venereis illecebris tempus fallẽtes: ſicuti Democritus ait, Breue omnino delectationis tempus habent, interim duntaxat, dum edunt, ac bibunt, curæ verò & triſtitiæ multum ſequuntur: ſemper etenim earũdem rerum deſiderio torquentur: & cùm, quæ appetunt, nacti fuerint, voluptas confeſtim tranſit, cùm nihil in ſe boni, quàm momentaneam titillationem habeat, itaque mox iiſdẽ indigent: Quid autẽ turpius (vti Muſonius de vita ait) quàm ita ſe pręſtare circa vitiũ, vt bruti potius animalis, quàm prudẽtis hominis imago ſit? hoc igitur cùm turpiſsimũ ſit, nimirum eius contrariũ pulcherrimum erit, ordinatè modeſtéque cibo frui, ad alendi non delectãdi corpus finem, non vt lenem ac lubricam reddat gulam, ſed corpus vt roboret. Gula enim condita eſt, vt ciborum meatus eſſet, non voluptatis inſtrumẽtum: venter in animali eadẽ gratia, qua radix in omnibus plãtis, factus eſt. Etenim vt plãtam radix aliter forinſecus nutrimentũ attrahẽs, ſic vẽter animal nutrit, cibis & potationibus in ipſum deriuatis. Cæterùm, vt plãtæ alũtur perdurationis, haud voluptatis cauſa, nõ ſecus hominibus vitę ſuſtẽtãdę remediũ, victus eſt cõceſſus. Porrò quòd Deus hominũ cõditor cibũ atq; potũ pro incolumitate, nõ deliciis largitus ſit, hinc intelligi licet: quippe alimẽtũ, dũ maximè munere ſuo fungitur, in cõcoctione digeſtionéq;, nullo ſuauitatis lenocinio nos afficit, ſed nutrit duntaxat, & vires reficit: quãuis multò lõgius tẽpus interim eat, quàm dum edimus. Oportuiſſet autẽ, ſi Deus delectationis gratia cibũ nobis machinatus eſſet, longiori illo tẽpore voluptatẽ ſentiri, nõ breuiſsimo tãtùm inter deglutiẽdum, tametſi tam momẽtanea ſit iſthæc glutientiũ ſuauitas, infinita tamẽ obſonia excogitauit. Maria nauigatur, ad vltima vſque littora, maius ſtudiũ coquis, quàm agricolis impẽditur: aliqui tota prædia in cõuiuiorũ apparatu cõſumũt, quod miſerrimum eſt, & deteſtatione dignum. Siquidem nihil vtilitatis corpori accedat, ex tam ſumptuoſa dapium ſtructura. Quas ob cauſas edendũ, vt viuamus, non vt voluptuemur, ſi quidem ad optimã Socratis ſentẽtiã nos accõmodare voluerimus, qui bonã hominũ partẽ viuere dixit vt edãt, ſe autem edere vt viuat. Enimuerò quiſquis probitatis ſtudioſus fuerit,

Studiũ ciborũ deteſtabile.

rit,haudquaquam vulgò hominũ ſimilis erit,viuẽdo vt edat ſicut illi præ cunctis ciborum illecebras captantes. Poriò videtur mihi vt colophonem addam huic capiti: Idẽ in hominum conuiuiis,quod plãtis vſu venire:nam ſicut hæ, ſi nimiũ cælitus madeſcant,erigi nequeunt, nec ab auris præſpiſſari, cùm verò tantum imbiberint humoris,quanto egebant,tum & in rectum augentur admodum, & floridæ ad fructuũ maturationem perueniũt:ita quoque nos,ſi potũ ſine delectu ac modo offerimus,mox & corpore & animo laboramus,ne reſpirare quidem amplius rectè,nedum ad loquendum idonei: & ſicuti Pythagoras ait, nihil egregium comparatur, quod non continentiæ labor præceſſerit:& gratia eſt habenda naturæ beatæ,quæ neceſſaria parabilia fecerit, difficilia autem paratu non neceſſaria.Et Cicero 5.Tuſcul. in hæc verba ait, Iucunditas victus eſt in deſiderio,& non in ſatietate. Itidem 2.lib.de Finibus ait,Cibi condimentum eſt fames, potionis, ſitis.& 5.lib.Tuſcul.exiſtimat mente rectè vti non poſſumus, multo cibo & potione completi.& libro Parad. aſſeuerat in hæc verba,Non intelligunt homines, quàm magnum vectigal ſit parſimonia.Rurſus lib.4.Tuſcul. & in Cato. Maiore, opinatur tantum cibi & potionis adhibendũ,vt reficiãtur vires:nõ opprimantur. & Officiorum 1. Victus cultúſque corporis ad valetudinem referantur,& ad vires, nõ ad voluptatem. Alia multa de ebrietate ſcripſit Plato lib.1. & 2. de Legibus.Seneca Epiſt.84.Chryſoſt.pleraque id genus alia, quæ curioſis legenda relinquo, ſuper Geneſ. Homil.29.& ex noſtris iuris profeſſoribus multa in ea ſpecie, quæ iuſtum profectò volumen exigerent,ſcribit Luc.à Penna in l.j.de erog. milit.annonæ.Ripa in l.vlt.C.de reuoc.don. quæſt. xxij. eleganter Salomonius in l.j.de Legibus.ad finem.Hippol.in l.j. de ſicar. & ex noſtræ claſsis hominibus Soc. in c. ad audientiam.de homic.Fel.in c.ſi conſtiterit.de accuſat. tex. & inibi Canonicæ Philoſophiæ authores,in cap.à crapula. de vita & honeſt. cleric. Summiſtæ in verbo,ebrietas. & regia l.v.tit. viij. par. vij. ex nouioribus Didacus à Couarru. in clement, vnica,de homic,aliqua coniecit.

SVMMARIVM.

1 *Concilij Viennenſis Clementis V. in clemen. vnica, de homic. germanum intellectus adducitur.*

2 *Quidam tam altò ſomno demerguntur, vt etiam inter ſomnum*

ipſum

ipſum obambulent.

3 *Actus dormientis an poſsit eſſe peccatum? & num. 8.*

4 *Dormienti iniuria an fieri poſsit? & ſi fiat clerico dormienti, an excommunicationis labes obducatur?*

5 *Dormientem offendentem vtrum liceat occidere.*

6 *Dormiens an ſit immunis à pœna, qui in vigilia datæ iniuriæ, vltionem in ſomnis ceperit.*

7 *Pollutio nocturna quamuis ab ingluuie aut praua vigilantis cogitatione procedat, peccatum nec mortale nec veniale quidem eſt.*

De his, qui incumbentes ſomno deliquerunt, déque illorum pœnis,

CAP. XXXI.

1 HOc in capite † agendum eſt de vero ac germano intellectu concilij Viennenſis Clementis Quinti in clemẽt. vnica, de homicid. in cuius intellectu tametſi plura extent doctorum reſponſa, non verebor breuitati ſtudẽdo in medium aliquot propoſitiones afferre, quîs partim concilium aperiam partim diffiniam.

2 Sunt † quidam, qui tam alto ſomno demerguntur, vt inter quietẽ obambulent, nec aliquo motu corporis expergefiunt: vt de Thitorio Stoico Philoſopho ſcribit Laertius. & de ſeruo Periclis Athenienſis quem refert dormientem per ſummum etiam tectum incedere ſolitum, teſtatur Franciſc. Patritius de regno, folio 201.

Sunt qui nullo motu corporis expergefiunt.

Atque ideo † actum dormiẽtis non eſſe peccatum de per ſe, 3 ni ad rationẽ cauſæ, à qua proceſsit, quoties quis ſomno vtitur, vt vinculum naturale ex virtute nihil agit, teſte Ariſtot. lib. 1. Ethic. c. 5. quo fit dormienti ipſius homicidij tempore, nempe quia dormiens aliquẽ occiderit, minimè puniendum fore: ſiquidem parcendũ eſt vitio naturali, tex. ad id celebris in l. Fluminũ. §. vitiũ. ff. de dam. infe. Poſſétque iſthæc ratio conueſtiri: ſiquidem is intellectu & ratione caret, ac furioſo ſimilis eſt, cap. meritò. cap. ſanè. xv. quæſt. j. cap. maiores. §. item quæritur. de baptiſ. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius. & inibi Flor. ff. ad legem Aquil. Bart. in l. j. ff. de parric. Guliel. in l. diuus. ff. de offic. præſi. explicat Romanus, Alex. Aret. & Iaſ. in l. j. § adipiſcimur. ff. de acquiren. poſſeſſ. Florian. idem profeſſus in l. qui occidit. § in hac. ff. ad legem Aquil. Anch.

& Car

&Cardin.idem exiſtimant in clemen.vnica,ex illo textu ſu-
mentes rationem de homicidio. Bart. Iaſ.& Decius, in l. vt
vim. ff.de iuſtitia & iure. itidem in l.j.C.vnde vi.colum.vlt.
Bonifac.in rubr.de inſul. & percuſ. ad finem. Hippol.in l.j.
in princ. verſic.redeundo.limitatione x.ff.de ſicar. Angel.in
tract.malefic. parte, ſcienter.& Ant.Gomez.de delictis. c.j.
& nouiſsime Ludouic. Carrer.in pract.crim.§.ho-
num.74.
micidium.num.25.pag.31.& 68. Guliel. Mayner. in l. liber-
tas.§.ferè in omnibus pœnalibus.num.3.ff.de reg.iur.& hu-
ius ſententiæ authores,ea ducti ratione profitentur: Siqui- *Dormiēs*
dem dormiens æquiparatur furioſo, d. cap. maiores. §.item *furioſo æ-*
quæritur. de baptiſm. Quo fit dormientem minimè peccare *quipara-*
poſſe,vti hac in ſpecie exiſtimat glo.in cap.teſtamentum.lx. *tur.*
diſtinct.& cùm dormiens teſte Ariſtot.lib.1. Ethic.cap.5.ex
virtute nihil agit, atque ideò ſicuti dormiens delinquendo
minimè punitur, ita & vigilans ei iniuriam inferens pœna
aliqua non eſt afficiendus aſſeuerat Cardin. in clemen.j. de
pœnis. Felin.in cap. nuper. de ſententia excom. qua ratione
ſic perpenſa dormientis delictum minimè punitur, niſi eo *Dormien-*
caſu, quo vigilans ipſe ſatis cognitum habebat, quòd dor- *tis delictū*
miens arma capiebat,& homines proſequebatur:tunc enim *non puni-*
ſi non adhibuit diligentiam, quam debuit in præcauendo, *tur.*
claudendo oſtium cubiculi, in quo ipſe dormiebat, ne dor-
miens alicui noceret, profectò puniendus erit pœna ſanè
extraordinaria, mitiori quidem de culpoſo homicidio, vti
hac in controuerſia explicat Bart. Rom.Iaſ. & plerique alij
in d.§.adipiſcimur.& inibi Alexand.col.ij.& huius opinio-
nis authores habeo Bart. in præcitata l. pen. ff. de parricid.
Hippol.in d.l.j.x.limit.ff.de ſicar. Bonifac.in tract.de malef.
in rubrica, de inſul. & percuſ. Decius & pleroſque alios do-
ctores paſsim in.d.l.vt vim. Anchar.& Cardin.in d.clemen.
vnica,de homicid.debent ſanè præcauere qui hoc vitio la-
borant,vt ſolus in cubiculo iaceat, ianua clauſa,aliâs tene-
bitur, ſicuti putans arborem, qui minimè tranſeuntes, vt
præcauerent, admonuit.l.in lege.ff.de ſicar.l.ſi putator.ff.ad
legem Aquil. cum aliis: & expreſsim hac vſus diſtinctione
profitetur Gulielm.de Cuneo, & Iac.de Rauenna in l. diuus
Marcus. ff. de officio præſidis. & inibi ad id multum notat
Albert.fin.colum.idémque profeſſus Bart. in l.pen. ff. ad le-
gem Pompeiam de parricid. Floria. in præcitata l.ſi ſeruus

ſeruum.§.ſi fornicarius.ff.ad leg. Aquil.col.fin. nu.4.Anch. in clem.vnica,de homicid.optáb.ij. nume.3. quibus accedit Ang.in tract. malefic. in verſic. comparuit dictus inquiſitus, & in termino defenſionis. fol.107.verſic.quid ſi dicat.glo.in præcitato §. ſi fornicarius. in verſic. vel ignem. idem profitetur Greg.Lopez in l.v.tit.viij.par.vij.in verſic. *no apercibieſſe de ella*. explicat Iac.Baulem in repet.l.capitalium. §.famoſos.ff.de pœn.xix. limit. quorum opinio communis eſt, extátque hodie text. ad id præſtantiſsimus de iure regio in l. v.tit viij.par.vij.& inibi expreſsim adnotat Gregor. Lop.& ante eum Alexand.in d. l.j.§. adipiſcimur. prædictis rationibus præmoti ſunt viri non mediocris notæ, imò in albo primariæ doctrinæ politi. Et omnium diligentiſsimè Lud. Carrer. in pract.crimin. §.homicidium. nume.25. ad finem. pag.præcitata, quòd ſi ex conſulto incumberet ſomno apertis ianuis,ſciens hoc vitium euenturum aliquem interimat, huius criminis reus fit, explicat Bonifac. in præcitata rubr. de inſul. & percuſ.ad finem,ſiu minus neſciebat hoc vitium euenire,tunc ſanè immunis erit vtique à delicto: ſiquidem furioſo & infanti æquiparatur, præcitato §. item quæritur. in hac ſpecie explicat Gandinus in rubr.de pœn.j.col.Alex. conſil.cxl.vol.ij. Ang.in tract.malefic.in gl. culpa inquiſiti. v.col.verſic.quid ſi dicatur. Iac.Baulem loco præcitato.

4 Quibus & illud ſubiiciam,an † dormienti iniuria fiat,& an ſi fiat clerico dormienti in excõmunicationis labem incidat,tametſi irrogans iniuriam clerico,& in veſtibus,ſit excommunicatione notatus?gl.in c.ſi quis pulſatus. de pœnit. diſtinct.j.& in c.ſi quis ſuadente.xvij. q.iij.in verſic. manus. idémq; profeſſus Innoc.in c.nuper.de ſenten.excom.Bart.in l.j.§.hoc autem interdictum.de noui oper.& in l.licitatio.§. quod illicitè.ff.de publ.idem profeſſus Bal.in l.j.§. hæc verba.ff.de his,qui deiec.vel effud.quod equidem intelligẽdum eſſe exiſtimo.ſi ſanè clericus ſit excitatus:longè quidem aliter, ſi ſomno incumbat: ſiquidem tunc lacerans illi veſtes, ſiue iniuriam irrogans, minimè eſſet excõmunicatione nodatus.Et huic ſententiæ ſe ſubſcripſit Cardin.in clemen.j.in prin.q.vj.de pœn.cuius meminit Fel.in c.nuper.de ſent.exc. nu.6.col.vlt.&omnium diligentiſsimè Hip.idẽ profeſſus in ſing.clxxxviij.Lud.Carr.loco præcitato.Itidẽ de dormiente explicat vnũ ex multis ſuis ſingulare Nellus in tract. bannitorum,

Intellectus non vulgaris.

nitorum, in ij.par.ij.partis.q.xxxiij.ad fin. Illud etiam non erit prætermittendum: Si ſanè quiſpiam dormientem occiderit, qui offendebat eum, an immunis ſit ab homicidij pœna? naturali ſiquidem iure inſpecto, videtur quòd ille dormiens licitè offendi poſsit, ſicuti in hac ſpecie exiſtimat Bart. in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure. Cui nec admodum inuitus accedit Alex. in d. §. adipiſcimur, nu. 3. in qua ſpecie eſt vtique videndus Bal. in l. j. col. x. C. vnde vi. Quo ad irregularitatem eadem ſanè diſtinctio adhibenda eſt, cuius paulò antè meminimus. Siquidem † dormiens neſciebat illum euenire vitium, tunc ſomno incumbens homicidium committens, ab labe irregularitatis immunis eſt, text. ad id præſtantiſsimus, quem analytica explanatione explicant doct. in præcitata clem. vnica, de homic. ſiquidem is intellectu & ratione caret, ac furioſo ſimilis eſt, ſicuti tradidimus in huius cap. principio. Eo tamen caſu, quo dormiens arma capiebat, & homines perſequebatur, tunc enim ſi ſciebat hoc euenire poſſe, & non eam adhibuit diligentiam in præcauēdo, ne dormiens alicui noceret, puniendus eſt, & propter culpam pœnas extraordinarias luere debet, ſicuti exiſtimat Gulielm. de Cuneo, Iac. de Rauenna in l. diuus Marcus. ff. de offic. præſid. & inibi Alber. ad fin. & Bar. in l. pen. ff. ad legem Pomp. de parric. & huius ſententiæ authores habeo Flor. in præcitata l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius. ff. ad leg. Aquil. col. fin. nu. 4. Anchar. in clem. j. de homic. nu. 3. notab. ij. Ang. de malefic. in verbo, comparuit dictus inquiſitus, & in termino defenſionis. fol. 107. verſic. quid ſi dicatur. ac rurſus in irregularitatis labem huius criminis reum incidiſſe, conſtat ex doctorū doctrina locis præcitatis, notátq; eleganter Marian. Socin. in hac ſpecie in pręcitato cap. ad audientiam. num. 14. idémq; ſenſêre Gardin. Anchar. & doct. frequētiori calculo in d. clem. vnica. quo in caſu erit irregularitas planè contracta. Illud etiam conſtitutiſsimum eſt, † quod ſi vigilans adeo iraſcatur contra alium, vt illum occidere conatus fuerit, vel in mentem præmeditatus fuerit, & hac occiſionis cupiditate affectus, ſomno incumbat, & ſoporatus ſomniet ea, quæ acciderunt in vigilia, & hac phantaſia motus ſurgat è lecto adhuc dormiens, & arma capiens alium occidat, immunis ab irregularitate erit, vti in hac ſpecie exiſtimat Gonſal. à Villadiego de irregularitate, hanc profeſſus com-

5 (margin, beside "Siquidem † dormiens")
6 (margin, beside "Illud etiam conſtitutiſsimum")

munem. Itidem doct. communiter in conſtit.ſi furioſus.de homicid. eandem ſequitur ſententiam Marian. Socin. in d. cap.ad audientiam.num. 14. quorum ſententia calculo non caret, ſiquidem ab ea ſententia prorſus diſcedat Paludanus in iiij. ſententiarum, diſtinct. xxxij.q.j.artic.iij. exiſtimans hac in ſpecie in irregularitatis labem incidere, quia ex illa vehementi occidendi cupiditate aucta eſt imaginatio ſenſus,& creuit appetitus ſenſualitatis:quæ cùm in dormiente maneant, poſſunt membra ad illa opera exteriora exercenda mouere,& conſtat cauſam dediſſe ipſi homicidio in vigilia. Igitur,ſicuti ipſe fatetur,irregularis eſt: cuius ſententia exploſa,priori me ſubſcribo, quia hac noſtra tempeſtate Alphonſus à Caſtro lib.ij.de poteſtate legis pœnalis, cap.xiiij. verſ.prima & principalis concluſio adſtipulatur. Argumentum paulò anteà citatum parum mouet Pet. Palud. vti pleniori manu explicat Alphonſus à Caſtro loco præcitato, nec aliquo apice iuris deſeruire videtur, quod in hac ſpecie Cardin.& Imola notant in d.clem.ſumentes rationem cap. ſanè.xv.quæſt.j. ſiquidem illic Ambroſ.inquit, apud ſapientes iudices veniam dari his, qui per vitium deliquerunt, & de ſola leuitate eos damnari : & inibi glo.explicat text. veniá dari,qui minori pœna puniuntur, quàm ſi ex certa ſcientia vtiq; feciſſent. Vide, lector candide, quiſquis veritatem amas, quòd fortiſsimis armis pro mea ſtat ſentētia ille tex. nam ſi ebrius occidēdo minimè pœna afficiendus eſt,quàm ſi ex certa ſcientia occidiſſet:inde illic ſequitur,minimè puniendus eſt irregularitatis pœna. Nec itidem obſtat text.in cap.inebriauerunt Loth.ex Auguſt.lib. 22. contra Fauſtum Manichæū,cui reſpondit Alphonſ.de Caſt. vbi ſuprà. Quibus & illud accedit, quòd homicidium cōmiſſum ab ebrio, qui ebrietati cauſam dedit, minimè efficit eū irregularem, ſicuti paulò antè adnotauimus:nec vtique conſtat Palud.ſententia, ꝙ ira procedēs in vigilia eſt cauſa non omnino certa, & admodum remota cauſa, atq; ideò ſufficiens non ſit ad irregularitatem:ſic

7 † pollutio nocturna dormientis & ſocian-

Pollutio nocturna non eſt peccatum.

tis per ſe peccatum non eſt, nec mortale nec veniale : ſiquidem omne peccatū depēdet ex iudicio rationis: quia primus ſenſualitatis motus non eſt peccatum, ſicuti ex literis ſacris conſtat,& ſanctorū doctorū ſententiis, & Philoſophorum, Iac.Apoſt.in ſua epiſtola Canonica,c.1.idē exiſtimat,& Paul. epiſtola

epiſtola ad Rom.cap.7.ſancti quoque doctores id etiam ſentiunt, Auguſt.lib.de vera religione 15.q.1.cap.quod autem.§.vſqueadeo.itidem libro 2.contra Fauſtum. & lib.3.de libero arbitrio, quis peccat in eo, quod vitare non poteſt? & Hiero. in epiſtola ad Demetriadem. Gregor.lib.10.moralium, ver. quædam autem peccata, &c. dubioprocul ex Ariſtot.conſtat 3.Ethic.In naturalibus deſideriis nemo peccat, niſi in quantum iudicio rationis reprimi poteſt, quo ſublato, tollitur etiam ratio peccati: & in dormiēte ratio non habet liberum arbitrium, nec iudicium, idcirco quod agit dormiens, non imputatur ei ad culpam, ſicut nec illud quod agit furioſus, ita explicat S.Tho.ij.ij. q.cliiij. artic.v. quo pollutionē nocturnam aſſeuerat non eſſe mortale nec veniale peccatum, tametſi ab ingluuie procedat, aut à praua vigilantis cogitatione: poterit tamen peccatū eſſe per rationem ad ſuam cauſam, à qua proceſsit, quia rationē habet culpæ ex parte cauſæ: quod S.Tho. explicat d.artic.v. & in iij.parte, q.lxxx.art. vij.Floren.iij.parte, tit.xv.c.vj.§.x.Maior in iiij.ſent.diſtinc. ix.q.ij.poſt Thom.ibi, q.iiij.& Palud.quæſt.iij.& iſthæc opinio communi Theologorum ſententia affirmatur. Quibus ſuffragatur tex.& ibi glo.elegans, verſic.rea.& inibi doctores in cap.teſtamentum.vj.diſtin.ex diuo Greg.cap.xj.interrogationum.Auguſt.propter hanc culpę rationem, quæ dormientis pollutionē habet, quo ad eius cauſam abſtinere debet ſacerdos eo die à celebratione miſſarum, quoties culpa eſt mortalis: ex conſilio autem, vbi cauſa fuit culpę venialis, teſte Tho.d.artic.vij.Floren.d.§.x.Palud.in diſtinct.ix. q.iij. & inibi Thom.q.iiij.Sylueſt.verſic.Euchariſtia.iij.q.x.text. ad id elegans in dicto cap.teſtamentum. vbi gloſ. in verbo, humiliter. addit Paludanus dicta quæſt.iij. quem Syluester ſequitur, & Ioannes Maior d. quæſt.ſecunda, celebrare ac communicare poſt pollutionem nocturnam contingentem ratione cauſæ, quæ mortalem culpam habet, ac communicare non eſſe peccatum mortale etiam intra decem horas, modò præmittatur communioni contritio & confeſsio illius culpæ mortalis & pollutionis ex ea ſequutæ, quaſi nullibi ſit hoc pręceptum, quod quàm ſit à ratione deuium, nemo ſanæ mentis diffitebitur, cùm ex eo ſequeretur poſſe ſacerdotem, qui nocte præterita dormierit cum fœmina, ſtatim celebrare præmiſſa confeſsione & cōtritione. Poſſet tamen

opinio Paludani & aliorum admitti, cùm ante pollutionem pœniteret quis eius culpę, à qua ea proceſsit. In ea tamē ſpecie ipſe admonerem, ſi commode fieri poteſt, vt quis ea abſtineret à communione propter honorem, qui ſacramento ſacroſanctæ euchariſtiæ debetur. Poſtremo & illud adiiciam,
8 actum ꝑdormiētis non eſſe peccatum poſſe, niſi ad rationem cauſæ à qua proceſsit, quoties quis ſomno vtitur, vt vinculo naturali liberi iudicij: at ſi quis per ſomnum, vt inſtrumentum, exequatur ſcelus præcogitatū: tunc actus in ſomno contingens peccatum eſt, eo modo, quo actus exterior in executione eſt peccatum, docet Caieta. ij. ij. q. cliij. artic. v. ex cuius ſentētia deducitur nocturnam pollutionem eſſe peccatum, vbi quis data opera ſic dormit, vt polluatur. Ita qui iraſceretur in vigilia, & demum dat operam vt aliquem occidat, dormiens erit homicidij reus, ſicuti exiſtimat Bonif. in rubr. de inſult. & percuſ. ad fi. idq; probatur ex ratione Cardin. Caiet. In qua ſpecie minimè obtinet cōſtitutionis deciſio cle. vnic. de hom. Et vt obiter agam, ſomnum remedio eſſe laſsitudini, in Vlyſsis naufragio ſignificat Homer. lib. 4. Odyſſeæ ad finem cuius verba ex Græco tranſlata ſic habent,

Hunc autem Minerua
Somnum in oculis fudit, vt ipſum quieſcere faceret celerrimè,
A grauibus doloribus charas palpebras circuntegens.

Vnde illud Virgilij lib. Aeneid. 3.

Feſſos ſopor irrigat artus.

Et Homerus Odyſſeæ 18. aſſeuerat ab illo reſolui membrorum compages, dum cecinit:

Dormiuit autem reclinata, ſoluta ſunt autem ei membra omnia.

Et lib. 20. & 23. & Seneca tragœdiographus in Herculæ furente ſomnum domitorem laborum dicit:

Tu quoque ò domitor.
Somne laborum, requies animi.

Quod etiā mirū in modū adnotauit ex medicinæ authoribus Paul. Aeg. li. j. c. xcvij. cæterū Hom. lib. vlt. Odyſ. cecinit:

Vt lotus eſt, comeditq;
Dormiat molliter, hæc enim iuſtitia eſt ſenum.

Quo fit Senibus perquàm maximè conuenire ſomnia: quod etiam comprobat Galen. de ſanit. libro 5. Plato autem lib. . de Legibus in ea eſt ſententia ſomnum immodicum corpori, & animo obeſſe. & Home. lib. 5. Odyſſeæ.

Triſtie

Triſtitia, & multus ſomnus.

Et ex medicis huius ſentẽtiæ authores habeo, ſomnũ immodicum nocere, Hippocrat. aphoriſ. 2. c. 3. Haliab. libro 5. Theoricæ, & Auicenna in 2. primi doct. 2. c. 12. & in Canticis cap. 39. & in 2. parte eorundem. c. 28. & vtrobique Auerr. in commentariis, & etiam lib. 6. Colliget. & Raſ. ad Almanſorem, lib. 4. c. 3. & continentis, libro 25. & ante hos Caſius, qui problematum medicorũ c. 24. quærit, & rationẽ reddit, cur nimius ſomnus, & nimia itẽ vigilia capiti grauitatẽ pariãt.

SVMMARIVM.

1 *Infans, qui ad vſum rationis nondum peruenit, pœna homicidij minimè ſubijcitur.*
2 *Infans quis dicatur?*
3 *Mater infantis, ſi tempore delicti non erat doli capax, non incurrit irregularitatem.*
4 *Eius vero ſi dicatur doli capax, & ad cognoſcendam pubertatem, an nudus inſpiciendus ſit, plura non inconcinna.*
5 *Minor in atrociſſimis delictis pœnam non effugit.*
6 *Non tamen puniendus eſt pœna ordinaria.*
7 *Mater, quæ filio impuberi tutorem non petijt, eius hæreditate non priuatur, ſi tempore mortis mariti filius adhuc minor erat.*
8 *Minor etiã pubertati proximus minimè ex carnis delicto tenetur.*
9 *Si tamẽ virginem immaturam, minorem, & impuberem per vim cognouit, pœna ordinaria plectitur.*
10 *Iudex vtrum teneatur iuris neceſſitate pœnam minorũ, doliq; capacis minuere.*
11 *Minor pubes, vel pubertati proximus ex quocunque delicto tenetur, quod in faciendo conſiſtit.*
12 *Torturæ ſubijci an poſſit minor.*
13 *Si tamen in tortura delictum abſque tutoris authoritate confiteatur, an huiuſmodi confeſſio fidem faciat.*
14 *Iudiciũ cum minore, abſque tutoris authoritate ſuſceptũ nullũ eſt.*
15 *Seniores minori pœna afficiendos eſſe, quàm & iuuenes, dubio procul conſtat.*
16 *An & ſenes torturæ ſubijciantur, & à quibus incipienda ſit, analytice declaratur.*
17 *Senes in quadruplici differentia conſiderari.*
18 *An & mutus, & ſurdus criminis rei facti aliqua afficiantur pœna.*
19 *Pœna amiſſionis ciuitatis, in ſeruum minimè cadit.*

20 Sola ſerui confeſſio probationem facit.

21 Domino tamen integrum ius relinquitur contrarium probandi.

22 Licet ſeruus ex proprio delicto condemnari poſſit, dominus tamen cauſa adeſſe poteſt, eúmque defendere ratione proprij intereſſe.

De delictis puerorum, déque illorum pœnis iure Cæſareo Regióve ſancitis. Cap. XXXII.

1 DE infante itidem delinquente. vtique verba facienda ſunt: qui † cùm careat vſu rationis, minimè ei homicidium, nec aliquod delictũ imputandum eſt: text. celebris in l. infans. ff. ad .. Cornel. de ſicar. ſiquidem conſilij imbecillitas eam excuſat, talis quippe ætas quod videt, ignorat. l. j. C. de falſ. mon. textus in l. prima. C. ſi aduerſus delictum. adnotat gloſ. idem profeſſa in clem. vnica, de homicid. verbo, infans. & in l. ij. ff. de termino moto. in l. ferè. ff. de reg. iur. & gl. inibi niuibus hybernis crebriora iura ad id allegans, regia l. ix. tit. j. & l. xvij. tit. xiiij. & l. viij. tit. xxxj. par. vij. & l. xv. tit. j. par. j. & l. iiij. tit. xviij. par. vj. Card. poſt pleroſq; alios in d. clem. vnica. prima oppoſit. Iacob. Baul. in repet. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. xvj. fallen. Bald. in practica ſua, in rubric. quod dictus Titius. iij. col. Bonif. in rubr. de homicid. Ang. in tract. malefic. verbo, ſcienter & doloſè. Hippol. in dicta l. infans. Matth. de Afflictis in conſtit. terminum vitæ. vij. fallentia, notab. xij. Lud. Carr. in pract. crim. §. homicidium. vj. nu. 2. ſiquidem infans delinquens immunis eſt à delicti pœna, vti conſtat ex præcit. l. infans. explicant doctores in cap. ij. de delict. puer. & in locis præcitatis, extat hodie regia lex quarta, titulo decimonono. part. ſexta, & lex nona, titulo primo, parte ſeptima, & l. ſi quis in ſuo. §. fin. de inof. teſtament. C. tex. in l. impuberem. ff. de furtis. leg. quinta. §. ſed ſi infans. ff. ad leg. Aquiliam. & Ludouicus Carrerius loco præcitato, & nouiſsimè Antonius Gomezius in tract. delictor. capit. j. numero 57. & quis in hac ſpecie infans dicatur, explicat glo. in præcitata clementina vnica, de homicid. aſſeuerans eum dici, qui nondum ſeptimum ætatis ſuæ annum egit, & conſtat ex l. ſi infanti. C. de iure delib. capitulo primo. de deſponſationibus impub. libro vj. gloſſ. in c. j. in verbo, infanti. xiij. q. ij. tametſi quandoq; pro maiore ſeptẽnio ſumatur, vti inibi explicat gl. itidem in cap. j. xxviij. diſt. & quæ differentiæ

Quis infans dicatur.

ratio

ratio aſsignetur inter infantem,puerum,adoleſcentem,puberem,iuuenem & ſenẽ,& hiſce ſimiles præter doctores in l. ſi infanti.C.de iur.delib.& doct. in rubr. de delictis puer.eſt gloſſ.verbo, perfectus. in proœmio Sexti, cuius meminit pleraque id genus alia addendo Francus in capit.ſi pater.de teſtam.& in cap.j.de deſponſ.impub.Chriſtoph.Por.in §.minorem.Inſtit.de act.Archid.in c.j.de clerico ægrotante.Bald. in l.infante.de iure delib.C.Guliel. Lorrubil in diſcretione iuſtitiæ,& iniuſtitiæ,libro ſecundo.c.de adoleſcente ſine obedientia.Chaſſæn.in conſuetud.Burgundię,titulo *Des enfans.* rubrica ſexta.§.iiij.folio 219.col.iiij.nu.15.Io.Oldendorpius in tract.de vſucapione.cap.de ætate hominis, & earum temporibus.numero primo. folio 8. columna ij. in volum. viij. tractatuum.Thom.Gramm.deciſione xxxiiij. num.ſecundo, Dominus,ac præceptor meus,Ioan.Corraſ.in l.precibus.nu. xix.C.de impub.& aliis ſubſtitut. Hippol.in l.infans.nu.6. ff.de ſicariis. Nicolaus Bellon, in rubrica Inſtitut. Quibus modis re contrahitur obligatio. numero ſecundo. Ioannes Montolonius in ſuo promptuario iuris, in verbo, ætas.qui omnes meminẽre de præcitata gloſ.cui ſimilis in l.j.§.pueritiam ff.de poſtul.& infantem imbecillitas conſilij excuſare conſtat: qua ratione infans, nec pœna criminali pro delicto punitur, ſicuti frequentiori doctorum calculo approbata eſt ſententia in præcitata leg.infans. Et cùm in hoc homicidio voluntas aliqua non adſit occidendi, ſequitur inde à pœna immunẽ eſſe,atque irregularitatis labe, text.ad id omnium præſtantiſsimus in concilio Vienneníi Clementis quinti,in clemen.vnica.de homicid. Cuius conſtitutionis ratione reprobatur ſententia Hoſtienſ.in cap.j.de delictis pueror.contrarium aſſeuerantis. Eſt tamen prædicta pontificia conſtitutio intelligenda,niſi infans eſſet doli capax: tunc enim propter culpam,eſſet irregularis: ſic prædictam conſtitutionem intellexerunt Io.Andr.Abb. in d.c.j.de delictis pueror.& ibi Anan.Hippol.in l.ſi quis te.C.de ſicariis. Villadiego de irregularitate.c.de percuſſore.col.xij.itidem Hippol.in d.l.infans.& ſing.628.Socin.in cap.ad audientiam.nu.12.de hom. Lud.Carr. diligentiſsimè in pract. crim.§. homicidium.vj. nu.3.doctores ferè omnes in d.c.j.tametſi Barb.poſt Abbatẽ ibi in apoſtillis in errorẽ aliquos attraxerit, cuius ſententia omnino exploſa, eſt text. optimus ad hoc in l. impuberem.

Infans delinquens non punitur.

ff.de furt.explicat Dec.in l.pupillus.& in l.ferè.ff.de reg.iur.
3 Fel.in c.ſi verò.de ſent.excom. Hinc deducitur † maiorē infante non eſſe irregularem: ſi ſanè ei contigerit hominē occidere,eo pacto,vt nō ſit eo tempore doli capax, & ſi puer ſit, teſte gl.in d.clem.vnica.verbo,infans.quam inibi ſequuntur doctores cōmuni conſenſu,præſertim Anch. Bonif.& Imol. quam opinātur tutiorē,profitendo eam communem, Gonſ. à Villadieg.loco paulò ante citato.col.xij.& Ioā.Ign.in d.l.j. §.impubes.n.18.ff.ad Syllan.idem profeſſus Socin.in d.c.ad audientiam.n.12.quin etiam minimè poſſe hunc minorem pro ære alieno incarcerari,vti in hac ſpecie exiſtimat Bal.in l.j.n.20.C.qui bonis cedere poſ.cuius meminit idem profeſſus Iacob.de ſancto Georgio in l.nec impuberis.nu.3.ff.de in ius vocando.Chaſſen.in conſuetudinibus Burgun.in tit.*Des rentes*.in rubr.v.§.ij.n.14.fol.209.col.iiij.pro quo eſt gl.idem profeſſa in l.iij.§.ſed vtrum.de minor. Ang.in repet.l.nemo carcerem.C.de exact.tribut.libr.x.& huic ſententiæ nec admodum inuitus accedit Romanus in conſ. cxx.n.4.hæc ſententia,tametſi ita recepta ſit, vt improbari minimè poſsit, ab hac tamen opinione recedit Bar.in l.ſi filio.la ij.ff.ſol.ma. idem in tract.de cerceribus.n.6.quo in loco profitetur præcitatam gl.communi doctorum voto damnari. Idēmq; exiſtimat Bal.poſt Cinum in l.alio. C.quod cum eo. Cui ſentētiæ accedit Hippol.in ſua practica criminali in §.attingant.nu. 69.atque ita communiter tranſire doctores aſſeuerat Baptiſta Caccialupus in tract. de debitore ſuſpecto. quæſt.v.nu.8. in hac tamen ancipiti quæſtione exiſtimo priorem opinionem gloſſ. in præcitato §.ſed vtrum. intelligendum eſſe, & eò hanc opinionem tendere,quandocunq; filiusfamiliās minor eſt,ſiquidem tunc minimè poteſt pro ære alieno incarcerari.Cui ſententiæ accedit Baptiſta loco præcitato,num.8.& Paul.Pariſ.nouiſsimè conſ.xciiij.nu.41.vol.j.ac ſic intellecta diluuntur errorum cauſæ,& in concordiam diſcordata reducuntur,& tandem ad mediocrem modum peruenitur.

In qua iuris propoſitione adnotādum eſt,quaſi totius ma-
4 teriæ coronidem,quis † dicatur doli capax? ſunt,qui quo ad delicta illum eſſe proximū pubertati opinantur,cui ad ætatem perfectam ſex tantùm menſes deficiunt, text.eſt in l.iij. §.pen.ff.de lib.exhibend.qui text.parum me mouet:text.tamen eſt ad id celebris in l.non tantùm.ff.de excuſatio.tutor.

gloſſ.

glo.Innoc.Hoſtien.& plerique alij in c. continebatur. de deſponſ.impub.Bal.in l.excipiuntur.ff.ad Syllan.quem Igneus ibi ſequitur,& Iaſ.in auth.ſacramenta puberum.num.15.C.ſi aduerſus vend.itidem Iaſ.in §.& ſiquidē. l. properandum. de iudiciis.ſunt & alij exiſtimantes proximum pubertati eum dici,qui annum decimum & dimidium peregerit, ſi ſit maſculus:ſi verò fœmina, ſi annum nonum cum dimidio compleuerit vſque ad duodecimum.glo. in §.pupillus. Inſtit.de inutil.ſtip.& in l.pupillum.ff.de reg.iur.& in l.j. ff. de nouat. glo.in ſumma,Inſtit.de oblig.quę ex delicto.Bar.in l.ij.ff.de nouat.col.ij.num.6.& inibi Paul.& Imola quas aſſerit communiter approbatas.Iaſ.in d.§.& ſiquidem. Soc.l.j.§. adiſpicimur.ff.de acquir. hæred. Aret.in d.§. pupillus. Dec. in d.l. pupillum.& inibi Hierony.Caguol.num.2. & probat regia l.viij.tit.xxxj.par.vij.l.ix.tit.j.par.vij l.xv. tit.j.par.j.l. vj.tit. v.par.vj.l.iiij.tit. fina.par. vj.l.aij.tit.viij.par. vij.& l.viij. tit. xxxj.par.vij. Nos tamen priorem ſententiam firmamus non ſolùm in delictis, ſed in aliis quibuſcunque actibus: gloſſa in capitulo,atteſtationes.& in cap. continebatur. de deſponſatione impuberum.probatur text.in l.non tantùm.ff. de excuſat.tutorum. explicat Zaſius in quæſtio.ij. de Iudæis. dilatat chartas plurimis remiſsionibus Ioannes Igneus in l.j.§. impubes.ff.ad Syllanianum. quam opinionem in coniugali contractu profitetur eſſe communem Ioannes Staphileus in tractatu,de literis gratiæ & iuſtitiæ.fol.74.his tamen omiſſis,opinor arbitrio iudicis eſſe relinquendum,tanquam iure non deciſum:argumento l.j.§.j.de iure deliberandi. quis dicatur proximus pubertati: hoc enim iudex arbitrabitur ex diſcretione pueri, & ex aliis circunſtantiis contingentibus. ita Ioannes Faber in dicto §.pupillus.Saliceus in l. impunitas.C.de pœnis.Anania in cap.primo,de delictis puerorum. Antonius in cap. atteſtationes. in fine, Abbas & Præpoſi. in dicto cap.continebatur.de deſponſ.impuberum.Decius in d. l.pupillum.colum. ij. & Hieronymus Cagnola numero 3.in præcitata l. pupillum. & eſt textus ad id præſtantiſsimus in ſumma Inſtit.de oblig.quæ ex delicto naſc.ibi, & id intelligat ſe delinquere. & eſt textus in præcitata l. impunitas. C. de pœnis.pleniori manu Ioannes Igneus in præcitato §. impubes.& Ioannes Faber in dicto §.pupillus.hoc tamen arbitrium iudicis ante illā ætatem definitā, non eſt paſsim exhibend

bendum, imo iudex cautiſsimè id agat, ac tandē rarò: at poſt illam ætatem nō eget iudicis arbitrio, ita vrgentibus coniecturis: ſat enim erit aliquot ſigna perpendere, ex quibus arbitretur puerum doli capacem eſſe, ac proximum pubertati: ex his omnino falſa eſt glo. in c. j. de delict. puer. quæ dicit puerum doli capacem puniendū eſſe, intelligit in puero ſeptennij: Ad illius textus intellectum legendus eſt Decius in d. l. ferre. ff. de regulis iur. Hip. in l. ſi quis te. C. de ſicar. Quod intelligo, ſi ſanè infans ſit doli capax, non erit immunis à pœna, Abb. in c. j. de delict. puer. qui tametſi aſſeuerat infantem minimè eſſe puniendum delinquentem: quem intelligēdum eſſe cenſeo, niſi ſit doli capax, Ioan. de Anan. nu. 3. inibi Hippol. in l. infans. num. 5. de ſicar. & in l. j. num. 91. eod. tit. & in l. ſi quis te. num. 3. C. eod. tit. quod ipſe exiſtimo verum, ad hoc vt puniatur ex delicto: longè quidem aliter, ad hoc, vt incidat in irregularitatem: qui tametſi ſit doli capax, vſque ad ſeptimum annum nullam contrahit irregularitatem, explicat Marianus Socinus in c. ad audientiam. num. 13. de homic. Et quando infans poſsit eſſe doli capax, explicat glo. in cap. fin. de ſenten. excommun. cuius meminit Anan. in rub. de delictis puer. ad finem. & text. in l. ſi alterius. C. ſi minor ſe maiorem dixerit. & quis dicatur doli capax præter doctores in clemen. j. de homic. & in c. j. de delictis puer. ille cenſendus eſt, qui proximus eſt pubertati, vti explicat text. in l. apud Celſum. in §. quæ in ductore. ff. de doli exceptione. Ioannes Igneus num. 25. in præcitata l. excipiuntur. & nos paulò antè tradidimus.

Rurſus non abs re, cùm de puerorum delictis tractauerimus, illud memoriæ repetere libet, ad cognoſcendam pubertatem, antiquæ leges marem tantùm inſpici nudum iuſſerūt, vt proinde cognoſceretur, pubes ne eſſet an impubes, fœminas verò nudas ob id conſpici non patiebantur, impudicum illud, atque indecorum iudicantes. & Plato in ea ſpecie, ſanxit lib. de Legibus 11. conuenientiam (ait) ætatis ad nuptias, & contra iudex nudos omnino mares, pubem vſque inſpiciens iudicet. Hæc ille, & eſt tex. in l. vlt. C. quando cur. vel, tutor. eſſe deſinant. §. j. Inſtit. quib. mod. tut. fin. definientes impubes ne eſſet inſpiciendus nudus: & ſi aliquando fœminas nudas cōſpici oporteat. Leges & Canones eas inſpici voluerunt à mulieribus honeſtis, probatæq́ue fidei, non tamen

Quando mulieres nudas conſpici oporteat.

à vi

à viris.l.j.in princ.ff.de ventre inſpic.c.fraternitatis.c.vlt.de frigidis & malefic.c. cauſam matrimonij. c. propoſuiſti. de probat.c.nec alia.xxvij.q.j.inibi,manus obſtetricum.& memoria repetere libet;quod in ea ſpecie Solinus,cap.v.ad fi.& Plinius lib.7.c.17. ſcribunt virorum cadauera ſupina fluitare,fœminarum prona veluti pudori defunctarum, parcente natura. Atque ita in cadaueribus mortuorum natura pudenda mulierum magis quàm virorum obtexit, & fœminarum nudatio,virorum animos exaſperat,ſicuti conſtat Ezech. 16. vbera tua intumuerunt,& pilus tuus germinauit:nuda erat, & confuſione plena.& Eſa. 20.c. nudã & diſcalciatam diſcopertis natibus,ad ignominiam Aegypti.& c.47.nuda turpitudinem tuam,& diſcooperi humerum,releua,&c.& id conſtat Hier.4.& Hierony.ad Demetriadem,de virginitate ſeruanda ait,Tibi ſit pulchra.illa amabilis, illa habẽda inter ſocias,& procedens ad publicũ, non pectus, nõ colla denudat, ne pallio reuoluto ceruices aperit,& à Martiale,libro vndecimo virgines Patauinas laudat , quoniam non ipſæ aperta facie prodeunt in publicum,dum cecinit:

Tu quoque nequitias noſtri luſúſque libelli
Vda puella leges,ſis Patauina licet.

Et Plinius lib.Epiſt.1.Plutarchus in Problem.c.162.& Perſarum Legibus ſancitum fuit,ne mulieres extraneis viris inſpiciendas ſe præberent,ſicuti fideliſsimus author Ioſephus lib.11. antiquit.c.9. ſcribit Tertulianus in lib. de virginibus velãdis,Plutar.in Apophthegmatis laconicis.Cornelius Tacitus,& apud Romanos Caius Sulpicius Gallus vxorem dimiſit,quòd eam capite aperto foris verſatam cognouerat,authore Valerio Maximo,lib.6.cap.3.Plutar.in præcep.connubia.cap.32.Ambro. libro epiſtolarum 8. epiſtola 64. mirum in modum increpat Synagrium Veronenſem Epiſcopum, qui virginis accuſatæ ſtupri ſecreta genitalia inſpici iuſſerat ad deprehendenda libidinis veſtigia. Acteon quoque cùm inter venandum fortè fortunà Dianam nudam conſpexiſſet in fonte,indignatione eiuſdem in ceruũ commutatus,ſicuti Ouidius recenſet libro tertio Metamorphoſeos, & Pauſanias libro nono. Sillius libro duodecimo Claudia. in Ruphinum,nouus poëta Græcus,lib.5.Latinè tranſlatus ait:

Felix Tyreſia,tu quidem vidiſti citra perniciem
Nudam inuita miſericordis Palladis.

Vnus

Viuis tuorum oculorum perdito lumine, noſtrorum autem
Oculorum ſplendorem, cum mente commutabit Pallas.

Et illud Propertij.

Parce oculis hoſpes, lucóque abſcende verendo.
Cede agedum, & tuta lumina linque fuga:
Inter dicta viris metuenda lege piatur,
Quæ ſe ſummota vindicat ara caſa.
Magnam Tyreſias aſpexit Pallada vates,
Fortia dum poſita, Gorgone membra lauat.

Et ad id illud Virgilianum alluſiſſe videtur:

Tránſque caput iace, ne reſpexeris.

Et Homerus libro quinto Iliados, & Euſebius libro tertio de præparatione Euangelica, cap. duodecimo, Platonem reprehendit, quòd in libris de Republica atque de Legibus inſerit mulieres in gymnaſiis nudas cum viris luctari: quod olim licebat ex Propertio lib. Elegiarum 3.

Multa tuæ, ex parte miramur.

Et rurſus,

Neore tu egentis nitida dum nuda paleſtra,
Ludis, & eſt nudis fœmina mixta viris.

Et illud Euripidis in Andromache Latinè tranſlatis

Nec ſi velit quiſpiam,
Caſta eſſe queat Spartana puella:
Quæ cum iuuenibus relinquentes domus,
Nudis fœmoribus, & tunicis diſſolutis,
Curſus palæſtras, quæ non tolerabiles mihi.

Et pleraque alia congerere poteris ex Valerio Maximo, libro 2. cap. 5. ex Eraſmo Chiliade 5. centuria 2. cap. 47, de Plutarcho, in libro de claris mulieribus. cap. 2. Pollux libro 7. Onomaſticon. c. 12. Plutarchus in Lycurgi, ac Numæ Pompilij comparatione. Theodoricus lib. de Legibus, Chryſoſtomus Homilia in Matthæum 6. multis inuehitur in mimos, alióſque huiuſcemodi ludos, quibus producuntur mulieres nudæ, veluti maxima libidinis incitamenta. Ant. Floren. numero 2. par. tit. v. cap. j. Laudatur tamen à Plutarcho in libro de claris mulieribus. cap. 15. Micca. filia Ariſtodemi, elienſium tyranni, quod moribunda megiſtionem rogauit, ne cùm à vita diſcederet, turpiter nudatam iacere pateretur. Plinius Iunior lib. Epiſtolarum 4. & Lucianus in encomio Demoſthenis, & Ouid. libro 13. de Pollixena loquens cecinit

his

his carminibus,

Tunc quoque cura fuit partes velare pudendas,
Cum caderet, caſtique decus ſeruare pudoris.

Itidem lib. 2. Faſtorum de Lucretia verba agens ait,

Tunc quoque iam moriens, necnon procumbat honeſtè,
Reſpicit, hæc etiam cura cadentis erit.

Et Homerus lib. Odiſſ. 6. cùm Vlyſſes nudus eſſet è mari elapſus ramo frondenti ſibi pudenda cooperuit: ad quod alluſiſſe videtur Virg. in Priapeis,

Huius & Alcinoi mirata eſt filia membrum
Frondenti ramo vix potuiſſe tegi.

Ex quibus ſatis iam ſatis candido lectori conſtabit, quàm probroſum, hanc nuditatem membrorum, quantò magis apud nos, qui Dei cultum profitemur, & iſta incitamenta libidinis aſpernenda ſunt: ſed quæ longo ſubſellio tractauerimus, vt quo abij, redeam, Illud memoria repetere libet, ne perplexo doctorum commentario lectorem fatigemus.

Quibus & illud ſubiiciam, ſi ſanè minor dolo commiſit delictum, vtique puniendum eſſe, tex. eſt in l. ſi ex cauſa. §. ſi commiſſum. & §. nunc videndum. ff. de minoribus. Thomas Gramm. in deciſ. xxiij. num. 12. Gulielmus Mayner. in præcitata l. ferè. num. 14. ff. de regulis iuris. Iacobinus de ſancto Georgio in l. j. num. 2. & 3. C. ſi aduerſus delictum.

Illud etiam conſtitutiſsimum eſt, in † atrociſsimis delictis grauioribúſque minorem pœna afficiendum eſſe, vti conſtat ex l. auxilium. §. in delictis. ff. de minoribus. & in dicta l. ferè. & quæ atrociſsima delicta cenſeantur, explicat Maynerius in l. ferè. numero 18. Innocentius in cap. j. de conſtitution. Hippolytus in l. vnius. §. cognitorum. num. 70. ff. de quæſtionib. Iaſ. in l. cùm ſeruus. num. 7. ff. de condictione cauſa data. 5

Hic verò non eſt prætermittendum, † quòd doli capax delinquens in ætate minore non eſt puniẽdus pœna ordinaria criminis, ſed extraordinaria arbitrio iudicis, text. in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minoribus. l. diuus. ff. de term. moto. gl. in l. iij. ff. de infam. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. tex. optimus, vbi glo. & doct. in c. j. de delictis puerorum. Decius explicat in d. l. ferè. Bland. in l. & ſi ſeuerior. ff. de his qui notant. infam. glo. in cap. j. de ſententia excommunicat. & inibi doctores, Cardinalis in cap. ij. de 6

Extraordinaria pœna minor puniatur.

de delictis puerorum. Bart. in l. adminiſtratores. §. corporis. ff. de excuſat. tut. Bald. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſunt. Auguſtinus poſt Angel. in d. verbo, ſcienter. Cæpola conſil. xxx. Anchar. conſil. cclxxxvij. Paul. Caſtrenſ. conſilio xx. Abb. in d. cap. j. Cæpola in authent. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis. & eſt textus ad id præſtantiſsimus in cap. fin. de ſentent. excommunic. & in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minoribus. Cagnol. & Decius numero 3. in præcitata l. ferè. Igneus nume. 19. in d. l. excipiuntur. Lud. Carrer. in d. §. vj. numero 4. & 5. Thom. Grammat. deciſ. xxiij. Decius conſilio cccccxxxv. regia l. octaua. titulo xxxj. parte vij. quæ conſtituit minoribus intra decimumſeptimum annum delinquentibus, minuendam fore pœnam ordinariam.

Illud etiam hoc iure apparet, quòd non incongruè conuenit proximè traditis definitio illius quæſtio. minorem puberem, pubertatique proximum, delinquere poſſe, & vtique ex delicto teneri, tex. eſt in l. pupillum. ff. de reg. iur. vbi Conſultus ſcriptum reliquit, pupillum, qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe furandi & iniuriā faciendi: tex. ad id præſtantiſſimus, cuius plerique doctorum meminère, in §. in ſumma. Inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſcun.

Exiſtátque hodie regia l. nona, titulo primo, part. ſeptima. & regia l. xv. tit. primo, part. prima, & lex ſexta, titulo quinto, part. ſexta. Et ea ſiquidem ratio eſt, ex quo minor eſt pubes, velutique pubertati proximus compos mentis, ac doli capax cenſetur, vti hoc iure probat tex. in præcitat. §. in ſumma, inibi, ſi proximus pubertati ſit, & ob id intelligat ſe delinquere. Cardo igitur dubitationis in eo verſatur, ſi ſanè intellectum ad delinquendū habeat: & huius ſententiæ authores habeo Ang. de Aret. cæteróſq; Doct. in præcit. §. in ſumma. quo fit minorem teneri ex delicto, ſicuti exiſtimat gl. in l. ſi quis in tātā. in iij. q. C. vnde vi. Ang. in l. Fulcinius. §. adeò. in fi. ff. ex quib. cau. in poſ. eatur. Pau. Caſt. cōſi. clxxxiij. in cauſa. col. vi. lib. j. Bar. col. iij. in præcitata l. ſi quis in tantā. itidē Bar. in l. is cui bonis. col. vi. ff. de verb. oblig. Bar. in l. j. ad fi. ff. de curat. fur. & nos ad Bart. pleniori manu adnotauimus in l. j. & huius ſententiæ authores habeo Paul. de Caſtr. ad fi. Iaſ. col. viij. Alex. iiij. in præcitata l. is cui bonis. Dec. in l. furioſi. col. ij. ff. de reg. iuris. & eſt tex. pro hac omnium recepta ſententia in l. ſed & ſi ex parte. §. quanquàm. ff. quod cum eo.

cuius

cuius meminit Iaſ.in §.omnium.Inſtit.de actio. Steph.Bert. conſ.ccxlviij.Iaſ.in l.apud Iulianum. ff.quib.ex cauſ.in poſſ. eatur.Alexand.id ſerioſè explicans conſil.xxiiij. col.ij. lib.j. & conſ.lxxxix. vol.iij. Et conueſtiri poſſet iſthæc ratio: ſiquidem delictum diuino & naturali iure prohibitũ eſt, nec vtique ignorantia tolerabilis datur, quandoquidem ex dictamine rationis conſtat alterũ non lædere:& quod ſibi fieri non vult, alteri nec vtique facere: ſicuti ſcriptum reliquit C onſultus in l.j.ff.de furt.& in l. probrum. ff. de verb. ſign. & in l. ſi adulterium cum inceſtu.§.adulterium. ff. de adulr. & in l.venia.C.de in ius voc. & inibi Paul. Caſtrenſ. & pleriq; alij in ea ſunt ſentẽtia, quibus adſtipulatur illud Exod. cap.20.& l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.iud.Quo fit cùm illa ætate minor iuris naturalis capax cenſeatur, huius criminis reus vtique puniendus eſt: quæ omnia intelligenda eſſe exiſtimo,quando minor delictum perpetrauit in faciendo, longè quidem aliter ſi conſtat in omittendo, vel negligendo,ſiquidem tunc à delicto immunis erit cenſendus:tex. eſt,qui paſsim ad hoc ſolet adnotari,in l.ij.C.ſi aduerſus delictum. & inibi ad id multum notat Azo in ſumma,& paſſim doctores, ibi text. ad id præſtantiſsimus in l.de minoribus.vbi aſſeuerat minorem mortem patris minimè vlciſcentem,non priuari hæreditate paterna, vt ibi explicat gloſ. in verbo,non vlciſcatur. vbi Bald.Ang.Salic. Paul.& frequentius doctores.C. in quibus cauſis reſtitutio non eſt neceſſar. tametſi Petrus Oldrad. ab hac ſententia diſcedant ibi, & Cinus,qui dubius,nec vtique vtranque firmant ſententiam, quinetiam ſi tempore delatæ & aditæ hæreditatis minor ſit, nec priuatur.glo.in l.minoribus.in verbo,reſpondere.& inibi Bald.col.vlt.verſic. quærit gloſ. Alberic.idem profeſſus, Angel. Salic.Florian.idem adſtipulantur, quibus accedunt Corn.Alexand.& Iaſ.&-iſta eſt frequentiori doctorum calculo recepta ſententia, tametſi in hoc vltimo ab ea diſcedat Petrus Cinus,Paul.in prævcitata l.j.C.de his quibus vt indig. & Raphael Fulgoſ.conſil.lij.colum.ij.dubio ſecundo.

Ratio ſecunda.

Minor iuris naturalis capax eſt.

Hinc etiam eſt cenſendum † idem de matre,quæ licet teneatur petere tutorem filio ſuo impuberi,aliàs eius hæreditate priuatur.l.ſciant. C.de legitim.hæred.& l.omnes.C. ad ſenatuſconſ.Tertul.excuſatur vtiq;, ſi adhuc minor ſit, cùm eius maritus à vita diſcedit.l.ij.C.ſi aduerſ. delict. vſquequo 7

id intelligendum eſſe cenſeo, tametſi mater minor maior facta fuerit, ſufficit in illo priori tempore minorem fuiſſe, vt immunis ſit, ſi tutorem filiis minimè petierit, vti exiſtimat Specul. in tit. de in integr. reſtitut. in prima parte, in §. quis autem. verſic. ſed quid ſi ipſa mulier. & inibi Bal. in iij. parte. Quibus ſuffragatur gloſ. celebris in l. j. C. in quibus cauſis reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria. Bald. in l. ij. C. ſi aduerſ. delict. explicant doctores paſsim inibi, & in d. l. minoribus. & ibi Salic. Paul. Caſtrenſ. Raphaël Fulg. & alij plerique in ea ſunt ſententia ibi. Quibus accedit, nec admodum inuitus Bald. in authent. ſi qua tibi. C. de epiſc. & cleric. aſſeuerans longè quidem aliter eſſe in filio minore, qui non redemit patrem captiuum, & interim maior factus eſt, Bald. in l. qui contra. col. j. C. de inceſt. nupt. itidem in l. precibus. col. iij. de impub. vti hanc profitetur eſſe communem. & huius ſententiæ authores habeo Ang. in l. j. C. in quibus cauſis. Paul. Alexand. Iaſ. in l. ſciendum. §. vltimo. ille in primo notab. alter col. j. tertius num. 11. ff. qui ſatiſd. cog. Rom. ſing. ccxxj. & in l. qui maior. in princ. ff. de oper. libert. & in l. iij. §. ſcio. ff. de minorib. & Raphaël Fulgoſ. loco præcitato, quo fit minorem de delicto in omittendo minimè teneri, ſiquidem non vindicans mortem defuncti, hæreditate minimè priuatur. tex. in l. i. §. impubes. ff. ad Syllan. & ibi Bart. & doctores. l. iij. §. ij. & in l. excipiuntur. eod. tit. & in authent. ſi captiui. C. de epiſc. & cleric. l. j. verſic. impuberes. C. de falſa moneta. & inibi Cinus & Salic. idem profitetur Anan. & doctores Canonicæ Philoſophiæ in cap. j. de delictis puer. Hippol. in l. de minore. ad fin. ff. de quæſt. Anch. conſil. clxxxv. Alexand. conſil. clx. volum. vij. Fulgoſ. conſil. cxxxvij. Decius in hac ſpecie dilatat chartas quamplurimis remiſsionibus, in c. de cauſis. de offic. deleg. apud quos longa eſt huius quæſtionis examinatio. Quibus & illud conſti-

Minor an teneatur ex carnis delicto.

8 tutiſsimum eſt † minorem, impuberem etiam proximum pubertati minimè ex carnis delicto teneri, nec itidem de adulterij ſtupro, & ſimilibus: ſiquidem cùm cenſeatur incapax illius delicti ex defectu, & impotentia naturali propter illius ætatem: vti hac in ſpecie explicat tex. ad hoc notatu dignus in l. ſi minor. ff. de adult. & inibi gloſ. ordinaria, quæ expreſsim hoc ipſum vult, Iac. de Rauen. Alberic. & Angel. inibi, & ad id tex. celebris in cap. j. de delict. puer. quibus admodum

modum conuenit regia l.ix.tit.j.par.vij. & l.xv. tit.j.par.j. Quòd ſi ante legitimam ætatem ac pubertatem eſſet viripotens, vtique tenebitur, vt aſſeuerant doctores in d.l. ſi minor.ff. de adult. & maximo apice deſeruire videtur text. in argumentum in cap.de illis. el.ij. & in c.nobis.& in cap.fin. de diſpenſ.impub. Quibus quidem illud conſtitutiſsimum eſt, matrimonium inter impuberes minimè conſiſtere poſſe, tametſi illorum malitia ætatem ſuppleat: tamen ſi copula interueniat, matrimonium vtique valere manifeſtiſsimum eſt. Et iſthæc ſententia ſtabiliri poſſet.in carnis delicto malitia ſupplet vtique ætatem.glo.expreſsim id adnotat in c.j. xx.q.j. vbi illud Gregorij in dialogo de puero nouem annorum nutricem ſuam grauidam facientem: refert Alberic. in ſuo indice, verbo, matrimonium. puellam nouem annorum peperiſſe.& in d.cap.j.notat Archid. Hoſt. Ioan. Andr. in cap.vlt. de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. meminère de dialogo Gregorij, itidem Hoſtienſ.in ſumma de pœnit.§.qui confitendũ.verſic.cui pueri.Io. And. Abb. & alij plerique in cap.j.de delict.puer. itidem & Ioan.And. in cap.puberes.col.ij.de deſponſ.impub.Bar.in tract. different. iuris canonici & ciuilis. Dominicus conſil.xxiiij.colum.iij. Anchar.in cap.ſi pater.col.vij.de teſtam.lib.vj.Alexan.& Iaſ. vterque col.vlt.in l.in pupillari.ff. de vulg. Ang.conſil.ccliii. ad fin. Barbat. serioſè id explicat in procem.Clemen.§. nulla.col.vlt. Iaſ.col. iiij. in l. moribus. de vulg. & inibi Alex. col. iij.tametſi teſte Cardin.Floren.& Ioan Anan.in d.cap.j. de delict.puer. aſſeuerent intrepidè minimè dixiſſe Gregorium loco præcitato, puerum nouem annorum nutricem grauidam feciſſe. Cæterùm Hieronym. ad Vitalem in ſua epiſtola, profitetur puerum decem annorum grauidam reddidiſſe nutricem: rurſus in ea quoque epiſtola dilucidè Salomonem oſtendit Achaz reges, cùm nondum decimum & vndecimum ætatis ſuæ annum egiſſent, filios genuiſſe, cuius meminit Ioan.Andr.& Hoſt.in d.c.vlt. de eo, qui cognouit conſang.vxoris ſuæ. A priori ſententia libenter diſcedo: ſiquidem in matrimonio conſideratur viri potentia, vt paulò ante meminimus, tamen ad carnis delictum puniẽdum ius Cæſareum vtique inſpiciendum eſt, nouiſsimè Ant.Gomez huic ſententiæ accedit num.60.cap.j.de delictis puerorum. aſſeuerans in ſpecie minorẽ liberaſſe rem habẽtem cũ cane.

Ex quo & illud ſubiiciam,& proximæ quæſtioni accedit,
9 minorem† impuberem pubertati proximum ex delicto minimè teneri: quod quidem eſt punibile per ſtatutũ, vel conſuetudinem, vti hac in re eſt tex. in cap. ij. de delict. pueror. quem ad id multum notant doctores inibi, & eſſe ſingularem profitetur Rom. in ſing. fin. Ex quo quaſi ex eodẽ fonte & illud deducitur: ſi ſanè ſancita ſit pœna in aliquo loco extrahentibus frumentum, vinum, vel aliam quampiam rem, nec vtique minor impubes tenebitur, qui contrarium fecerit, tametſi ſit doli capax:& dato, quòd teneatur, reſtitui poteſt. Illud verò, quod obiter menti occurrit, adnotandum
10 eſt, ꝙ† ſi ſit doli capax delinquens, ac minor, an poſsit iudex pœnam de neceſsitate iuris minuere, an pro libito voluntatis iudicãtis poſsit pœnam infringere? In quo dubio doctores multum effuderunt tractatum, & iſthæc quæſtio plena eſt ſentibus & ſpinis, in qua certatim omnes variant, diſſident,& diſcertãt, vt difficulter eius rei exitum inuenire poſſim. Nos tamen breuitati ſtudendo, & quantò fieri poteſt, totã eam rẽ tractabimus:& primò in ea ſunt ſententia doct. eſſe in iudicantis libero arbitrio in minori ætate delinquentis pœnam minorare: quod, ſi ipſe minimè faciat, nec vtique partem grauare cenſetur, nec damnum irrogare, nec in ſyndicatu tenebitur, text. eſt in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor.& inibi Alberic. Bald. in l. qvicunque. C. de ſer. fugit. col. v.& Salic. col. ij. num. 7. Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. ij. lectura, num. 12. Anan. in cap. ſicut. penult. col. de Iudæis. nec deſunt, qui prorſus contrariam profiteantur ſententiam, quinetiam iudicem aſtrictum in hac ſpecie pœnam minuere, aliàs partem grauare cẽſetur,& ab eo appellari poſſe,& in ſyndicatu teneri. Quorum ſententia conueſtiri poſsit ea ratione: ſiquidem quę iudicantis arbitrio cõmittuntur, ſi ſanè iniquè arbitretur, appellari poteſt ab eo: nī libero ac abſoluto eius arbitrio committatur, vti expreſsim id adnotat Bart.& frequentiori calculo doct. in l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſign.& inibi gl. Paul. de Caſt. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. j. col.& inibi Bart. pen. col. quam vltimam ſententiam eò tendere exiſtimo, ac locum ſibi vendicare, ſi à minore, vel eius nomine petitum eſſet, vti hac in ſpecie exiſtimat Alexan. in l.& ſi ſeuerior. C. quibus ex cauſis infamia irrogetur, finali col.

col.& regia l.iiij.tit.fin.parte vj.in ſpecie id approbat.

Quibus & illud adiiciam, † tametſi minor viginti quin- 11
que annorum,pubes tamen, vel pubertati proximus, tenetur ex quocunque delicto,quod in faciendo conſiſtat,vt paulo ante meminimus, tamen pœna ordinaria minimè affici debet,ſed vtique mitiori propter ætatis defectum,tex.ad id elegans in l.auxilium.§.in delictis.ff.de minor.vbi Conſulr. ita ſcriptum reliquit,niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit. & inibi doctores frequentiori calculo, & iudicantis arbitrio punitur, tex.in l.diuus.ff.de termino moto.glo.in l.iij.ff.de infamib. glo.in cap.j. de ſentent.excom.& inibi doct. Card. in cap.ij. de delict.pueror. omnium diligentiſsimè Dec. in præcitata l.ferè.Lud.Carrer.in d.§.vj.num. 4.& 5.Thom.Gram. deciſ. xxiij. Decius conſil.cccccIxxv. regia l.iiij.tit. fin.par.vj. & l. ix.tit.j.par.vij.Hac noſtra tempeſtate illa eſt conſtitutiſsima concluſio,ſi ſanè minor decem & ſeptem annorum reus criminis factus fuerit,iudex vtique aſtrictus eſt, ac neceſsitate cogitur minuere pœnam, regia l.viij.tit.xxxj. parte vij.quæ conſtituit minoribus intra decimum & ſeptimum annum delinquentibus minuendam fore pœnam ordinariam. Si verò maior decem & ſeptem annorum ſit,arbitrio iudicantis relinquitur,qualitate delicti & perſonæ inſpecta,minuere, vel non minuere: quod ſi non fecerit, nec vtique partem grauare æſtimandus eſt,vti hac in ſpecie explicat d.l.viij. Et iſthæc ſententia conueſtiri poſſet aliquot fundamentis. Et primò,fortiſsimum huic rei argumentum præſtat text.ad id præſtantiſsimus in l.j.§.pueritiam.ff.de poſtulando.Ex quo conſtat pueritiam dici ante decimum ſeptimum annum,ac rurſus poſt illam ætatem pubertas dicitur magis capax & plena:quo fit aduocatus officium in ea ætate exercere poſſe, vti explicat inibi Bart. aſſeuerans ibi in ea nempe ætate doctorali dignitate poſſe inſigniri:cui ſententiæ accedit Faber in §.fin.Inſtitut.quibus modis manumittere non licet.

Secundò,huic ſententiæ innititur text.in auth.ſi qua tibi. C.de epiſc.& cleric.vbi minor decem & octo annorum criminis reus factus à delicto prorſus excuſatur, text.in l.arrogato. verſic. non tamen. ff.de adopt. vbi profitetur plenam pubertatem eam dici in eo, qui decimumoctauũ ætatis ſuæ annum egit: quo fit in minori ætate filium arrogare non

poſſe.l.in ea.verſiculo j.ff.de alim.& cib.leg.§.fin.verſ.finali. Inſti.quibus ex cauſis manumittere non licet. & argumento optimo deſeruit text.in l.popularis actio. ff.de popul.actio. tametſi iſthæc ſententia veritati magis faueat, nec admodum inuitus ipſe accedo in mitiorem partẽ, poſt decimumſeptimum annum, ante vigeſimumquintum huius criminis reo pœnam vtique alleuiarem ob minorum fauorem, tametſi priorem partem multi & graues authores defendant.

Illud etiam conſtitutiſsimum eſt, minorem huius criminis reum maiorem factum adhuc poſt perfectam ætatem, ſi crimen fuerit intra minorem ætatem commiſſum a criminis pœna liberum eſſe, potiſsimum cùm non ſit inſpiciẽdum tempus punitionis, ſed criminis commiſsi. gloſ. quæ expreſſim hoc ipſum adnotat in l.ſciant.C.de leg.hæred.quam inibi doctores probant, & Hipp.in præcitata l.infans.nu.13.itidem in l.de minore.nume. 62.ff.de quæſtionib.& in l.ſi quis te.C. de ſicar. Carrerius in præcitato §.vj.numero 8. quibus admodum ſuffragatur text.in c.vlt.de ſent. excom.vbi Abb. idem inſinuat Iuriſconſultus in l.j.ff.de pœn. & ibi Bart.in l.omnes populi.ff.de iuſtit.& iur.numero 48. Rom.in ſing. cccccl xxiiij.conſ.lvj.libro ij.ad irregularitatem contrahendam ſatis eſt, quod maior infante hominem occiderit, modò ſit doli capax: quemadmodum omnes fatentur in d.cle. vnic.de homicid. Et huic rei maximo apice illud deſeruire

An minor torturæ ſubijciatur.

videtur, poſsitne † minor ſubiici torturæ? & illa eſt recepta ſentẽtia, minimè torqueri poſſe, probat tex.in l.j.§.impubes. ad Syllanianum.ff.& in l.ij.§. impubes.eo.tit.l.de minore.&

12 in princip.&in l.ij.tit.xxx.pag.7.ibi, *A ninguno que ſea menor de catorze años*, & inibi nouiſsimè Greg. Lopez:& text.in l.ex libero.§.j.ff.de quæſtionibus.& in l. in teſtamento.de teſtibus. Albertus Gandinus in tractatu de pœnis reorum.nu.30. & in rubr.de quæſtionibus & tormentis.nu.9. Angel.in tractatu maleficiorum, verbo, fama publica.num.102.Hippol. & plerique in ea ſunt ſententia in præcit.l.de minore. Campegius in deciſione ſacri concilij.cxxx. numero 55.nouiſsimè Antonius Gomez, capitulo primo delictorum. numer. 6. quæ omnia intelligenda eſſe exiſtimo in tortura, qua maiores affici debent: leuiori tamen quæſtioni ſubiici poſſunt, vtpotè ferula ac flagellis cædi, teſte Bar.in l.de minore.in prin. ff.de quæſt.l.j.§.impubes.& in l.excipiuntur.ff.de Syllanian.

quibus

quibus accedit Io. de Anania in c.j. de delictis puer. col. pen. Hippo. de Marſil. in præcitata l. de minore. in princ. col. ij. & tex. in dicta l. j. §. impuberi. explicat, tametſi torqueri nō poſſunt minores, terreri tamen ſolent. & huic ſententiæ accedit Ant. Gomez. & Gregor. Lopez locis præcitatis. Et iſthæc ſentētia ſtabiliri poteſt, ſicuti minor impubes criminis reus à pœna omnino non excuſatur, parique ratione in tortura, vtpotè, in totum non excuſetur: in qua ſpecie exiſtimo minoris curatorem teneri præſtare authoritatem, explicat Cin. & Salice. in l. clarum. C. de auth. præſtan. Baldus in l. vnica. C. de confeſ. xv. col. nu. 16. & ibi Salicet. nu. 30. Abb. in l. fi. de confeſ. tertia columna, numero nono. & inibi expreſsim ad id notat Imol. iij. colum. Hippolytus omnium diligentiſsimè in l. j. ff. de quæſt. iiij. columna. verſiculo octauò requiritur. quibus nec admodum inuitus accedit Angelus de maleficiis in verbo, comparauerunt dicti inquiſiti. col. prima. verſ. nécne. & in his regnis vſu receptum eſt, & praxis id obſeruat.

Quibus & id conuenit, tametſi minor torturę ſubiici non poteſt, de crimine tamen læſæ maieſtatis longè quidem aliter, vt per Campegium, & doctores locis paulò antè citatis, & extat text. ad id præſtantiſsimus in præcitata l. de minore. & inibi Hipp. cuius meminit idem profeſſus Ioan. Ign. nu. 18. in præcitato §. impubes.

Ad id etiam pertinet, quòd † ſi minor delictum in tortura abſque curatoris authoritate confiteatur, eius cōfeſsio probet nécne? Hippol. in l. ſtatulib. ff. de quæſt. itidem in rubrica de fideiuſſoribus. ff. & in l. qui cædem. ff. de ſicariis. & conſilio ix. & in practica in §. nunc videndum. & in §. expedita. Thomas grammat. conſilio xvj. Matth. in conſtitut. præcitata, doctores frequentiſsimo conſenſu in clarum. C. de autho. præſtanda. tametſi minoris confeſsio præcedente curatoris authoritate in delictis valeat, ex eáque ſequi poſſet condemnatio: ſi ſanè error probetur, vel rem longè aliter ſe habere, velutíque læſum eſſe in integrum, reſtitutio ei conceditur: ſiquidē in quolibet negotio ſi probet ſe minorem & læſum, reſtitutio conceditur, vti maximo apice deſeruire videtur. textus in l. ait prætor. §. non ſolùm. el primo. ff. de minor. textus in l. verùm. §. ſciendum. eodem tit. tex. in l. minoribus. la prima. C. de in integrum reſtitutione. tex. in l. error. C. de iuris & facti ignorantia. cum ſimilibus. & hoc procedit 13

vtique in maioribus in criminalibus cauſis, ſicuti conſtat ex l.j.§.ſi quis vltro.ff.de quæſt.tex.ad id præſtantiſsimus in §. cognitorum.l.vnius.eod.tit.ff.& argumento optimo deſeruit text.in l.non fatetur.ff.de confeſ.ſiquidem, qui errat,fateri non videtur.l.ſi non defendantur.ff.de pœn. l. error. C. de iur.& facti ignorant.l.ij.C.quorum appellationes non recipiantur.In quo text.illud conſtitutiſsimum eſt, ſententiam reuocari per appellationem, iuris errore probato, vt paulò antè negotium nobis fuit.

Quamuis minor vigintiquinque annorum minimè ſtare poſsit in iudicio, nec vtique legitimus defenſor cenſetur, vti explicat text.in cap. ſi annum.de iudic.lib.vj.l. clarum.C.de authoritate præſtanda.explicat Bart.& paſsim doctores in l. filiusfamiliâs.§.veterani.ff.de procurator.& iudiciū inchoatum cum minore abſque tutoris, vel curatoris authoritate nullum eſſe,perquàm manifeſtiſsimum eſt,ſicuti hac in ſpecie exiſtimat gloſſ.in l.cùm & minores.C.ſi aduerſus rem iudicatam.& eſt text.ad id præſtantiſsimus in l.in vniuerſis.C. qui dare tutores poſſunt.cui ſententiæ nouiſsime ſubſcripſere ex neotericis Hiſpaniæ Nunius Auend.& Antonius Gomezius hic numero 1. ille num.65. cum pleriſque aliis locis paulò antè citatis.cum quibus eſt frequentiori calculo recepta ſententia in l.ſi curatorem. C.de in integrum reſtitu.extátque hodie regia l.quæ expreſsim hoc ipſum vult in l. vj. tit.ij.par.iij.& eius opinionis ſum, vt regias conſtitutiones has, quas ſeptem partitum opus complectitur, quoties earum verba patiuntur, exiſtiment ad Pontificium ius Cæſareúmque reducendas fore,vt nihil inde vtriuſque iuris ſanctionibus ad aduerſum, nec latum quidem vnguem, in eis ſtatui exiſtimemus: ſiquidem legum earum conditoris potiſsimus fuerit ſcopus ex vtriuſque iuris ſtatutis conſtitutiones regias prædictas Hiſpano ſermone deducere.

Quibus addam quaſi totius capitis coronidem, mitius puniendos eſſe ſeniores in eodem genere delicti: idque ſanxit Plato ſuis legibus, libro nono. Senibus, inquit, peccantibus legiſlator pœnas præſcribit ſed mitiſsimas omnium, plurimáque venia & indulgentia dignas: ex quo & illud Claudiani adſtipulatur de victoria Stiliconis.

Si non mentis inops, fraudatáque ſenibus ætas
Præberet veniam, nunquam hæc opprobria linguæ

Turp

Turpia Danubius me ſoſpite ferret inultus.

Naturam ipſam quonammodo ad ſenum miſericordiam trahi, ſicuti author eſt diuus Benedictus in regula monachorum, capitulo xxxvij. text. ad id præſtantiſsimus in l. ij. ff. de termino mor. & in l. ſi quas in graui. §. ignoſcitur. ff. ad ſenatuſconſult. Syllanian. & l. ferè in omnibus. & inibi gloſſ. ff. de regulis iur. & in capit. tanta. & adnotat Archid. lxxxvj. diſtinct. & in capitulo tanta. j. quæſt. vij. & capitulo tempora. xxvj. quæſt. vij. gloſſ. & doctores in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infamia. & in l. ſi ſeuerior. C. eod. titulo. gloſſa in cap. pœnitentes. 50. diſtinct. Albertus Gandinus in tract. maleficiorum. titulo de pœnis. columna xv. verſiculo item in ſene. Bal. cap. j. de maior. & obedientia. Plat. in l. vlt. C. qui ætate ſe excuſ. libro x. Roman. in l. ſi verò. §. de viro. ſolu. matrimonio. liij. fallentia. ac proinde (inquit) gloſ. in verbo, neceſsitate, in clementina prima. de priuilegiis. & inibi Abb. ſenectutem eſſe cauſam diſpenſandi probabilem cum aliquo ſuper pœna delicti, & gloſ. idem profeſſa in verbo, miſeratio. in dicta l. ij. de termino moto. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minoribus. idque explicat mirum in modum Bartholomæus Cæpol. in repetione l. ſi fugitiui. numero 26. C. de ſeruis fugitiuis. textus ad id præſtantiſsimus in l. ſacrilegij pœna. in principio. ff. ad l. Iuliam peculatus. extat hodie regia l. xvj. titulo octauo. part. ſeptima. hanc ſententiam explicat Guliel. Mainerius in præcitata l. ferè in omnibus. doctores in capitulo pueris. de ſententia excommunicationis. Ioannes Igneus idem profeſſus in l. tertia. §. ignoſcitur. ff. ad Syllanianum. num. primo. ſiquidem ſenectuti deferendum, ſicuti Euripides in Glauco ait:

Non poteſt autem fieri vt ſenes diu viuant.
Aetas enim longa plurimas affert calamitates.

Et Antiphanes ait,

Ad ſenectutem enim veluti officinam omnia hominum accedunt mala.
Senectus eſt veluti ara quædam malorum,
Ad ipſam enim omnia confugiſſe videre eſt, eiq; parcendum.

Et per pleraque alia deferendum eſt ſenectuti, explicat omnium diligentiſsimè Ioannes Stobæus in ſuis ſententiis deductis ex theſauris Græcorum ſermone cxv. cum aliis: & alia congerit Codrus de Metamorphoſi humana, ſtátq; text.

in l.ſecunda.ff. de termino moto. & Alber.per text.inibi in coërcendis criminibus deferendum eſſe ſenectuti. & eſt gl. quæ expreſsim hoc ipſum vult in l. auxilium. §.in delictis. verbo,miſeratio.& inibi Odofredus ſecunda col.& Iacob.de Rauennis,Alberic.& alij plerique,inibi gloſ.in l. quid ergo. §.pœna grauior.ff.de his qui notantur infamia.& inibi Odofredus iij.columna.& Bart.num.11. Bald.v. colum. numero 10.& Angelus & Paul.ad finem illius legis in ea ſunt ſententia.l.aut facta. verſic.perſona. ff.de pœnis. dicta l.ſecunda.ff. de termino moto. gloſſa in capitulo ſi quem. xxv. quæſt. vij. Platea in l.finali.C.qui ætate ſe excuſant. libro decimo. itidem in l.prima.C.de his qui in exilio dati.eod.libro.Bald.in principio, in quibus cauſis feudum amittatur. explicat ſi ſanè ſtatuto caueatur, ſi quiſpiam commiſerit tale delictum ſubiiciatur ter torturæ,ni confitebitur:ſi ſanè ſenes fuerant, iudex quidem poterit genus tormenti mutare, Angelus in tractatu maleficiorum in verbo,quas ſi non ſoluerit.la ij.ad finem.Baldus in l.qui vnquam.columna quinta.C.de ſeruis fugitiuis.quibus accedit gloſſ.in l.etſi ſeuerior. C.in quibus cauſis infamia irrogatur.quo in loco Cinus ij.columna,& Angel.& alij plerique in ea ſunt ſententia: & eſt gloſſa in l. fere in omnibus.ff.de regulis iur. quibus nec admodum inuitus Hoſtienſis huic ſententiæ accedit in ſumma. de accuſation.§.qui ſit effectus.& iſthæc ſententia frequentiori calculo recepta conueſtiri poteſt ex l.reſpiciendum.ff.de pœn. & in l.ſi quis air.§.inſtrumenta. eodem titulo. exiſtimantes in delictis coërcendis rationem eſſe habendam conditionis & qualitatis perſonarum: extátque hodie regia l. octaua.titulo xxxj. parte ſeptima. quam frequentius receptam ſententiam aliquot axiomatibus,vt nihil amplius hac in re deſideretur,declarabo.

Omnibus ad amuſsim & diligenter penſitatis, pro huius capitis coronide inter literatos vtriuſque claſsis illud dubio procul certiſsimum eſt: Si ſanè † criminis reus homicidij
14 ſenex fuerit ob eius delictum, pœna mortis ordinaria eſt imponenda ſeni, nec vtique minoranda eſt propter ſenectutem, cùm debilitationis ratio ceſſat: argumentóque optimo deſeruit, quod notant doctores in l. prægnantis.ff. de pœnis. tametſi mulier ſit debilitata, quæ ſtatim peperit, nihilominus poſt partum vltimo ſupplicio afficienda eſt: quòd

quòd ſi pœna ſeni imponenda iudicantis arbitrio relinquatur, grauior quidem imponenda eſt iuueni robuſto, quàm ſeni. In qua ſpecie deferendum eſt ſenectuti, atque ita intelligendam eſſe exiſtimo l.ij.ff.de term.mot.& omnia alia, quæ paulò antè adnotauimus.

Ex his verò, quæ adnotabimus perpendi poterit: Si † pœna, qua afficiendus eſt ſenex à iure ſit determinata, eâque pœna non ſit vltimi ſupplicij, ſed abſciſsionis membri, non ita grauiter puniendus eſt, ſicuti iuuenis: quod latiori commentario explicat Baldus in l.quicunque.C.de ſeruis fugit.col.v. verſic.quarto caſu. quòd ſi pœna vtique pecuniaria afficiendus ſit ſenex, ei deferendum non eſt, ſiquidem debilitationis ratio ceſſat, tex.eſt ad id præſtantiſsimus in l.ſemper.ff.de iure immunitatis. vbi Conſultus ita ſcriptum reliquit, maximè ſi non tam corporis habeat vexationem, quàm pecuniæ erogationem. Et quibus in caſibus ætas ſenilis à criminis punitione excuſet, explicat Gandinus in rubr. de pœnis. x. col. & latiori commentario Paris de Puteo in tractatu ſyndicatus, in verbo, in pœna. verſic. ſi dicatur. Ludouicus Carrerius in practica ſua criminali.§.homicidium.vj.numero 12. pag. 364. & Guido de Suza in tractatu quæſtionum, apud quos id iure ſatis receptum eſt. 15

Inſignis eſt, & admodum perplexa quæſtio, quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus diſcutitur, Sítne † ſenex criminis reus torturæ ſubiiciendus? cùm quotidie in controuerſiam veniat, eam non duxi prætermittendam. Et minimè eſſe ſubiiciendum torturæ exiſtimo, ex textu in l.j.§.ignoſcitur. ff. ad Syllanianum.l.j.§.impubes. ff. eodem titulo. in qua ſpecie idem reſpondit Hippolytus in ſua practica criminali. §.expedita.numero 41.verum eſſe id exiſtimans, ſi ſanè ſenex ſit decrepitæ ætatis. Franciſcus Brunus in tractatu de indiciis & torturis.8.charta.ij.columna. Alexander, & Doctores frequentius in l. milites. C. de quæſtionibus. in qua quidem ſpecie quis cenſeatur ſenex decrepitæ ætatis, explicat Tancredus in compendioſa quæſtione vigeſimaprima, & qui ſeptuageſimum ætatis ſuæ annum egerit, exiſtimandus eſt decrepitæ ætatis, textus eſt ad id præſtantiſsimus in l. maiores. ff. de iure immunitatis. & in l. ſi vltra. C. de decurionibus. libro decimo. & pleraque alia ſenectutis priuilegia congerit Ioan. de Platea in §. item is. Inſtit. de excuſat. tutor. 16

tutor. nu. 17. quibus accedit Sylueſter Aldobrandinus in §. item maior.num.i.Inſtit.eod. tit. & Chryſtophorus Iacobatius in tract.de concilio libro j.pag.60.ad hæc quinquaginta ſenectutis priuilegia congerit Andræas Tiraquel. in tract. primogeniorum, à numero 75. ad finem vſque in illius libri præfationibus, quæ ante eum congeſſerat Bartholomæus Cæpola in tractatu de Imperatore militum diligendo, in principio, à numero 1. vſque ad finem. & pleraque alia congerit Guliel.Letrouillæ Aleconienſis in diſcretione iuſtitiæ & iniuſtitiæ,lib.ij.cap.de ſene ſine religione. & quid ſit ſenectus,explicat Abbas in cap.magnæ.ij.colum. de voto & voti redempt.& ſenectus quo tempore incipiat,explicat gloſſa in procemio Sexti, verbo, perfectius. & Gulielmus libro ij. in diſcretione iuſtitiæ, capit. decimotertio. de adoleſcente ſine obedientia.& ibi diligenter inſcribuntur omnes hominis ætates.

Seniũ privilegia.

Principaliter eodem iure diſputari poterit, quod ſolicitam dubitationẽ facit,eo caſu, quo ſenes torturæ ſubiiciantur,à iunioribus quæſtio incipienda eſt.l. vnius facinoris. in princ.ff.de quæſtio.l.j. §. eodem tit. Romanus idem profeſſus in l.ſi verò.§.de viro.fallentia liij.ff.ſoluto matrimonio. regia l.v.tit.xxx. par.vij. ibi Greg. Lopez diligenter hanc quæſtionem explicat:& huic ſententiæ me ſubſcribo, ea ratione ductus,ſiquidem veritas facilius à iunioribus, quàm à ſenioribus ſciri poteſt, ſecundum Salomonem relatum per glo.in c.j.iiij. quæſt.ij. quo fit,ab eis tortura incipienda eſt: argumento l.j.§.j.ff.de quæſt.explicat Din. in tract.de quæſt. verſi.quo ordine.Guido de Suza in eodem tract.col.iiij.verſic.eiuſdem.Gandinus in tract.maleficiorum. rub. de quæſt. col.ij.ver.ic.nunc videndum.& præter hos non deſunt neoterici,qui eandem profiteantur ſententiam. Siquidem Ludoui. Carr.in pract.crimin.§.homicidium.num.12.pag.365. idem exiſtimat,& Ang.in tract.maleficiorum. verbo. fama publica.colum.xxiiij. Itidem, Si torturæ ſubiiciendi ſunt pater & filius,quæſtio vtique incipienda eſt à patre:ſiquidem pater magis timet de filio,quàm de ſeipſo: vti argumento optimo deſeruit textus in l. iſte quidem.ff. quod metus cauſa.& eſt textus in §.finali.Inſtitut.de noxalibus.& mox plura in proprio loco latiori commentario trademus, agentes de quæſtionibus.

Tortura à patre incohanda.

Ad ea

Ab eadem radice procedit ad quæſtionis congruam reſolutionem, † in quadruplici differentia conſiderandos ſenes 17
eſſe, teſte Archidiacono in cap. tanta. lxxxvj. diſtinctione, ſcilicet naturæ, prudentiæ, culpæ, æternæque gloriæ: Naturæ, vt in præcitato cap. tanta, & hoc quippe tendit ad defectum, ſicuti exiſtimat textus loco præcitato, & in capit. illud. xiij. quæſt. ij. Prudentiæ in cap. porrò. xiiij. diſtinct. vbi aſſeuerat, quòd canicies ſenum prudentia eſt. cap. de quibus. xx. diſtinct. cap. ancillam. xxij. quæſt. ij. & adſtipulatur illud, Melius eſt vmbra ſenis, quàm gladius iuuenis, ſicuti conſtat in cap. j. & inibi Baldus de renuntiat. Culpæ, & hoc exiſtimat ad interitum, vti maximo apice deſeruire videtur textus in cap. Paulus. vij. quæſt. ij. Aeternæ gloriæ, de quo illud Pſalmi, Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Denique in ſene quippe (ſecundum Titum Liuium libro 5. ab vrbe condita) vmbra noménque hominis relictum eſt, vires corporis effœtæ, ſenſus oculorum atque aurium hebetes, memoria labatur, vigor animi obtuſus, & confectus ſenio, parum animo valet. Idémq; exiſtimat Salluſtius in Iugurthino, & Macrobius in Saturnalibus, & Terentius in Hecyra. & latiori commentario de priuilegiis & incommodis ſenectutis explicat Stobæus ſerm. 114. 115. & 116. is, inquam, in ſententiis ex theſauris Græcorum deductis, & Gulielmus Lerrouil. non ineleganter pleraque alia congeſsit loco præcitato.

Proximè tractauimus de pœnis, quæ aduerſus innocentes à iure ſtatuuntur. Cui quæſtioni & illa affinis eſt: Quænam ratio ſit habenda in his innocentibus puniendis, iuxta ipſius iuſtitiæ æquilibrium, in quo celebris eſt, & admodum perplexa quæſtio: An mutus & ſurdus criminis rei facti ex delicto teneantur, puniríque poſsint ordinaria delicti pœna? In quo dubio magna pars authorum multum effuderunt tractatum, & denique Doctores in varias ſciſsi ſunt ſententias, quorum alij exiſtimant immunes eſſe à delicti pœna, ea ratione ducti, quia & hi ſenſum nec intellectum habent, furioſo atque infanti æquiparantur, textus ad id præſtantiſsimus in l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. ad finem. ff. ad Trebellianum. inibi, quo exemplo & mutus, qui nihil intelligere poteſt, per curatorem nempe adiuuatur, ad quod multum adnotat inibi Bartolus, exiſtimans eſſe ſingularem, Paul. & plerique

alij

alij Doctores ibi, itidem Bartolus in l. finali. ff. de bonorum poſſeſſ. infant. idémque prorſus Paulus de Caſtro, & Alexander in l. j. de verborum obligationibus, vterque colum. ij. & huius ſententiæ authores habeo Ioannem de Platea in l. j. C. qui morbo ſe excuſant. libro decimo. Bartolus, Paulus, Imola, Aretinus, Alexander, & Iaſon, & frequentius doctores ibi.

Secundò conueſtiri poſſet iſthæc ſententia ex capitulo primo, an mutus vel aliàs imperfectus feudum retineat. vbi id conſtitutiſsimum eſt, mutum non vtique cenſeri hominem perfectum, pollentem ratione & intellectu.

Tertiò ſuffragari videtur textus in l. ij. ff. de cur. furioſi. & in l. tertia. ff. de poſtulando. & inibi. §. finali. Inſtitut. de hæred. qualitat. & different. & in §. furioſi. verſiculo primo. Inſtitut. de curatoribus. inibi, Sed & mente captis, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant (quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, propter intellectus infirmitatem) curatores dandi ſunt. l. prima. verſiculo æquè. ff. de muneribus & honoribus. l. iiij. §. finali. ff. de priuilegiis creditorum. à qua ſententia & plerique alij diſcedunt id vnum exiſtimantes, hos ex delicto teneri, ſiquidem teſtamenti factionem habent, ſecundum formam textus in l. diſcretis. C. qui teſtamenta facere poſſunt. tametſi deficiat ſenſus loquelæ, habent equidem integrum intellectum, & poterunt vtique omnia alia facere, perinde vt quilibet homo. Quo fit, criminis rei facti afficiendi ſunt pœnis.

18 Secundò ſtabiliri poteſt eo iuris adagio, hos † poſſe facere omnes contractus, qui conſenſu vel re contrahuntur. l. obligamur. §. fin. in quibuſcunque. ff. de action. & obligatio. l. qui id quod. §. mutus. ff. de donationibus. l. item quia. ff. de pact. quinetiam contrahere adiréque hæreditatem poſſunt, & contractus vltrò citróque obligatorios facere. textus eſt in l. mutum. ff. de acquir. hæred. l. mutus. ff. de iure dotium. cap. cùm apud. de ſponſalibus. quo fit criminis reos factos hos teneri pœna ordinaria delicti. Quibus ſanè præmiſsis plura, quæ iuris vtriuſque interpretes variis propoſitis diſtinctionibus adducunt, vno tantùm iuris axiomate ſic complectar. Siquidem ſi cõſtat mutum carere ratione ac intellectu, quia ſignis non poteſt velle ſuum exprimere, tũc equidem infanti æquiparatur, vel furioſo: & is criminis reus factus minimè puniri debet: quinimò curator ei dandus eſt in quacunque ſit ætate conſti

conſtitutus,atque eò tendunt iura paulò antè præcitata.

Rurſus ad apertiorem huius capitis reſolutionem illud memoria repetere libet: ſi mutus minimè careat intellectu, ac ratione,tunc criminis reus puniendus eſt, actúſque alios pleroſq; exercere poteſt,ſi legitimæ ætatis fuerit, nec vtique exigitur curatoris authoritas,atque ideo pœna delicti ordinaria afficiendus eſt:ſicuti hac in ſpecie ſcribit Ioan.de Imola in l.ij.col.iij.num.11.ff.de verborum oblig. & Rom.num. 16.Alexan. num.6.Iaſ.colum.penulr. ad finem. inibi, & eſt text. ad id celebris in l. ſi quis in graui. verſic. mutum.ff. ad Syllanianum.vbi Conſultus in ea eſt ſententia,mutum à criminis punitione excuſari,ea nempe ratione, quòd non clamauit, quo fit aliàs teneri. Cui ſententiæ ſe ſubſcripſit Vincentius vj.col.num.4.inibi, ſententia lata pronuntiatum eſſe ita contra mutum, qui fuit ſocius criminis cum homicida,ſicuti author eſt Antonius Gomez.tomo iij. delictorum, cap.j. num. 69. Quibus obiter quod menti occurrit adnotandum eſt, hunc mutum criminis reum factum ex confeſſione ſua condemnari minimè poſſe declarata ſignis, ſed exigitur teſtium liquida probatio:ſic ſenſit & Bald.in l.vnica.C.de confeſ.num.27.Rom.in l.j.de verb.obligat.num. 16. Alex.nu.13.inibi. Ipſe tamen opinor hũc criminis reum per ſigna interrogandum eſſe,ſaltim pro veritate eruenda. Inſignis eſt admodum & perplexa quæſtio,quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus diſcutitur, cuius examen ex profeſſo nobis diſcutiendum proponitur, an ſeruus criminis reus afficiendus ſit pœna? & vtique puniendum eſſe,perinde ac ſi homo liber pœna afficiendus eſſet delinquendo: textus eſt ad id elegans in l. hos accuſare. §. ſi ſeruus. ff. de accuſationibus. vbi Iuriſconſultus ita ſcriptum reliquit: Si ſeruus reus poſtulabitur, eadem obſeruanda ſunt, quæ ſi liber eſſet. & eſt textus in l.ſciendum. ff. de publicis iudiciis. regia l.decima. titulo primo, parte ſeptima, atque ideo pœna mortis naturalis afficiendus eſt, ſi ſanè crimen exigat, & deportationis pœna, vti explicat Bart.in dicta l. hos accuſare. §. ſi ſeruus.& in §.omnibus.eiuſdem l.quinetiam ſi de delicto conſtet à ſeruo perpetrato, maiori punitur pœna, quàm liber: tex.eſt in l.capitalium.§.fin.ad fi. & in l.aut facta.§. perſona. & in l.in ſeruorũ.in prin.ff.de pœn. regia l.viij.tit.xxxj. par. vij.inibi, *La mas crudamẽte deben eſcarmẽtar al ſi erbo que al lib re.*

expli

explicant doctores in l.ferè in omnibus.ff.de reg.iur.& Luc. de Penna in l.vnica.C.de colo.Illyri.lib.x.C. Quod intelligendum eſſe reor,ſi pœna corporis afflictiua ex criminis punitione eſſet imponenda: longè quidem aliter, ſi pœna eſſet pecuniaria,tex.& inibi glo.in præcitata l.hos accuſare. §.omnibus.vbi Conſultus ita ſcribit,omnibus legibus ſerui rei fiunt,excepta lege Iulia de vi priuata: quia eadem lege damnati, partis tertiæ bonorum publicatione puniuntur: quæ quidem pœna in ſeruum minimè cadere conſtat,& inibi gl. in verbo,quibus.quam communi conſenſu vſque ad Bartoli tempora approbatam eſſe profitetur Salic.in l.ij. C.eo. tametſi in contraria ſit ſententia Bart. ſibi contrarius in d. §.omnibus.exiſtimans ſeruum pecuniariter condemnari poſſe. In quo dubio Angel.in præcitato §.omnibus.minime aſſentiri videtur Bartoli ſententię,& Salicetus in dicta l.ſecunda. & hanc eſſe communem contra Bartol.aſſeuerat Gregorius Lopez in præcitata l.decima.litera l, in qua etiam ſententia ſibi contrarius fuit Bartolus in l.prima.in principio.ff.ſi familia furtum feciſſe dicatur. In qua ſpecie,ſi dominus pecuniam ſoluat pro delinquentis pœna,vtique liberabitur:ſicuti in ea ſpecie intelligenda eſt regia lex x. quæ aliâs negotium nobis fuit.

19 Quibus & illud ſubiiciam pœnam † amiſsionis ciuitatis in ſeruum minimè cadere, cùm ciuitatem minimè habeat, probat text. & per totum de ſeruil. cognatione. Inſtitut.& an idem ſit in monacho, explicat Speculator titulo de reo. §.primo.col.penult.verſic. ſed an monachus. & inibi explicat,an hi legitimam perſonam habeant ſtandi in iudicio.

20 Illud etiam conſtitutiſsimum eſt, † contra hos criminis reos per teſtes vel confeſsionem propriam probationem vtique fieri poſſe, ſicuti contra quemlibet hominem liberum, vt maximo apice deſeruire videtur textus in l.ſeruos.in principio. C. ad legem Iuliam, de vi publica. vbi Imperator ita ſcribit,ſeruos,qui feciſſe violentiam confeſsionibus teſtium aut propriis docebuntur,&c. quinetiam ſola ſerui confeſsio ſpontanea ſufficit:argumento optimo probat textus in præcitata l.ſeruos. gloſſa communi conſenſu approbata in l. ſecunda.§.j.ff. ſi ex noxali cauſa agatur. Quibus & illud ſubiiciam, vt ex confeſsione ſerui is criminis reus condemnetur,alia exiguntur indicia vrgentia, aliâs ſoli eius confeſſioni

ſioni ſpontaneæ minimè ſtabitur, ea ductus ratione, cùm in domini præiudicium vertatur: gloſ. paſsim recepta in l. cum probatione. ff. de probat, & inibi Salicetus, cui accedit in præcitata l. ij. §. primo, ſi ex noxali cauſa agatur. ff. num. 4. & huius ſententiæ authores habeo Socinum in l. cùm filiusfamiliâs. numero 11. de verborum obligat. & Iaſ. inibi numero 15. Alexand. numero 4. in dicta l. ſecunda. §. primo. gloſ. quæ expreſsim hoc ipſum vult, penult. ad fin. in l. quicunque. C. de ſeruis fugit. textus ad id præſtantiſsimus in l. quæro. §. finali. ff. de ædilitio edicto. quibus in locis ſatis definitur.

Ad id etiam pertinet, tametſi † ex ſerui atteſtatione aliquot indiciis concurrentibus damnari poſsit ſeruus, nihilominus eius dominus prorſus poteſt probare contrarium, vti hac in ſpecie eſt glo. vnica in l. ſecunda. §. j. ff. ſi ex noxali cauſa agatur, in gloſ. j. in medio. quam ad hoc notat & commendat ibi Bald. & reputat ſingularem & vnicam Paulus ſecunda col. num. 8. Alexand. ſecunda col. & Iaſ. col. j. num. 4. ex qua gloſ. & communi doctrina inferunt prædicti doctores ibi, quòd ſi ex forma legis vel ſtatuti pater vel dominus vel quilibet alius teneatur ad pœnam pecuniariam ex delicto alterius, ſtabitur confeſsioni ipſius delinquentis, etiam in præiudicium tertij ſoluere debentis: Bart. in præcitata l. cùm filiusfamiliâs. ad fin. Cui accedit Bald. in l. filiusfamiliâs. prima lectura. ff. de iis, qui ſunt ſui vel alie. iur. nihilominus cuius intereſt, contrarium probare poterit. Ad apertiorem huius quæſtionis tractatum quæſtio diſcutitur, quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus non infrequenter hac in ſpecie diſputatur, tametſi † ſeruus poſsit accuſari & condemnari pro delicto ab eo perpetrato, eius tamen dominus poteſt cauſæ adeſſe, eúmque defendere ratione proprij intereſſe, textus eſt in l. ij. C. de accuſat. vbi Imperator ita ſcribit, ſi cuiuſdam criminis obnoxius ſeruus poſtulatur, dominus eum defendere poteſt, & in iudicio aſsiſtere, accuſatoribus intentionis reſponſurus. & inibi gloſſa paſsim ab omnibus recepta. regia l. x. tit. j. par. vij. quòd ſi dominus ad id citatus minimè velit ſeruum defendere, ſed vtique iudicio fortunæ eum relinquere, non præiudicat ſeruo quominus poſsit ſe defendere, textus ad id celebris in l. etſi non defendatur. ff. de pœnis. In qua ſpecie ſeruus in iudicio

21

22

criminali poteſt aſsiſtere. l. ſi criminis. C. ad legem Iuliam de vi publica. Bald. in l. reos. columna ſexta. C. ad legem Iuliam de vi publica. l. cùm ſeruus. & in l. ſciendum. ff. de publicis iudiciis. & in l. ſi ſeruum. ff. de accuſat. & in l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut. quinetiam dominus pro ſerui defenſione procuratorem conſtituere poteſt, vt in l. ſeruus etiam. ff. de publicis iudiciis. & in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procurat. ídque non procuratorio nomine ſerui, ſed proprio, gloſ. in l. j. ff. an per alium cauſæ appellation. reddi poſſunt. & gloſ. in dicta l. ij. explicat Gregor. Lop. in interpretatione l. x. tit. j. parte vij. & an pater ad defenſionem filij, & Abbas pro monacho admittantur, explicat Imol. in l. penult. §. ad crimen. col. xiiij. verſic. item extra gloſ. de publ. iudiciis. ff. In qua ſpecie iudicium omnino agitabitur cum ipſo ſeruo tanquam principali perſona, quam tangit negotium, & lis conteſtanda, ſententiáque diffinitiua proferenda, gloſ. communi conſenſu ſtabilita in d. l. ij. C. de accuſat. Bal. in l. filiusfamiliàs. ff. de iis, qui ſunt ſui vel alieni iuris. lectura prima. itidem in l. fin. §. neceſsitate. C. de bonis quæ liber. numero 12. Angelus in l. cùm filiusfamiliàs. ff. de verborum obligation. ad finem. Tametſi perperam contrarium exiſtimauerit Salicetus in d. l. ij. C. de accuſat. hinc ſequitur tametſi principaliter contra aliquem agatur, licet tertio fiat præiudicium in conſequentiam, non ideò ille tertius citandus eſt, textus eſt in l. ſæpe. ff. de re iudicata. & ibi paſſim doctores, & Bartolus in quæſtione tertia, finali columna, in ſuis quæſtionibus.

SVMMARIVM.

1 *Si artifex ſit celebris magníque nominis, ob inſignem eius peritiam pœnam eſſe remittendam.*

2 *Hinc etiam, an & iudex ob delinquentis merita in rempublicam collata, pœnam minuere poßit, diſcutitur.*

3 *Et quid ſi ſint merita maiorum coniunctorúmque ipſius delinquentis.*

4 *Perpenditur natiuus intellectus, & ex mente literæ recipiendum reſponſum l. ad beſtias. ff. de pœnis.*

5 *Quando iudex pœnam legis ordinariam minuere in mitiorem commutaréque poßit, diſcutitur.*

6 *Si iudex diſpenſandi non habeat poteſtatem, poßítne legis pœnam temperare aut augere.*

Lex,

Lex, ad beſtias. ff. de pœnis. aliter intellecta, quàm hactenus à cæteris fuerit.

CAP. XXXIII.

AD beſtiàs damnatos (inquit Paulus) fauore pupilli præſides dimittere non debent: Sed ſi eius roboris vel artificij ſint, vt dignè populo Romano exhiberi poſsint, principem conſulere debent. hactenus conſultus. Ex qua deci-
ſione paſsim iuris interpretes adnotarunt † pœnam eſſe vel 1
remittendam vel minuendam delinquenti ob inſignem *Ob delin-*
eius peritiam, ſeu ex eo quòd artifex ſit celebris magnique *quentis ro-*
nominis, & ideò reipublicæ maximè vtilis: vnde æquum eſt *bur pœna*
ob publicam vtilitatem mortis pœnam & ſimilem ei re- *remitti-*
mittere, & condonari iuxta proportionem, inſpecta delin- *tur.*
quentis qualitate; & ita interpretati ſunt. l. illam. in verbo, exhiberi, Oldrad. Alber. Odofred, cæterique interpretes: exhiberi, id eſt, in gratiam relaxari. Et huius ſententiæ authores habeo in albo primariæ doctrinæ poſitos, inter quos Coſmas Gumer. in pragmatica ſanctio. Gallica, iuncto text. inibi in cap. j. §. ſint viri. de numero & qualitate cardin. Bonus de Curtili in tract. nobilit. iij. pag. num. 60. & 68. Barth. Cæpola in l. mercis appellat. ff. de verb. ſign. num. 15. itidem cautela j. num. 1. & in l. contra. C. de vſur. num. 18. ſuffultus ratione tex. in l. qui cædem. in verſic. facilius. ff. de ſicar. Hip. in l. vnius. §. cogantur, num. 79. ff. de quæſtionib. folio paruo 126. Chaſſen. in catalogo Gloriæ mundi. x. par. conſider. xxx. Dionyſ. Rubinus in repet. l. filiusfamiliàs. §. diui. fol. 5. col. quarta. ff. de leg. j. Iacobus Baulem in repetitione l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. limit. xxxv. fol. 29. Rom. ſing. dccxvij. & ante hos Dinus hanc profitetur ſententiam, per textum ibi in dicta l. ad beſtias. liberaſſe quendam criminis reum à mortis pœna. Paris à Puteo in ſynd. tract. in verbo, pœna. in principio, aſſeuerat in praxi ſe obtinuiſſe. Roman. ſingul. xj. & iterum ſingul. cccclxj. Matthæus Afflictus nec admodum grauatus his accedit in proœmio conſtitution. Siciliæ, in principio, notab. nono. itidem §. nos itaque. ſexto notabili. Felinus tertia columna, in cap. conquerenti. de officio delegati. Iaſ. in l. lex eſt. ff. de legibus. Cæpola cautela ſecunda. ex nouioribus Ioannes de Arno. in epitome liij,

Ludouic.Carrer.in pract.crim. §.homicidium. numero 72. pag. 549. Didac. à Couar. aſſeuerantes iudicem pœnæ executionem debere ſuſpendere, principémque conſulere, vt & ipſe princeps pœnam delinquenti remittat. Sunt pleraque in vtroque iure ſancita, ob inſignem & excellentem alicuius dignitatem, quæ traduntur in cap.de mulcta, de præben. & in cap.quia periculoſum. de ſententia excommun. Barb. in rubrica, de iuramento calum. Iaſ. in l.iubemus. de iudic. C. Hippolytus in l.prima. §.ad quæſtionem. ff.de quæſtion. Alciat.lib. nono Parergôn, cap. vltimo. Felinus in cap.cùm illorum. ij. de ſentent. excom. vbi verba facit de artifice & pictore in arte excellente. & omnibus numeris abſoluto, ob crimen ab eis commiſſum immunes eſſe.

Iudex pœnæ executionẽ ſuſpẽdere debet.

2 Hinc deducitur eodem iure licitum † eſſe iudicem ob delinquentis merita & beneficia in rempublicam collata, pœnam minuere, vel omnino remittere, ex l. ſecunda. §. poſteà cùm Appius. ff.de origine iuris. vbi definitum extat, cùm Appius Claudius propoſuiſſet, & librum legum ad formam redegiſſet, Cneus Flauius eius ſcriba hunc eidem Appio ſurripuiſſet, populóque tradidiſſet, non ſolùm impunè tulit, quod ſurripuiſſet, ſed & præmium, ob id, quòd populo tradidiſſet conſecutus eſt: textus ad id celebris in l. non omnes. §.vlt. ff. de re militari, cuius meminit pro ſingulari Roman. ſing. cccccxxxviij. cuius initium eſt, Nullus niſi princeps. Barbat.conſil. xj.col.iiij.lib.iiij.& iterum conſilio xxvj.col.penult.libro ij. Raphaël Fulgoſ.conſil.cxxiiij. præſuppoſitis ſtatutis.colum.vlt.allegans text. in l.quinque ſummates. C.de decurion.libro x. Alexander conſil.xix. circa primum.volum.vij. Socinus fallentiarum tractatu, regula ccxxix.lex generaliter loquens. text. ad id celebris in l.j. inibi, ob merita indulſit.ff.de conſtitut.principum.§. ſed & quod principi.verſic.planè ex his.de iure naturali.in gloſ.in verbo, ob meritum. & inibi Ioannes à Platea & Angelus. Qua in re & Liuius grauiſsimus author, libro primo ab vrbe condita, ſcriptum reliquit M. Horat. qui paulò antè Imperium populo Romano ſua virtute peperiſſet, quippe qui tergeminos curiatos interemerat, ſororémque ſuam, dum rediret à victoria obuiam ſibi factam, mortem vnius ex curiatis, cui ſponſata fuerat, flentem, gladio transfixit, à populóque Romano abſolutum fuiſſe, magis virtutis admirat

M. Horatius ob merita à pœna liberatus.

miratione, quàm iure cauſæ: vt tamen cædes manifeſta aliquo piaculo lueretur, imperatum patri Horatij, vt filium expiaret pecunia publica, cuius plerique alij meminêre, inter quos eſt Valerius Maximus, rerum memorabilium libro ſexto, cap. 3. & rurſus libro octauo cap. 1. Dionyſius Alicarnaſ. lib. 3. Cicero in illa oratione pro Milone, quam hiſtoriam ſignanter conſcripſit Ariſtides in libro Italicarum rerum, Plutarchus in ſuis parallelis, ſimilémque hiſtoriam recenſet Plutarchus, tum in vita Fabij Maximi, tum in Romanorum Apophthegmatis. Et Cornelius Nepos in lib. de viris illuſtribus, quo loco de Fabio Maximo ſcribit Valerius Maximus lib. 7. cap. 3. In eandem ſententiam libet adnotare, quod & apud Oratores deprecationem vocant, vt apud Tullium lib. veteris Rhetor. 2. deprecatio eſt, inquit, in qua non facti defenſio, ſed poſtulatio agnoſcendi continetur. & illico rei exemplum ſubiicit, vt ſi pro aliquo claro aut forti viro, cuius in rempublicam multa ſint beneficia. & libro primo artis Rhetor. ad Herennium. & idem ſcribit libro ſecundo eiuſdem operis. Et Tullius pro Annio Milone, vt Clodij interitus Miloni propter multa illius præclara in rempublicam merita condonetur. Idem in oratione pro Lucio Flacco. & in ſeptima vltimáque actione in Verrem, & libro ſecundo de Oratore, & Cicero in oratione pro Flacco ait, ſemper graues & ſapientes iudices in rebus iudicandis, quid vtilitas ciuitatis, quid communis ſalus, quid reipublicæ tempora poſcerent, cogitauerunt. Et Liuius libro ab vrbe condita 60.

Et præter hos ſunt ſacræ paginæ teſtimonia, ſicuti primo Regum decimoquarto, ſecunda ſecundæ, quæſt. ij. definitur: Ionatas contra regis edictum fauum mellis ante veſperum come ſit, nihilominus quia illa die Philiſtheos deuicerat, ſalutémque in Iſraël fecerat, piis precibus populi à morte liberatus eſt: cuius meminit Ioan. de Ligniano in tractatu de bello, cap. decimonono. *Sacræ paginæ teſtimonia*

Quibus & illud adiiciam, vt † non ſolùm propter merita illius propria, qui delinquit, ſed vtique maiorum coniunctorúmque ipſius delinquentis, mitiori quidem pœna afficitur, ſicuti conſtat, quòd veneficæ cognomento Cleopatra, cùm virum habitu mentita ludis interfuiſſet, vbi Philiſtodum filium coronatum vidit, cognitáque, ac quæ- 3

Et quæ longo ſubſellio tractauerimus, quo ad intelle-ctum legis ad beſtias, ſcitu non indigna aliqua notanda ſunt, tametſi communi conſenſu intellectus paulò ante adnotatus communiter recipiatur, ad dictam legem ad beſtias. ego tamen miror, quòd ſummi canonum & legum magiſtri à legali ratione, tam facilè demigrarunt, in illius legis ſpecie.

Ipſe † tamen à communi errore diſcedo, intelligo leg. ad beſtias aliter, quàm hactenus à cæteris fuerit: ſiquidem inter eos, qui ad beſtias damnati ſunt, & eos, qui beſtiis obiecti ſunt, differentiam Doctores conſtituunt: ſed mihi videntur apertiora eſſe Iuriſconſulti verba. Igitur hoc habeto, eos, qui à præſidibus prouinciarum ad beſtias ex delicto condemnabuntur ſolitos eſſe in ipſiſmet prouinciis beſtiis obiici: nec ex fauore populi debuiſſe præſides quicquam referre: ſi tamen eius artificij roboriſque ſint, vtpote in ſpectaculis, quæ Romæ fiebant, oculos ſpectantium morari poſſint: tunc demum Princeps eſt conſulendus, an velit eos damnatos Romam mitti, vt beſtiis ſubiiciantur, in populi Romani muneribus. Nec itidem de alleuatione pœnæ quicquam in illius legis ſpecie agi arbitror, ſed ſolum quidem de rei tranſactione: cùm enim in aliam prouinciam ſine principis iuſſu tranſduci non poſsint, qui propter eorum artificium exiſtimet Romam potius mittendos, conſulere tunc principem debet iudex, vt in reſponſo illius l. ad finem legitur, alioqui damnatos ſubiici beſtiis, non Romæ tantùm, ſed in prouinciis. Oſtendit Aſinius Pollux in epiſt. Ciceronis libro decimo. Cuius meminit Alciatus huic intellectui propitius libro ſecundo Parergôn, capite vigeſimooctauo. Quo in loco contendit non probari quod communiter ab ea l. ad beſtias deducitur. Cui ſe ſubſcripſit ex nouioribus Didacus à Couarruuias eo loco, cuius ante meminimus, exiſtimans † ipſum iudicem poſſe proprio iudicio & ſententia ob perſonæ dignitatem & excellentiam pœnam legis ordinariam minuere, & in mitiorem commutare, & iudicis recti, & pru dentis arbitrio multa relinquuntur. 4 5

Conſtat planè iudicem poſſe proprio iudicio, & ſententia legis pœnam vel augere, vel minuere. lege, quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infamia. capitulo de cauſis. de officio delegati. cap. vltimo. de tranſact. capitulo

ac ſi clerici.§.de adulteriis.de iud. Abbas ſignanter in capitulo niſi.de officio delegati. & in capitulo tertio de pœnis. & interpretum ferè maior pars in præcitato §.pœna. quod intelligendum forè opinor,tametſi lex certam ſtatuerit pœnam dictionibus appoſitis præciſè, omni modo,& pleriſque aliis ſimilibus. Ioannes Andreas, Hoſtienſ.& doctores paſſim in capitulo qualiter.in ſecundo.de accuſation.quo in loco Aretinus, numero 24.idem profeſſus, eorundem meminit, aſſeuerans hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam: etiam, qui iudicandi munus habet, ſit eius conditionis, qui quidem ſuper eo crimine diſpenſare non valeat. Quod nominatim præfati doctores ſentiunt. Quibus etiam aliquo iuris apice deſeruire videtur gloſſa in præcitato capitulo tertio. Quam & inibi Ancharanus, Ioannes Andræas, Innocentius, Felinus numero 33.in dicto c. qualiter. Henricus etiam in c.in archiepiſcopatu.de raptor. qui omnes eodem marte dilucidáque voce proteſtati ſunt iudicem, qui non poteſt ſuper eo crimine diſpenſare, nequaquam poſſe minuere pœnam à lege ſtatutam. Quod id verum eſſe opinor, poſtquàm iuxta legem lata fuerit ipſa condemnationis ſententia. In ea quidem ſpecie minimè poteſt ſententiæ & legis pœnam minorare iudex, qui diſpenſare non valet ſuper eo crimine,teſtibus Calderino & Abbate in prædicto capite tertio.

Cæterùm † & illud obuium eſt, quod etiam diſcuti ſolet
6 in hoc duntaxat tractatu, priuſquàm ſentẽtiam ferat iudex, quicunque is ſit,etſi diſpenſandi non habeat poteſtatem, poterit quidem legis pœnam temperare,ſicuti & augere. Aliud eſt diſpenſare ſuper crimine & eius pœna, aliud legis pœnalis rigorem ex aliqua cauſa minuere, vt ſentit Innocentius in capitulo dilectus.de temporibus ordinandorum. cauſas verò, quibus iudex poſſit perſuaderi ad pœnæ legalis commutationem aut diminutionem, tradit eleganter Lucas à Penna in lege prima.C. de colonis Illyricianis libro vndecimo. Aliquot Felinus in dicto capitulo qualiter. §. ad corrigendos.numero 37. Quibus adde quæ eleganter hac de re ſcripſit Alphonſus à Caſtro, libro ſecundo de poteſtate legis pœnalis, capitulo duodecimo, & decimotertio. Quòd ſi iudex, vt plerunque fieri ſolet,aliquem ob crimen damnauerit pœna pecuniaria intra decem dies ſoluẽda: hoc addito,quòd ſi eam

ſi eam intra id tempus non ſoluerit, publicè reus flagelletur: nihilominus ſoluta pecunia intra eum diem poterit iudex pœnam eandem pecuniariam omiſſa corporali executioni mandare, ſecundum Corneum conſilio quinto, libro tertio. & nos trademus de ratione pœnæ agentes numero 9. & capitulo ij. numero 18. ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Perpenditur non inconcinnè Cardinalium priuilegium.*
2 *Reipublicæ intereſſe delicta puniri.*
3 *Vltimo ſupplicio condemnatus obuians Cardinali, qui & eius pileum imponat, immunis fit à criminis pœna reus.*
4 *Adhuc inquiritur, tametſi verum ſit priuilegium Cardinalium, aliquot ſubijciuntur caſus, in quibus non erit locus eidem.*
5 *Confugiens ad prætorium principis Hiſpaniarum immunis eſt à criminis pœna.*
6 *Vltimi ſupplicij reus condemnatus ſi meretricem, quæ eſt in proſtibulo, duxerit, immunis quidem eſt.*
7 *Meretricem dici, quæ exercens libidinem, quæſtum facit: & inibi pleraque veterum reſponſa enucleata.*
8 *Vulgaris mulier, & meretrix ſit, diſcutitur.*
9 *Meretricem dici, quæ cauſa quæſtus duos ad coitum admiſit: meretricē quæſtum facere cōpelli nō poſſe, præter alios diſcutitur.*
10 *A vicinia expellendam fore meretricem atque in lupanar relegandam dubio procul conſtat.*
11 *Perpenditur regia conſtitutio l. xij. in Taurino conuentu lata, quæ prohibet ob pecuniam debitam fœminā deduci ad publicū carcerē.*
12 *Et an ſi debitum ex delicto deſcendat, ad carcerem deduci poſſit traditur.*
13 *Fœminas in carceres duci non poſſe matresfamilias ratione adminiſtrationis tutelæ.*
14 *Adhuc inquiritur circa intellectum regiæ l. xij. Tauri.*
15 *Criminis homicidij reus ad eccleſiā confugiens immunis quidē eſt.*
16 *Confugiens ad euchariſtium manibus per ſacerdotem portantem immunem eſſe.*
17 *Quid etiam de ſacro baptiſmate diſcutitur.*

Priuilegium Cardinalium circa criminis reos liberandos aliter declaratum, quàm hactenus à doctoribus fuerit.

Cap. XXXIIII.

PROXIMAE quæſtioni & illa accedit, præter alia quæ maximè in huius capitis interpretatione adnotanda ſunt, non intempeſtiue diſputatur quæſtio illa paſsim controuerſa, in qua plura extant doctorum reſponſa: An verum ſit, quod explicant doctores, Cardinales ex conſuetudine habere nempe priuilegium, vt poſsint damnatum ad mortem liberare, dum ad ſupplicium ducitur? & plerique vtriuſque claſsis viri in ea ſunt ſententia, habere hoc priuilegium peculiare, ſi obuient criminis reo, imponendo pileum à criminis pœna immunem facere: & huius ſententiæ authores habeo Bald. in l. additos. ad finem. C. de appellationibus. cuius meminit idem profeſſus Paulus ibi. Salicetus, Cæpola in cautela prima, in principio. Hippolytus ſingul. cclxxiij. Iaſon in l. prima. numero primo. C. ne liceat potentiores. & non ineleganter Martinus Laudenſ. in tractatu quem prodit de cardinalibus. quæſtione ſexta. Caſtaldus in tractatu de Imperatore. quæſtione lxvij. folio 166. numero tertio. pleroſque alios congerit Albericus in titulo epiſcopus, vel abbate. in vſibus feudorum, in principio. columna ſeptima. Felinus in capitulo conquerenti. numero ſexto. de officio de leg. & omnium diligentiſsimè id adnotat Andræas Barbat. qui pleriſque aliis axiomatibus id explicat, de præſtantia Cardinalium, prima parte, quæſtione nona. numero primo. Ioannes à Neuizanis in Sylua nuptiali libro primo. numero 93. folio decimooctauo. col. ij. Rom. ſingulari cccxxxv. & ex nouioribus hanc profitentur ſententiam Catel. Cotta in memorabilibus iuris. verbo, Cardinalis. Ludouicus Gomez in §. pœnales. nu. 50. Inſti. de act. Chaſſæn. in conſuetud. Burgundiæ tit. *Des iuſtices*. rubr. j. §. v. nu. 10. col. tertia. folio 531. & 69. columna tertia. Corſetus in ſingulari incipienti, Cardinalis Amodeus, in tractatu ſyndicatus, numero 153. Paris de Puteo eodem tractatu in verbo, pœna. verſiculo an ſi primo. Ludouicus Carrerius in practica criminali. §. homicidium. numero ſeptuageſimoquarto. pagina 145. Remigius Gonius de immunitate eccleſiarum. decimanona ampliatione. apud quos ita paſsim iſthæc quæſtio admittitur, vt improbari minimè poſsit.

In præſenti autem quæſtione vix eſt, vt admittam tantam huiuſce priuilegij efficaciam. De quo etiam dubitat Andræas Barbatias loco, cuius nos antè mentionem fecimus. Matthæus de Afflictis in titulo, de pace iuramento firmanda. in principio, columna v. numero 8. fol. 133. & Zazius in l. acta. de re iudicata. ff. aſſeuerat in ea, de qua agimus ſpecie, Cardinales conſuetudine quadam propria vſurpare ſibi hoc priuilegium.

In quo dubio alij alia adiecerunt, quæ nobis proſequi non eſt animus: ipſe tamen aliquot axiomatibus ex plenioribus doctorum commentariis petenda arbitror, cùm quotidie in controuerſiam veniant, & paucis comprehendi nequeant, quæ dicenda ſunt:

Et primò illud conſtitutiſsimum eſt, Cardinalibus † minimè hoc priuilegium competere poſſe, ex eo, quòd Cardinales ſunt: nec itidem quia legati de latere ſint, qui quidem nec vtique contra iuris ordinem diſponere poſſunt, gloſſa ſingularis in cap. finali. de hæreticis. libro ſexto. Cui etiam ſimilis eſt in cap. In dignitatibus. de electio. libro ſexto. & in clementina ſæpe. de verborum ſignificationibus. Speculator in titulo de legatis. Pleraque id genus alia congerit huic rei maximè deſeruientia: at lege & ratione cautum eſt ad necem vſque damnatum eximi non poſſe, ex ratione textus in l. addictos. C. de Epiſcopali audientia. Et ex nouioribus explicat Ludouicus Carrerius in practica criminali. §. homicidium. vj. num. 74. Bernard. Diaz in practica criminali canon. cap. violentiæque illatores. Et nos alibi pleniori manu tràdemus. Quo fit, vt nunquam illorum mihi placuerit tanquam ſuperſtitioſa religio contrarium exiſtimantium, qui huiuſcemodi commentitiis & conſcientias illaqueant, & leges bene & præclarè ab antiquis conſtitutas conuellunt. 1

Et minimo quidem apice deſeruire videntur ea, quæ à noſtræ tempeſtatis hominibus obiiciuntur, ſcilicet, hos Cardinales habere hoc priuilegium: Siquidem ſi à Papa emanauerit in terris Imperij, nec vtique eo priuilegio gaudere, nec frui debent, ſumens rationem ex gloſſa in clementina diſpendioſam. de iudiciis. Cuius meminit Baldus reputans pro ſingulari in l. finali. C. de vſuris. Et conueſtiri ſtabilirique poteſt hæc ſententia ex textu in concilio Vienneſi,

nenſi,in clemen.paſtoralis.de re iudicata. Vbi definitum extat Regem Siciliæ nec vtique Imperatori paruiſſe:quoniam eius ditioni ſubditus non erat.Ioan.Andr.his omnibus ſuffragatur in cap. primo.de homic. lib.vj. Innocen. in cap. ſignificaſti.de officio deleg.Anchar.in cap.ea quæ. in decima quæſtione.de regulis iuris,libro ſexto. Et argumento optimo deſeruit textus in cap.cùm Epiſcopus. de officio ordinarij.eodem libro.cap.poſtulaſti.de iudiciis. capitulo ſecundo, de maled. Ecce qui ſapis,qui probus es,qui iuris veritatem amas, quàm ancipiti quæſtione iſthæc conſiſtit opinio.

Verumenimuerò illi hanc quæſtionem non ſatis diſcuſſerunt,tametſi tota ferè vtriuſq; iuris ſchola in id conſentiat.

Cæterùm nec admittendum eſt, hoc priuilegium à Ro-
2 mano Pontifice emanaſſe:eò potiſsimùm, cùm † Reipublicæ interſit delicta puniri & caſtigari.cap.vt famæ.de ſententia excommunicationis.l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. Rurſus ſancitæ ſunt ſacræ leges,vt humana coërceatur audacia,cap.factæ.quarta diſtinctione. Et ſcriptum eſt: Non permittes maleficos viuere ſuper terram. Nec item crudelis eſt,qui criminis reos occiderit. cap.qui homicidas. cap.non eſt crudelis.vigeſimatertia quæſtione quinta. Et miror,quomodo à tam laudatis & præclaris viris ſuper ea conſuetudine tanta facta eſt inſtantia,quæ (mea quidem ſententia)omni caret dubitatione: ſiquidem nec admittendum eſt hoc priuilegium habere ex conſuetudine,tametſi Baldus & Salicetus in his locis, de quibus & nos paulo antè mentionem fecimus,ac pleniori manu tradidimus,cæteros in errorem falſamque opinionem attraxerunt: Siquidem talis conſuetudo cùm ſit potiſsimùm contra ius diuinum,admittenda non eſt,cùm per eam via ad delinquendum paretur, Dominicus in dicto cap.factæ.eſséntque contra Reipublicæ pacificum ſtatum:quo fit, cùm iſthæc conſuetudo ſit à ratione & à lege deuia,admittenda non eſt,ex ratione textus in l.ſiue hæreditaria.ff.de negotiis geſtis. l. conuenire.ff. de pactis. & præter alia maximo apice huic quæſtioni deſeruire videtur cap. cùm ab omni ſpecie mali. de vita & honeſtate clericorum. vbi definitum extat reiiciendum eſſe id, quod præ ſe fert aliquid mali:ſed huiuſcemodi eſt talis conſuetudo.Quo fit tale priuilegium vim, nec vtique effectum obtinere: Sic enim & antiqui iuris contentio dirimitur, & immenſa libror

brorum volumina ad mediocrem modum tandem peruenerunt.& his,quæ in oppoſitum ab illa tam grandi multitudine adducuntur,reſponſio ex ſuperioribus conſtat:atque ideo in veritate decipiuntur doctores,& ſuo fruſtrantur voto. Ex prædictis non ſolùm apparet opinionem Bal.& aliorum nihil habere veritatis, ſed & inſuper Bal.in eo quoque manifeſti erroris conuinci. Vt nihil hac in re deſideretur, & vt paucis diluantur errorum cauſę,eſto quòd vel is communem errorem,ac Baldi,aliorúmque ſententiam defendere, adhuc arbitror minime procedere in eo, qui hæreſeos crimine damnatus eſt.ex l.quicunque.C.de Epiſcop. & cler. in qua definitum extat neminem poſſe hæreticæ prauitatis reum defenderę,eò maximè,ſi in crimine læſæ maieſtatis Imperatoris non habet locum,nec vtique in crimine læſæ maieſtatis diuinæ,ſicuti apud omnes conſtitutiſsimum eſt, cùm æqua lance æquóque libramine procedant hæreſeos crimen & læſæ maieſtatis.l.ſi quenquam.C.de Epiſcop. & cler.cap. licet Hely,de ſimon.cap.in fidei fauorem.de hæret.

Rurſus alius ſubijcitur caſus, in quo iſtius criminis reus immunis non eſt, tametſi obuiet † Cardinali, nihilominus 3 pœna criminis ordinaria afficiendus eſt, ſi ſanè reus criminis falſi factus ſit,ſicuti definitum extat in l.Lucius.ff.ad Turpill.ex quo text.ſumens rationem Ang.in diſputatione incipienti,exorta guerra. aſſeuerat, ſi ex mandato dominorum, bannitorum generalis cancellatio fiat,nec vtique venire,nec comprehendi bannitum de crimine falſi, ſumens rationem ex textu illo:ita opinor in hac ſpecie eſſe definiendum.

Tertius ſubiicitur caſus,in quo nec criminis reus immunis erit,tametſi Cardinalis pileum imponat, ſi commiſit delictum atrox,ſicuti conſtitutiſsimum eſt apud Ancharanum in cap.primo,de homicidijs, & in cap. cùm non ab homine. de iudiciis.cap.ea quæ,de regul.libro ſexto, quæſtione decimanona.huic ſententiæ accedit gloſſa in l.ſecunda,ff.arborum furtim cæſarum. vbi definitum extat propter criminis atrocitatem,quem eſſe beſtijs ſubiiciendum. & eſt textus in ratione ſui in cap.mulier. decimaquinta quæſtione prima.l. prouinciarum, C. de feriis. Baldus in l.j. C. ne ex delict. defunct. Innoc.in cap.j.de conſtit.

Quartus ſubiicitur caſus,ſi reus criminis eſſet contra patriam, Cardinalis priuilegio potiri non poteſt, ex eleganti

Ange

Angeli doctrina in diſputatione incipienti, exorta guerra. deducens rationem ex l.quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſtatis. exiſtimantis ex generali cancellatione bannitorum minimè comprehendi bannitū contra patriam crimen committentem, atque in rempublicam: & nos pleniori adnotauimus manu de parricidiorum pœnis agentes ſuprà: in qua ſpecie alia alij adiecerunt, quæ nobis proſequi nō lubet, cùm à ſingulis propè ſcriptoribus fuſè explicetur, nec citra tædiū ſæpius repeti poſſunt: & nos non eo conſilio ita ſcribimus tanquam ſola legi velimus: pleraque enim bene ab aliis dicta ſunt, quæ inde petere ſtudioſi debent.

Quibus ſubiicitur caſus, in quo huius criminis reus à criminis pœna immunis non eſt, tametſi cum communi errore admittamus Cardinales hoc peculiare priuilegium habere non poſſe per ſubſtitutum, vti cùm potiſsimum priuilegium adhæreat ſuæ dignitati, ex textu, qui adeò prægnans eſt pro hac parte, vt aliter (mea quidem ſententia) intelligi non poteſt, in l.ſeruus ſi hæredi. in verſiculo, perſonæ duntaxat eius, qui demonſtratus eſt. ff. de ſtatuliberis. & ſuffragatur Baldus in cap. j. §. ſi quis verò. de pace iuramento firmanda. in vſibus Feudorum. apud quem conſtitutiſsimum eſt: Si ſtatuto municipali caueatur offenſo licere vindictam facere, eam minimè poſſe exercere per ſubſtitutum. Itidem profeſſus aſſerit Baldus in l.accuſationis. C.quod metus cauſa. ſumens rationem ex textu in l.cùm patronus. ff. de legatis ſecundo, Cuius meminit Angelus in l.iij. C. de bonis damnat. Hæc fuerunt, candide lector, quæ in expoſitione iſtius quæſtionis breuitati ſtudendo, quantum potuimus, ad ſcribendum tanquam neceſſaria cenſuimus. Cætera verò nos conſultò omiſimus, quæ nec ſcriberem, digna putaui, quia in imaginationibus quibuſdam conſiſtunt.

Hoc præmiſſo Cardinalis priuilegio, plura, quæ iuris vtriuſque interpretes variis propoſitis diſtinctionibus adducunt, aliquot iuris axiomatibus complexi ſumus. Alij ſubiiciuntur caſus, in quibus † ſanè homicida à criminis pœna
4 immunis erit, ſi † delinquens confugiat ad prætorium prin-
5 cipis Hiſpaniarum: nam ſi ad eius Palatium confugerit, non eſt inde extrahendus ſine ſpeciali mandato Regis: vel niſi commiſerit proditionem, teſte Montal. in l. vij. tit. v. libro fori, litera D. in fine, ſic immunis erit à pœna mortis: Argumento

mento optimo deſeruit textus in l.j.in principio, ibi, ad ſtatuas confugiunt.ff.de officio præfecti vrb.l. ij. §. ideóque. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.§.nam Antonius.& §.fina. Inſtit.de his qui ſunt ſui.Oldradus in dicta l.j. Salicetus in l. vnica.C.de his qui ad ſtat. Hoſtien. Cardin. in cap. penultimo, de immunit. eccleſi. Socinus in tractatu, de cita.artic. xvij.quæſt.v.colum. penultima.fol.23. Paulus in dicta l. vnica.Chaſſæneus in conſuetud.Burgundiæ lvij.colum.iij.verſi. xviij.l.capitalium.§. ad ſtatuas.ff. de pœnis. Caſtal. Peruſi.in tractatu,de Imper.quæſtione xcvj. fol. 166. Marcus de Mantua conſilio ccxj,numero 18. & Rem. Gon. de immunit. eccleſi.xxiij. ampliat. Quin & illud adnotandum eſt, confugiens ad principis perſonam,ſecuritatem conſequitur.Chaſſæneus in conſuetud.Burgundiæ,fol.57. columna iij. verſic. viij.& Caſtald.Peruſi.eo in loco, cuius & antè meminimus, quæſtione xcvj.fol.166. Et his ſuffragatur Ludouicus Carrerius in pract.crimin.§.homicidium.num.47. vbi idem fortè eſſe aſſeuerat in filio Regis obuiante condemnatum ad mortem. Cuius opinio quàm ſit à ratione deuia, ex his conſtat, quæ & nos in huius capitis roſtro adnotauimus.

Cæterùm inſignis † eſt admodum & perplexa quæſtio, quæ 6
non infrequenter in controuerſiam adduci ſolet: ſi criminis reus ad mortem condemnatus,& meretricem, quæ ſit in lupanari,duxerit,immunis quidem erit à criminis pœna,teſte Par.de Put.in tract.ſynd. verb.pœna.col.ij. verſi.an ſi iudex. num.20.exiſtimante pontificiam conſtitutionem in c. inter opera.de ſponſ.pro conſuetudine vſu recepta Hiſpaniæ maximo apice deſeruire:vbi ille,qui ad ſuppliciũ ducitur,ſi meretricem in vxorẽ duxerit, à criminis homicidij pœna liberatur. Et huic accedit ſententiæ Maſſue.in prac.rub.de pœn. col.viij.verſi.in aliquibus.Quod exiſtimant idẽ profeſſi Io.à Neuiz.in Sylua nupt.verſic.eſt nubendum.fol.120. num. 33. verſi.non obſtat.Paul.in tract.de viſita.q.lxxxij.col.xij. char. 68.& Io.Lop.in repet.c.per veſtras,de donat.char.77.verſ.ſeptimo ad matrimonium.Io.Montol.in promptua.iuris.ver. filius.col.vij.& Lud.Carrer.in pract.crimin.§. homicidium. numero 85.pagina 553.Iacobus de Bellouiſo in praxi tit. de lenonibus.fol.22.verſic.xxvj.quia crimen. Gulielmus Benedictus in cap.Raynutius. folio 408. numero 269. Nicolaus Boërius deciſio, ccxvij. num. 20. in rapta raptorem petente,

id vid

id vidiſſe,& in praxi obtentum eſſe aſſeuerat,& à morte eſſe liberatum. Qui omnes exiſtimant, vel vſu, vel principum, vel reipublicæ ſanctione obtentum fuiſſe: qua quidem damnati ad mortem ob delicta à pœna liberantur, ſi aliquam meretricem in vxorem acceperint: argumento cap. inter opera charitatis. de ſponſal. quod expreſsim adnotat Iac. de Bellouiſo & plerique alij, quorum ſupra mentionem fecimus: & nouiſsimè Didacus à Couarruuias Archiepiſcopus Sancti Dominici deſignatus, in Epitome de ſponſal. ij. par. cap. iij. §. iiij. num. 7. & ex nouioribus Ludouic. Carrerius in pract. crim. §. homicidium. num. 85. Anton. Gomez. cap. xiij. delictorum, nu. 48. Quorum aliquot aſſerunt id conſuetum apud Hiſpanos, alij ad Gallos eandem conſuetudinem referunt, ſumentes rationem ex textu in præcitato capit. inter opera. Siquidem maximum miſericordiæ opus eſt peccantem corripere, eúmque à peccato auertere: Eſt enim miſericordiæ opus ſpirituale, quod equidem corporalibus operibus miſericordiæ præſtat: ſicuti ex noſtris definitum extat ex Henrico in dicto capit. inter opera. Archidia. in cap. tria. xlv. diſtinct. ex Theologis diuus Thom. huic accedit ſententiæ, xxij. quæſt. xxxij. artic. iij. optimè Dominicus à Soto re & fama vbique doctor inſignis, in eleganti atque omnibus numeris erudita de ſecreto relectione, membro ij. q. j. concluſ. iij. Ergo hoc exercenti opus, peccatorum omnium remiſsio conceditur, teſtibus Cardinale, Præpoſ. in d. cap. inter opera. quibus ſanè Abb. mirum in modum refragatur, exiſtimans omnium peccatorum nequaquam concedi remiſſionem. Ipſe verò non verebor in medium noſtram proferre ſententiam, exiſtimans ex intentione dicti canonis, accipienti meretricem in vxorem, tantam pœnam indulgendam, quantam conuenit ei diſtribui ex eccleſiæ theſauro propter illud miſericordiæ opus, applicata ſatisfactione ab ipſo Romano Pontifice. Et ſupereſt reſpondere ad cap. inter opera. tametſi in eius ſpecie fatemur remiſsionem peccatorum conſequi, non tamen inde ſequitur, quem immunem eſſe in foro exteriori à pœna corporis afflictiua: Cui ſententiæ ſe ſubſcripſit Paris à Puteo loco præcitato, Petrus de Vernia in additionibus ad Iacobum Butrigarium in l. raptores. C. de Epiſcopis & clericis. fina. columna. vbi in praxi id obtinuiſſe commemorat Antonius Gomezius in cap. xiij.

delict

delictorum, numero 37.

In quo dubio ad apertiorem huius capitis cognitionem illud extricandum eſt in ea ſpecie, quæ meretrix dicatur: tamen doctores in eo dubio multum effuderunt tractatum, & in varias ſciſsi ſunt ſententias. Illud tamen frequentius receptum eſt, illam meretricem dici, quæ exercens libidinem 7
quæſtum facit, & eius turpitudo publicè vænalis eſt, ex l. palàm. ff. de ritu nupt. cap. meretrices. xxxij. quæſt. iiij. regia l. x. tit. xvj. par. iij. rurſus & illa meretrix cenſetur, quæ libidini multorum paret. cap. vidua. xxxiiij. diſtinct. etiam ſine quæſtu, vti probat Iuriſconſultus in dicta l. palàm. Rurſus Angelus in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. exiſtimat eam meretricem cenſeri, quæ huc atque illuc vagatur, & quæ alienas domos, nunc hanc, nunc aliam intrare conſueuit. Et illud Salomonis Prouerbiorum quinto, de impudica muliere verba agens, adſtipulatur aſſeuerans: Vagi ſunt greſſus eius. & cap. 7. inquit: Garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis. Et quod Epigrammaticus Poëta de Leuina ſcribit, Valerij carmen extat in hæc verba lib. 1,

Caſta, nec antiquis cedens Leuina Sabinis,
Et quamuis tetrico triſtior ipſa viro,
Dummodò Lucrino, modò ſe permittit Auerno,
Et dum Baianis ſæpe fouetur aquis,
Incidit in flammas iuuenémque ſecuta, relicto
Coniuge, Penelope venit, abit Helena.

Quo fit meretrices peregrinas vocari, ſicuti definitum extat apud Terentium in Andria: Pamphilum pro vxore habere hanc peregrinam. Vbi & notat Donatus, ſiquidem mulieres peregrinæ, inhoneſtæ, & meretrices habebantur apud veteres, quibus conuenit Horatius libro tertio carminum, Ode 3. Ilion.

Fatalis, inceſtúſque iudex,
Et mulier peregrina vertit
In puluerem.

Et Iuuenalis ſatyra 6, eas vituperat fœminas, dum cecinit,

Quid toto fiat in orbe,
Quid Seres, quid Thraces agant?

Ex quibus ſanè conſtat fœminas vagantes meretrices eſſe, audaciámque maximam habere, & impudicarum mulie-

rum eſſe proprium, ſicut illud Terentij in Eunucho,

Audaciam meretricum.

Tametſi fœminæ timidiores ſunt maſculis, nihilominus obſcœnis atque venereis actibus audaciores ſunt, ſicuti Iuuenalis Satyra 6. adſtruit.

Fortem animum præſtant rebus, quas turpiter audent.

Itidem,

Nihil eſt audacius illis

Deprehenſis, iram atque animos à crimine ſumunt.

Et Plautus in Milite,

Hoc habet, linguam perfidam, malitiam, atque audaciam.

Et alibi in eadem fabula,

Hoc palàm fuerit, quod peius muliere atque audacius.

Et rurſus inibi,

Nec eques, nec pedes, præfectus quiſquam tanta audacia eſt,

Qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres faciant.

Et eius ſententiæ ex noſtris ſunt Cinus, Alb. Salic. in l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſt. Matth. Afflict. in conſtitut. Siciliæ, incip. ſi quis rapere. col. ij. memorans illud Iuuenalis præcitatum, Luc. à Pen. non eleganter id explicans in l. j. col. j. C. de mulier. & in quo loco, lib. x. quod proprium munus eſt meretricum. pudor autem & verecundia comes eſt ſemper & cuſtos pudicitiæ, ſicuti exiſtimat Amb. lib. j. offic. & glo. in l. ita nobis. in principio. C. de adult. Et Ouidius libro 1. Eleg. de triumpho Cupidinis verba agens,

Mens bona ducetur manibus poſt terga retortis,

Et pudor, & caſtris quicquid amoris obeſt.

Atque ideò mulier quæ in corpus peccat, exiſtimatur ſuo pudori nequaquam parcere, ſicuti definitur ex dicta l. palàm. in princ. ff. de ritu nupt. Cui mirum in modum illud Virgilij de Didone loquentis lib. 4. adſtipulatur,

Opémque dedit menti dubiæ, ſoluitque pudorem.

Itidem Virg. ibidem,

Te propter eundem

Extinctus pudor.

Et illud Hieremiæ 3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Et illud Oſeæ 2. & Hieron. ibi. Id honeſtis quidẽ mulieribus peculiare munus eſt pudor, ſicuti conſtat ex Marco Tullio in Orat. pro Quint. Plin. Iun. lib. Epiſt. 5. ad Marcel. diuus Ambroſ. in cap. honorabitur. xxxij. quæſt.

quæſt.ij.& Apul.lib.Aſini aurei 1. Tibullus pudorem virginalem vocat lib.Elegiarum 4.
Virgineus teneras ſtat pudor ante genas.
Et Stat.lib.12.
Olim hic virginei cuſtos monitórque pudoris,
Et Apollonius lib.3.Argonauticôn. Ouid.lib.1. Eleg.id epitheton maximè virginibus& pueris conuenire ait.
Forma verecundæ nocuit mihi viſa puellæ,
Ambroſius idem aſſeuerat, de inſtit. virginis, cap.1. exiſtimans quòd virginitatis dos quędã eſt verecundia, quę commendatur ſilentio. Et Chryſoſtomus ad populum Antiochenum, Homil. 3. pronuntiat, animúmque inducit ſuum, meretrices impudentes eſſe, virgines verò verecundas. Et Virgilius cùm Didonem ante Aeneæ aduentum,veluti omnibus fœmineis virtutibus claram depinxiſſet, tum etiam verecundia adornauit hoc carmine.
Tum breuiter Dido vultum demiſſa locuta eſt.
Et conſtat Eccleſiaſtes 7. & 26. cap. Gratia ſupergratiam, mulier ſancta & pudorata. Et Paul. ad Timot. 2. mulierem iubet cum verecundia ornari. Et id explicat Homerus libro 3. Odyſſ. & Stob. ſerm.72.
Ob id meretrices, ſicuti conſtitutiſsimum eſt apud Valerium Martialẽ impudicas eſſe conſtat, qui acriter Lesbiam obiurgat, quòd adulteros vtique admitteret, non cuſtoditis liminibus, omníque reiecto pudore, libro Epigrammatum primo, in Epigram. 91.
Incuſtoditis & apertis Lesbia,ſemper
Liminibus peccas,nec tua furta tegis.
Et plus ſpectator,quàm te delectat adulter:
Nec ſunt grata tibi gaudia,ſi qua latent.
Et illud Ouidij libro Amor.3.Eleg.13.
Non ego,ne pecces,cùm ſis formoſa requiro:
Sed ne ſit miſero ſcire neceſſe mihi:
Nec te noſtra iubet fieri cenſura pudicam:
Sed tamen vt tentes diſſimulare rogat.
Non peccat quæcunque poteſt peccaſſe negare:
Soláque famoſam culpa profeſſa facit.
Quis furor eſt quæ nocte latent in luce proferre?
Et quæ clàm facias factã referre palàm?
Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti,

Oppoſita pepulum ſubmouet ante fera.
Cum tua proſtitues famæ peccata ſiniſtra:
Commiſſi perages indiciúmque tui.

Et Demoſthenes in oratione contra Neram ait, Gratia enim voluptatis habemus concubinas ad quotidianam corporis curam: vxores verò, vt liberos legitimos gignamus, & rei domeſticæ fidam cuſtodem præficiamus.

Præter multa alia, quæ hîc congerere poſſem, vulgaris
8 mulier † meretrix nuncupatur, ex Accurſ. in l. ſi vxori. ff. de adult. & vxor vulgaris meretrix appellatur, ex Ouidio libro quarto Faſtorum,

Numina vulgaris Veneris celebrate puellæ.

Eo quòd corpus vulgauerit ſuum, vel ſanè ex eo more, quo meretrices apud ædiles licenti ſtupri vulgarent, authore Cornelio Tacito libro ſecundo, & Valerio Maximo libro ſexto, cap. tertio. Alciat. libro ſecundo Parergôn, cap. 4. & mox plura.

Et ex Phocilidis ſententia conſtat apud Stobæum ſermone 73.

Hæc Phocilidis eſt ſententia. Ex quatuor hiſce animalibus natum eſt genus mulierum, Cane, Apicula, torua Sue, aut Equo iubato.
Ex Equo nata agilis eſt, velox, diſcurrens, pulchritudine præſtans:
Torua autem Sue, nec bona, nec mala eſt:
Ex Cane verò, moleſta & fera eſt:
Ex Apicula autẽ, bene regit rem familiarem, & nouit operari,
Cuius amabilis nuptiæ, charæ ſodalis, optandæ tibi ſunt.

Et ex Menandri ſententia,

Vbi mulieres, ibi omnia mala ſunt.

Et ex Heſiodi ſententia apud eundem Stobæum,

Quiſquis mulieribus credit, furibus aut impoſtoribus credit.

Et Alexides cecinit,

Non eſt impudentius vllum animal muliere, ex meipſa coniecturam facio: rarum enim eſt mulieris beneficium.

Et Alexiades ait,

Non eſt vel murus, vel pecunia, vel aliud quicquam cuſtoditu tam difficile, quàm mulieres.

Et ex Euripidis ſententia id conſtat,

Sed nullum immanius eſt malum muliere,

Nec

Nec huiuſcemodi malum aut ſcribi poſſet,
Aut verbis exprimi,quòd ſi Deus aliquis
Mulierem formabit, opificem ſe malorum eſſe
Sciat maximum,& hominibus inimicum.

Ex eodem in Medea,

Mulier enim in cæteris quidem meticuloſa eſt.

Et rurſus in Medea,

Quiſquis mulieri maledicere deſinit, infelix profectò, & non ſapiens vocabitur.

Eiuſdem in Androma.

Mulieres in rebus bonis imperitiſſimæ ſumus, malorum verò omnium artifices doctiſſimæ.

Et ex Democriti ſententia conſtat, ex eodem Stobæo ſermone 73.

Mulier multò quàm vir promptior eſt ad aſtutias & malignitatē.
Mulier ad credendum facilis eſt, præſertim in calamitatibus.

Et Sophocles cecinit,

O mulier omne facinus auſa & plus quàm omne!
Verùm nihil eſt peius, nec erit vnquam muliere, inter hominum calamitates.

Et Simonides ait apud eundem Stobæum, ſerm.72.

Quemadmodum in mare aliquando tranquillum & innoxium ſtat, ingens gaudium nautis æſtiuo tempore: aliquando furibundum grauiſonis procellis agitatur:
Huic maximè ſimilis eſt huiuſcemodi mulier ingenio, variam enim naturam pontus habet.

Hæc ille, apud quem pleraque id genus alia candido lectori obuia erunt.

Et Valerius in quadam Epiſtola ad Rufinum, inter diui Hieronymi epiſtolas inquit, optima fœmina rarior eſt Phœnice, meretricum, & malarum fœminarum tam copioſa ſunt examina, vt nullus ſit expers malignitatis earum. Homerus lib.2. Odyſ. ex Latina tranſlatione.

Nihil fœmina grauius, nihil peius.

Et conſtat ex Menandro,

Theſaurus eſt malorum mala mulier,
Ignis, & mare, & fœmina ſunt mala tria,
Mulierem bonam conſequi non facilé.

Ex Latinis verò poëtis Lucius verba agēs de meretricibus,

Heu facul(inquit) eſt homini inuentu fœmina bona nuſquam.

Et illud, Pacuuij.

Haud facul fœmina inuentu bona.

Plautus in Aulullaria inquit,

Optima nulla poteſt eligi, alia alia peior.

Plautus in milite,

Quid peius muliere?

Et illud Græcum carmen.

Venenum naturaliter eſt aſpidis mala mulier.

Et Grægorius Nazanzenus in ſententiis dicticis antepo- nit mulierũ malitiam, & venenum, aſpidibus & draconibus.

Mala res eſt dracones, malefica res & aſpides,
Duplex mulieris malitia inter feras.

Et Salomon Eccleſ. 7. virum vnum de mille bonum repe- riſſe ſe dicit, mulierem ante nullam: quo etiam loco Hiero- nymus ſcribit fœminam eſſe omnium malorũ caput. apud quos de mulierum, ac meretricum, pleraq; alia, quæ candido lectori obuia erunt, apud auth. quibus & antea meminimus reperies, ſed quo lõgo ſubſellio digreſsi ſimus, reuertamur.

8 Et illa †exiſtimatur meretrix, quæ cauſa quæſtus duos ad coitum vel plures admiſit, Abb. & Præpoſ. exiſtimant in præ citato capit. inter opera. itidem Abb. in cap. cùm decorem. de vita & honeſt. cler. & pleniori manu explicat Iaon. Lopius in rub. de donat. inter. §. iiij. itidem. in l. Taurina. lxij. quo in lo co & cæteri interpretes id admittunt ex tex. in d. l. palàm. ex quo ſtultè plerunque nonnulli extrema ſua iudicia miſcent, non ſine captionis ſuſpicione, nec per omnia cæterorum ſen tentiam probo, ex dicta l. palàm. ex qua tantùm abeſt huius opinionis probatio, quin & contrarium approbetur: ex cu- ius verbis doctorum confutatur ſententia, & in errorem la- pſos eſſe conſtat ex præcitata l. palàm. aſſeueranti, quæ cum vno & altero ſe pecunia accepta commiſcuit, non videtur pa làm corpore quæſtum facere: ex quibus verbis doctorum ſu- per hac re altercationes manifeſtè tolluntur, quibus verbis ſatisfaciam: compertum eſt Abb. & Sequacium opinionem prorſus refelli: illa etenim verba, quæ cum vno & altero, duos ſignificant tantùm: quod conſtat ex Laurentij Vallæ adnotationibus lib. 3. elegantiarum. capit. 59. cui mirè con- ueniunt Ouidij carmina ex Epiſt. Saphus ad Phaonem.

Inde Chelyn Phœbo communia munera ponam,
Et ſub ea verſus vnus, & alter erit.

Grata

Grata lyram poſuit tibi Phœbe poëtria Sapho:
Conuenit illa mihi, conuenit illa tibi.

Rurſus eadem ſignificatione vtitur Valerius Maximus li
bro ſexto.4.cap.de Alexandro ſic ſcribens, Dario enim vno
iam & altero prælio virtuté eius experto. ſubdit paulò pòſt
vocem duabus victoriis reſpondentem, dignámque, cui ter-
tia, ſicuti euenit, tribuetur: ſic etiam Auguſtinus lib. 3. de ci-
uitate Dei, eas, dixit, Cuius in primo & altero libro mentio-
nem fecimus, de primo & ſecundo libro intelligens.

Ex quibus ſanè reiectis opinionibus multorum deduci-
tur, Matthęum de Afflictis in errorem lapſum eſſe in conſti-
tutione Neapolitana, titulo 43. lib. 3. aſſeuerantem eam fœ-
minam meretricem eſſe, quæ vnum tantùm virum ad coi-
tum admiſit cauſa quæſtus, ex l. mariti. §. qui quæſtum. ff. de
adulteriis. Cuius ſententia, quàm ſit à ratione deuia, conſtat
ex eodem text. conſiderata vi & effectu verborum intelligen
do ſanè non craſſa (vt ita dicam) Minerua: qui text. loquitur
in marito committente lenocinium, & quæſtum ex hoc fa-
ciente, in quo ſatis eſt ſemel quæſtum accepiſſe. Ex quibus
verbis Matthæi Afflicti confutatur ſententia: mirum eſt, ne
dicam, miſerabile tex. clariſſimum tantis deprauationum
nebulis obſcurare, vbi nulla vrget neceſſitas.

Inſignis eſt quæſt. illa magni mehercule nominis, ſi † me- 9
retrix, quę ſe publico lupanari exhibuerit, & proſtituerit, ſit-
ne cogenda quemcunq; ob iuſtam mercedem admittere? in
qua ſpecie Decius in l. inuitus. ff. de reg. iur. cogi poſſe exiſti
mat: cuius opinioni maximo iuris apice deſeruire videtur
tex. in l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur.
ex qua definitum extat actionem iniuriarum meretrici mi-
nimè dari aduerſus eum, qui libidinis cauſa eam interpella-
uerit: & ſtabiliri poſſet ex l. qui iniuriæ. & in l. verùm. in ſe-
cunda. ff. de furt. quibus conſtat eum non teneri furti actio-
ne, qui hoſtium domus meretricis fregerit, libidinis cauſa,
tametſi furtum fuerit cõmiſſum ab aliis ex ea fractione: Cui
ſententiæ ſuffragatur gl. in §. item lex Iulia. Inſtitut. de publ.
iudic. cui ſimilis gloſſa eſt in l. vnica. C. de rap. virginũ. in ea
ſpecie adnotantes illatam vim meretrici à iure aduerſus ra-
ptores ſtatutis pœnis non puniri, quod ad nauſeam vſque
tradit Hippolytus in ſingul. cl. & in dicta l. vnica. numero
19. aduerſus tamen Decium, aſſeuerat Zazius contrariam

ſententiam profeſſus in ſumma Digeſti veteris ſuper rubr. ſi ſeruitus vendicetur.& ſane opinionem Decij minime probabilem cenſeo, quin & erroneam eſſe, & à veritatis ſcopo deuiare dubioprocul conſtat:tametſi meretrix profeſſa fuerit publicè meretricum,& ſit in lupanari,non tamen poterit inuita ad coitum cogi.eò maxime, cùm non teneatur mortale crimen committere cum quolibet: ergo inde ſequitur compelli non poſſe inuitam ad coitum. Et ex nouioribus hanc ſententiam profeſsi fuerunt Andr. Iſern. & Matth. de Afflictis in conſtitutione Neapolit. rubr.20.de violentia meretricibus illata. aſſeuerantes hi duo,à naturali ratione Iuriſconſultos defeciſſe, cùm contrarium reſponderunt: in qua ſpecie certiſsimum habuere Iſern.& Afflictus,quod Iuriſconſulti violentiam impunitam fecère, cauſa libidinis, meretricibus illatam:ipſe verò paucis oſtendam id alienum eſſe à Iuriſconſultis.

Tametſi meretrix cauſa libidinis impetita, iniuriarum actione agere nequeat,nõ inde ſequitur,impunè ei iniuriam fieri poſſe: potiſsimum, qui iniuriam ei fecerit, iudicantis arbitrio puniendus eſt.Et in ea ſpecie intellige Iuriſconſultum in dicto §.ſi quis virgines: potiſsimum,quia inibi Iuriſconſultus tractat de interpellatione meretrici facta libidinis cauſa:quæ quidem interpellatio fœminis honeſtis iniuriam irrogat,non ſic meretricibus.

Eodem pacto regula iuris,& ea profectò æquiſsima, intelligenda erit ex præcitata l.verùm. de furtis. diffiniens, qui oſtium fregerit,libidinis cauſa, & ab aliis furtum commiſſum fuerit,furti actione non teneri,cùm volũtas,& animus delicta diſtingant,ſicuti & nos pleniori manu adnotauimus libro primo Epitomes,cap.x.numero 10. Nihilominus alia actione cogendus erit reſtituere meretrici,ex Ang.in l.nunquam plura.vltima columna. ff.de priuat. delict. Decio in c. nam concupiſcentiam.de conſtitutionib.& ante hos Bart.& plerique alij idem definière in dicta l.verùm. ex qua recepta receptiſsima doctorum ſententia, Hippolytus damnationem mereri conſtat, qui in dicta l.vnica.numero 34.aſſeuerat,abſque culpa, & furti vitio poſſe res meretricis ab ea auferri: quod quàm ſit à ratione deuium, nemo adeò obtuſæ mentis erit,qui id non fateatur.

Illud cõſtitutiſsimum eſt meretricem à vicinia expellendam

dam fore, atque in † lupanar relegandam, probat regia lex ij. tit. xxij. par. vij. Bal. in l. j. ad finem. C. de iure emphyteutico. & ſignanter Lucas de Penna in l. ſi qua. col. ij. C. de ſpect. lib. xj. Paulus Caſtrenſ. in l. nullus. C. de ſumma Trin. quibus libenter accedit Platea per text. inibi in l. cùm ſuprà. C. de re militari. Matthæus de Afflictis in d. rub. xliij. Ex nouioribus Didacus à Couarruuias, de ſponſalib. ij. par. c. viij. nu. 5. & cogi poſſunt honeſtè viuere, ſin minus à vicinia expellẽdas fore meretrices, ex Paulo in l. ex parte. §. j. ff. de verbor. oblig. & in l. iuſtitia. vbi Iaſon, ad fi. ff. de iuſt. & iure. Cæpola de ſeruit. ruſtic. præd. cap. ix. de iure paſcendi, quæſt. j. Andræas Barbat. cõſ. xxiij. vol. j. Gulielmus Lerrouil. in eo tractatu, quem prodidit, de diſcretione iuſtitiæ & iniuſtitiæ. lib. j. cap. xiij. Et ex nouioribus huic acceſſère ſententiæ Ripa de peſte, tertia parte, charta 41. nu. 144. Decius in l. ſemper in contractibus ff. de reg. iuris. itidem in c. primo. col. ſexta. de conſtit. Ioann. à Neuizanis in Sylua nuptiali. §. eſt nubendum. fol. magno 121. col. iiij. Matthæus Afflictus in conſtitutione Neapolit. titulo xliij. lib. iij. & ante hos Ang. in l. ancillarum. ff. de petitione hæredit. ex gl. doct. in l. non aliter. ff. de vſufructu. & in c. j. in verbo, expellant. de vſuris. lib. vj. Bal. in l. ædem. C. locati. doctores in l. j. ff. ſoluto matrimon. & eſt text. in ratione ſui, qui argumento optimo deſeruit in §. fin. in authen. de lenonibus. quo fit meretrices cogendas fore aliquod ſignum portare, vtpotè, ab aliis diſcernantur, ex Baldo in l. minimè. per tex. inibi. C. de epiſcopali aud. tex. ad id celebris in l. nullus. ad fin. C. de ſum. trin. Decius & doctores in his locis, quibus & anteà meminimus. & denique omnes, quorũ contagio poſſet eſſe nociua, poſſunt expelli, ſic de vicinia expelluntur meretrices, lenones, & ſimiles, Bal. in l. j. §. nullus. C. de ſum. trin. gl. in auth. iuſiurãdum quod præſtatur. in fi. col. ij. Montaluus in l. iiij. tit. ij. lib. iiij. fori. Idem de leproſis. Franc. Curtius ad Paulum in l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iure. Caſtellus in l. lxij. Tauri. Lopius in rubr. de don. inter. §. lx. nu. 8. gl. & doctores in c. cùm oporteat. de accuſ. Franc. Auiles in c. xxvj. nu. 4. prætorum. Illud tamen habeto, quòd locator domus minimè poterit expellere meretrices, ex Philip. de Peruſio in c. j. de vſuris. Ripa de peſte, ſecunda parte, nu. 20. 10

Meretrices cogi poſſunt ſignum portare.

Ex principali † huius quæſtionis themate, & eius reſolutione quibuſdã viſum eſt, ex regia lege in Taurino conuẽtu 11

lata lxij.à regina Ioanna Caroli Cæſaris matre, quæ prohibet ob pecuniam debitam fœminam deduci ad publicũ carcerem, niſi ſint fœminæ manifeſtæ fornicariæ. Et prima huius propoſitionis pars conſtat ex l.j.C.de officio diuerſorum iudic.& in auth.inibi poſita, tex.ad id præſtantiſsimus in authen.hodie nouo iure. C.de cuſtodi.reorum.quibus ſatis definitum extat fœminam ob pecuniam debitam incarcerandam non eſſe domi, nec extra domum: quibus gloſſa ſimilis eſt, in l.conſentaneum.verbo, ad cogendum.& inibi expreſſim adnotat Bar.C.quomodo & quando iudex.gloſ.j.in l.ad egregias.ff.de iureiurando.regia lex ij.tit.xj.& l.iij.tit.xiij. lib.v.in ordinationibus realibus, & præcitata Tauri lex Bal. in tract.de carceribus.cap.j.num.3.Bart.& paſsim doct.in l. nemo carcerem.C.de exactori.tribut.libro decimo.Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino in tractatu, quem publicum fecit de debitoribus ſuſpectis, & fugitiuis, quæſtione quinta, num.22. Iaſon in l.cùm dubitatur.nu. 93.C.de iure emphyt. Itidem in l. plerique.num. 34. ff.de in ius vocando. & in l.ſi ego.nu.4.ff.ſi certum petatur.& pleraque id genus alia congerit idem profeſſus Iaſon numero 9.in præcitata l.ad egregias. Decius ſignanter id explicat in regula, fœminæ.num. 72.ff.de regulis iuris. Hippolytus in practica criminali. §.attingam.n.6.& 4.& rurſus in ſing.ccxliij. Petrus Rebuffus in gl.ad conſtitutiones regias Galliæ, in tractatu de literis oblig.gloſ. tertia, artic.xj.numero 32. Nicolaus Boërius in deciſione cccxlix. num.11.& ex noſtris Rodericus Suarez, nec admodum inuitus huic accedit ſententiæ in l. ſecunda.tit. *de las iuras*.libro ſecundo fori, in quinta quæſtione, numero ſexto.Ioan. Lopius in repetitione capit.per veſtras.§.xxj. num. 22.Cifuentes in interpretatione l.lxix.in Taurino conuentu lata, & Franciſcus Auiles in proœmio capitulorum prætorum, & ante hos Socin. in regula cclix. & præter hos non deſunt canonicæ philoſophiæ authores, qui hanc communi conſenſu ſtabilitam ſententiam veriſsimam eſſe cenſeant: ſi quidem & Dominicus Francus, Ludouic.Gomezius, & plerique alij in cap.mulieres.de iudic. libro ſexto.Barb. in cap. lator. numero primo.de pignoribus.idem exiſtimant, quam veritati magis fauere exiſtimo, tametſi æs alienum à fœmina contractũ eſſet fiſcale: ſiquidem in ea ſpecie ad publicum carcerem deduci non poteſt, ex Bart.in d.l.nemo carcerem.

Fœminæ ob æs alienũ in carcerem duci non poteſt.

per

per tex.in præcitata l.j.& in authen.hodie.C.de cuſt.reorum. Ioan.Bapt. Caccialup. in tract. de debitore ſuſpecto & fugit. v.quæſt.num.22.Boërius in conſuetud.Byturicen.tit.j.§. iiij. glo.iij.fol.5.colum.j.Cifuentes & Ioan.Lopius in l.lxij.Tauri,& Ioan.à Platea in præcitata l.nemo carcerem.quibus admodum ſuffragatur regia lex lxij.præcitata inibi, *Per ninguna deuda*.& in dicta l.ij. & iij.in regiis ordinat. Et ex nouioribus idem exiſtimat Matthæus Afflictus in cap. vnico. verſic.condemnatorum.num.62.quæ ſint regalia.in vſibus Feudorum.& ſignanter Boërius in repetitione l.conſentaneum. num.139.C.quomodo & quando iudex.

Egregia tamen eſt dubitatio,num ius illud fœminis competens † vendicet ſibi locum, ſi debitum ex delicto deſcendat? & adhuc in ea ſpecie duci poſſe ad publicum carcerem, 12
ex Baldo in l.iij.C.de Epiſcopali audientia.Ioannes de Imola in cap.lator.numero 5.cum aliis,de pignoribus. Socinus in tractatu de citatio.articulo quinto.numero 39.Baptiſta de ſancto Seuerino in eo loco, cuius & anteà mentionem fecimus,in quinta quæſtione,numero 24.Iaſ. numero 4. in dicta l.ſi ego.probat textus in authentica, hodie nouo iure.C. de cuſtodia reorum. Thomas Grammaticus deciſione xxxiij. num.10.id etiam hodie definitum in d.l.lxij.& lxxix.Tauri.

Principaliter deducitur, his iactis ac etiam præmiſsis axiomatibus,eandem ſententiam intelligendam fore, intantum vt iudici contrafacienti pœna capitis coërceatur,ex Bal.in d. l.conſentaneum.ad fin.Rom.in l.j.quæſt.xx.C. de hæred. inſtituen. Thomas Grammat. huic accedit declarationi in deciſi.xxxiij.num.9. & eſt tex. ad id præſtantiſsimus in d.l.j. & in auth.ibi collocata.C.de offic.diuerſ.iudic. & in hac ſpecie ſe ſubſcripſit Caſtel.in d.l.lxij.

Pœna iudicis contrafacientis.

Illud etiam quaſi iſtius capitis coronidem adnotare libet, fœminas † in carceres duci non poſſe matresfamilias ratione adminiſtrationis tutelæ filiæ: quæ quidẽ pro reliquorum 13
ſolutione in carcerem duci non poſſunt, ſecundum Præpoſitum in c.ex parte.ii col.vlt.de appellat.Hip.in pract.crimin. §.attingam.numero 64. & probatur ea ratione, quòd mater etiam ob adminiſtrationem tutelæ habet priuilegium, ne conuenire valeat vltrà quàm facere poſsit.Bar.communiter receptus in l.ſi quis ſub conditione.num.20.ff. de teſta. tute. ex l.patronus.ff.de re iudicata.idem Bartolus in authen.matri &

tri & auiæ.nu.13. C. quando mulier tutor. officio fungi poſſit.ſed quia communiter obtentum eſt,vt omni legum auxilio mater renuntiet, cùm ei tutela filiorum committitur, iuxta notata in d.cap.ex parte.& in dicta auth.matri & auiæ. Quibuſdam viſum eſt ob pecuniam ratione tutelæ debitam filios poſſe in carcerem matrem mittere, propter renuntiationem,& filiorum fauorem.Bart.in d.l.ſi quis ſub conditione.num.18. idem in dicta authent. matri & auiæ. num. 13. & inibi Salic.num.14.Rom.Alexan.Socin.& Iaſ.in l.plerique. colum.vltima.ff.de in ius vocando.Rom. in l.alia.§. eleganter.num.11.ff. ſoluto matrimonio. Mattheſillanus notabili cviij.Iaſ.in l.penultima.num.4.ff.ſi certum petatur. Ioannes Andræas,Dominic.Franciſc.in cap.ij. de iudiciis. in vj. Platea colum.penultima.poſt Angelum in l.nemo carcerem. C. de exact.tribut.libro x.Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino in tractatu de debit.ſuſpect.& fugit.quæſt.vj.Decius in l.fœminæ.num.74.ff. de regulis iuris. Alex. ad Bartolum in dicta l.nemo carcerem. num.4. Baldus in tract. de carceribus. cap.j.num.3.Matthæus in ſingul.cviij. Bartholom. Socin.in regul.cclxxxix.fallen.vij. Et rurſus in regul. ccxxix. in ſecunda fallentia,& iterum conſil.clxxx.num.1.vol.ij.Marianus Soc.his omnibus accedit in tract. de citat. artic.v. num. 39. verſic. decimoſextò fallit. & ex nouioribus idem profitetur Gulielmus Mayn.in l.quo tutela. num. 138.ff. de regulis iuris.Boërius in deciſio.ccxlix.num.11.Petrus Rebuf. in glo. ad conſtitutiones regias Galliæ.j. parte, in tract. de literis obligatoriis,artic.xj.glo.iij. num.32. & ante hos Bald. Nouellus in tract.de dote.vij.parte,priuilegio v.Iaſ.in dicta l.ad egregias.num.9.& in l.ſi ego.la ſecunda.ff.ſi certum petatur. num.4.Hippolytus ſingul.ccxlviij.Boërius in repetitione l. conſentaneum.num.141.C.quomodo & quando iudex. & ex noſtris Gomezius in dicto cap.mulieres.num.13.Ciſuent. in l.lxij.Tauri,& inibi Lop.num.3.& Caſtellus in princip.eiuſdem legis.& Marcus de Mantua in l.j.C.de offic. diuerſ. iud. qui omnes perplexo doctorum catalogo idem firmant abſq; altiore indagine. Quibus ipſe libenter quæro, quonam pacto eorum ſententia defendi poſsit, ſi verum eſt,quod Bart. quem ipſimet ſequuntur in d.l.ſi quis ſub conditione.nu.20. ſcribit dicens, matrem filiorum tutricem non obſtante generali renuntiatione habere priuilegium, ne conueniatur

vltrà

vltrà quàm facere poſsit: ſiquidem illud conſtitutiſsimum eſt, ſi ipſa mater bona habet, capienda ſunt pro debito pecuniario, prius quàm ad carceres deducatur: quòd ſi bonis careat, ex priuilegio tuta eſt, ne poſsit conueniri: ergo defenditur, ne ad carceres deducatur. Qua ratiocinatione vtitur Bal. in l. j. ad fi. C. qui bonis cedere poſ. loquens in milite, dum adducit l. miles. ff. de re iudic. Alex. in l. Centurio. num. 25. ff. de vulg. quamobrem nunquam mihi Bar. religio placuit in hac ſpecie eo in loco, cuius & anteà meminimus, ex Præpoſito, & Hip. locis præcitatis, & ab ea Bar. ſententia libenter diſcedit And. à Pomate ad Bart. in d. auth. matri & auiæ. Lud. Gomez. in cap. ij. de iudic. in vj. num. 22. Barb. in cap. ij. num. 4. de pignor. & ante hos Ioan. à Monte Sperello in d. l. plerique. Ex quibus ipſe opinor matrem etiam ob pecuniam debitam filiis cauſa adminiſtratæ tutelæ in carcerem duci nõ poſſe, quo fit Barthol. Soc. nu. 40. in d. l. plerique. in ea fuiſſe ſententia, ea ratione ductus, cùm ſit in præiudicium ſexus, & ignominiam pudicitiæ, ex d. c. ij. §. fin. verſi. etiam ſi ad hoc voluntas accideret earũdem. de iudic. in vj. & argumento optimo deſeruit tex. in l. ij. §. ſi autem dignitas. de iuramen. calum. iuncta l. j. C. de offic. diuerſ. iudic. & ideò illa ſatis trita regula perpenditur, qua paſsim circunferri ſolet, vbicunque priuilegium introductum eſt propter perſonæ ſeu ſexus honeſtatem, tolli renuntiatione non poſſe, ex Bal. in l. j. C. qui bonis ced. poſſ. & ex noſtris Rodericus Suarez in præcitata l. ij. tit. *De los Gouernos*, lib. ij. Fori, in quinta quæſt. num. 8. Præpoſitus Alexandrinus in cap. ex parte. num. 11. de appellat. Alber. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium.

Rurſus quod obiter menti occurrit circa legis regni intellectum lxij. Tauri adnotandum eſt, quæ expreſsim prohibet propter pecuniam debitam fœminas deduci ad publicum carcerem, niſi ſint fœminæ manifeſtè fornicariæ, non aliter fore neceſſarium, vt ſecunda legis pars locum habeat, fœminam eſſe meretricẽ: ſat enim erit eſſe publicè alterius concubinam, ſicuti definitum extat ex Bart. in d. l. conſentaneum. col. fin. exiſtimante fœminam luxurioſè viuentẽ poſſe ad carcerẽ deduci pro debito pecuniario, Arch. idem profeſſus in c. definimus. xviij. quæſt. ij. Alex. ad Bart. in authen. matri & auiæ. C. quando mulier offic. tutel. fun. poſſ. Ioannes à Platea in l. ij. col. vj. C. de exact. tribu. lib. x. ex nouioribus

Franc

Franciſ. Auil. in procemio capitulorum prætorum, num. 27. Quod cùm regia l. ita intelligendum eſt, quando hæc fœmina impudica atque inhoneſta nupta non eſt: quòd ſi nupta fuerit, ad carceres pro pecuniario debito duci non debet, ex Ioan. And. ad Specul. in rub. de iniuriis. in prima additione Iaſ. in l. ad egregias. ff. de iureiur. itidem & Alex. in d. l. plerique. ad finem. ff. de in ius voc. ille num. 35. hic num. fina. Decius in l. ij. ff. de reg. iur. num. 78. Campegius deciſi. Neapol. xliiij. Ioan. Bapt. Caccialupus in d. tract. de debitore ſuſpecto & fugit. v. quæſt. num. 23. Nicolaus Boerius in deciſi. cccxlix. num. 11. Iaſ. in d. l. ad egregias. num. 9. Rom. in l. ſi verò. §. de viro. ſecunda fallen. ff. ſoluto matr. Barbat. conſi. xxvij. col. j. verſi. j. in pract. §. attingat. num. 56. & rurſus ſingul. ccxlviij. Barb. in cap. lator. num. 1. de pignor. & ſignanter id explicat Suarez in d. l. ij. tit. *de las iuras*. lib. ij. Fori, quinta quæſt. num. 7. Ioan. Lopius in c. per veſtras. iij. notab. §. xxj. num. 21. idque paſsim dictæ regiæ l. interpretes admonent: & ante hos Bal. in tract. de carceribus, cap. j. num. 3. & Andr. Barbat. in cap. paſtoralis. col. vj. de iudiciis. Bal. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. col. vlt. Platea in l. ij. col. vj. C. de exact. tribut. lib. x. Archid. in c. de finibus. xviij. quæſt. ij. Socinus in reg. cclix. fallen. iij. fieret enim maxima iniuria matrimonio ac marito, quod maximè coadiuuatur ex l. ſi vxor. §. diui. ff. de adult. quem text. præfati doct. paſsim adducunt ad eorum ſententiam comprobandam, poſt Rom. in l. ſi verò. §. de viro. fallen. ſecunda. ff. ſoluto matrim. illum ad id Bald. commendauit, & Lud. Gomez. d. c. mulieres. num. 15. & maximo apice deſeruire videtur textus in l. adulterium. ad finem. C. de adul. tametſi Decius in d. cap. paſtoralis. & Ioan. Bapt. de debitor. fug. & ſuſpec. quæſt. v. ad finem. aduerſus hanc opinionem communi conſenſu receptam probare conentur nihil referre fœminam coniugatam eſſe, quominus ad carcerem duci poſsit, ſi meretrix ſit: ſiquidem mulier ex matrimonio, quod violauit, priuilegium habere non poteſt. Quo fit, ſi meretrix eſt, licet maritata, poterit incarcerari: & ſic communis opinionis error detegitur. Verùm illi hanc opinionem non ſatis diſcuſsêre, tametſi tota ferè vtriuſque iuris ſchola ex illo tex. ſumens rationem id conſentiat: ſed ille text. minimo iuris apice deſeruire videtur in d. l. ſi vxor. §. j. ſiquidē ibi agitur de intereſſe mariti: & in ea ſpecie matrimonium conſidera-

dera

deratur cum meretrice;long è quidem aliter,ſi ſolùm de mu-
lieris præiudicio tractatur , vt in hac ſpecie. Quam ſenten-
uam præter doctores,quorum paulo anteà mentionem feci-
mus,veriſsimam eſſe exiſtimat Alex.conſi.xcix. lib.vj. num.
9.& expreſsim Ioan. Montolon. in promptuario iuris, ver-
bo,luxuriare.Baptiſta de ſancto Seuer.in d.v. quæſt. num.23.
quorum opinio non tantùm authoritate , verùmetiã ipſa ra-
tione probabilior eſt. Et de † hoc diſputare adhuc aliquos 14
miror,cùm plus quàm manifeſtum ſit , quòd ſi huic vltimæ
ſententiæ accedere velis,iſthæc opinio procedere poterit, eo
caſu,quo nupta conſentiente viro fornicetur:vt in hac ſpecie
adnotauit Ioan.Bapt.in d.quæſt.v.Cuius meminit Gomez.in
d.c.mulieres.& ſatis diligenter Hippol.in l. vnica. num. 31.
C. de raptu virgin. eáque mihi opinio probabilior videtur,
quam etiam comperi eleganti ſubtilique diſputatione defen
dere Socin.ſibi contrarium,in d.l.plerique.num.41. Hippol.
ſing.cclxxix.rationem ſumẽtem ex tex.qui argumento opti-
mo deſeruit in l.in arenam. de inoffic. teſtam. In quo dubio
& illud ſubiiciam in ea ſpecie , quando vxoris adulterio vir
conſentit,vir vtique pœnas luere debet,non vxor,ex tex.in c.
ſi tu abſtines.xxvij.q.ij.præter multa alia,quæ hic notari po-
terant.& illud obuium eſt, quòd ſimiliter iſthæc fuiſſet ma-
ter,auia illius,cuius tutelam geſsit,adhuc competit ei bene-
ficium,vt ne conueniri poſſet vltrà quàm facere poteſt, ex l.
ſunt qui.ad finem.ff.de reg.iur.non quia mulier,ſed quia pa-
rens.& in ea ſpecie incarcerari nõ poſsit,ex Præpoſ. Alex.in
c.ex parte enim.nu.11.de appel. vbi meminit Alb. idem exi-
ſtimans in l.vbi adhuc.C.de iu.dot.Hip.in pract.crim.§.at-
tingam.nu.65.Ioan. Bapt. de ſancto Seuer. in eo tracta quem
publicum fecit de debitore ſuſpecto & fugitiuo.q.v. Roder.
Suar.in d.l.ij.tit.*de los Gouernos*. lib.ij.fori.q.v.nu.11.fol.197.

Illud ex præmiſsis deducitur,quod & paulò antè adnota-
uimus,de fœmina in carcerem detrudenda. Quòd ſi ſtatuto
municipali ſancitũ fuerit,quod fugitiuus debitor poſsit capi,&
in carcerẽ detrudi , mulier fugitiua adhuc in eodem ſtatuto
cõprehẽditur,ex Bar.in l.j.nu.24.de pecu.& in l.iura.nu.2.ff.
de legib.Bal.idẽ profeſſus in l.ne paſsim.C.de iu.& fac.& in
l.quũq;.C.de ſer.fu.n.10.Quibus nec admodũ grauatus acce
dit Did.à Caſt.& Io.Lo.in l.lxij.Tauri.illi col.j.hic nu.4.Qđ,
fulciri poſſet ex his,quę not.doc.ĩ l.ait prętor.§.ſi debitorẽ.ff.
quæ

quæ in fraud. credit. vbi text. expreſsim definit debitorem fugitiuum poſſe propria authoritate capi à creditore. l. generali.C.de decurionib.libro decimo.gloſ.in l. extat.verbo, ſine vllo iudice. ff. quod metus cauſa.in l.quæſitum. verbo, quia intereſt.ff.de pignor.quibus ſimilis gloſ. eſt in §.neceſſitatem. verbo, detinere. in authent. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.collat.ij. gloſſa in verbo, iudicium. in principio. Inſtit. de actio.& in cap.j.verbo,poteſtatem. de pace iuram. firm.in vſibus Feudorum.regia l.xij.tit.xx.lib. iij. fori.li.x. tit.decimoquinto,partita quinta.l.ij. *De la Hermandad.* Iaſon in l.cùm proponas.nume.5. C. de tranſaction. & in l.prima. numero 61. ff.de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio. & rurſus in l.pecuniam.numero 9.& in l. vinum, numero 3.ff. ſi certum petatur. Is idem & Gomezius in principio Inſtit. de action.ille nu.72.hic verò nu.59. Hippolytus in l.ſi vt allegas.numero nono.C.de ſicar.& in ſing.xliij. & ccxliij. Anton.Rub. Alexand. in repet.l.non ſolùm.§. morte.ff.de noui oper.nuntiatione.num.241.Ioan. Baptiſta Caccialupus in d. tractatu de debitore ſuſpecto. quæſtione tertia & quarta.Socinus regul.lxxviij.Segura in l.ab exhęredato.numero quinto.ff.de leg.j.Marcus à Mātua in conſilio xlj.numero nono. Paulus Pariſ.conſil. cvij.numero 52. & conſ.xcix.num. tertio.volum.tertio.& rurſus conſilio x.numero tertio. volum. tertio. Iaſon in l.qui ab arbitrorum.ff.qui ſatiſ.cog. Caſtellus & Ioannes Lupi in leg.lxvj.Tauri. Gomezius in dicto §. primo.numero 59.Rodericus Suarez in l.ſecunda.titulo *De los emplazamientos* libro ſecundo fori. folio 190. numero 10. Franciſcus de Ripa in cap.j.num.88. de iudiciis. Petrus Rebuf.in gloſſa ad conſtitutiones regias Galliæ, in prima parte,in tractatu de literarum obligationibus,articulo ſexto,in glo.num. 70. pagina 149. in quarta ampliat. apud quos ſatis iam ſatis id definitum extat. In quo ſtultè nonnulli, extrema ſua iudicia miſcent non ſine captionis ſuſpicione. Nec ignoro multa addi potuiſſe.ſed & temporis breuitas & aſsidua valetudo,quæ me vehementer preſsit, ſpatiari toto hoc anni tempore in tam vtili & frugifera materia non ſunt paſſæ,futuri tamen anni prouētus(niſi fata inuiderint)mox dabit vberiora circa interpretationem legis lxij. in Taurino conuentu latæ à regina Ioanna Caroli quinti Cæſaris matre.

Debitor fugitiuus poteſt propria authoritate capi.

Tu ta

Tu tamen interim, candide lector, ſi ſtomacho non faciant
tuo, quæ de hac re hactenus tractauerimus, ſi quid ipſe me-
lius inueneris, in communem vtilitatem arbitratu quidem
tuo in medium conferas. Id ipſum ex authoribus doctiſsi-
mis deſumpſi. & aliquot ingenium peperit meum. Præ cæ-
teris & illud obuium eſt, † ſcilicet, criminis homicidij reus 15
ad eccleſiam confugiens, immunis quidem eſt à criminis
pœna. cap. definiuit. xvij. q. iiij. cap. reos. xxiij. q. v. cap. inter
alia. de immunit. eccleſ. regia l. ij. tit. xj. par. v. Nic. Boërius
deciſ. cix. Ioan. Ign. in l. j. num. 4. ff. ad Syllan. Pet. Rebuffus
in gloſ. ad conſtitutiones regias Galliæ, ij. parte. in tract. de
immunit. eccleſ. Ioan. de Biſquis in repet. d. cap. definiuit. in
ij. volum. tract. diuerſ. doct. Iaſ. in l. plerique. ff. de in ius voc.
Gulielm. Mayn. in reg. nemo de domo. ff. de reg. iur. Ex no-
ſtræ Hiſpaniæ hominibus Remig. Gonius in peculiari trac.
de immunit. eccleſ. à pag. 14. vſque ad 100. Didac. à Couar.
lib. ij. variar. reſolut. cap. xx. & pleraque alia eccleſiarum pri-
uilegia, quæ candido lectori obuia erunt, tradit Catel. Cotta
in memorabilibus iuris, verbo, eccleſiarum. vbi octo eccle-
ſiarum priuilegia congerit, & alia viginti addit Gulielm.
Laurent, in arbore iuriſdictionum, nume. 15, & 37, cumulat
Cæſar. Lambert. in tract. iuris patronatus. artic. viij, q. v. lib. j.
num. 1. vſque ad finem, fol. 35. col. iij. quæ & ante eum adno-
tauerat Paul. Citad. in eadem tractatione, iij. parte q. xij. ſe-
cundæ cauſæ. Alber. Pelagius priuilegia immunitatis eccle-
ſiarum congerit lib. j. de planctu eccleſiæ, artic. lxvj. Et nos
pleniori adnotauimus manu in peculiari huius quæſtionis
tractatu: ideò omittere hîc eſt animus. Illud etiã non omit-
tam notatu maximè dignum, in quo vtriuſq; claſsis viri in
contrarias iuêre ſententias, eaſdémq; cõmunes, † fugientem 16
ad ſacerdotem, euchariſtiã manibus portantem, immunem
eſſe ab homicidij pœna: Archid. in cap. quæſitum. xiij. q. ij.
Abb. in cap. ſanè. de celebrat. miſſarum. & inibi Hoſt. col. j.
Henr. Boich. Bal. in l. aditos. C. de appel. Faber in §. fin. Inſt.
de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, Imol. in clement. j. de pœ-
nitent. & remiſ. Bonifac. de Vital. col. iiij. numero 32. inibi
Cæpola cautela ij. Caſtaldus in tract. de Imperatore. conſil.
xcvij. folio 166. numero 4. Iaſ. in l. j. C. ne liceat potentiores.
ad finem. Laudenſis in tractatu de Cardin. quæſt. vj. Socinus
in l. plerique. ff. de in ius vocando. quæſt. xxij. Chaſſan. in

conſuetud.Burgund.folio 57. colum. tertia. Marian. Socin. in tract.de citatione,artic. xvij. ad finem. Albertus in cap.j. de hæretic.in vj.quæſt.xiij.num. 18. Catel. Cotta in memorabilibus,dictione,rationis identitas. Et hanc eſſe communem profitetur Didac. à Couar. lib.ij.variar.reſolut.cap.xx. num.6. Remigius Gonius de immunit.eccleſ. pag. 84. Ant. Gomez.cap.x.delictorum,num.1.& ante hos hanc eſſe communem profitetur Corſetus ſing. lxix. Gomez. in §. pœnales,num.50. Inſtitut. de action. nec deſunt doctores in albo primariæ doctrinæ poſiti, qui contrariam veriſsimam exiſtimant ſententiam, inter quos & Cæpola in l. quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem. nume. 24. ff. de ædil.edic. Coſmas Gumier.in pragm. ſanction. Gallic. tit. quomodo diuinum officium ſit celebrandum,verſic. inclinet. Ioan.Lop.in rub. de donat.§.xxxviij.num.5.& hanc ſententiam omnes tenere profitetur Didac.à Couarr. eo in loco, cuius & anteà meminimus,à priori tamen ſententia,quæ & communior eſt, nec latum quidem vnguem diſcedendum eſſe exiſtimo: cùm nihil ſit in eccleſia hoc ſacramento maius.clement.j.de reliq. & vener.ſanct. cap.nihil. de conſecrat.diſtinct.ij. cui ſuffragatur fides mulieris ſanguinis fluxum patientis,& dicentis, Si tetigero fimbriam veſtimenti eius, ſalua ero : ait Chriſtus, Confide filia,fides tua te ſaluam fecit.Matth.9.cap.tex. in cap.ad eius.v.diſtinct.Hoſtien.& Abb.in d.cap.ſanè.Ioan. Tierrus in tract.quem prodit de fuga.j.col. num.8. vol.viij. diuerſ.doct. Ego ſanè fateor maiorem honorem exhibendum fore euchariſtiæ, quàm ipſis templis, quibus ob ipſam euchariſtiam plura priuilegia conceduntur. Nihilominus cùm hæc immunitas à iure Pontificij ſanctione ſtatuta ſit,& nullibi hoc ius extra ipſas eccleſias datum fuiſſe legamus, dubius quidem ſum, an veritati faueat interpretum receptiſsima ſententia,cui aduerſatur gl. celebris in cap. quæſitum.xiij.q.ij. Eodem pacto diſcutiendum erit ad apertio-
17 rem huius cap.tractatum, an † & ſacrum baptiſma immunitatem donet criminis reis? & ſunt qui exiſtiment immunitatem cõdonare:quam & eſſe communem profitetur Fel. in c.de his.num.4.de accuſ.crebriorem ſententiam Theologorum profitetur Tho.Ferratius,caut.xxix.hanc tamen ſententiam, quin etiam ſacrũ baptiſma à pœna ſpirituali, non tamen corporali liberat,aſſeuerat eſſe communem Anan.in

d.cap.

d,cap.de iis. idem profeſſus Dec. conſil. cxxx. & in cap. quæ in eccleſiarum.num.29.de conſtit.quam & eſſe communiorem profitetur Ferdin. Loazes in §. is itaque. nume. 28. de iuſtitia & iure.Inſtitut. Hinc etiam & illud obuium eſt, ſi omnia ad amuſsim examinentur, quæ in hoc eodem tractatu deſiderantur,an communionis ſacramentum immunitatem condonet ſuſcipientibus?& condonare exiſtimat Hoſt. in d.cap.ſanè.de celebr.miſſ. Sylueſt.verbo, immunitas nona. in princ. quod ita intelligendum reor, vt propter huius ſacramenti ſuſceptionem criminis ſupplicium differatur:& illa die,qua ſumitur, pœna ſit differenda,ex cap. fin.xiij.q.ij. cap.omnis homo.de conſecr.diſtinct.ij.

SVMMARIVM.

1 *Ordo eccleſiaſticus poſt delictum aſſumptus, abſque fraude liberat quem à iuriſdictione iudicis ſecularis.*

2 *Et quando in ea ſpecie fraus præſumatur,diſcutitur,itidem nu.3.*

4 *Si is,qui crimen commiſerit, ante ordinem ſuſceptum, ſi crimen mortis pœnam exigat, aut membri mutilationem, per epiſcopum degradandus erit,curiæq; ſeculari tradendus.*

5 *Quid ſi votum fecerit religionis,vel ordinis ſacris ſuſcipiendi.*

6 *Voti probationem fieri poſſe iuramento proprio ipſius voventis dependitur.*

Ordo eccleſiaſticus poſt delictum commiſſum ac perpetratum aſſumptus, quando liberet quem à iuriſdictione iudicis ſecularis.

CAPVT XXXV.

HActenus etiam ſi de homicidiorum criminis
reis egerimus, quando immunes ſint ab homicidij pœna,illa quæſtio proxima his omni-
bus eſt. An laicus † criminis alicuius author 1
effugiat forum iudicis ſecularis, & eius punitionem, ſi poſt delictum commiſſum ac perpetratum, inſignitus ſit ſacris ordinibus. Solent enim non leues oriri contentiones inter iudices eccleſiaſticos & ſeculares ſuper criminali punitione clericorum, qui in fraudem ſacros ordines ſuſcepêre. Et in ea ancipiti quæſtione, ea eſt frequentiori doctorum calculo recepta concluſio, eccleſiaſticum ordinem poſt delictum ab aliquo commiſſum abſq; vlla fraude

ſuſceptum, eum omnino liberare à iuriſdictione iudicis ſecularis, ſicuti argumento optimo deſeruit tex. in l. hos accuſare. §. hoc beneficio. verſic. item magiſtratum. ff. de accuſat. quo in loco apud Ang. & Alber. idem definitum extat, apud quos etiam in l. qui cum vno. §. reus. ff. de re milit. explicant paſsim doctores in cap. ſi quis poſteà. ff. de judic. & in c. propoſuiſti. de foro compet. ex ratione tex. in cap. ij. de iudic. c. veniens. de ſent. excom. Iac. Baulem in reper. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœn. lvj. limit. Iacob. in l. cùm quędam puella. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. ſi quis poſteà. num. 10. ff. de iudic. Thom. Ferrat. cautela xxij. Girard. ſing. lj. Ioan. à Neuiz. in ſylua nuptiali, lib. j. num. 62. Chaſſan. in conſuet. Burgund. tit. *des iuſtices*. rubr. j. §. v. fol. lj. num. 67. quòd ſi ordo eccleſiaſticus poſt delictum ab aliquo aſſumptus, fraude tamen & dolo, vt iudicis ſecularis forum declinaret: nequaquam liberat à iuriſdictione iudicis ſecularis, exiſtimant plerique doctores, inter quos & Oldrad. conſil. iiij. Bart. ſignanter in l. j. de pœnis. Ioan. Andr. & communi conſenſu doctores in cap. j. de obligatis ad ratiocin. Hippol. in ſing. cccccxxxiiij. pleniori manu id explicat Lambertinus in cap. j. de hæret. in vj. quæſt. xiij. Bar. in d. l. cùm quædam puella. Abb. & doct. in cap. vnico. de obligatis ad ratiocin. num. 4. & eſt tex. in l. ſi quis decurio. C. de falſis. & nouiſsimè Nunius Auendaño de exequendis mandatis regis Hiſpaniç. cap. xxij. num. 7. Dueñ. in regula 100. xviij. fallent. Iaſ. in l. cùm quædam puella. iij. col. ff. de iuriſd. omn. iudic. Girad. notab. lj. Ferrat. caut. xiij. conſil. cxxx. col. ij. Bertach. de epiſc. charta 48. ad fin. Hippol. in l. ſtatu liber. col. ij. ff. de quæſt. Monfer. in l. nemo poteſt. col. xxxviij. ff. de quæſt. Ant. Barbier. priuil liij. col. iiij. in tract. de viribus iuramenti. & hanc eſſe communem ſtabilitam ſententiam, conſtat excitatis per Aufred. in clement. j. de offic. ordin. reg. j. fallent. xj. pro qua eſt tex. ad id præſtantiſsimus in præcitata l. hos accuſare. verſic. dum non retractandi cauſa. l. j. C. qui mil. non poſſ. lib. xij. l. ſi maritus. §. legis. ff. dę adult. l. vlt. ff. de re milit. ex quibus & aliis hanc firmat ſententiam doct. Bellameræ ſententia in c. propoſuiſti. q. ij. de foro comp. qui abſq; vlla fraudis diſtinctione contrarium exiſtimat non poſſe hoc crimen puniri à ſeculari iudice; quod quàm ſit à ratione deuiũ, omnes qui recti, limatíque ſunt iudicij viri in id conſentient: fidémq; facit ſe carere ingenio,

genio,qui contrarium exiſtimat. Hinc etiam deducitur declaratio eorum,quę Bar.in l.ſemper.§.quibuſdam.ff.de iure immunit.ad finem.in verſic.puto tamen.adnotat, ſi appareat quem aſſumpſiſſe, vel inſignitũ eſſe ſacris ordinibus in fraudem onerum & cenſuum, ei minimè patrocinatur; neque prodeſſet.Corn.idem profeſſus conſ.ccx.num.10.vol.iij. itidem in conſil.ccv.num.1.lib.j.Nicol.Boer.in tract.de vita & ſtatu eremit.num.15.& argumento optimo deſeruit text.& inibi gl.in l.cura.§.qui obnoxius.ff.de mun.& honor.& extrauagans Ioan.xxij.quæ incipit,ſancta Romana & vniuerſalis eccleſia.in tit.de relig.domib.extátq; hodie regia l.xix. tit.iiii.lib.iiij.In ordin.regal. Reliquum eſt,ne ab inſtituto & recto deuiemus ordine, prout ad rē, de qua quæritur, pertinet definiatur, explanare quando fraus in ea ſpecie præſumatur:& Bartol.& alij in diſputationis huiuſce arenam deſcendunt,his in locis,quibus & paulò antè mentionem fecimus,&interpretũ ferè maior pars in eá de qua agimus quæſtione cēſet,Si quis poſt delictum perpetratum anteà,quàm inſignitus ſit ſacris ordinibus,fuerit accuſatus denuntiatus, aut ſanè infamatus,fraus maxima præſumitur, ex text. in l. vlt.ff. de bon. eor.qui mortem ſibi conſci. & in l. vlt. ff.de re milit.explicant doct.diligenter in præcitata l.ſi quis poſteà. ff.de iudic.Bar.& pleriq; alij in l.ſi adulter.§.ſi hoc tempore. ff.de adul.&in dubio id videtur feciſſe in fraudem,ex Ioan. Andr.in cap.ex parte.in iij.de priuileg.& in cap.Ioannes.de clericis coniugatis.& in cap. vnico, de oblig. ad ratiocin.& hanc eſſe communi conſenſu ciuilis philoſophiæ receptam ſententiam aſſeuerat Aufred.eo in loco, cuius & anteà meminimus.Guliel.de Cuneo in l.penult. ff.ſi ex noxali cauſa agatur.Bar.in d.l.j.Zabarel.in cap.perpendimus.de ſentent. excom.Aufred. in deciſ. 100. & 144. in illorum deciſionum recollectis, ſed † in vniuerſum fraudem præſumi, ex eo ſolùm,quòd poſt crimen commiſſum timore iudicis ſecularis punitionis, quis inſignitus ſit ſacris ordinibus. Bald.in l.j. numero 2.C. an ſeruus ex ſuo facto. profitetur: quam rem ipſe diligentius explicandam aſſumpſi, quia in nonnullis interpretes noſtros deliraſſe dignouerim: nec ſilentio præterire libet iſtam quæſtioné circa fraudis præſumptionem, quam doct. magni mehercule nominis paſsim controuertunt: nec eſt alius nodus in hoc duntaxat tractatu implica-

In dubio fraus præſumitur.

2

tior, nec à quoquam, quem legerim diligenter explicatus, ideo negotium nobis erit pertractare.

3 Quidam ac in quęſtione opinātur ſatis eſſe, † vt laicus criminis alicuius author effugiat forū iudicis ſecularis, & eius punitionem, quòd ante delictum votum fecerit religionis, vel ordinem ſuſceperit ſacrum: ſiquidem in ea ſpecie puniri non poterit à iudice ſeculari, quòd ſi ratione fraudis poſt delictum ordinem aſſumpſerit eccleſiaſticum, immunis non erit à iuriſdictione iudicis ſecularis: In quo ex vtroque latere, tametſi diuerſæ ſunt ſententiæ, ſicuti definitum extat à Ioanne Andræa, & aliis in præcitato c. vnico, ea eſt omnium receptiſsima ſententia, hunc in fraudem inſignitum ſacris ordinibus non poſſe per iudicem ſecularem pœna corporali coërceri, ſed tantùm bonorum amiſsione, & rerum mulcta: atq; ideo erit iudex cauſæ, & non perſonæ, Ioannes Andræas in præcitato. c. j. de oblig. ad ratiocinia. Archidiaconus in c. j. xj. q. j. Speculator in tit. de reo. verſiculo. ſed quid eſt criminalis. Lucas à Penna in l. fi. C. de veteranis. lib. xij. & ſignanter Bart. in dicta l. prima. & omnes paulò antè citati explicāt doctores in capitulo ſane. de foro competen. & in dicta l. hos accuſare. §. primo. ex quibus hæc eſt communis opinio, & hanc eſſe communem profitetur Aufredus eo in loco, cuius & antè meminimus.

Illud tamen, in huius criminis punitionem obſeruādum

4 eſt: ſi ſanè † crimen mortis pœnam exigat, aut membri mutilationem, erit hic criminis reus clericus per epiſcopū degradandus, curiæq́ue ſeculari tradendus, ſicuti in ea ſententia conſentiunt Iac. Butrigarius, Gulıel. Cuneus, Bar. & poſt eos plerique alij in d. l. prima. ff. de pœnis. Bald. in l. j. nu. 2. C. an ſeruus pro ſuo facto. ſignanter Din. in l. item Vlpianus. ff. de excuſ. tut. & non ineleganter Iaſ. in l. cùm quædam puella. ff. de iuriſ. om. iud. n. 10. & ex noſtris Anch. in regula. ea quę. de reg. iur. in vj. quæſt. xiij. Aufr. in loco, cuius & anteà meminimus: illud tamen adnotationem meretur in ea, de qua agimus, ſpecie: Si eccleſiaſtici iudices hac degradatione vti nolunt, cùm in iure pontificio ſit permiſſa ſecundum Anton. in cap. j. col. iiij. de oblig. ad ratiocin. ſeculares iudices non adhibita hac ſolennitate, lata ſententia hunc criminis reum punire poterunt, tametſi perperam faciant, teſtibus Bart. & pleriſq; aliis, de quibus & antè meminimus, Anch. in c. ea quæ

de reg.

de reg.iur.lib.xiij.q.vj. Oldr.conſ.iiij.Bart.in l.pen. ff.de iuriſ.om.iud. Bal.ſignanter in l.placet.& in auth. cauſam quæ. C.de ſacroſ.eccl.Bal.Ang.& Imol.in l.nemo poteſt.ff.de leg. j.Bal.in l.ij.C.vt in poſ.leg.& in l.affinitatis.C.com.de ſucce. itidem in c.cùm non ab homine.vlt. col.de iud. Iac. Butrig. in l.quiſquis.la ij.C.de epiſc.& cler. Salic.in auth.ſtatuimus. C.de epiſc.& cler.Ioan.Anan.poſt Anch.in c. ad falſariorum. de crimine falſi.xiij.col.Zabarel.in clem.in agro.§.quia vero.in viij.q.de ſtatu mon.Imol.in c.eam te.in ij.col.de reſcr. Andr.Sic.ſignanter in c.quòd clericis.de ſolut.& nos tradidimus de hæreticorum pœnis tractãtes pleniori manu,& quæ hoc in loco recẽſere latius,& illis pleraq; addere poſſem,ſed id nunquã animo fui complexus alioram trãſcribere dicta, quæ lõgius reperere minimè vacat, nec operis tit. conuenit.

Cæterùm omittendum hac in controuerſia non eſt, quòd † quidam hac in quæſtione opinantur ſat eſſe, vt laicus criminis alicuius author fugiat forum iudicis ſecularis,& eius punitionem, vt immunis ſit à criminis homicidij pœna, quando ante delictum votum fecerit, vel religionis,vel ordinis ſacri ſuſcipiendi: nam ex hoc non poterit pœnas luere per iudicem ſecularem, ego iſta ex plenioribus doctorum commentariis petenda arbitror,cùm ea quotidie in controuerſiam veniant,& paucis exactè comprehendi nequeant.Satius propemodùm fuerit non irritare,quàm non explere ſtudiorum auiditatem:& cùm ſeſe caſus obtulerit nihil(vti poto,) quiſque grauabitur. Quam ſententiam ex noſtris veram eſſe exiſtimãt plerique doctorum,ea ratione ducti, per iudicem ſecularem non poterit puniri.cùm votum hoc religionis delicti commiſsi tẽpus,præceſſerit quaſi votum retrotrahatur, ita expreſsim adnotat Bald.in l.prima.ad fin.C.an ſeruus ex ſuo facto poſt manumiſ. teneatur. cuius meminit idem profeſſus poſt pleroſq; alios Iacobinus in dicta l.cùm quædam puella.& in præcitata l.ſi quis poſteà.numero decimo.ff.de iud.Girard.de Petraſancta in ſingulari lj. Chaſſæneus in conſuetudinibus Burgundiæ in titulo, *Des iuſtices.* rubrica prima.§.v.num. 68. folio 51. Thomas Ferrarius in cautela xxiij.Ioannes à Neuizanis,in ſua Sylua nuptiali.libro j. numero 62.& nouiſsimè ſignanter Didacus à Couarruuias libro j.practicarum quæſt.cap.xxxij.ad fin. & Dueñas in regula 100.limitatione decimaoctaua.ſic ſanè viſum eſt Iaſoni 5

in d.l.cùm quædam.num.11.Hippoly.in ſingul.ccccexxxiiij. Bald.in d.l.j.C.an ſeruus ex ſuo facto. qui illud tantùm aſſeuerat, quòd qui ante delictum votum emiſerit, & poſt delictum ſit effectus voti executione clericus, aut religioſus,nõ poſsit puniri per iudicem ſecularem, quaſi maxima ſit præſumptio bonæ fidei, & nullam ſubeſſe fraudem mutationi ſtatus:atque in hunc ſenſum,qui proprius eſt, & à præcitatis authoribus traditur,poſſet admitti opnio Baldus & Iaſ.qui-
6 bus plurimum hoc commendatur,ex eo,quod†probatio voti fieri poſsit iuramento proprio ipſiuſmet vouentis. Siquidem ab omnibus illud receptum eſt, voti probationem fieri poſſe iuramento proprio ipſius vouentis:in his etenim, quæ in animo conſiſtunt,ſacramento proprio ipſius vouentis ſtatuitur,gl.notatu digna in cap.ſi verò.in ſecundo. de ſentent. excom.cui ſimilis eſt in §.ſed iſte quidem. Inſtitu.de action. & inibi Iaſon, nu.100.gloſſ.in cap.ſignificaſti.in ſecundo.de homicidio. gloſſ.in l.at qui natura.§. cùm me abſente.ff de negot.geſt. Alciatus eleganter in tract.de præſumpt. regula ſecunda.preſumptione x. Aret.in l.interdum.§.quod ex naufragio.ff.de acq.poſſeſ.Hippoly.in rubr.C.de probationib. num.122.& ante hos Bart.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furtis.Didacus à Couarr. & Dueñas in his locis, quibus & antè meminimus. Quam ſententiam intelligendam fore exiſtimo,cùm de modico præiudicio agitur: longè quidem aliter, vbi agendum eſſet de maximo præiudicio. In ea etenim ſpecie certior probatio requiritur,teſtibus Abb.in c.quoſdam. de præſumpt. Felin.in capit.cognoſcentes. numero decimoquarto.de conſtit. Dominicus in c.eos.de tempor. ordin.in vj.quo fit,cùm in hac ſpecie de maximo agatur præiudicio, de enormi reipublicæ læſione, Baldi & Iaſ.ſententia vſquequo non ſatis eſt probata.

Poſtremò in ea.de qua egimus,queſtione Federic.de Sen. conſilio xcvij.nu.4.ad fin. de voto omiſſo.anteà, quàm reus criminis factus eſſet, veriſsimam eſſe intelligit, niſi criminis reus efficeretur de fratribus tertij ordinis, qui criminis alicuius author non effugerat forũ iudicis ſecularis, & eius punitionem. Iaſ.in d.l.cùm quædam puella.nu.11.Hippolyt. ſing.ccccexxxiiij.cõmuni conſenſu doct. poſt Card.in reper. cap.perpendimus.nu.8.de ſen.excom.prolixius, veniam hoc nomine precor,ſi quando prolixiori ſtylo nonnula proſequi

videb

videbor. Cætera tamen, quando poſſit clericus in minoribus conſtitutus forum ſeculare declinare in criminibus puniendis, & de reaſſumentibus primam tonſuram in peculiari huius quæſtionis tractatu de clericis coniugatis agentes circa interpretationem tex. in pragmatica xxj. volumine pragmaticarum futuri anni prouentus (niſi fata inuiderint) in ea ſpecie dabit vberiora: ideo hîc pertractare nõ eſt animus.

S V M M A R I V M.

1 *Occidens bannitum homicidij reum non eſſe.*
2 *Quid etiam ſi iniuſtè bannitus erat, diſcutitur.*
3 *Perpenditur, an ſi filius patrem bannitum occiderit, aliqua afficiatur pœna.*
4 *Filium obnoxium eſſe patrem bannitum alere.*
5 *Quid etiam ſi pater hæreſeos crimen commiſerit. itidem nu. 6.*
7 *Diſcutitur, an ſi bannitum interfecerit ignoranter aliqua afficiatur pœna. itidem nu. 8.*
9 *Quid etiam ſi bannitus cancellationem factam à banno occiſori notificaſſet.*
10 *Bãnitus aliũ bannitũ occidendo, an immunis ſit à criminis pœna.*
11 *Statuto aſſeuerante bannitum offendi poſſe, an & occidi poſſit?*
12 *Criminis reus à pœna immunis eſt, non ſolùm bannitum interimẽdo, ſed de proximo banniendum.*
13 *Grandis doctorum altercatio deciditur, an in interiori animi iudicio bannitus occidi poſſit.*
14 *Intellectus l. j. & ij. quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare. C. & an in eccleſiæ foro intelligendæ ſunt, perpenditur.*
15 *Pontificia iura permittentia ſe inuicem decipere contrahentes, in interiori animo iudicio non procedunt, itidem. nu. 16.*
17 *Quando ex contrahentium dolo proficiſceretur, deceptio infra medium partem iuſti pretij, non eſſe licitum decipere.*
18 *Examinantur iura dictantia, Qui peccat, legis authoritate non peccat.*
19 *Bannitus condemnatus, ſi ad ſupplicium duceretur, ab homine priuato occidi non poſſet. itidem. n. 20.*
21 *Diſcutitur bannitum occidendo cum quo capitales habet inimicitias interimens, ſit ne immunis à criminis pœna.*
22 *Et an fœmina bannita, ſi ſit grauida, occidi nequaquam poteſt: & ille, qui de proximo eſt rebanniendus, diſcutitur, & n. 28.*
24 *Diſcutitur Angeli ſententia in l. ſi duo. ff. de aeq. hered.*
25 *Lite pendente ſuper banno bannitus occidi non poteſt impunè.*

C. de bannitis, & an immunis ſit ab homicidij pœna, qui bannitum interemerit.

CAP. XXXVI.

DE bannitis agēdum erit: & primò, banniti vnde dicti ſint, & noſtrates habent [illegible] communi ſermone quædam vocabula, quæ la[illegible]t Latina non ſint, originem tamē videntur ab antiqua & recondita hiſtoria ſumpſiſſe: & qui in exilium miſſus eſt, bannitus vocatur. Igitur à bannitione videri poteſt bannitos dictos, niſi fortè à tuba quis mallet, quam barbaro ſermone cōſtat bannitum dici, vnde banophorum ſigniferum à Romanis vulgò appellatum, Procopius libro quarto, Priſci belli author eſt, & nos alibi trademus.

Omittendum tamen non eſt in hoc duntaxat tractatu, in-
1 terimens † bannitum ſit ne à criminis pœna liber, ac ab homicidij pœna immunitatem habeat? & ſunt, qui exiſtimēt: & illa interpretum maior pars bānitum occidendo nec vtique homicidij pœna obnoxium eſſe. Quam ſententiam probat Bar. Bal. & Iaſ. & Decius in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure. ſiquidem bannitus ex forma ſtatuti poteſt impunè occidi, ex nouioribus Ioānes Ign. in l. iij. §. ſi ex ſtipulato. n. 70. ff. ad Syllan. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. num. 5. Iaſ. in l. omnes populi. in repet. n. 4[illegible]. ff. de iuſtitia & iure. Bern. Diaz à Luco in regula lviij. Catel. Cotta in memorialibus iuris, in verbo, ſtatuta quòd bannitus. Marcus Mantuēſis in conſ. ccvj. nu. 1. Hippoly. in l. j. ff. de ſicariis. is idem in ſing. cl. Quibus nec admodum grauatus accedit Matth. Afflict. in conſt. Neap. lib. ij. rubr. tertia, per totum. Ludo. Carrerius in practica crimin. §. homicidium. nu. 200. cum pleriſque aliis, & inter alias ea potiſsimum ratio aſsignari poſſet, cùm & bannitus ſit transfuga, & hoſtis ciuitatis, vt in l. amiſsione. §. j. ff. de capitis deminutione. hoſtis ciuitatis impunè poteſt occidi, ex l. prima. ff. de ſicariis. & in l. minimè. ff. de religioſis & ſump. funerum. Bart. in l. amiſsione. §. qui deficiunt. ff. de capt. & poſtlim. reuerſis. Hippolyt. conſilio ij. & lvij. & conſ. lxxx. & rurſus conſ. cx. Ludo. Carr. num. 195. eo in loco, cuius & antè meminimus. Et ante hos huic ſententiæ ſe ſubſcripſit Bart. in l. j. C. quando liceat vnicuiq; ſine iudice ſe vindicare.

care.Itidem in l.vbi pactum.C.de tranſact.& hanc eſſe interpretum frequentiori calculo receptam ſententiam exiſtimo, quam aliquot axiomatibus declarandam eſſe opinor.& iure regio extat regia l.j.tit.xvij.lib.iiij.fori.& l.iiij.tit.xiij.lib. viij.ordin.reg.& l.xliij.ſtyli,definiẽtes qua afficiẽdi ſint pœna bãniti:in quo tamen ſeruãda eſt forma text.in l.lxxvj.Tauri.

Et primò eò † tendit cõmunis ſententia in occidente bannitum,quia adhuc iniuſtè bannitus erat,cùm & propter bannum etiã iniuſtum,ab homicidij pœna immunis eſt ex Bart. in l.ex hoc reſcripto.ff.de ventre inſpic.& in l.iij.§.ſi ſeruus. ff.de acquir.poſſ.& in l.ſiue vxor.ff.de donat.inter vir.& vxo. Bal.in l.j.C.de pœn.& in l.j.ff.ſol.matr.Bart.Alex.& Iaſ.in l. iiij.§.condemnatum.num.14.de re iud.& in l.iij.§.ſi ſeruus. num.8.ff.de acquirenda poſſeſſio.Cinus in authen.ſi vxor.C. de repud.Bartolus in l.ſi vxor. C. de donatio. inter virum & vxorem.& in l.iij.§.ſi ſeruus.de acquirenda poſſeſſio.ff. Dinus in l.penultima.ff.de adulteriis.Cæpola conſilio criminali ſeptimo. Ex nouioribus huic acceſsêre ſententiæ Ludouicus Carrerius eo in loco, cuius & antè meminimus, Sebaſtianus Vantius in tract.quem publicum fecit de nullitate ſententiarum, rubr. iij. incipienti,quoties.& intra quod tempus de nullitate agi poſsit.& Lud.Carrer.in pract. crim. verſi.homicidium.num.211.pag.435. 2

Secundò patet veritatem illius controuerſiæ†communem procedere in occidente patrem,filium,fratrem,dominúmve bannitum,immunem eſſe ex Bar.in l. ſi adulterium cũ inceſtu.§.liberto.ff.de adult.& inibi Alex.ad Bar.Hip.conſi.cxix. num.18.itidem in l.vnica.num.20.ff.de raptu virg. Iaſ.in l. omnes populi.num.47.paulò antè citata. Hippoly. in l.j.§. præterea.ff. de quæſt. quibus nec admodum inuiti acceſsêre Marcus Mantuen.in l.vt vim.ff. de iuſti.& iure.Girardus à Petraſancta in ſingulari ſecundo. Felinus in præcitato cap. quæ in eccleſiarum.Alber.in tract.ſtatutorum.quæſt.vj.Angel.in tract.maleficiorum.in glo.compar. quarta col. Ioan. de Arno. in epitome lxij.incip.quod non licet.& in ſoliloq. lxvj.Carrer.num.213.eo in loco,cuius & antè meminimus: à qua ſentẽtia pleriq; alij diſceſsêre,inter quos & Ang.in d.l.ſi adulterium.§.liberto.& in auth.de ince.nup.in princ.num.1. collat.ij. quam eſſe tutiorem aſſeuerat Barthol.Cæpola in conſil.criminali.v.num.26. Nellus in tractatu bannitorum, 3

in ſec

in ſecunda par.ij.temporis.quæſt.x.num.10.& rurſus iij.parte ſecundi temporis,quæſt.lxiij.Hipp.conſi.cxxj.& in ſingul.ccx.ſibi contrarius Io. de Arn.in ſoliloq. lxvj. itidem in epitome lxij.& in cautela v.definientes patrem bannitum occidendum non fore, & nos tradidimus ſuprà c. xxij. num. 14. Lud.Carrer.ex neotericis num.197.pag.431. eo in loco Cin. & antè meminimus:& hanc ſententiam veritati magis fauere, ex noſtræ Hiſpaniæ hominibus per pleraque iuris pedamenta extricat Lud.Gomez.num.22. in §. rurſus. Inſtit. de actio.Secundum quod in hac quæſtione dicēdum ſit, me quidem ſatis dubium habet,quæ ſcilicet ex his deciſionibus verior ſit: quamobrem ingenuè fateor rem eſſe diſputatione dignam,& quæ ambiguam habet definitionem ex pluribus, quæ & doctores tradunt locis præcitatis, ipſe tamen humaniorem credo vltimam partem, & an vaſallus poſsit occidere dominum bannitum,tradit Paris à Puteo in tract. ſyndicatus.char.80.col.ij.

Ex quo liquet vxorem teneri abſq; criminis pœna virum bannitum alere.ex Bar.in l.ſi conſtante.num.22.ſol.matrim. & eſt tex.in §.ſi verò contigerit.in auth. de inceſtis nupt. collat.ij.Pari ſchemate ac ratione Bar.exiſtimat in filio,qui patrem etiam bannitum alere poteſt:is,inquam in l.ſi quis à liberis.§.ſed vtrum.ff.de liberis agnoſcen.tex.eſt in §.nunc de prædictis.in authen.vt cùm de appellat.cognoſc. collat.viij. glo.in verbo,alia neceſſaria. in d. §. ſi verò contigerit. idem eſſe in patre,qui & filium bannitum alere tenetur, ex Rayn. de Forliuio in d.§. ſed vtrum. & huic ſententiæ robur affert, bannito ea,quæ ſunt de iure ciuili, interdicuntur.l. quidam. in fi.ff.de pœn. non tamen ea, quæ ſunt de iure naturali, vel gentium,Gomez.nu.32.in §.ſupereſt.Inſtit.de act. à qua ſententia in patre bannito diſcedit Barb. rationem ſumens ex tex.in cap.j.de pace tenenda,& eius violato. num.7. & Matthæus Afflictus inibi,in vndecimo notabili, num.22. aſſeuerantes iure nouo feudorum id ſancitum fuiſſe.

4 Veriſsimum tamen eſſe exiſtimo, filium † teneri patrem bannitum alere, ea ratione, licet bannitus ſit, nihilominus pater eſt,vt definitur in dicto §. ſi verò contigerit. & in l. eas. & in l.legatum. ff. de capitis diminutione. & in præcitato §. liberto. & hanc ſententiam probat Nellus in bannitorum tractatu,in prima parte ſecundi temporis,num. 48. & Ang.

in di

in dicta authen. de inceſtis nuptiis. num.1.illud adiicientes, bannitum ſtante adhuc ſtatuto poſſe petere alimenta ab eis, qui ante bannum eum alere tenebantur,ex ratione text.in l. mutus.§. manente. ff. de iure dotium. & probat textus hanc ſententiam in l, ſi metallum.ff. de his, quæ pro non ſcriptis habentur.definiens,quòd licet aliquis ſit incapax, nihilominus alimentorum legatum obtinere poterit, Iaſ.in l.j. nu.1. C.de hær.inſtit.Ioan.de Imola in l.ſi victum.nu.3.ff.de re iudic.Alcia,in l.nihil aliud.ad finem.ff. de verb. ſignific. Iaſ.in l.ex hoc iure.num.49.ff.de iuſti.& iure,

Et pro hac adſtruenda ſententia fortiſsimũ argumentum præſtat c.non ſatis.& inibi Archid.lxxxvj.diſtinc.aſſeuerans hæreticum † patrem filiam alere teneri, quinetiam & in ex- 5
communicationis labem patrem incidentem adſtrictum eſſe filium alere, tametſi excommunicationis ſententia iuſtè lata fuerit,cap.inter alia.de ſententia excommunicat.gl. fin. in cap.paſtoralis.§. verùm. & inibi paſsim doctores, præſertim Decius de offic.deleg,

His † admodum ſuffragatur tex. qui argumento optimo 6
ad id deſeruit in l.qui cum vno.§.fin.ff. de re mil. rationem ſumens ex tex.inibi Rayn. de Forliuio citans ſanctum Tho. exiſtimat,quòd ſi frater ſit profeſſus religionem,poteſt exire prò alendo patre:& ex eo ſtabiliri poſſet, quæ & nos de parricidarum pœnis tractantes,num.10.congeſsimus. Nec obſtant ea, quæ pro contraria parte à tam grandi multitudine congeſta ſunt:ſiquidem tex.in c.j. de pace tenenda. nihil obſtat,quominus iſthæc procedat opinio,inibi ius ſpeciale ponitur,nec ad conſequentiam trahi debet,l.ius ſingulare.ff.de leg,nec tex,in l.minimè.ff.de relig.& ſump.funer.cùm verba agit in patre contra patriã venie̅te: In qua ſpecie licet vtique filio patrem interimere ex Fortunio Garſia, num. 17. in d.l.veluti.ff.de iuſti. & iure. Gomez. num.22.in præcitato §. rurſus. & nos de parricidiorum pœnis tractantes adnotauimus ſuprà,quibus ſanè exiſtimo,tametſi quis bãnitus ſit,alimenta præſtanda eſſe,& prętet doctores præcitatos huic ſententiæ ſubſcripſit d. Iac. Leo. inter conſilia Alberti Bruni, conſi.cxiiij.num.417.Ioan.Lopius in l. iiij. num.14. in Taurino conuentu lata.

Frater monachus pro alendo patre poteſt exire à monaſterio.

Secundò † eodem pacto deducitur priorem ſententiã in- 7
telligendam fore in occidente bannitum ignoranter:ſiquidem

dem latebat ei bannitum eſſe, adhuc aliqua pœna afficiendus non eſt, ex Bar. in l. inter omnes. §. rectè. num. 41. ff. de furtis. & in l. genero. per illum tex. ff. de infam. Hippol. in pract. criminali. num. 3. Itidem in l. j. num. 69. ff. de ſicar. & rurſus in conſi. lv. num. 6. Ioan. de Arno. in Epitome xxvj. Lud. Car. in pract. criminali. §. homicidium. num. 202. & ante hos Nellus in tract. quem publicum fecit bannitorum, in ſecunda parte ſecundi temporis, quæſt. xxij. & xxiiij. Alex. conſi. cxiiij. num. 4. in j. parte conſiliorum, definientes, ſi iuſtã ignorandi cauſam habuit Titium bannitum eſſe, immunem eſſe, ſicuti Decius definit conſi. cccxxvj. criminali. Corn. in conſi. cxxij. vol. iiij. Alex. conſil. xxxv. vol. iiij. Hippoly. in pract. criminali. §. aggredior, Matth. Afflictus in conſtit. Neapol. incip. Pœnam eorum. xiij. notab. Ludouic. Carrer. num. 203. loco paulò antè citato, definientes bannitum, qui adhuc erat rebannitus, non tamen erat cancellatus de banno, eum occidendo criminis author ab homicidij pœna immunis eſt, ex Bal. in l. Labeo. ad finem. ff. de pact. Paul. Caſt. in l. ſi de eo. ff. de acq. poſſ.

Tertiò, ab eodem fonte deriuatur intellectus communis
8 ſententiæ, ſi † bannitus indebitè, & nullo iure à banno eſſet cancellatus, eum interimens immunis fit, perinde ac ſi non eſſet cancellatus, ex Bar. Rayn. in l. ſi cùm ſeruum. ff. de don. inter virum & vxor. Bald. in c. j. in princ. hic finitur lex Corradi. in vſibus Feudorum. ſignanter Nellus idem profeſſus in tract. bannitorũ. j. par. iij. temporis, quæſt. iij. num. 3. Cæp. d. conſi. vij. num. 1. in criminalibus. Hippol. ſingul. cccxl. & in d. §. aggredior. num. 5. itidem in l. j. num. 7. ff. de ſicar. exiſtimantes quòd is iniuſtè cancellatus dicitur, ſi cancellationis cauſa minimè appareat ex Bal. num. 18. in cap. cùm ſuper. de re iudic. & in l. ſi præſens. ad fi. C. quomodo & quando iudex. & in l. ſi non ſortem. §. adeo. ff. de condi. indeb. Hip. conſi. lv. num. 5. Ludouicus Carrerius num. 207. eo in loco, cuius & anteà meminimus.

9 Quartò † deducitur ex his vera ratio communis ſententiæ, intelligendo etiam ſi is, qui bannitus eſt, occiſori notificaſſet cancellationem factam à banno; ſiquidem ei fides adhibenda non eſt, niſi & is oſtenderit inſtrumentum cancellationis & gratiæ, ex Bar. & Iaſ. in l. non ſolùm. §. morte. ff. de ope. no. nunt. & inibi Ant. Rub. nu. 64. Pau. Caſtr. conſi. xxxij. Alex. conſi. cxiiij. Ang. in l. filio. ff. de lib. præter. Maria. Socin.

Iunior

Ianior conſi.lviij.num.12. vol.j. Hippol. nec admodum grauatus his accedit in l.j.ff.de ſicar.num.72.Ludouicus Carrer. num.209.eo in loco,cuius & anteà meminimus.

Quintò † colligitur intellectus præcedētium,intelligen- 10
do fore in bannito occidente alium bannitum:ſiquidem poteſt impune occidere,ex Bal.in l.cùm mulier.v.colum.verſi. ſtatuto cauetur.ff.ſol.matrim.Felin.in c.cùm duobus.de ſenten.excommunicat.Hippol.in practica criminali,in dicto §. aggredior,numero 53.& Carrerius num.310.eo loco,cuius & anteà meminimus.

Sextò † vtcunque ſit, priorem ſententiam veram ipſe cre- 11
diderim, eo etiam caſu, ſi ſtatutum ſimpliciter dicat bannitum offendi poſſe, licet non dicat occidi, nihiloſecius, qui bannitum interemerit,ab homicidij pœna immunis eſt, definière Rayn.Bart.& plerique alij in l.iij.§.fin.ff. de alim. & cib.leg.Paul.Caſtren.& Florian.in l. binas ædes.num.4.ff.de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum.Ioan. Andræas ad Speculum in tit.de conſtitutio.in additione finali. Florianus in l.ſi is qui binas.ff.de vſufruct. Paulus, Alexander, & Iaſ. in l. in ſuis. ff, de liberis & poſthumis. Bartolus in conſil. incip. ſtatuto Caſtri plebis.itidem conſil.cxviij.& præter hos, huius ſententiæ authores habeo Albericum in prima parte ſtatutorum,quæſtione v.& octaua. Angelus conſi.lxxxiiij.Alex. in conſi.clxvij.volum.iij.Hippoly, in l.j.num.37.C. de raptu virginum.Aug.de maleſi.in glo.comparuit inquiſitus in termino defenſionis.Nellum de ſancto Geminiano in eo tract. bannitorum,in ij.parte ij.temporis,quæſt.vij. verſic. examinatis quæſtionibus. & nos in ſpecie ſtatuti aliqua coniecimus ſuprà cap.xv.num. 13. ex nouioribus Carrer. num. 208. eo loco,cuius & anteà meminimus, apud quem pleraque id genus alia adducuntur, quæ candido lectori facilè obuia
erunt: intérque † & illud adiecit intelligendo priorem ſen- 12
tentiam non ſolùm in interimendo bannitum, ſed de proximo banniendum.Idem exiſtimat Iaſ.in l. quamuis. C. de inofficioſo teſtamento.& in l, ſi qua mulier.C. de ſacroſanctis eccle.colum.vj.Hippol.in l.j.num.74,C.de raptu virginum, itidem conſil. xcvij. Ioannes de Arno, in ſingul, clxxx. Illud tamen habeto,candide lector, tametſi hoc ſtatutum in foro fori locū vēdicaret,nihilominus in foro poli nō eſſet immunis à peccato bannitū occidendo, ſtatuto adhuc permittente

An in interiori animi iudicio ſtatutū valeat.

ex Bal

ex Bal.in cap.j.colum.j.de iudic.& in cap.vlt. in ij.notab.de præſcrip.Iaſ.in l. plagij.col.j.ff.de verb.oblig.& Ferdinand. Arias in ea ſpecie ita reſpondit num.36.in l.lxxiiij.Tauri,& inibi paſsim interpretes.Quibus admodum conuenit gloſ. in c.inter hæc. xxxiij.quæſt. ij. definiens, tametſi marito occidere vxorem in adulterio deprehenſam permittatur: ſi id quidem fecerit, immunis non eſt à culpa, & labe peccati: quam & ibi Archidiac, ſequitur. Abb. in cap, veniens. in ij. extrà de ſponſal.& in repet.cap. cùm non eſſes. col.v. de teſtamentis. Dec.gloſ, profeſſus,eam exiſtimat ſingularem.& Faber in l.Gracchus.ad finem. C.de adult.Imol. & nouiores in l.quid ergo.§.j.ff.de leg.j.Abb.Ioan. Anan.col.ij.& Felin. in cap,ij. extrà de homicid. itidem Felin. in cap. quæ in eccleſiarum.col.v. de conſtitution. Abb.idem profeſſus in cap. ſi verò.in ij.col.penul.de ſent.excom.Felin.in c,j.col,prima. de præſcript.& in cap.ad noſtram,col.j. de probation. Idem profeſſus exiſtimat eſſe illius gloſ.deciſionem auream. Et huius ſententiæ authores habeo Iaſon.in l.vt vim. col.v.verſic. redeo ad primam partem.ff.de iuſt.& iure. Fortunium Garſiam de vltimo fine,illatione xj.charta x.& ante hos Rom.in repetitione auth.ſimiliter.in xxxiiij.ſpeciali piæ cauſæ,inter vltimas voluntates.C.ad leg.Falcid. Iaſ.in l.vbi pactum.nu. 26.C.de tranſ.Ioan.à Neuizanis in Sylua nup.lib.j.num.83. Gomezi.in §.fuerat.num.52.Inſtitut.de action.Andr. Tiraq. in ix.lege connubiali.num.4.Petrus Dueñas limit.ij.in reg. lxviij.nec deſunt doctores Theologi,qui hanc defendant ſententiam: ſiquidem & Ang.à Clauaſsio in ſumma ſua,verbo homicidium.j.verſic.vj.& rurſus verbo,vxor, verſic,iiij. Diuus Thomas in iiij.ſententiarum, diſtinct. xxxvij, quæſt.ij. vbi Richardus & plerique alij idem exiſtimant Aſtenſanus libro octauo ſuæ ſummæ,tit,xx.artic. iiij. diuus Auguſt. lib. 2.de adulterinis coniug.c,14.& Robertus in commen.in ſapientiam Salomonis,lectione 42,& id cõſtat ex legibus Moſaicis,quibus definitum erat iniuriam ſine iudice vendicare vſq; ad mortẽ,ſi crimẽ exegerit,vt diuus Greg.declarat enarrans illud Matth.c.22.c.cùm in lege.xxiij.q.iiij.bonus tex.in c.ſi quis per vetus.& inibi gl.xxij.q.ij.cui ſimilis eſt in c.ſi audieris.xxiij.q.nihilominus,qui id fecerit propria authoritate à peccati labe immunis nõ eſt, tametſi ex lege pœnas non lueret,ſicuti expreſsim adnotat Arch.in d.c.cùm in lege.vbi glo.

gloſ. diſtinctione vſa ita definit, aut liuore quodam odióve vindicabit iniuriã, aut ſine odio: ſi cum odio, immunis non eſt à labe peccati, gl. & doct. in cap. omnis autem lex. iij. diſt. Ipſe tamen quid in ea re ſenſerim, vt ad amuſsim omnia intelligantur, ſententiam in adultero occidente vxorem, & in priuato occidente bannitum, veritati magis fauere exiſtimo: in ea ſpecie maritum adulteros occidentem ex ſententia iudicis ſibi traditos, minimè peccare mortaliter, ſi abſq; liuore animi occiderit: ſiquidem, ſi iudex poterat propriæ ſententiæ executionem carnifici committere, nec peccaret exequendo ſentẽtiam iudicis carnifex: Ita iudex hoc munus poterit ex ipſa lege marito delegare. Quid refert carnifex, an maritus eos occidat, ſi lex iuſta eſt inferens pœnam mortis adulteris? quòd ſi maritus mortaliter peccaret in hoc homicidio, vtique iudex etiam peccaret tradens marito ipſos adulteros, nec princeps tutus eſſet à crimine mortali, qui hanc permitteret et ſeruare legem: Vnde & illud neceſſariò ſequitur, maritum non peccare mortaliter: ſicuti in ea ſpecie ex noſtræ Hiſpaniæ hominibus: ita reſpondit Ioan. à Medina Theologus magni mehercule nominis, quique in gymnaſio Complutenſi egregiam huic profeſsioni operam ad obitum vſque nauauerit in cap. de reſtit. quæſt. iij. caſu quarto. Did. à Couar. de matrim. ij. par. cap. viij. num. 18. & ante hos de bannito verba agens, ita reſpondit Alberic. in quarta parte ſtatut. quæſt. xix. ſcribens bannitum in interiori animi iudicio poſſe à priuato tutè occidi. Nellus de ſancto Gemin. in tract. de bannitis, prima parte ij. temp. quæſt. j. Iaſ. in l. vbi pactum. C. de tranſact. num. 16. Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. num. 14. de conſtit. quia bannitus abſens legitimè vocatus ad iudicium, atque contumax propter aliquod crimen condemnatur mortis pœna: & ne ipſe reipublicæ illudat, iudex cuilibet ad illud occidendum dat liberam licentiam: ſic ergo erit tutus in conſcientię iudicio occidens adulterum, & lex id permittens non debet cenſeri iniqua: ſiquidem reſpublica poteſt hoc crimen committentem morte punire, cùm reipublicæ interſit nocentes occidere. Cùm ſi aliquis homo ſit pernicioſus, & in cõgregatione politica periculoſus, propter aliquod peccatum iuſtè occiditur, vt commune bonum conſeruetur: ſicuti in ea ſpecie ſcribit Thomas ij. ij. quæſt. lxiiij. articulo ſecundo. Caietanus inibi, Ioan. Maior in iiij.

ſentent.diſtinct.xxxv. quæſt.j. & ante eum Thomas & Paludanus in quarto ſentent.diſtinct. xxxvij. quæſt.ij.articulo j. tametſi bannitum ex forma ſtatuti occidendo immunis non ſit in interiori animi iudicio,ex Gomez.num.62.loco præcitato.Felinus num. 42. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutio.ſiquidem ſtatutum legéſve permittentes vindictam, cùm agitur de peccato, neutiquam vires obtinent, quinetiam ſacrorum Canonum conſtitutionibus ſtandum eſt, c. per venerabilem.qui filij ſint legitimi. cap. fin. de conſtitut. cap.nouit.de iudic.& expreſsim Rochus Curtius id aduocat in cap. fin. num. 149. de conſtitutio. definiens diſpoſitionem

14 textus†in l.j.& ij.quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare. C. non procedere in eccleſiæ foro, nec Cæſaris, tanquam nutritiua peccati, nec aliquo iuris apice obſtat Pontificia conſtitutio in cap.ij. de homicid. vbi ex diſpoſitione iuris canonici fur nocturnus occidi permittitur, tametſi Pontificia ſit conſtitutio, nihilominus in interiori animi iudicio non procedit, ſicuti definitur in cap. cùm dilecti. & in c. ad noſtram.de emp.& vendit.vbi extant Pontificia iura permittentia ſe inuicem decipere vſque ad dimidiam iuſti pretij contrahentes,nihiloſecius in foro conſcientiæ diſpoſitiones illæ Canonicæ non procedunt,ex Bal. in cap. cùm cauſa. ad fin.de teſtib.Ant.de Butr.in d.cap. ad noſtram. Crotus ex nouioribus j.not.in cap.ij.de conſtit.lib.vj.Gom.num.54.in §.ſupereſt. Inſtit.de actio. & ante hos Innocen. in cap. in ciuitate. vbi etiam Ant. Abb. Ioan. Anan. colum. iiij. & inibi Fel.& interpretum maior pars, extrà de vſuris. Antonius in cap.quia plerique.col. antepenult. & inibi Abb.ix. quæſt. de immunit.eccleſ.Ant.in d.c.cùm dilecti.vbi etiam Henr. col. penult.& in cap.penult.de empt. & vendit. Barb. in rep. cap. Raynaldus.col.clxxiij.de teſtamentis.Archid.in cap.hoc ius. iiij.col.x.quæſt.ij.itidem in cap.ſi cupis. xvj.quæſt.j. Cardin. & Abb.in cap. j. de empt.& vendit. & ex Theologis diuus Thom. hanc profitetur ſententiam ij.ij.quæſt. lxxvij. artic.j. Scotus in quarto ſentent.diſtinct.xv.quæſt.ij.art. ij. concluſi. iij. & inibi Gabriel in eadem diſtinct. quæſt. x. artic.ij. concluſi.ſecunda.Antonius Florentinus in ſecunda parte principali ſuæ ſummæ,tit.j.cap.xvj.verſic.quantum ad tertiam.columnam tertia, & rurſus columna quinta:ex nouioribus Adrianus Florentinus in quarto ſententiarum, in q. incip. conſequenter

Intellect' legis primæ & ſecundæ.

Fur nocturnus quando occidi permittatur.

quenter quæro an indiſtinctè teneantur? in ſolutione ipſius quæſtionis Bernard. in libro, de euangelio æterno, ſermone xxxv. charta vlt. is idem ſermone xxxv. artic. primo, cap. ij. Ioan. de Lign. & Calder. in cap. nauiganti. extrà de vſur. deſiniens nec in modica læſione id procedere: nam & Suidas author eſt, Hermetem Philoſophum Aegyptium ea iuſtitia fuiſſe, vt ſi à ſe quippiam empturo, minus iuſto pretio peteretur, nihilominus iuſtum promittebat. & Cicero lib. 3. Officiorum, aſſeuerat Quintum Scæuolam idem feciſſe: & præter hos † iura canonica permittẽtia ſe inuicem decipere 15
vſque ad dimidiam, in interiori animi iudicio non procedere, ex Girardo de Petraſancta ſing. xxij. Iaſ. nume. 104. & inibi Gomez. in §. ſed iſte quidem aſſeuerat hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam. itidem in cap. ſecundo, nume. 7. de conſtitut. lib. vj. Salic. præter hos in authent. ad hæc. xxj. quæſt. C. de vſuris. Federic. Senenſis conſil. xxj. Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo. col. ij. C. de pact. & in l. ſi quis cùm aliter. ad fin. ff. de verb. oblig. Dec. in d. cap. j. col. vij. de conſtitut. & conſil. cxj. col. ij. verſic. ſecundò non obſtat. Franciſcus Aret. conſil. xcij. col. ij. Cæpola in tract. de ſimulatione contractuum, in ſecunda præſumptione, col. iij. Petrus Ferra. in forma libelli in cauſa venditionis, verbo, pro pretio. col. j. & eſt gloſ. pro hac communiori ſententia in cap. hoc ius. x. quæſt. ſecunda. quæ † expreſsim hoc ipſum 16
vult, definiens, tametſi contrahentes poſſent ſe inuicem decipere, eccleſia tamen non poteſt rem plus vendere, quàm valet: quam eſſe ſingularem profitetur Romanus ſingulari dcclviij. Hoſtienſ. Imol. Abb. in cap. j. in principio, extrà de empt. & vendit. Bald. in l. in cauſæ. §. idem Pomponius. ff. de minorib. & in authent. hoc ius porrectum, col. quarta, C. de ſacroſanct. eccleſ. & eſſe notatu dignam exiſtimat Abb. q. ix. in dicto cap. quia plerique. & in dicto cap. in ciuitate. col. ij. & in cap. per tuas. columna ſecunda, de donat. itidem in cap. cùm cauſam. de teſtib. Ant. in cap. continebatur. col. prima, de his, quæ fiunt à præl. t. & in dicto cap. in ciuitate. Anton. & Imola in dicto cap. cùm cauſa. Iaſ. in l. quoties. col. v. de rei vend. Calcan. conſil. xxviij. col. ij. Barbat. in dicto cap. Raynaldus. columna cxiij. & conſil. lxxvij. columna prima, vol. quarto. is idem in l. ij. §. vlt. col. ix. ff. de verb. oblig. Bertach. in tract. de gabellis ſecunda parte principali. q. viij. ad finem.

Miranda Philoſophorum æquitas.

Franc.Aret.in l.ſi quis cùm aliter.col.viij.ff.de verb.oblig.& plerìq; alij idem exiſtimāt ad reſtitutionem teneri.qui contrahendo notabiliter proximū lædunt,etiam intra iuſti pretij dimidiam, inter quos & Corrad. de contractibus, q.lvij. concluſ.prima.Innoc.Anan.Ant.& Abb.in d.c.quia plerìq;, de immun.eccleſ.Cæp.in trac.de ſimul.contract.ij.præſump. col.ij.Mart.Azpil.in c.qualitas,de pœnit.diſt.v.num.45.itidem in c.nouit.not.vj.corrolario x.de iudic.Iaſ.in §.ſed iſte. nu.104.de act.Fortun.de vlt.fine,illat.xvij. Ant.Burgenſ.& Ant.Butricenſ.in d.c.cùm dilecti.de empt.& vendit. & eam eſſe communem profitetur Gom.nu.5.in cap.ij.de conſtit.in vj.Corrad.in ſum.totius operis,de contract.q.lvij.diſtin. iij. Io.à Medina de reſtitut.q.xxxij.Dec.conſ.cxj.col.ij. Alphōſ. à Caſtro lib.ij.de poteſtate legis pœnalis.c.x.fallent.iij.Syluester Verbo,emptio.q.viij.Thom.in quarto ſenten.diſt.xv. q.iij.artic.ij.& inibi Gabriel q.x.col.ix.& Maior q.xl. verſ. octauò arguitur.Adrianus quollibeto vj.art.iij. Caiet.art.j. quollibeto xvj.quæſtionum,c.xij.fol.66.ex noſtræ Hiſpaniæ hominibus Dominic.à Soto,in eo tract.quem publicum fecit de iuſtitia & iure.lib.vj.q.j.artic.j. pag.551. col.ij. profitetur hanc eſſe communem Theologorum ſententiā Didac.à Couar. nec admodū grauatus huic accedit ſententiæ, lib.ij. var.reſol.c.iiij. nu.11. quo in loco aſſeuerat eſſe frequentiori calculo receptam ſententiam. Nec deſunt,qui contrariam exiſtiment ſententiam,ſiquidem & Ioan. Crotus in d.c.animarum.de conſtit. lib.vj. approbat contractum in interiori animi iudicio,de quo in c.cùm dilecti. & in c.ad noſtram.de empt.& vend.Bal.ubi contrarius in c.ſi proponente.de reſcr. Pet.Anch.in c.peccatum.iiij. concluſ.principali, de reg.iur. lib.vij.Socin.conſil.xlix. col.ij. lib.quarto. Dec.ſibi contrarius in l.ſemper.ad fin.ff.de reg.iur. Anch.in regula, peccatum.conclu,iiij.de reg.iur.libro ſexto.Barbat.in cap.primo, de empt.& vendit.Franc.Aret. in d.l. ſi quis cùm aliter. col. penult.& in præcitato cap. cùm cauſam.& eſt glo.in d.cap.ſi cupis.verbo, cùm multum. decimaſexta quæſt. prima, definiens in contractu decipere non eſſe peccatum, ex c. innocēs.xxij.q.iiij.ex nouioribus cōceſsit Dueñas in reg.cxlviij.

17 Ipſe tamen exiſtimo in interiori animi iudicio † infra mediam partem iuſti pretij non eſſe licitum decipere, quando ipſa deceptio ex contrahentium dolo proficiſceretur: quòd ſi abſque

ſi abſque dolo contrahentis fieret, licitum eſſet, ex Abb in d. c. in ciuitate. col. ij. Corn. in l. paſcenda pecora. col. j. C. de pact. Dec. in d. c. j. col. viij. de conſtit. Abb. in d. c. cùm cauſam. col. vlt. & inibi Fel. de teſtib. Abb. in c. j. ne clerici vel monachi. Calder. in d. c. nauiganti. col. iiij. de vſur. Salic. in d. auth. ad hæc. & multùm huic ſententiæ ſuffragatur gl. in d. l. item ſi pretio. §. vlt. Burgenſ. in d. c. cùm dilecti. nec aſpernenda eſt in dubio Imolæ diſtinctio, in d. c. j. de empt. & vendit. ea diſtinctione vſus, an emptor ſciebat verum pretium, & ſponte emit, aut verò ignorat: & primo quidem caſu nullum fit animę periculum: ſecundo caſu ſecus. Vtcunque ſit, prior opinio veriſsima eſt, & admodum naturali rationi conſona, ex iuſtitia commutatiua partis ad partem, ex Ariſtot. lib. 5. Ethic. cap. 5. & lib. 1. Politic. cap. 6. atque ideò deceptionem iſtam omnino eſſe contra virtutem iuſtitiæ commutatiuæ, quæ in æqualitate iuxta proportionē conſiſtit: & ad id oſtenditur Leuit. cap. 25. & 1. ad Theſſalon. cap. 4. Auguſt. lib. 13. de Trinit. cap. 3. Sotus in iiij. diſtinct. xv. q. ij. Ant. & Abb. q. ix. in d. cap. quia pleriq;. aſſeuerantes communem opinionem adhuc obtinere, etiam ſi quis bona fide exiſtimās iuſto pretio emere, aut vendere, alterum etiam læſerit intra dimidiam: quod veriſsimum eſſe exiſtimant Florent. ij. par. tit. j. cap. xvj. §. iij. Caiet. d. cap. xij. Adrianus artic. iij. præcitato. Corradus concluſ. v. d. q. lvij. & ante hos Sotus in quarto ſententiarum, diſt. xv. & eam eſſe communem aſſeuerat Didac. à Couar. eo in loco, cuius & anteà meminimus, definiens, qui bona fide contraxerit, deinde cognouerit, reipſa proximum læſiſſe, tenebitur ad huius læſionis reſtitutionē, tametſi Ant. Burgenſ. in d. cap. cùm dilecti. num. 22. & Aret. in c. cùm cauſam. de teſtibus. nume. 12. veriorem eſſe contrariam ſententiam exiſtiment. & Gomez. num. 16. in d. cap. ij. omnes tamen proprio ore, eodémq; marte conueniunt in foro exteriori reſcindendum eſſe contractum, vbi dolo lædentis intra dimidiam cōtigerit deceptio, aut læſio, & hoc quidem ex propoſito dolo adhibito, ex gl. communiter recepta in d. c. cùm dilecti. Abb. & Anan. in præcitato c. in ciuitate. Dec. nu. 18. in c. j. de cōſt. Fortun. in d. illat. xvij. Quòd ſi læſio vltra dimidiā, & abſq; dolo acciderit, dolo dāte cauſam cōtractui, aut in ipſum incidēti, actio nō datur doloſo ad reſtituēdā ipſam rē, ſed vtiq; dolū paſſo actio cōpetit, ex Io. à Med.

de reſtit.q.xxiij.Corrad. d.concluſ.lvij.diſtin.iij.q.vj.tametſi,ab ea ſententia diſcedat Syluester verbo, culpa.§.7.ſed vt pacem diſsidentibus doctoribus afferam, prior opinio vera eſt, vbi dolus ipſe dedit cauſam contractui: poſterior verò opinio,quando dolus in contractum incidit.

Cæterùm ad huius quæſtionis definitionem, ſi quis ſciens iuſtum rei valorem,abſque mendacio viliori pretio emerit ab ignorãte: quòd ſi iuſtum rei pretium eſt intra dimidiam, cogetur adhuc æſtimationem ſupplere iuſtã, ex Auguſt.lib. xiij.de Trinit.c.vj.Carolo Molineo,q.xiiij.num.173.ſed iure pontificio deceptum ignorantem aduerſus deceptorem ex pretij vera ſcientia agere poſſe ad compenſationem læſionis,ex Anchar.in regula,peccatum.de reg.iur.in vj.num.21. Calderino in d.c.nauiganti. col.iiij.de vſuris. Abb.in c.in ciuitate.n.6.& inibi Anan.nu.8. Aabb.in c.cùm cauſam. nu.4. de vſu. Mart.Aſpil.nu.76.corollario ix.in d.c.nouit.

Ad apertiorem huius quæſtionis materiam & illud cõuenit adnotare: ſi quis ſciens rei iuſtum valorem, eam cariori pretio vendiderit, quàm valet, vel emerit vilius eam rem à ſciente, hunc in interiori animi iudicio peccare, & ad reſtitutionem teneri,ſicuti conſtat ex his rationibus,quas serioſè congerit Corr.de cõtractibus.q.lvij.diſt.iij.poſt xiiij.dictũ. verſ.primò arguitur.Caiet.ſatis diligenter.d.c.xij.quolibeto.ix.q. ſiquidẽ donationis titulus, nec præſumptio hic non ſubeſt,ideo rei alienæ domino inuito vſurpatio eſt: Anchar. in regula.peccatum.n.21.quod ſi læſus nulla neceſsitate coactus,rem illam emerit carius,vel vilius vẽdiderit,certo certius ſciens iuſtum rei valorẽ, donationẽ præſumi dubio procul conſtat,ex Salic.in d.auth.ad hæc.q.xxj.Corrad. & Caiet. his in locis,quibus & meminimus.Io.à Medina de contract. c.xxxiij.Gomez.diligẽter in c.ij.nu.19.præcitato. Ex quibus ſatis iam ſatis definitum erit,conſideratis his,de quibus paulò anteà meminimus, in his contractibus commutatiuis minimè donationem præſumi: & præter alia,ea ratione adiuuatur,quòd emptionis & venditionis contractus ex propria vi,& natura non eſt gratuitus: quo fit id, quod eſt accidens, nempe donationem præſumptã non eſſe cõſiderandam,cùm in eo contractu de iuſtitia tractetur, iuſtúmq; pretium quæratur,non donum: vt in ea ſpecie reſpondit diuus Thom.q. lxxvij.art.j.loco præc. Cinus in d.l.ij.de reſcind.vend.q.viij.

& pler

& pleraq; alia congerit Dida. à Couar. lib. ij. variar. reſolut. c. iiij. per totum, vbi, qui iſtis noſtris non ſit ſatiatus, inibi pleraq; alia in ea ſpecie ad nauſeam vſq; videbit. Vt quæ longo ſubſellio † tractauerimus, & quo abij redeã, & vt priori ſentẽtiæ ſatisfaciã, qui peccat legis authoritate, ex Auguſtino intelligenda eſt de lege diuina, non autem humana. idem exiſtimat Adr. Flor. in materia reſtit. eo in loco cuius & anteà meminimus. Et in dubio bannitus potius occiſus cauſa odij præſumitur, & liuore animi, quã reipublicæ, vt in c. omnes. vj. q. j. Ant. Rube. in l. non ſolùm. §. morte. nu. 647. ff. de noui ope. nunt. Me quidem ſatis dubium habet, quod in hac quæſtione dicendum ſit, quam etiã ex nouioribus ſatis diligenter ad pulmonem reuulſis rationibus, explicat Archiepiſ. ſancti Dominici deſignatus in iiij. Decretalium. ij. part. c. vij. §. vij. nu. 17. Vt quæ anteà tractauerimus, ex prædicta tandem principali aſſertione, intelligendum eſt bannitum ex forma ſtatuti impunè occidendum fore, ni proditoriè occiderit, ex Ang. ad Bart. in l. fi. per tex. inibi. C. de delatoribus. li. x. quem ſequitur idem profeſſus Hipp. in rubr. ff. de ſicariis. n. 14. Cæpola in conſ. criminali. xxxiiij. n. 6. Nellus in trac. bãnitorũ. iij. part. ij. tẽporis. q. viij. ex nouioribus Lud. Car. in practica criminali. §. homicidium. n. 230. pag. 439. Io. de Arno. in ſoliloq. ij. Petrus Dueñas limitat. vij. regula lxviij. Hippol. conſ. j. in princ. & rurſus conſ. cxxxj. conſ. cxxxij. nu. 16. 18

Vtcunque ſit, priorem ſententiam veram eſſe crediderim, eo caſu, ni † & bannitus, lata ſententia eſſet comdemnatus: & ad ſupplicium duceretur: ſiquidem in ea ſpecie à priuato occidi non poteſt, Bar. in l. cuiúſq;. n. 4. ff. ad leg. Iuliam maieſt. Bald. idem profeſſus. n. 3. in l. aditos. C. de epiſcopali audientia. itidem in l. fi. C. de maledi. & mathem. is idem in l. fideicommiſſ. §. ſi quis. ff. de leg. iij. ex neotericis. Ludouic. Carrer. nu. 220. eo in loco, cuius & anteà meminimus. & Hippol. in practica criminali. §. aggredior, num. 40. Alexand. poſt Bart. in dicto §. transfugas. 19

Tertiò deducitur † ex his vera ratio prioris ſententiæ de bannito loquentis impune occidendo, ni eſſet captus, & in carceribus detentus: cùm & incarcerati ſub protectione curiæ ſint. Bartolus in l. laqueum. ff. de acquirendo rerum dominio. & in l. eiuſdem. §. transfugas. ff. de ſicariis. itidem in l. lege Iulia. ff. ad l. Iuliã. de vi priuata. & eſt text. ad id præſtan- 20

tiſsimus in l.fin.C.de cuſt.reor.& huius ſententiæ pleroſque
authores habeo, Bald.in l.libertas.ff.de ſtatu hom.Io.Anan.
in c.cùm iuraméto.de homic.nu.6.& inibi Felin. expreſsim
id adnotat, quibus & plerique alij ex nouioribus acceſſère,
inter quos & Ludo Carrer.nu.221. eo in loco, cuius & anteà
meminimus.Hippol. nec admodùm grauatus his accedit in
ſingulari cl.& in l.prima. numero tertio.ff. de ſicariis. & in
præcitato §.aggredior.nu.24.

21 Quartò ex his liquet alius caſus, qui † eodem pacto dedu-
cit bannitum, ex forma ſtatuti occidendũ fore, niſi & is, qui
capitales habet inimicitias, interemit, cùm & is liuore quo-
dam animi, atq; propter vindictam priuatam, & nõ propter
publicam vtilitatem bannitũ interemiſſe cenſeatur: is qui-
dem non iuuatur ſtatuto præcitato, de occidente bannito,
Alex.ad Bart.ita definiuit, & Romanus in l.ſi quis in graui.
§.vtrum.ff.ad Syllan.nu.3.Paulus Pariſ.nec admodùm inui-
tus eiſdem accedit in c.dilecti.de exceptionibus. n.25.& an-
te hos Bart.in l.nulla.C.de delat.lib.x.cum pleriſque, quæ ad
nauſeam vſq; congerit Carr.n.228.eo in loco cuius & anteà
22 meminimus. Quintò, & alius ſubiicitur caſus, qui † ab eodẽ
fonte deriuatur, ex quo conſtat vera cognitio deciſionis, ſta-
tutum de bannito loquens, non habere locũ in fœmina præ-
gnante, quæ tametſi ex forma ſtatuti poſsit occidi, nõ tamen
ſi prægnans eſt, ex Io.de Anan.n. 7.in c.intelleximus. de his,
qui filios occiderunt. ex l.Imperator.ff.de ſtatu hom.& in l.
prægnãtis.ff.de pœnis.regia l.inſignis in his regnis.ij.tit.xxx.
part.vij.Nelus in eo tractatu, quem prodit de bannitis in j.
par.ij.temporis, q.xlv.& lvj. Alex.ad Bar.in præcit.l.prægnã-
tis.Hippolytus nu.13.in l.ij.ff.de quæſt.itidem in pract.cri-
minali.§.nunc videndum. nu.50. ex nouioribus Ioannes de
Arno.idem profeſſus in comment.cxij. Ludouic. Carrer.nu.
223.in practica crimin.§.homicidium.pag.437.Ang.in tract.
maleficiorum, verbo fama publica.n.102. Io.à Neuizanis in
ſua Sylua nuptiali.lib.j.nu.92.& Ioan.Anan.loco præcitato,
hanc ſententiam intelligendam fore opinatur, tametſi par-
tus eſſet adulterinus in carceréve conceptus adhuc etiã ſi eſ-
ſet prægnans decem, vel viginti dierum, quod Alexander &
Hippolytus & Ludouicus Carrer. his in locis, quibus & an-
teà meminus, idem definiunt: quæ ſententia, me quidem
ſatis dubium habet, & ambiguam definitionem ex pluribus,

quæ

quæ & nos congeſsimus ſuprà c.xxvj

Sextò colligitur ex præcedentibus alius caſus,qui à priori ſententia ſubiicitur,ſi† & bannitus,ſi eſſet de proximo rebanniendus, ſiquidem in ea ſpecie impunè occidi non poſſet,ex Bald.in l.j.§.ſerui.ff.ad Syllan.Cæpola in conſilio criminali xxxix. & huius ſententiæ authores habeo Ludouicum Carrer.nu.215.eo in loco,cuius & anteà mentionem fecimus.Hippol.in conſ.x.& lxvj.& xciiij. is idem in practica criminali.§.aggredior.nu.27.& ſing.cvj. 23

Septimò,ex †his adnotanda ſimul,& defendenda eſt Ang. de Peruſio deciſio, in l.ſi duo. ff.de acq. hæredit. & Hippol. nu.34.in d.§.aggredior. & in l.j.n.11.ff.de ſicariis.quo ad intellectum communis ſententiæ definientes,ſi bannitus com muni hominum æſtimatione pro non bannito exiſtimabatur,adhuc ex forma ſtatuti occidi non poſſet. 24

Poſtremò erit deinde animaduertendum,vt ſtatuto locus ſit, oportere † omnino ſuper banno latam eſſe ſententiam: quòd ſi ſub iudice lis ſit,& appellatione interpoſita ſuper bãno interimi non poteſt bannitus occidi, ex Dino,Bar.Iaſ.in l.poſsidere.§.ſi ſeruo.ff.de acq.poſſ. Dinus in l.j.in princ.nihil innouari appellatione pendẽte.ff.& in l.qui à latronibus. §.ſi quis.ff.de teſtamen.Alexand.poſt Bart.in l.fin.ff.de adulter.Bald.in l.prima.col.vltima.de appell.Speculator in tit.de ſententiis.verſiculo pendente tempore. Bald.in authen.quæ ſupplicatio.columna ſecunda.C.de precibus Imperato.offerendis. Ioannes de Arno.in dialogo xv.cum pleriſque aliis, quæ ad nauſeã vſque congerit Ludouicus Carrerius in practica ſua criminali.§.homicidium.n.22.quæ candido lectori obuia erunt: & ex noſtræ Hiſpaniæ hominibus in l.lxxiij. Tauri tradidêre Arias Lopius. Antonius Gomezius de bannitis tractantes pleraque alia congeſſerunt, quæ & nobis proſequi non lubet, cùm ab ſingulis propè ſcriptoribus fuſè explicentur, & citra tædium tranſcribi non poſſunt: & ne videar iter iam actum agere, conſultò omitto, ne chartæ diſpendium ferant. Et an bannitus proditoriè occidi poſsit, aliquot coniecimus.capitulo ſexto. numero ſeptimo. & an veneno interimi poſsit, adnotauimus.capitulo xx. numero ſeptimo.ſuprà:& pleraque alia de bannitis coniiciam infrà. capitulo xliiij.dum agemus, an & bannitus necem defuncti poſsit vindicare. 25

SVMMARIVM.

1 *Conſentaneum eſt reipublicæ bene inſtitutæ, qui iudicandi munus habet, ſimulatione vti, vt de criminis authore conſtet.*

2 *Iudicem poſſe delatum de crimine ad pœnam damnare, ex confeſſione adhuc promiſſa criminis impunitate, & rurſus, nu. 5.*

3 *Prudentiæ iudicantis potiſſimum tribuendum eſſe, ſi ad eruendam veritatem cauillo, ac fraude, doloque bono vtatur.*

4 *Signanter perpenditur ex doctiſſimorum virorum voto quid dolus malus ſit.*

5 *Criminis reum condemnari nequaquam poſſe ex confeſſione per dolum extorta.*

6 *Fidem hoſti datam ſeruandam eſſe, ſi bellum iuſtum ſit.*

7 *Simplex fides & iuramētum à pari procedere dubio procul cōſtat.*

8 *In reipublicæ diſpendium, ac perniciem fidem delinquenti à iudice datam ſeruandam non fore.*

9 *Temerarium eſſet criminis reum ad pœnam delicti ordinariam condemnare, ſi cōfeſſionem reuocauerit, nec vtique perſeuerauerit.*

10 *Iudicem, qui promiſſa impunitate criminis reum à loco ſacro coëgerit diſcedere, fidem præſtitam ſeruare teneri.*

11 *Et an hæretico fides ſeruanda ſit.*

Perpenditur, an fides à iudice data criminis reo ob delicti manifeſtationem ſeruari debeat.

CAP. XXXVII.

PRo huius capitis coronide expendere libet,
1 liceátne iudici† vti ſimulatione aliqua, vt à reo actore veritatem rei apud ipſum dubiæ extorqueat. Tametſi ſophiſtarum ineptiis iſthæc quæſtio obſcurata ſit, & à nouiſsimis iniuriose lancinata, vt paucis diluantur errorum cauſæ, quod obiter menti occurrit, adnotandum viſum eſt: quia hactenus vſque, nondum rectè à cæteris (vt puto) extricata, & quaſi per tranſennam clauſis (vt aiunt) oculis eam præterire nolui: & quia baſis, & epitheſis totius huius negotij verſatur præcipuè, an iudex vti poſsit ſimulatione cum criminis reo? & vti author eſt Suetonius Tranquillus in Claudio. capitulo decimoquinto. commemorat Claudium Cæſarem negantem matrem, iuuenem qui verè eius filius erat, coëgit ad confeſſionem veritatis, & proprium filium eſſe fateri, indicto ei

cum

cum ipſo iuuene matrimonio, cuius mater noluit. & illud notiſsimum eſt Salomonis,ſicuti inſcribitur 3. Regum, cap. tertio. Salomon infantis viui diuiſionem ſimulauit iure naturali,& diuino,& humano contrarium, non quòd eam exequi vellet ſententiam,vir alioquin ſapientiſsimus, ſed vt veritatem rei incertę ex coniectura quadam maternæ dilectionis,quæ eſſet vera mater deprehenderet. & Andræas ab Iſernia in cap.j.§.publici latrones. de pace tenenda, & eius violatorib.& Andræas Tiraquellus in l.ſi vnquam.num.8.de reuocandis donationibus.alioquin in congerendis authoribus diligentiſsimus ac fideliſsimus,in errorem lapſum eſſe conſtat,ſiquidem Carolo ſecundo tribuit, qui alter eſt à Carolo Magno,commemorat hiſtoriam illam Caroli magni: Certus quòd vel pater, vel filius, quos captos detinebat, quendam occidiſſet incertus tamen erat, ac dubius vter eorum criminis author eſſet, & penſata animi deliberatione ſingularique prudentia iuſsit,ſimulatione quadam,vtrunque ſuſpendere patrem equidem, & filium:at cùm pater, qui verè criminis author erat,nec vtique videret redemptionis ſpem, agnouit propriam culpam, ſponte crimen confeſſus eſt: & ita ab imminente ſupplicio filium innocentem immunem fecit. Id etiam commemorat Barbat. in l. cùm acutiſsimi. colum.xxiiij.C.de fideicommiſsis.itidem in cap. j. colum.ij. de commodato.& in cap.in præſentia.colum.xxxvij. de probat.is idem in cap.Raynaldus.colum.xliij.de teſtam. extra. Hippol.in l.j.colum.penultima.ff.de quæſtio. & in l. inauditum.col.ij.verſi.item addo.ff.de ſicar.& ex noſtrę tempeſtatis hominibus Catal. Cotta in memorabilibus ſuis dictione, dolum.Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.nu. 172. Paris à Puteo in tractatu,ſyndicatus,char. penultima. Didacus à Couarruuias ſignanter libro primo variarum reſolutio. cap.ſecundo.num. 6.Matthæus de Afflictis in cõſtit. Siciliæ incipienti,de Pattarenorum.columna penultima, verſic. ſecunda ratio. & pleraque id genus alia conſtat ante hos, ex Quintiliano declamatione xj.quæ inſcribitur, Diues accuſatus proditionis.quo fit & illud palàm obuium eſſe, iudicem poſſe veritatis indagãdæ cauſa aliquid ſimulare,ſicuti definit Abb.& crebrior recepta ſentẽtia in pręc.c.afferte.de pręſum. tex.ad id omnium præſtantiſsimus in c.vtilem.xxij.q.ij.Decius in regula,ea eſt natura cauillationis.ff. de reg.iur.nu.7.

Ex

Ex quo oritur grandis doctorum controuerſia, in qua longæuam fecit diſcordia litem: & multiplex tractatus exponitur magnis præconiis ab omnibus doctoribus in ea duntaxat quæſtione, poſsitne† qui iudicãdi munus habet, delatum
2 de crimine ad pœnam damnare ex ſola cõfeſsione, quam ab eo ꝓmiſſa criminis impunitate torſit? & ne videar hãc quæſtionem onerare materia, iudici abſque vllo peccato id permiſſum eſſe cauſa veritatis inueſtigandæ, & criminis authorem, ex ea nempe cõfeſsione punire, nec fidem eidem criminis reo datam ſeruare aſſerit Dominicus poſt Archid. in cap. nos, inquam. ſecunda quæſt. j. itidem in d. cap. vtilem. ex quo tex. definiunt doctores ob reipublicæ bonum. hanc ſimulationem iudicis licitam eſſe, & vti poſſe cauillationibus, vt criminis authorem detegat. c. afferte. præcitato. & in c. non enim volebat Deus. xxij. quæſt. ij. Paris à Puteo ſignanter in ſyndicatus tractatu. cap. ſaluus conductus. fol. 95. & rurſus c. de tortura. verſic. aduertendum eſt. fol. 107. colum. iiij. & ante hos Cinus in l. præſenti. C. de his qui ad eccleſias cõfugiunt. Imola in l. is qui reus. finali colum. de publicis iudic. Felinus in dicto c. afferte. & in c. accedens. in ſecundo. vt lite nõ cõteſ. colum. ij. & eſt glo. communi conſenſu admiſſa in authen. de mandatis principum. in §. ſed neque. in verbo, nec cuſtodias. id eſt, nec dabis: & ſi dederis, non ſerues. cuius meminit Hippoly. in ſingul. cci. incipienti, inconfeſſum. & hanc frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam aſſeuerat Hieronymus Chucalon ad Decium loco præcitato, Archidiac. in d. c. vtilem. aſſeuerat Alexãdrum tertium Pontificem maximum, in ſpecie ad hũc quidem modum feciſſe cum quodam
3 Epiſcopo ſimoniaco, idq; † nõ eſt fraudem facere, quinetiam damnum iniquum magis à ſe depellere, quàm fraudem committere, id quod dolo non abſcribitur, ſed quidem prudentiæ, ſicuti definitum extat in l. cùm pater. §. Titio. ff. de legatis ſecundo. cuius meminit pro ſingulari Baldus conſilio cxlij. dominantibus. colum. ij. volum. j. Angel. in l. penult. quam omnium poſtremam legit. ff. de vſu. & Ouidius lib. 2. de Arte amandi, dum cecinit,

Iud. ce m. :, fraus eſt conceſſa repell. re fraudem.

Et illud adſtipulatur adagium, Clauo clauum pellere, ſicuti conſtat ex Oribaſio libro Euporiſticôn 1. c. 7. & maximo apice deſeruire videtur l. vltima. §. fin. ff. de dolo malo.

& inibi

& inibi Bal.ij.lectura,aſſeuerat eum,qui per dolum,id quod ſuum erat conſequutus eſt,minimè teneri ad reſtitutionem. Archidiac.in c.non ſane.colum.ij.verſic.qui verò.xiiij.quæſt. v.cap.dominus.xxiiij.quæſt.ij.dum Auguſtinus ſcribit, cùm autem iuſtum bellum ſuſceperit,vtrum apertè pugnet,an ex inſidiis,ad iuſtitiam intereſt. quæ ſententia Virgilij libro 1. Aeneidos eſt,dum cecinit,

Dolus an virtus,quis in hoſte requirat?

Quæ deprompta fuit ex Homero lib. Odyſ. 1. ex Latino ſermone tranſlata hæc verba habent,

Quemadmodum procos in domibus tuis
Occidas,vel dolo,vel palàm.

Quod etiam lib. 2.eiuſdem operis repetit, & illam Virgilianam ſententiam ex noſtris commemorat Iaſ.in l.ſi rem.ff.de præſcrip.verbis.Decius in l.ea eſt natura.ff. de regulis iur.& argumento optimo deſeruit tex.in c.j.iij.quæſt.iiij. glo.in c. cupientes.in princ.verbo,malignantium dilectio.lib.vj.Anchar.conſil.cxlv.ad finem.Bald.in rub.C.de fide inſtrum.col. viij. verſic. incidenter etiam quæro. Iſque bonus eſt dolus, quo vtitur iudex ad veritatem indagandum, ſicque nuncupatur ad inſignẽ differẽtiæ rationẽ doli mali,ex Ter.in Eun.

Iam tunc erat ſuſpicio,dolo malo hæc fieri omnia.

Et Cicero lib.Offic.3.ait,quid † eſſet dolus malus: reſpondebat,cùm aliud ſimulatur,aliud agitur.Itidem in Topicis,do 4
lus malus eſt,cùm aliud agitur,aliud ſimulatur.& Salluſt.in Catilinario,aliud in mente,aliud in lingua promptũ habere. à quibus & Conſultus accepiſſe videtur in l. iuris gẽtium.§. dolo.ff.de pact.& Cic. rurſus in Orat.pro Lucio Flacco,dum agit de Polemocrate, inquit, adductus eſt in iudiciũ de dolo malo.& Tullius in 1. ad Atticum Epiſt. & Liuius lib. 8. belli Maced.de dolo malo verba agit,vt quò abij,redeam, de dolo bono,Paul.2.ad Corinth.12.ait,ego vos nõ grauaui: ſed cùm eſſem aſtutus,dolo vos decepi.Corneus cõſil.lij. in hac cõſultatione.col.iij.lib.ij.& rurſus conſil.vj.colum.penult. lib.iij. ſignanter id explicat Baldus conſil.cccxcvj. quod autem. col. ij.lib.iiij.Barbat.in l.j.§.ſi ſtipulanti. colum.v. de verborum obligationibus. Et cùm iſthæc iudicis promiſsio criminis reo facta,ſi fateatur delictum, ſit reipublicæ perniciosa, & in Chriſtianæ religionis diſpendium,iudex eam ſeruare minimè tenebitur. Nec deſunt, qui prorſus contrariam adſtipulen

pulen

pulentur ſententiam,& hi quidem in albo primariæ doctrinæ poſiti,& inter quos & Imola expreſsim in conſil. cix.viſa inquiſitione prædicta.vbi in ea ſpecie definit,ex huiuſcemo-
5 di confeſsione † per dolum extorta criminis authorem condemnari nequaquam poſſe,ex cap.ſanè.de renunt.& glo.in l. item ſi in pretio.§.fin.ff.locati.Iac. de Bellouiſo in pract. crimin.tit.de quæſt.num.140.dum agit de ſubiiciendo torturæ criminis reo, ſi delictum fateatur, promittat non torquere. Thomas Gram.quæſt.iij.poſt deciſiones.Decius in l.ea eſt natura.ff.de reg.iur.ad finem.& in l.vnica.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.num.25.Hippol. in ſingul. clxxvij. & ccj. & rurſus in l.j.§.quæſtioni.num.15.ff.de quæſt. Fortunius Garſia ex nouioribus, nec admodum grauatus his omnibus accedit,col.iiij.& inibi Franciſ.Duar.col.iij.in l. conuentionum. ff.de pact.definientes vno ore,vnáque voce proteſtante,quòd iſthæc criminis confeſsio, ex qua ſola punitio delicti ſequitur,extorta fuit à iudice per dolum,quo fit non eſſe ſufficientem ad condemnationem, ex d.c.ſanè. ſiquidem credit reus fidem iudicem ſeruaturum,eidem,& ea fretus, crimen pandit,quod fortaſsis non commiſerat,vt à carceribus liberaretur: & ex hac confeſsione criminis authorem minimè puniendum eſſe exiſtimo, ni promiſsionis ſpe fruſtratus, in ea
6 perſeueraret. Et conueſtiri poſſet,nam † & hoſti ſeruanda fides eſt,etiam quæ à priuato præſtatur, modò bellum ſit iuſtum, ex Cicerone libro tertio Officiorum. & Fortunius in l.conuentionum.ff. de pactis. Decius in l. ea eſt natura.ff. de regulis iuris.Alciatus in libello, quem publicum fecit de ſingulari certamine. cap. xliiij. Curt. Simphorian. in ſeptimo arreſt.armorum.Alphonſus à Caſtro vir non modicæ æſtimationis apud omnes,qui ex diui Franciſci inſtituto profitetur in libro de hæreſibus,verbo,tyrannus.Franciſcus Duarenus folio quarto,in l.prima,de pactis. contra Bartolum in l.conuentionum.eodem titulo,quem & plerique alij ſequuntur,dicentes hoſtem non teneri fidem ſeruare,quam hoſti vt priuatus dederat.& Zaz.in quæſtione iij.de Iudæis,& communem eſſe contendit in apologia aduerſus Aechium: longè quidem aliter,ſi fides data eſſet per duces belli,ſicuti Corneus exiſtimat conſilio clxxv. Martinus Laudem.in tractatu de confe.de ratione principum,notab.xlix.Baldus in l.paciſci. ff. de pactis. quòd ſi fides data eſſet hoſti in Reipublicæ

Hoſti ſeruanda fides eſt.

dam

damnum,& diſpendium,procederet Bartoli & aliorum ſententia,ſicuti definitum extat ex Alciato, eo in loco, cuius & anteà meminimus. Et communis à Zazio citata confirmat, quod hoſti fides ſeruanda ſit,ex Cicerone libro 1.de Officiis, & Thomas ſecunda ſecundæ quæſtio.xl.& quæſtio.lxxj.articulo tertio. Et conuinci poſſet præter alia, ſicuti conſtat ex Marco Attilio, de quo in l.quinta.§.captiuis. ff.de captiu.& poſtlim. reuerſis. ſiquidem & is maluit mortem oppetere, quàm fidem Carthaginienſibus præſtitam frangere, quàm Romæ incolumis manere fide fracta. Cuius meminit Aulus Gelius libro ſeptimo, cap.decimooctauo. Lucius libro de bello punico ſecundo. Valerius Maximus in cap.de fide. Cicero eo in loco, cuius & anteà meminimus. Auguſtinus libro primo de ciuitate Dei,cap.decimoquinto,Ne mireris, ſi de fide hoſti data, aliquid ſcripſerim, cùm & antiqui patres,& neoterici adeò ſeſe inuoluerunt, vt nulla ferè eorum ſententia ſibi conſtet: ipſe verò,& ſi minori fungar authoritate, in cauſis horum perquirendis maioris diligentiæ afficior commodo: quare ſi noſtra legeris clarè, & tibi conſtabit, quid ſenſerim in ea ſpecie, quæ votis noſtris tantum ſatis facit,quantum veritatis cura ad eam ex principis iuſtitiæ cognoſcendam nos ſolicitat.

Cæterùm pro hac noſtra ſententia,quam & veritati magis fauere exiſtimo,fortiſsimum argumentum præſtat tex.in c. ad aures. quod metus cauſa. vbi definitum extat, iuramentum † ac fidem æquiparari, æquóque libramine procedere: 7
ſicuti & nos pleniori adnotauimus manu de periuriorũ pœnis tractantes:ac iuramentum ſine interitu ſalutis ęternę ad vnguem ſeruandum eſt.c.cùm dilectus.quod metus cauſa.C. ſi verò. de iureiur. idémque in fide eſſe cenſendum, potiſsimum cùm æquiparentur à lege, & quod in vno ſtatuitur,& in alio ſancitum eſſe exiſtimatur,glo. & doctores paſsim in l. ſi quis perſuaſerit,C.de furtis,&in l.quod verò contra.ff.de legib.& fides à iudice criminis reo data abſque interitu ſalutis æternæ rumpi non poteſt: & hanc eſſe veriſsimam ſententiam exiſtimo, potiſsimum cùm criminis reus confeſſionem ita extortam reuocauerit, dubio procul exiſtimo nequaquam poſſe ex ea damnari. Et hanc eſſe veriorem ſententiam reor,quæ etiam placuit Paridi à Puteo de ſyndicatu.c. de tortura. verſiculo ſequitur quæſtio quotidiana. folio 120.

col.

col.j.ſin minus ſpe promiſsionis fruſtratus, in ea confeſsione fuerit, & in confeſsione perſeuerauerit damnandus eſt, ex omnium mente, qui hanc quæſtionem tractauêre. Quòd ſi ſententiam cõmunem ſequi velis, aſſeuerantem hanc promiſsionem non eſſe à iudice ſeruandam, intelligendã fore
8 opinor, ſi in reipublicæ † perniciem ac diſpendium tendet, cuius conuenit delicta puniri. cap. vt famæ, de ſent.excom. l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil.idque verum eſt, vbi de crimine clarè conſtat, & ex tex.in d.§.nec.in auth.de mandatis principum. cuius ad id meminit Fortunius Garſia in l.conuentionum.col. iiij.ff.de pactis. Quòd ſi in ea ſpecie, ne criminis author confeſsionem reuocauerit, nec vtq; perſeue-
9 rauerit, ſciens † iudicis promiſsione eſſe fruſtratum, ipſe exiſtimo temerarium eſſe criminis pœna ordinaria puniri, ſed vtique arbitraria, & omnis in hoc ſum. Cæterùm rem ſubtilius inueſtigando, priorem ſententiam intelligendam eſſe exiſtimo ex Fortunio Garſia. col.iiij. in d.l. conuentionum.
10 ff.de pactis.in quæſtione illa, an iudex, qui † promiſſa impunitate criminis reum coëgit à loco ſacro diſcedere, teneatur fidem præſtitam ſeruare, & ante eum Cin.in l.præſenti.C. de his qui ad eccleſiam confugiunt.Faber in §.hoc tempore.Inſtit.de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.ſin minus, criminis author iure optimo poterat ab eccleſia extrahi, minimè teneri eandem ſeruare fidem. Quam communem ſententiam in ea ſpecie veritati fauere exiſtimo, ex his, quæ in ea ſpecie congeſsimus de eccleſiarum immunitate tractantes. Vide qui ſapis, qui iuris veritatem amas, quàm ancipiti periculo communis conſiſtat opinio, nec obiicias, quòd quandoque in ſingulari ſint opinione, quia forſan id nobis eueniet quod Catoni, qui Stoica inueſtigatione, ea ſæpe ſentiebat, quæ à vulgo diſſentirent, eadémque veriſsima. Reliquum eſt prout ad rem, de qua quæritur pertinet, & illud explanare, quod ali-
11 quantulum pluris difficultatis habet, ſitne † hæreticis ſeruanda fides à priuato data? & minimè ſeruandam fore exiſtimo ex frequentiori doctorum calculo recepta ſententia ex Bart.in quæſt.Lucanæ ciuitatis, & interpretum maiori parte in l.conuentionum. ff. de pactis. quibus multòminus quàm aliis quibuſcunque proditoribus hoſtibus, aut perduellionibus, quibus nec vtique ſeruanda eſt fides. Lucas à Pen. ſignanter in l.vlt.C.de poad.& auri illat.lib.x.Duar.in l.j. ad fin.de pact.

Hæretico ſeruãda fides nõ eſt.

pact.Dec.in d.l.ea eſt natura.de reg.iur. Zazius, nec admodum inuitus his omnibus accedit in apologia contra Ioannem Aechium,& in ea ſpecie idem exiſtimat Brunus lib.iij. de hæret.c.xiiij. Ambr.lib.1.Offic.c.29.diuus Tho.xxij.q.xl. art.iij.& ante hos Tullius lib.Offic.3. cap.pen.nec fides à iudicibus magiſtratibúſve data ſeruanda eſt hæreticis, quod euidentiſsimo exemplo Concilij Conſtātienſi Salomo. probat in l.ij.§.exactis.de origine iur.quo in loco ad ambas (vt aiunt)aures hanc extricat quæſtionem,quin etiam hæreticæ prauitatis reus iudicibus reuelandus eſt, non obſtante fide & iuramento, quibus quidem denuntiatorium aſtringeret, ſicuti definitum eſt apud Thom.ij.ij.q.lxx. artic.j. & fortiſſimum huic rei argumentum præſtat, quod vulgò circunferri ſolet, priuatorum pactionibus iuri publico derogari non poſſe, tametſi iſthæc ſententia ita recepta ſit, vt à nemine,quem viderim, exploſa ſit, nec vtique latum vnguem ab ea diſcedere velim doctores: nihilominus eam intelligendam fore opinor, ni à publica poteſtate principéue fi[illegible] hæreticis data ſit:ſiquidem non videtur eſſe vetitum habere cum hæretico commercium, cùm poſsibile eſſet per pia monita ad ſaniorem redire mentem: ſicuti in ea ſpecie ſignanter adnotat Hermas,libro ſecundo,de inſtauran.relig. cap.ſexto,& cap.decimoquarto.

SVMMARIVM.

1 *Actio contra criminis authorem tollitur per abolitionem legalem.*
2 *Mortuo accuſato,ad hæredes accuſationem neutiquam tranſire.*
3 *Per generalem principis abolitionem criminis reos immunes fore. itidem num.4.*
5 *Pater filium homicidam iudici deferens, ab homicidij pœna immunis eſt.*
6 *Criminis author reſiſtens familiæ iudicis, ſi & aliter capi non poteſt,impunè occiditur.*
7 *Eximens criminis reum à poteſtate iudicis,à carceribúſve, pœna capitis afficitur.*
8 *Mulier grauida tametſi homicidij criminis rea, donec pepererit, interimi non poteſt.*
9 *Centum congeruntur caſus, in quibus & homicida à mortis pœna immunis eſt.*

De abolitionibus.

CAPVT XXXVIII.

Illud verò prætermittendum non eſt, in hoc Iûſtixat tractatu, & de abolitione aliquot præ-
1 notare, potiſsimùm † cùm per legalem abolitionem, tam principalis, quàm priuata actio contra criminis authorem tollatur, & inſtantia iudicij pereat, ex l. j. C. ſi reus vel accuſ. mortuus fuer. l. libellum. §. fin. l. diui fratres. ff. de accuſat. l. j. & per totum. C. de abolit. l. aut priuatim. §. triginta. ff. ad Turpil. ſignanter Bart. in d. l. diui. & in præcitato §. fin. Specul. tit. de abolit. §. j. Angel. in l. j. C. de generali abolit. Cinus, & plerique alij in l. qui de crimine. C. qui accuſ. non poſſ. Bart. Alexand. Iaſ. & neoterici in l. de pupil. §. ſi plures. ff. de oper. noui nuntiat. ſignanter Bart. & Ang. in l. penult. §. cui crimen. ff. de public. iudic. Salic. in rubr. de abolition. quibus & plerique alij acceſſère, inter quos & Gand. in tit. de pœn. col. vj. verſic. pone quod Titius. Angel. nec admodum grauatus his accedit in maleficiorum tractatu, in glo. necnon ad querelam. Bonifac. in tit. quid ſit accuſatio. & de tribus abolitionum ſpeciebus ſcribit Accurſ. in rubr. C. de abolitio. & quod ad eas attinet, breuitati ſtudens aliquot proponam, quæ huius rei partim definiant, partim vero aperiant.

Tres abolitionis ſpecies.

Et primò principaliter diſputari poterit de abolitione legali, ſi accuſator à vita diſcedat, qui quidem de morte ſuorum accuſatus fuerat, an eo mortuo procedi poſsit vlterius?
2 & illa † eſt omnium receptiſsima ſententia, mortuo accuſato ad hæredes accuſationem neutiquam tranſire, ex l. j. & per totum. C. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit. l. prima. C. ne de ſtatu defunctorum. l. libellorum. §. fin. de accuſatio. niſi in priuatis delictis. ſicuti definitur, ex dicta l. prima. l. iniuriarum actio. ff. de iniuriis. §. ſed hæredi. Inſtitut. de perpetuis & tempor. action.

Secundò, ab eadem radice procedit, quòd ſi accuſator mortuus fuerit iudicio pendente, ac vltrò citróque probationibus factis, inſtantiam cœptam proſequi non poſſe, ſicuti definierunt Bartolus & plerique alij, ſumentes rationem ex textu inibi, in l. diui fratres. ff. de accuſat. illud tamen ſilentio præterire non libet, tametſi vt hæredes accu-

ſare

ſare non poſſunt: nihiloſecius & propriam proſequentes iniuriam, intra triginta dies accuſatio competit, ex l. libellorum. §. fin. ff. de accuſat. Gandin. in tit. de pœnis. verſic. pone. col. vij. Dec. in cap. quia. xj. col. v. de iudic. & omnium diligentiſsimè Campeg. in deciſ. ſacri concilij lxxvj. explicat, quando mortuo accuſatore inſtantia tranſeat ad fiſcum, & quando ad hæredes.

Supereſt & tertiò ad principalem quæſtionem de ſecunda abolitionis ſpecie verba agere de ea, inquam, quæ per principem fit: & ea quidem quandoq; particulariter fit, ſicuti definitur ex l. abolitio. cum ſequenti. ff. ad Turpil. l. ij. C. de generali abolitione. ex quibus definitum extat, principem abolitione generali criminis reos immunes facere: Ang. ſatis diligenter in tract. malefic. verbo, necnon ad querelam. & iſthæc principis generalis abolitio, ni † & ſpeciatim à principe dicatur, ad grauiora crimina læſæ maieſtatis, nec vtiq; extendi, conſtat ex Bar. in l. de pupillo. §. in prouinciali. ff. de oper. noui nuntiat. & inibi Alex. & Iaſ. ad ambas (vt aiunt) aures id explicant, Bart. in l. Lucius. ff. ad Turpil. Hippol. in practica crimin. §. diligenter. itidem in l. j. C. de raptu virg. & in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſt. & in l. j. §. ſi ſeruus. eod. tit. Campeg. nec admodum grauatus his accedit in deciſione ſacri concilij cxxx. ad finem. 3

Secundò intelligendum fore opinor, hanc principis generalem abolitionem ad delicta liquida, & probationibus notoria nequaquam extendi, conſtat ex l. finali. C. de abolit. nec itidem ad accuſationes nondum inſtitutas, iſthæc generalis abolitio non extenditur. l. j. & ij. C. de generali abolit. l. Domitianus. ff. ad Turpil. Et ne in hoc dubio quiſquam erret, iudices admonitos eſſe velim, aliam eſſe abolitionem, aliam quidem indulgentiam: quarum prima minimè crimen extinguit, ſed vtiq; inſtantiam ipſius iudicij: atque ideò lætitia principis præterita, infra triginta dies poſſet accuſator iterum accuſare, ex l. ſi interueniente. ff. ad Turpil.

Secundò, pro huius capitis expeditione, ſi indulgentia principis ſit, quam quidem ex cauſa quandoq; facit crimen extinguit, ex gloſ. in l. ſi docuerit. C. de falſis. & ad crimen falſi & læſæ maieſtatis extenditur, ex Auguſtino Ariminenſi ad Angelum, in gloſ. necnon ad querelam. Alexand. in l. Lucius. §. ſi pluribus. ff. de operis noui nuntiat.

Et vt obiter adnotem, particulariter fit, vt rem exemplo
4 ſubiiciam, quando † princeps ob meritum aliquod homicidæ criminis reo indulget, ex §. quod principi. verſic planè. Inſtitut. de iure naturali gent. & ciuili. & tunc vires obtinet principis indulgentia, ſi criminis author non conſueuit ſimilia committere ſcelera, ex l. iij. C. de epiſcop. aud. Spec. tit. de contumacia. §. iiij. verſic. ſed pone. Paris à Puteo in tract. ſyndicatus, in verbo, latro. Thom. Gram. nec admodum iniutus his accedit conſil. xxxiiij. quo fit, ſi princeps alicui homicidæ indulgentiam concedat, minimè facta mentione de alio homicidio per eum commiſſo, iſthæc gratia nullius momenti eſt, & homicidij reus puniri poſſet, Ioan. Anan. in cap. j. de clerico percuſſore. & inibi Abb. Bald. & Paul. poſt Gulielm. à Cun. in l. iij. C. de epiſcop. audient. Thom. Gram. in voto xix. & conſil. xxxiiij. Matth. Afflict. in conſtitut. inconſutilem. penult. col. Ioan. de Arno. in ſing. xj. incipienti, ſæpe occurret. Iaſ. iij. col. in præcitato §. ſi pluribus. Barb. in cap. ſuper literis. col. xxxiij. de reſcript. Bald. & Iaſ. in l. præſcriptione. ad fin. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. Rochus Curtius nec admodum grauatus his accedit in cap. fin. de conſuetud. j. notab.

Hinc & illud ex eodem ſtipite ſeu fonte emanare videtur, hanc principis indulgentiam minimè extendi ad crimina, quæ à iudice in officio ſibi commiſſo fiunt, ex Par. de Puteo in tract. ſyndic. verbo, an ſi poteſtas condemnauit.

Illud etiam hinc deducitur, hanc indulgentiam ad pœnam remittendam, extendi non tamen ad intereſſe partis, Bal. in l. venia. C. de in ius vocando. Thomas Grammaticus conſil. xxxiiij. Chaſſæneus conſil. xxvij. itidem Grammat. in voto xxv. apud quos ſatis id definitum extat.

Frequenter contingit controuerſia circa priuatam abolitionem, quam definit Bart. in d. l. aut priuatim. §. triginta. ff. ad Turpil. & nihil aliud eſſe aſſeuerat, quàm nomen rei abolere inter reos, & ab inſtantia præiudicij abſoluere petente accuſ. l. prima. C. de abolit. l. interueniente. ad fin. ff. ad Turpil. & niſi reo volente abolitio concedenda non eſt, niſi in his caſibus, in quibus ſpeciatim l. fallaciter. C. de abolit. declarat l. vbi. C. de falſis. Paris à Put. in tract. ſyndic. verbo, accuſatio. Ioan. de Arno. in ſing. xvij. Angel. in gloſ. necnon ad querelam. verſic. quæro, an & quando vetat deſiſtere.

Ad apertiorem † huius capitis reſolutionem ſunt etiam 5
caſus, in quibus & homicida à mortis pœna liberatur, ſi & pater filium homicidam iudici deſerat: in ea ſpecie iudex non poſſet filium ad mortẽ cõdemnare, ex l. milites agrum. §. deſertorem. ff. de re milit. Cæpola conſil. lv. vnus filiorum. col. ij. & conſil. xlvj. abhorret ſiquidem lex, quòd pater videatur filium ad ſupplicium deduxiſſe. Iaſ. in l. j. col. ij. ff. de his quibus vt indig. Felin. in cap. quærenti. col. ij. de offic. deleg. verſic. tertius caſus. & in cap j. col. ij. eod. tit. Hipp. in l. j. §. j. col. vj. iterum in l. vnius. §. ſeruus. col. ij. ff. de quæſt. Io. Lop. in cap. per veſtras. de donat. inter virum & vxor. char. lv. Iac. Baulem in rep. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. fol. 27. limit. xxij. Ioan. à Neuiz. in ſylua nuptiali, fol. 11. in magnis. Ioan. Anan. in cap. fin. de patrib. qui filios occid. ad finem. definiens patri parcendum eſſe non reuelanti tractatum, quem filius faciebat contra principem. l. diuus. ad fin. de parricid. Salic. & Caſtrenſ. in l. propter inſidias. C. qui accuſ. non poſſ. Iac. à Bellouiſo in prac. iudiciaria. tit. de citation. Ioan. Montal. in promptuario iuris, verſic mors. Iaſ. in l. debitoribus. columna finali. ff. de re iudic. Cæpola cautela ij. Corſetus in ſingul. ſuis, litera c. & rurſus in verbo, Cardinalis.

Alius ſubiicitur caſus, ſi & † familia iudicis ex mandato 6
eiuſdem vellet criminis reum capere: ſi is quidem reſiſtat, poſſunt impunè eum occidere, ſi & aliter capi non poſſet. l. ſi ſeruus. C. qui ad eccleſ. confug. l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff. ad leg. Aquil. l. fin. C. quando liceat ſine iudice ſe vindic. Bal. in l. fin. C. de exhibendis reis. & in l. j. C. vnde vi. Ang. in tract. malefic. in verbo, fama publica. Quod ipſe veriſsimũ eſſe intelligo, niſi & iniuſtè vellẽt capere: ſiquidẽ in ea ſpecie ſatellites non eſſent impunes à criminis pœna, ex Bar. in l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. xx. Bal. in l. aditos. de epiſcop. audient. Illud † tamen vt obiter agam, ſi aliquis 7
eximat criminis reum à familia poteſtatis, vel incarceratum, pœna capitis afficiendus eſt, & in crimen læſæ maieſtatis incidere conſtat, ex l. cuiuſque. & inibi Bart. ff. ad leg. Iul. maieſt. num. 3. & in l. aditos. C. de epiſc. aud. Ang. Aret. in loco præcitato, num. 55. Cæpola cautela j. Iaſ. in §. pœnalis. nu. 102. & Gomez. Hiſpanus inibi, num. 48. Inſt. de act. Guliel. Bened. in cap. Raynutius. in verbo, mortuo itaque teſtatore. in j. num. 180. extrà de teſtam. Chaſſæn. in conſuet. Burgund.

in tit. *Des iuſtices*.rubr.j.in princ.fol.19.col.j.num.68.& iterum in d.tit.§.vij.fol.77. col.iij.nu.14. Hipp.in l.j. in princ. ff.de quæſt.& in rubr.de fideiuſſore.num.16.itidem in ſingul. cclxxiij.col.iij.verſic. quibus etiam. & in l.j.in princip. ff.de ſicar.Iaſon & Alexand.in l.j.§.prætor.ff.ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi eximat. ex nouioribus Nicolaus Boërius deciſ.clxx.Bernar.Diaz in regul.quibus admodum cõuenit regia l.v.tit.xij.lib.viij.ord.& l.xiiij.tit.xxix. par.vij.& l.xj.tit. xiij.lib.iiij.fori.xcvij.& hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam opinor: quam & intelligendã fore reor, nisi & his, qui eximitur, clericali ordine fuerit inſignitus: in qua ſpecie,& à manibus familiæ iudicis ſecularis poſſet eximi,Bal.& Felin.in cap.j.n.fi.de offic.deleg. Guido Papa.q.lxxiij.ad fin.Chaſſæn.in conſuetur. Burgund.tit. *Des iuſtices* rubr.j.§.vij.nu.34 ij. communem intelligendam fore reor,ni & is qui eximitur,à familia iudicis iniquè ad mortis pœnam eſſet condemnatus,ex l.omnes.C.de decur.lib.x. ſiquidem iudici iniuſtè exequenti reſiſti poteſt.§.fi.in authẽt. quomodo oporteat epiſcopos.coll.ij.gl.quæ miris laudibus à doctoribus extollatur.in verb.denũtietis.in c.ex literis.de offic.deleg.cui ſimilis eſt in c.non inferenda. in gl.fi.xxiij.q. iij.l.contra præcepta noſtra.C.de execut.& exact.lib.xij.Bal. in l.aditos.C.de epiſc.audien.Thom.Gram.in conſ.lvj.num. 16.Decius conſ.cccclxix.nu.3.Felin.in cap.ex literis.præcita. Matthæus Afflict.in conſtit. Neap.lib.j.rubr.viij.num. 78.& ante hos Specul.in tit.de citat.§.ſed nunquid. Thom.Gram. voto j.nu.15.& rurſus in voto xxxij.nu.24.

Cæterùm & alius ſubiicitur caſus,in quo & criminis reus
9 ab †homicidij pœna immunis eſt:ſi & mulier grauida eſſet, quæ puniẽda non eſt,donec pariat.l.prægnantis.ff.de pœnis. gl.in l.negat lex.ff.de mortuo inferẽdo.Iaſ.in l.debitoribus. ff.de re iud.Baulen.in d.§.famoſos.l. capitalium. ff. de pœn. xliiij. limitatione.

His tamen aſſertionibus, quas & nos breuitati ſtudendo congeſsimus, plerique alij caſus congerendi ſunt,in quibus
9 †quidem homicida criminis author immunis ſit à criminis pœna:quibus quadraginta & quinq; caſus congerit Iac.Baulem Ebroienſis in repet.l.capitalium.§.famoſus.ff.de pœn.à folio 17.ad fi.vſque.& viginti alios addit Io.à Neuiz.in Sylua nuptiali,lib.j.à folio 18.vſque ad vigeſimum..& Ioannes Montol.

Montol. in promptuario iuris in verbo, mors. quo in loco ſeptem alios caſus congerit Cæpola lib.cautelarum,charta j. & ij. Felin.in c.quærenti.ij.col.de offic.deleg.Iaſ.in l.debitoribus.nu.15.de re iudic.ff. Lucas à Penna, ante hos pleroſq; alios caſus cõgerit in l.ſi apparitor. de cohortalibus.lib.xij. Ioannes Villemati.nu.104.in l.diuus.ff.de ſicar. Chaſſæneus in conſuetudinibus Burgundiæ,tit. *T es los Imr iculus*. fol.50. Cardinal.in clem.j.in §.inſtit.ad fin.de reliquiis, & veneratione ſanctorum.alium addit caſum Coſme. Gunier in pragma.ſanctione Gallicana in titulo,quomodo officium diuinum ſit celebrandum.§.ſtatuti.gl.in verbo inclinet.fol.206. Oldr.conſ.liiij.ad fi.Rom.in ſing.verbo,eccleſia.verſ.confugiens.Gencelinus ad Abb.in capit.ſane.de celebr.miſſ.& aliquot his ſimilibus congeric Bernard. Diaz. in practica criminali verbo,homicidæ.cap.lxxxviij. Et pleroſque alios caſus congerit Ludouicus Carr. in pract.crimin.§. homicidiũ. vj.nu.71.pag.549.&ex noſtris Ant.Gomez.c.xiij.n.37.cũ ſeq.

Quibus in locis diligenter maximóq; conatu dilatando chartas quamplurimis remiſsionibus, homicida criminis author ab homicidij pœna immunis ſit, hoc in loco alia denique multa recẽſere poſſem,quę nos ab inſtituto plus ęquo reuocarent:& plura ſcribi poſſemus hic,quæ conſultò omittimus,& colophonem addimus, vt ad reliqua perueniamus. Hæc ſunt, quæ in expoſitione illius quæſtionis ſatis controuerſæ,an homicida à pœna criminis ordinaria liberari poſſet tanquam neceſſaria, ad intelligendum ſcribenda cenſui ſuperioribus capitibus. Cætera omiſi,doct. recitatione contentus,vt inde lector petere poſsit: & alij alia adiecerũt,quæ nobis proſequi non lubet, cùm ab ſingulis propè ſcriptoribus fusè explicentur,nec citra tædium ſępius repeti poſsint: & nos non eo conſilio ita ſcribimus, tanquam ſola legi velimus: pleraque enim bene & ab aliis dicta ſunt,quæ inde petere ſtudioſi debent.

SVMMARIVM.

1 *Perpenditur regia lex xxij.tit.j.par.vij.itidem nu.14.*

2 *Praeclarae ſententiae philoſophorum, quibus conſtat mortuos honorandos eſſe.*

3 *Pretio,prece,gratiſve inter partes tranſactionem fieri poſſe in criminalibus dubioprocul conſtat.*

4 *Proximioribus munus accuſandi competere necem defuncti, &*

aliјs præferendos eſſe.

5 *Si plures perſonæ ſub termino generali indefinitóve vocentur ordine quidē ſucceſſiuo, ītelligitur ꝓximior primo loco, ac deinde aliј.*

6 *Proximus is eſt, quem nemo antecedit, in vindicanda morte defuncti, ex linguæ Latinæ limatis authoribus, & Iuriſconſultorum deciſionibus conſtat. itidem nu. 7.*

8 *Nomen propinquitatis pro ſanguinis coniūctione deriuatum eſſe, ex Cicerone, Lucano, Virgilio, & pleriſque aliјs elucidatur.*

9 *Apud Romanos olim vſu receptum erat, vt mulieres, & hi, qui aliquo vinculo ſanguinis ſe attingebant, ſalutando ſeſe oſculo exciperent, ex Plutarcho, Plinio, Aulugelio, definitum eſt.*

10 *Conſanguineos pro omni illa coniunctione ſanguinis paterni, & materni venire ex Virgilio, Tito Liuio, Claudio, aliјſque Iuriſconſultorum teſtimoniјs conſtat. itidem nu. 12.*

11 *Quis gradus ſeruandus eſt, an iure pontificio, an ciuili, regióve, in tranſactione delictorum, & ad quem vſque gradum, hoc munus accuſandi competat itidem nu. 13.*

15 *Ex pluribus conſanguineis in eodem gradu exiſtentibus, in nece defuncti, qui conſentire teneantur.*

16 *Si ſtatuto ſancitum fuerit, vt rei venditæ vicinus in venditione præferatur, ſi ex duobus vicinis, vnus altero propinquior eſt, is præferendus eſt.*

17 *His, qui in gradu proximiores ſunt, ius accuſandi competit, aliјs in remotiori gradu excluſis.*

18 *In accuſatione præueniendo, qui in remotiori gradu ſunt, admittendos non eſſe, ni & aliј nolint accuſare.*

19 *Expēſas factas in lite ſuper nece defuncti vindicanda à remotioribus in gradu, ſi & propinquior accuſet, reſarciēdas non eſſe illis.*

20 *Si conſtaret proximiorem natum fuiſſe, qui apud Indos eſt, qui non excederet centum annos, ſi vitā ageret, an is, qui tanquā proximior accuſare velit mortem defuncti, teneatur probare à vita deceſſiſſe abſentem proximiorem conſanguineum diſputatur.*

21 *Controuerſia inter duos conſanguineos mota, is qui agit aduerſus alterum, aſtrictus eſt probare ſe eſſe proximiorem.*

22 *Qui probat ſe conſanguineum eſſe certo conſanguinitatis gradu, præferendus eſt illi, qui ſimpliciter ſe conſanguineum eſſe probat.*

23 *Heredi necem defuncti vindicandi munus competere, aliàs ni accuſauerit, hereditas fiſco applicatur.*

24 *Contra criminis authorem ex regia lege decimatertia, titulo ſeptimo, part. vј. infra quinquennium à morte defuncti computādum*

accuſ

accuſatio proponi debet.

25 *An & heredes occiſi poſſunt ab accuſatione deſiſtere, diſcutitur.*

26 *Ante ſententiæ definitiuæ probationem, pacem, ac concordiam debere fieri, manifeſtiſſimum eſt.*

27 *Quid etiam ſi pendente appellatione.*

C. de homicidiorum tranſactione circa intellectum l. xxij. tit. j. part. vij. Cap. XXXIX.

APVD literatos in prouerbium nõ illepidum abiit, Cramben recoctam faſtidire: & ſanè vltrò laborioſum eſſe ſemper tractare ſimilia, quòd eadem res iterum & iterũ repetita nauſeam faciat. Cùm ex noſtræ Hiſpaniæ hominibus † ſtrenuo conatu regiæ legis mentem in l. xxij. tit. j. 1
part. vij. interpretati fuerint Ant. Gomez. c. iij. delictorum. nu. 60. cum aliis. & Grego. Lup. magni mehercule nominis, & Iac. Vilalpan. in illius l. interpretatione, & poſt hos doct. videamur rem iam actam agere, tametſi variato verborum tectorio, alia & alia inventione ſubmoueatur: rem iſtam maturius cogitanti mihi in mentem ſubierunt, quæ in ſuperioribus capitibus tractaueramus, de homic. pœn. deq; illorum immunitate, & quibus in caſibus homicida à criminis pœna immunis ſit: ordo rei poſcit de illorum tranſactione aliquot proponere, eò maximè quoad intellectũ perſpicuúmq; examen regiæ conſtitutionis xxij. tit. j. par. vij. ad vtilitateq; illorum, qui forenſia, praxímve iudicialem quotidie tractãt, & quàm vtilis ſit regiæ legis materia, dubio procul oſtẽdam aliquot capitibus, neglecta ſuperficie & omiſſa cute, carnem & ſuccum ipſum interius extricando: ſiquidem ipſius ratio imprudentius multorũ nebulis oppreſſa, adulterinis interpretibus proſtituta, bonis habitis orbata, lacera, mutila, circunciſa ſit, in cuius legis regiæ interpretatione à nouioribus tam inepta, tánque inſipida, tánque à ratione deuia, in eius interpretatione commiſcuêre, vt nugas paſſim ſpargãt, ſibique non ſatisfaciant, nec quid velint ipſi aliquando intelligant, tot ſcrupuli, tot ſine lege rationes, theoricíque anteà cõueniebant, vt non immeritò primas in iure difficultates, diſceptatio hæc de homicidiorum tranſactione obtinet: qua de re coacti ſumus in huius legis interpretatione aliquas quæſtiones proponere iudicialem praxim tractantibus ma-

ximè neceſſarias, & aliorũ, qui ante nos de eadem reſcripſère, expreſsim mentionem agere, vt lector inde percipiat, quę ſit magis recepta opinio, petátque ab his multa, quæ, vt nos conſulto, ne perplexo doctorum catalogo vteremur, omiſimus: eam tñ operam nos huic negotio præſtitiſſe certo ſcio, quam alioquin multis negotiis bina quotidiana lectione impediti præſtare abſque vlla deſidia potuimus circa legis regiæ intellectum, quæ de delictorum tranſactione agit, circa cuius ſanctionem multa poſſent deduci, & diſputari, quæ iuſtum profecto volumen exigerent, & poſtularent. Potiſsimum tamen aliquot his capitibus tractare conabimur, quæ ſint huius tractatus reſolutioni conducibilia: & anteà quàm in diſputationis campum cõdeſcendam, memoria repetere libet illud Sophonis apud Stobæum ſerm.cxxij.

2 † *Oportet autem mortuo viuentem ſeruire, & auxiliari, vtpotè moriturum & ipſum.*

Et Diodorus, & Euripides in Phœnicis aiunt,

Et ipſa iuſtitia mortuum vindicat.
Homini mortuo vnuſquiſque, licet admodum
Inimicus anteà fuerit, conciliatur:
Decet, vt qui viuunt mortuis
Honores tribuendo, infernale lumen colant.
Mortuos miſericordia benignum numen ſequitur.

3 Quibus ſanè † conſtat mortuos honorandos eſſe. Inſignis eſt admodũ & perplexa quæſtio, quæ à iuris vtriuſq; profeſſoribus nõ infrequẽter diſcutitur, an hęredes cõſanguineive defuncti interẽpti poſsint trãſactionẽ, pacem, & cõcordiam criminis reo facere, vel in quolibet alio delicto, in quo mortis pœna imponenda eſt, vel corporis afflictiua? & ea eſt conſtitutiſsima cõcluſio & frequentiori doctorũ calculo recepta ſentẽtia, inter partes gratis, prece, vel pretio ante accuſationẽ propoſitã, vel ea pendẽte trãſactionẽ fieri poſſe, ex l. trãſigere. C. de trãſac. vbi Imperator ita ſcriptũ reliquit: Trãſigere, vel paciſci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitũ nõ eſt: in aliis autẽ publicis criminibus quæ ſanguinis pœnã nõ ingerunt, tranſigere non licet circa falſi accuſationẽ, & inibi gl. & interpretũ maior pars, idẽ definière: quorũ ratio ea potiſsimũ eſt, cuilibet licitũ eſt ſanguinẽ ſuum redimere. l. j. ff. de bon. eorũ, qui ante ſententiã mortem ſibi conſciue. inibi, nam ignoſcendũ cenſuerũt ei, qui ſanguinem qualitercũque

redemp

redemptum voluerit. Primò diſcutiendũ erit, in hoc eodem
trac. quibus † perſonis ius accuſandi cõpetat defuncti mortẽ, 4
an hæredibus, an verò cõſanguineis, propinquis, proximioribúſve, quibus etiã cõpetit iniri pacem ac cõcordiam ob defuncti mortem? & illa eſt frequẽtior doct. ſentẽtia proximioribus primo loco cõpetere, & aliis præferendos eſſe cõſtat in accuſatione, ſiquidem & hi maiori mœrore affliguntur, cùm & eis iniuria potiſsimũ illata ſit. l. ij. §. fin. ff. ad legem Iul. de adult. l. quamuis indubitati. C. eod. tit. & inibi Bar. & Bal. regia l. fin. tit. *de las accuſationes*. lib. iiij. fori. Et iſthæc ſententia
cõueſtiri poſſet, cùm † à lege, ſtatutóve defertur pluribus, vel 5
quãdo plures perſonæ ſunt vocatæ ſub termino generali indefinitóve, vtpotè nomine familiæ, conſanguineorũ, cognatorum, liberorum, & id genus ſimilium, ordine quidem ſucceſsiuo intelligitur, vtpote proximior primo loco, ac deinde is, qui eum proximè ſequitur, ac cæteri deinceps, ex l. peto. §. fratre. & in l. cùm ita. §. id fideicõmiſſum. & inibi expreſsim Bar. Bal. & Imol. ff. de leg. ij. & hi omnes in l. hæredes mei. §. vlt. ff. ad Trebel. & huius ſententiæ authores habeo Bar. in l. ſi cogna. col. vlt. ff. de rebus dub. Bald. in l. j. poſt & glo. inibi. C. de ſecun. nupt. lectura ij. itidem in l. quoties ab omnibus. col. ij. C. de fideicom. Corn. cõſi. xxxvij. in hac conſultatione. col. ij. & cõſi. lij. pro deciſione. col. vlt. & conſi. lxxiiij. de duobus. col. j. & conſi. cclxiij. primo aſpectu. libro conſi. j. itidem conſi. xxij. lib. ij. col. v. & conſi. cxlvj. col. vj. lib. ij. Socin. conſi. xliiij. capio primam. colum. j. lib. j. is idem conſi. xc. abundè & ſubtiliter. lib. j. col. vlt. & conſi. xcvj. col. iiij. vol. j. & conſi. cxiij. col. j. vol. j. & conſi. xxxvij. viſo teſtamento. lib. iij. conſi. Ang. conſi. xxxviij. quidã Ioannes deceſsit. Raph. Cuma. cõſi. cvj. mulier. col. ij. Pau. Caſt. conſi. ccclxxxiij. notandum eſt. in princ. vol. j. Bar. & Bal. Ang. Fulg. Caſt. & alij in l. vlt. C. de verborum ſignific. Quibus & plerique alij acceſsēre, inter quos Alex. Socin. & Iaſ. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liberis & poſth. Ioan. Raynerius inter conſilia Ang. conſi. xxxviij. Bar. in l. ſi cognatis. col. vlt. ff. de rebus dubiis. Franciſ. Curtius Senior conſi. lxxiiij. Decius conſi. ccv. in cauſa iſtorum. colum. j. & iterum conſi. ccviij. colum. ij. & cõſi. cccccxiij. in ciuitate. col. iij. num. 9. itidem conſi. cccccl xxviij. columna vltima. & conſi. dclxij. accuratè. Stephanus Bertr. conſi. xxx. punitus. in ſi. lib. iiij. Nec deſunt Canonicæ Philoſophiæ authores, qui
eam

Plures perſonæ vocatæ ſub termino generali.

eandem adſtipulentur ſententiam, Petrus Anchar. in repet.
cap.j.quæſt.decimaquarta principali,verſic.& videtur.de con
ſtitut.itidem & Imola in cap.iudicante.de teſtamen. Barbat.
conſil.xxviij.ſcripſit doctiſsimus. colum.x. volum.j. Quo fit
in ea ſpecie,qua agimus,proximioribus hoc munus accuſan
6 di competere, Et vt obiter agam,quis † proximus ipſi oc-
ciſo dicatur:in ea ſpecie,qua agimus,proximus is eſt, quem
nemo anteit.l.ij.§.hæreditas.& in §.legitima.ff.de ſuis & le-
git.hæred.l.proximi.ff.de verb.ſignifi.l.j.§.proximus.ff. vn-
de cognati,etiam ſi ſolus ſit in gradu , ſicuti definitum extat
ex dicto §.legitimi.& in præcitato §.proximus.l.in vulgari.
in princ.& in l.proximi.ff.de verb.ſignifi.l.qui duos.in princ.
ff.de rebus dub.Card.Flor.conſi.lxxx.col.iij.verſi.item nul-
la.& idque definitur ex d.§. proximus. vbi Cõſultus ita ſcri-
bit,Proximus etiam accipere qui ſolus eſt,quamuis propriè
proximus ex pluribus dicatur:& proximus, tãetſi longo in-
teruallo ſit remotus,dicitur,vti ex Virg.lib.5.Aeneid. cõſtat,

Proximus huic,longo ſed proximus interuallo
Inſequitur Salius,

Quo in loco Seruius idem adnotat, & Tullius lib. de claris
Oratoribus ad Brutũ,ait Craſſo & Ant.L.Philipp.proximus
accedebat,ſed longo interuallo tamen proximus. & Nonius
Marcel.in eo lib.quẽ publicũ fecit de proprietate ſerm.idem
exiſtimat:& qui iſtis noſtris nõ eſt ſatiatus,qui proximi ſint
vel proximiores Cæſarũ iure,explicat Old.cõſi.cliij.Bal.in l.
dudũ.C.de contrah.emp.itidem cõſi.ccccl xix.lib.Bar. cõſil.x.
viſo ſtatuto.Luc.à Pen.in l.pro locis.C.de anno.& trib.lib.x.
is idem ſignanter in rub. C. de proxi. ſacrorum ſcriniorum.
lib.xij.Corn.conſi.cliiij.col.ij.lib.iij. Ioan. Andr. in c.ij. in
verbo,proximi.de conceſſ.præben.Anch.conſi.xciij. Dec. in
7 l.ſi bonorum.in princ.C.qui admit.tametſi † frequentior re-
cepta ſentẽtia ſit,proximũ eſſe propriè,quẽ nemo antecedat:
& tamen ventũ eſt,vt eos vocemus proximos,qui ſanguinita
tis iure aliquẽ attingũt,etiã ſi ante ſe pleroſq; alios habeat.l.
quãuis adulteri.C.de adult.vbi Imperator ſcriptum reliquit,
Proximis neceſſariiſq; perſonis ſolummodò defertur copia
accuſandi,de adul.l.cùm rem alienã.C.de legat. & inibi Bar.
Petr.Sal.Fulg.Ang.Frãc.Tyg.idẽ definière,Alc.in d.l. proxi-
mi.Corn.cõſi.xxxij.col.ij.vol.j. & quãdoque proximitas pro
cõſanguinitate Cæſarũ iure ſumitur.l. capitis.l. ſi ſpurius.ff.

vnde

vnde cognati.l.Seius.ff.ad Senatuſconſultum Trebel.l.ſi bonorum.C.qui admit.& inibi Iaſ.not.j.& in l.j.C.de bo.poſſ. ſecundum tab.l.j.ff.de iuris & facti igno.l.j.& l.item prætor. ff.de ſuis & legit. hæred.§. vlt. Inſtit. de ſucceſſ. cogn.glo.in verbo,proximitas.in §.j.Inſtit.de ſeruit.cognat.Oldr.conſil. cliij.videtur,quòd filius. & id definitum extat apud Quintilianum lib.j.cap.8.

Cæterùm & illud obuium eſt,proximos eos dici,qui ſunt, quouis ſanguine nobis coniuncti, vt tradit Priſcianus lib.3. c.2.proximum ſignificare,qui mihi qualibet ratione coniunctus fuerit,ſiue cognationis,ſiue amicitiæ.Apud noſtros ſanguine coniunctos, proximos vocamus, ex l. dudum. de contrahen.empt.C.& inibi glo.Accur.exponit, proximis, id eſt conſanguineis.l.diuus.ff.de offic.præſi.l.j. C.de mulier. quæ ſe propriis ſeruis coniunxerunt.l.quicunque.C.qui admit.l. quamuis adulterij.præcitata.Philip.Franc.in c.ſi pater.de teſtam.lib.vj.verſi.xxvij. Barbat. in l. cùm acutiſsimi.C. de fideicom.char.15.Steph.Bertr.conſi.xxx.num.3.vol.iiij.

Hinc etiam Gentiles & agnati vocantur, quos etiam proximos appellant Commodus & Marcus Imperatores in d.l. diuus.dum ſcribunt, mẽte captos & furioſos ad ſecuritatem proximorum pertinere,& Gentiles pro cõſanguinitate apud Plinium iuniorem accipi,& Tullius de Oratore lib.1.in ea cauſa fuit oratoribus de tota ſtirpe ac gentilitatis iure dicendum.& Tullius lib.1.Tuſculan.quæſt.

Rurſus & illud conuenit adnotare † nomen propinquitatis pro eadem coniunctione ſanguinis deriuatum,vt apud Tull.lib.5.de Finib.& rurſus lib.de Amic. adciſcántque ſibi, quaſi propinquitate coniunctus,atque natura.& Cæſar lib.2. belli Gallici.& Quintil.lib.4.c.1.perſonis applicantur, non pignora modò,ſed propinquitas amicitiæ.& Valer. Maxim. lib.2.c.2.& apud Virg.lib.2.Aeneidos. 8

Illi me comitem,& conſanguinitate propinquum.

Ex quo conſtat,propinqui appellationem eodem pertinere,& ex Tul.lib.Offic.1.quo loco de humanæ ſocietatis gradibus differens,eos generali nomine propinquos vocat, qui ſanguine iuncti ſunt.& lib. de Amicitia. ita ciues potiores ſunt, quàm peregrini, & propinqui quàm alieni, Salluſtius in bello Iugurth.fratre meo atq; eodẽ propinquo ſuo interfecto. & Valer. Maxi. lib.4.cap. 4.conſilióque vxoris ac propinq

pinquorum Scipionis conſtituta dote.& ad id adſtipulari videtur Lucanus lib.2.

Pignora nulla domus,nulli coiêre propinqui.

Et Propertius lib.2.

Quinetiam falſos fingis tibi ſæpe propinquos,
Oſcula nec deſunt,qui tibi iure ferant

Quæ quidem carmina præter propinquitatis ſignificationē ad id alluſiſſe vidētur apud Romanos, & vſu receptū fuit, vt mulieres,& hi,qui eas aliquo ſanguinis vinculo attingebāt, ſalutādo ſeſe oſculo exciperēt.Idémq; ſcribit Plutar. in vita Romuli,in eo lib.quē ſcribit de cla.mulier. Itidē in Proble. Romanorū.c.6.Aulus Gel.lib.10.c.23.Plin.lib.14.c.13.

10 Cæterùm † hoc accuſandi munus teſtatoris mortem, & ineundi pacem cum offenſis,ad omnes conſanguineos pertinet.& in ea ſignificatione pro omni illa cōiunctione ſiue neceſsitudine ſanguinis,& paterni,ac materni venit, vt in l j. & l.conſanguinitatis.C.de legitimis hæredibus.l.j.poſt principium.C.de imponenda lucratiua deſcrip.lib.x. & huc alluſiſſe videtur Virg.lib.2.Aeneid.

Illi me comitem,& conſanguinitate propinquum.

Et lib.5.

Et conſanguineo lacrymans commendat Aceſtæ.

Liuius lib.7.ab Vrbe condita,& conſanguinei hi ſunt, qui ſeſe ſanguine contingunt,ac veluti eiuſdem ſunt ſanguinis. Et vt obiter agam, non intelligas, vt ius ciuile intelligit, id eſt,fratres tantùm,eodem patre genitos, ſicuti definitum eſt in l.j.§.conſanguineos.& in §.j.de ſuis & legit. hæred.& in auth.de conſanguin.& adulter.fratr.in rubro & in nigro. §.j.verſi.itaque.Inſtit.de agnat.ſucceſſ.& in ea ſignificatione accepiſſe videtur Claudius in Epigram.de piis fratribus.

Nam conſanguineos eadem cum forma figuret,
Hic proprior matri,ſit tamen ille patri.

Et Virgil.cùm ſcribit lib.6.Aeneidos,

Tunc conſanguineus leti ſopor.

Et Homerus lib.14.Iliados, & in ea ſpecie aliàs negotium nobis fuit:ſed in eo caſu, quo agimus de delictorum tranſ-

11 actione omnibus † conſanguineis, hoc munus ineundi pacem competit,computando ſecundum ius pontificum,id eſt, qui quouis modo ſunt ſanguine coniuncti, tam ex patre, quàm ex matre,& quocunque gradu,& ſexu ſe attingunt,vt

per

per totum de conſang.& affinit.potiſsimum c.tua nos. & in c.non debet.illius tit.& in c.poſtremo.poſt glo. inibi, de appellat.quo in loco Ioan. Andr. & Canoniſtarum maior pars hoc tenet,explicant doctores in cap.ad ſedem.xxxv.quæſt.v. Ioan.Andr.in c.ſciant cuncti.de elect.lib. vj. Archid. in cap.j. iij.quæſt.v.& Plautus in Penulo.cùm dicit.Meis conſanguineis nolo te iniuſte loqui.Siquidem & inibi de omnibus conſanguineis,ex vtroque latere coniunctis, agit & Virgil. lib. 7.Aeneidos,

Et conſanguineo toties data dextera Turno.

Atque ita ſe habet communis loquendi vſus ex Bart. in l. cùm quidam.§.quod dicitur.ff.de acquir. hæred. Alber. in l. ſi is,qui.ad finem.ff.de adopt. Bald. in l.vlt. circa medium. C. de verb.oblig.Bart.in l.j.col.ij.& Bald.inibi j.oppoſit.Caſtr. col.iiij.Franc.Aret.notab.ij.Alexan.col.vlt.Imola, Raphaël Cuma.& frequentior doctorum pars.ff.de acquiren. hæredi. quibus & plerique alij acceſsêre,inter quos & Alexan. conſi. lxxxij.in cauſa vertente.colum.j.vol.j.itidem conſil. ccxxix. ponderatis his.colum.iij.lib.vj.& conſi.clxxxiij.col.j.vol.vij. Paul.Caſtren.conſi.ccccxxj.quod iſta mater.col.j.vol.j.Raph. Fulg.conſi.cxix.ad finem.Barbat. ſignanter in l.cùm acutiſſimi.col.lij.verſic.ſi teſtator dicit ſine conſanguineis.C.de fideicommiſsis.Philip.Francus in c.ſi pater.col. penult. de teſtamen.lib.vj.& in prędictato cap.poſtremò.col.iij.apud quos ſatis id definitum extat.

Et denique in ea ſpecie verbo non amplius addã, ſanguinis vocabulum & ad agnatos & cognatos pertinere, ſicuti definitum extat in l.hac parte.quæ eſt ij.ff.vnde cognati.& l. vel ſi ſanguine.ff.de manu.vind.vbi ita ſcribit, vel ſi ſanguine eum contingit.habetur enim ratio cognationis.& in l.vacantia.C.de bo.vacant.lib.x.quo in loco & Io. à Platea idem exiſtimat,& † Signorolus de conſanguinitate loquens,conſi. 12
cxcj.cùm in terra.& ex Virg.lib.6.Aeneid.dum dicit,

Aeneam ſatum ſanguinis diuum,quòd filius Veneris eſſet.

Ouidius lib.Faſtorum 1.

Hinc fuit Euander,qui quanquam clarus vtroque
Nobilior ſacro ſanguine matris erat.

Et Tullius huc alluſiſſe videtur in Orat. pro Sexto Roſcio Amerino:Sic ſe res habet(iudices)magnã vim,magnã neceſſitatem,magnã poſsidet religionẽ paternus maternúſq; ſanguis.

guis. Nec me latet à Philoſophis & pleriſq; medicis ancipiti quæſtione controuerſum fuiſſe, conferátne aliquid ſanguis maternus ad cõceptionem: definit Ariſt. lib. de generatione animal. 1. c. 19. Cælius Rhodig. Lect. antiq. lib. 3. c. 42. Plutar. de placitis Philoſ. lib. 5. c. 5. Alber. Mag. de animal. lib. 9. trac. 2. cap. 1. Nemeſ. lib. de natura hominis. c. 24. Cenſorium de die natali, cap. 4. & apud medicos Galen. lib. 2. de ſemine. & rurſus de vtilitate partium lib. 14. Auic. lib. ?. Phem. 20. trac. 1. cap. 3. Petrus Aponenſis in Conciliatore. differentia 37. Auer. 2. Colliget. cap. de iuuament. teſticul. Iac. Forliuienſ. q. in libr. Sthemi. cap. 37. Nicol. Florent. lib. 6. ſermonũ, tract. 1. cap. 12. & ex noſtræ claſsis authoribus, Federic. Senenſ. conſ. cccj. magiſter. ſatis diligenter Nic. Boër. in deciſ. ccxlj. nu. 7. & 8. part. lib. ij. de generat. anim. ad generationem prolis ſemen vtriuſque cõcurri debet. Gabriel de Terreg. in ſuo opere Theorico. & practico medicinali, in litera S, q. xxvj. & in libro teſtuali Auicennæ in litera Sperma. c. iij. Paul. Caſtr. in l. j. col. j. de condit. inſert. C. Hoſt. Io. Andr. Inno. Petr. de Anch. in c. fraternitati tuæ. de eo, qui cognouit cõſang. vxoris ſuæ. Bal. in l. fi. C. de ſeru. fug. teſtes hominis ad generationẽ conferre. tradidimus ſuprà de Eunuchorum pœnis tractantes, ſuprà. c. xxiiij. num. 5. ad fin.

13 Adhuc oportet hîc memoria repetere, ad quem † vſque gradum conſanguinei ad necem defuncti vindicandam admittantur, vt & hi etiam iniri poſſent pacem? & ſunt, qui exiſtiment ad decimum vſque gradum conſanguineis competere, ea ducti ratione, ſiquidem, & agnati, & cognati ad decimum vſque gradum ſuccedunt, ex glo. communi cõſenſu admiſſa in authen. in ſucceſsione. C. de ſuis & legit. hęred. quam & inibi ex antiquioribus Bart. Ioan. Fab. ſequuntur, cui ſimilis glo eſt, quę expreſsim hoc ipſum vult in l. certum. in glo. vlt. C. vnde cognati. quo in loco, & Bald. colum. iiij. & alij plerique ſequuntur doctores paſsim in l. Octauij. C. vnde cognati. & in l. Iuriſconſultus. §. parentes. & inibi Albericus ff. de gradibus affinitatis. Ioannes Fab. in §. vltimo. Inſtitut. de ſucceſsione cognatorum. itidem in §. hactenus. in verbo, longè. Inſtitut. de gradibus cognatorum. Hoſtien. in ſumma de legitimis hæredibus. columna ſecunda. Baldus conſilio cccclxix. ſtatuto cauetur. ad finem, lib. primo. itidem conſilio cxxix. factum. in vltimo dubio, libro ſecundo. Et

Ad decimum vſq; gradũ conſanguineis cõpetit defuncti necem vindicare, & ſuccedũt.

rurſus

rurſus conſil.cccxxx.columna ſecunda, volum.iij. Petrus & Cinus poſt pleroſque alios in l.cùm rem alienam. C. de leg. Angel.in l.vacantia. C.de bon.vacant. Bald.in cap.j. col.vlt. tit.de feudo Marchiæ.in vſib.Feud. quo in loco & Martinus Laudenſ. & Cardin. Alex. idem ſcribunt, Angel.in l.ſciant, col.j.C.de legitim.hæredib. & ex nouioribus huic acceſſère ſententiæ Gozandinus conſilio xxvj. in cauſa illuſtriſsimorum.col.v. Iaſ.in l.exigendi.C. de procurat, col.j. Benedict. Capra conſ.j.col.iiij. itidem conſil. cxxxvj.col.j.Raph.Fulg. conſil.xlv. col.ij.Bolog.conſil.lxix.colum.iij,Petr.Ferrar.in practica ſua,tit.forma libelli pro hæredibus ab inteſtato.in verbo,nulliſque ſuperſtitibus.col.ix.Angel. Aret.in §.ſi plures.ad fin.Inſtitut.de legitim.agnat. ſucceſ. Cardin. Alex.in cap.primo.§.& quia.ad finem.tit.qui feudum dare poſſ.Dec. ſignanter conſil. lxxv.de gradibus.col.prima.Matth.Affiic. in tract.ſucceſ. tertia parte principali, verſic. tertio loco. & inibi Bologn.in eius additionibus,& hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam opinor.

Ex qua iuris appendix deducitur, in legato fideicommiſſoque à teſtatore relicto propinquis, ſiue conſanguineis, de his tantùm, qui intra decimum gradum ſunt, intelligitur, non tamen de vlterioribus gradibus, ſicuti ſcribit Decius in ea ſpecie conſilio cccxxj.columna ſecunda. Itidem conſil. cccxxiij. Baldus conſil.cccxxxiiij. volum. tertio, & conſilio xcv. Cæpola cauſarum ciuilium, conſilio xliij. clariſsimè. columna prima.

Cæterùm in ea ſpecie, qua agimus, ſunt qui exiſtiment conſanguineis hoc munus tranſigendi competere, qui poſſunt accuſare proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam, necem defuncti:&hi quidem ſunt ad ſeptimum gradum vſque iure Cæſareo,ex tex.& inibi gloſ.Accurſiana,quæ expreſsim hoc vult in l.ſi fœmina.C.ad Turpil. & iure Regio extat in ea ſpecie inſignis lex regia, quæ id ad quartum vſque gradum definit,in l.ij. tit. j. parte ſeptima, & l.xxvj. eodem tit. & in ea ſpecie adhibita diligenti inquiſitione per literatos in his regnis aduocati munus exercentes conſultum fuiſſe, vt author eſt Antonius Gomezius in libro delictorum, cap. tertio,numero 61, quorum ſententiæ me ſubſcribo: atque ideò, ſi ius necem defuncti vindicandi ac ſuccedendi competat hæredibus ab inteſtato venientibus: ratione agna-

tionis, vel conſanguinitatis proximior in gradu admittitur, aliis excluſis, ex l.prima. C.de ſucceſſorio edicto. l. prima. §.primo. C.eodem titulo.§. quibus.& in §.admonendi. Inſtitut.de hæredit. quæ ab inteſtato deferuntur.§.ſi plures. Inſtitut. de legitima agnatorum ſucceſsione. & in ea ſpecie definit regia lex finalis, titulo, *De los accuſadores*.libro quarto fori. ſicuti & paulò anteà negotium nobis fuit. Et in ea
34 ſpecie † ita reſpondit Iacobus à Villalpando, in interpretatione l.xxij.titulo primo,parte ſeptima, ſecunda parte repetitionis. §.xxx. numero primo, fol.79. & nouiſsimè Anton. Gomez. eo loco, cuius & anteà meminimus: & iterum Iacobus à Villalpan. in interpretatione dictæ l.xxij. §. xxxvij. numero 4.fol.79. atque ideò in accuſationis materia ſtandum eſt diſpoſitioni iuris ciuilis, gloſ.in §. hactenus. Inſtitution. de gradibus. & in l. Iuriſconſultus. §. primo. ff. de gradib.gloſ.& doctores in cap. finali, de conſanguinitate & affinit. Iaſ.in l.ſi à me. C. de ſucceſſorio edicto. Iacobus Villalpando numero 9.eo in loco, cuius & anteà mentionem fecimus.

35 Rurſus † circa illius l. part.xv. perſpicuum intellectum, & illud obuium eſt, quòd ſi in eodem gradu ſint plures conſanguinei, de his quidem qui poſſunt accuſare proſequendo ſuam vel ſuorum iniuriam, omnes quidem hi debent conſentire ineundo pacem, & concordiam ſuper defuncti necem, nec quidem vnus alteri præferturi ſiquidem ratio eadem, & coniunctio viget in omnibus: Caſus eſt, qui id expreſsim definit in l.tertia. §.ſi & plures. ff.de ſepulchro violato.& inibi gloſ. cum qua miris laudibus tranſeunt doctores, Bart.Alber.& Angel. in l. ſi plures. ff. de accuſat. Et ex nouioribus noſtrę Hiſpaniæ hominibus idem exiſtimauère Iacobus Dillalpan.ac Anton.Gomez. his in locis, quibus & anteà meminimus, & mox plura. Tametſi huic ſententiæ obſtare videatur Iaſ. doctrina in l.non ſolùm. in principio. ff. de operis noui nunciat. vbi, ſi ſtatutum mentionem faciat de conſanguineis vel coniunctis, intelligitur etiam de remotis. Bartolus, Baldus in l.tranſactionem.C.de tranſactionibus. Angelus conſilio clx. Domina Catarina. columna penultima,verſiculo, item eſt attendendum. is idem conſilio clxx.item ſtatuimus. Qui omnes in ea ſunt ſententia, ſi ſtatuto cautum ſit in contractibus mulierum mino-

rumue

rumue, interuenire debere duos conſanguineos, ſatis eſſe videtur, vt conſanguinei etiam remoti adhibeantur. Iacobus Butrigarius, Salic. in l. vltima. C. de teſtamento militis. & in l. prima. C. vnde vir & vxor.& ex d.l. non ſolùm. idem exiſtimat Alberic, inibi, vbi loquitur de vicinorum ſtatutis, vicinos etiam intelligi remotos, ſi modò vocem exclamantis audire poſsint. l.prima. §. eodem autem tecto. ff.ad Syllanianum. Quo in loco Baldus idem aſſeuerat, Ancharanus in cap. primo. decimaquarta quæſt. princip. extrà de conſtitut. Bart.in l.ſi tertius. in principio. ff. de aqua pluuiali arcenda.

Statutū vicinorū quādo vicinos remotos cōprehēdat.

Ipſe tamen à priori ſententia nec latum quidem vnguem diſcedendum eſſe exiſtimo, nec aliquo iuris apice pro contraria adducta parte deſeruire videntur, quominus prior ſententia locum ſibi vendicet. Siquidem intelligenda eſt contraria ſententia, mentionem faciens de conſanguineis, etiam de remotis, ſi conſuetudine id receptum eſſet: iure tamen communi longè quidem contrarium eſſe exiſtimat, idem Iaſon in l.vltima.C.de verborum ſignificat. Alexander in præcitata l.vltima. ad finem. C.de teſtament. militis. vel ni, & ſtatutum adſiciat proximis, & proximioribus, ſemper præferantur. Siquidem & hos potiſsimùm negotium tangit ex charitatis ordine,& coniunctionis, Iacobus, Salic, & plerique alij in præcitata l.prima. C.vnde vir & vxor. Salicetus in l.finali.C.de teſtamen. milit. itidem in l.viduæ.C. de nupt.Paul.Caſtrenſ.in l.ſi cùm dotem.§.ſi patri. ff.ſoluto matrimonio. Iaſ.in dicta l.non ſolùm. numero 3. Antonius Gomez.numero 61. loco paulò antè citato.

Hinc deduci videtur, quòd Baldus adnotat in tractatu Protomiſeos. columna tertia. verſiculo, ſunt duo vicini. 5
quòd † ſi extet ſtatutum, vt vicinus rei venditæ in venditione præferatur: ſi duo ſunt vicini, ſed vnus altero propinquior, is quidem præferendus eſt, excluſo remotiori, ex l.triumuiri. ad finem. ff.de re milit. l.adeò.§. inſulam. ff.de acquir.rerum domin.tex.eſt in §.inſulam. Inſtitut.de rerum diuiſione. Et Martinus Laudenſ. in reuocatione feudi alienati. idem exiſtimat, is, inquam, in cap.primo. §. hoc quoque notandum. columna quarta, verſiculo, quæro an omnes.in titulo, de ſucceſsione feudi. Quo in loco Aluar.Card. Alexan. columna quarta, huic ſententiæ ſe ſubſcripſere & 16

paſsim doctores ſumentes rationem ex tex. inibi, in l.cùm ita,§,in fideicommiſſo,ff.de legatis ſecundo.

Hinc etiam quaſi ex eodem ſtipite ad intellectum perſpi-
17 cuúmque examen l.regiæ,deduci videtur his† omnibus,qui ſunt in proximiori gradu, ius accuſandi competere, ac pacem ob necem defuncti ineundi,& præferẽdos eſſe aliis exiſtentibus in remotiori gradu,ſicuti probat text.in d.l.ſi plures.& in l. ij.§.ſi ſimul. ff. de adult. & in ea ſpecie ita ſcribit Alberic.poſt Gulielm.à Cun.in l.penult.§.fin.ff.nautæ,caup. ſtab. vbi definiunt, ſtante lege, ſtatutóve, ſicuti in ſpecie l. regiæ concordia in proximiori in gradu vires obtinet, & non in remotiori. Bald.in l.fin.de verb.ſignific.col.ij. Et inibi Salic.& Angel. Et huius ſententiæ authores habeo Salic. Iacob. Butrigar.& pleroſque alios in l.j.C.vnde vir & vxor. Salic.Alexan.& neotericos in d.l.viduæ. C.de nupt.eundem Salic.in l.fin.C.de teſtamen.milit.Paul.Caſtrenſ. idem ſcribit in l.ſi cùm dotem.§,ſi patri.ff.ſoluto matrim.& Alexan. ſignanter in §.hoc autem tempore. eiuſdem legis. Quibus nec admodum grauatus accedit Iaſ. in l. non ſolùm.num. 3. ff.de noui oper.nuntiat.Iac.Villalpan.Ant.Gomez.his in locis,quibus & anteà meminimus. Quinetiam,ſi ille conſanguineus proximior tempore remiſsionis tametſi poſteà expellatur natiuitate alterius proximioris, valet iſthæc tranſactio,etiamſi proximior natus fuerit, non reuocatur. Bald. eo in loco,cuius & anteà meminimus.

Tertiò, non intempeſtiuè diſputatur ad regiæ l. verum reſponſum, an in ſpecie illius l.ſi remotiores conſanguinei admittantur, vt poſſent inire concordiam ac pacem cum criminis reo, antè quàm proximior in gradu veniat: & exi-
18 ſtimo † poſteriores non admitti in gradu, in ſpecie illius l. ſcilicet, dum locus eſt his, qui prioris quidem gradus ſunt, ex l. ſi filius, qui. §,cùm filius. ff.de bonis libertorum,inibi, dum ſcribit Conſultus, & ſine dubio, qui ſequentis gradus ſunt, non admittuntur interim, l. tertia.ff. de acquirenda hæreditate.l.ſi plures. ff de iure deliberan. Vbi tempus aſſignandum eſt his, qui in priori ſunt gradu. l. prima, §. ſi intra centeſimum,inibi, ſi mortuus ſit prior, ſtatim ſequens admitti debet. ff.de ſucceſſorio edicto, Et argumento optimo deſeruit textus,in cap. ne pro defectu, extrà de electione, & ni proximiores in gradu requirantur (vt ita dixerim) alij

poſter

poſteriores admittendi non ſunt: quia vbi non eſt petitio, ibi mora non eſt. l.lecta. §.penult. ff. ſi certum petatur. non valenti agere, nec currit præſcriptio. l.prima. ad finem.C. de annali except.cap.quia diuerſitatem.de conceſsione præbendæ. Nec huic intellectui obſtare videtur iuris adagium, quod habet, Paria eſſe ſcire, vel ſcire teneri. l. quo te. & inibi gloſ. ff. ſi certum petatur. quo in loco Bartolus, Baldus, Albericus, Salicetus, Angelus, & interpretum maior pars inibi, & in l.ſi duo. ff.de acquirenda hæreditate exiſtimat. Quo in loco idem ſcribunt Albericus & Angel. gloſſa in l. mora. in verbo, difficilis. poſt principium. Et inibi Salic. columna tertia. ff.de vſur. Cui ſimilis in l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. in verbo, non ignoret. ff. de minoribus.& in l.qui cum alio.in gloſ.magna, ad finem.ff.de reg.iur. Baldus in l. qui contra. C.de inceſt. nupt. Itidem conſilio ccxl. præſuppoſito ſtatuto. volumine ſecundo, is idem conſilio cccxlv. pro domino Dignaldo. columna ſecunda.volum.ij. Alexan. conſilio xxxiiij. columna ſeptima, volum. vij. Petr.Iacob.in practica ſua.tit.de actione ex empt. col.vlt. Quibus admodum adſtipulatur text.in cap.primo.§.ſi vaſallus. inibi, emptori ignoranti. tit. ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & vaſal.l.ſi quis domum.§.vlt. ff.locati. l.regula.§. ſed iuris.ff.de iuris & facti ignor.vbi definitum extat, Paria eſſe ſcire, vel facilè ſcire poſſe, gloſ. in l.prima. verbo, neſcienti.C.de ædilit. edicto. l.ſi Titius.in princ. ff.de fideiuſſ. & l.Iulianus.inibi, qui ſciret, aut ſcire potuiſſet. ff. ad ſenatuſconſultum Macedonianum, gloſ. vltima in l.quiſquis.C. de reſcindenda venditione.l.qui fundum. §. ſeruus. & inibi Albericus, & Dinus.ff. pro emptore. l.idem.§.primo, inibi, intellexit, vel intelligere debet. ff.ad legem Aquiliam.l.prima. C. de pericul. tutor. l. prohibere. §. vltimo. ff. quod vi aut clàm. Quibus ſatis iam ſatis definitum extat paria eſſe, ſcire, vel facilè ſcire poſſe: vnde & illud ſequitur, hunc proximiorem hæredem conſtitutum eſſe in mora, cùm & necem defuncti vindicandam eſſe ſcire tenebatur. Ipſe tamen in ſpecie regiæ l. contrarium eſſe exiſtimo. Potiſſimùm cùm & ordine ſucceſsiuo proximiores vocentur ad necem defuncti vindicandam, vel vt poſsint inire pacem ac concordiam cum criminis authore, nec vtique lædit feſtinatio remotioris in gradu ius ineundi pacem

proximioribus, ex l.cùm ſolus.ff.de acquirenda hæreditate. Ex qua definitur cùm pluribus deferrur inſolidum, vel in partes, is qui in primo gradu eſt, ſemper admittitur intra tempora legis definita: tametſi peruentum ſit ab vlterioribus hæredibus, & ab his qui ſunt in remotiori gradu.l.maritus.§.vltimo.ff.de adulteris. Et Oldrad. conſilio clxxviij. ex cap.j.ad finem.tit.de natura ſucceſsio. feudi.definiens, vbi omnes lineæ æqualiter vocantur, proximus quiſque loco primo cenſetur eſſe vocatus.

19 Ex quo † regiæ l.reſponſum intelligendum fore opinor, proximioribus hoc ius deferendum eſſe: ita quidem, vt ſi conſanguinei vlterioris gradus expenſas facerent in lite ſuper necem defuncti, præueniendo in accuſatione, vel tranſactione, vel ineundo pacem cum criminis authore, proximiorem in gradu eos excludere, nec teneri has impenſas reſarcire, cùm & cogitare debuerant poſterioris gradus conſanguineis id euenire poſſe, & proximioribus hoc ius competere, vti argumento optimo deſeruit textus in l.ſi domum. §.idem quærit. ff.locati.l. quibus diebus.§.primo.ff. de conditionibus & demonſtrationibus. Siquidem & ea, quæ euenire poterant, attendenda erant.l.bona fide. §.cùm inter.ff. de damno infecto. Et inibi Baldus, Bartolus in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verborum obligationibus. Florentinus inter conſilia Petri Ancharani conſilio clxxj.quod dicta domina. Atque ideo in ſpecie legis regiæ à proximiori in gradu has expenſas ſoluendas non fore, potiſsimum ni & certior factus fuerit proximior in gradu, cùm & actori inſtantia non currat, ſi reus ſubterfugeret cauſam, gloſſa magna in capitulo venerabilis.de iudic. Cuius meminit miris laudibus inibi Marianus Socinus.columna prima.& eſt tex. in l.intra vtile.& inibi Baldus notabile quarto. ff.de mino. & in l.contra.C.de inofficioſo teſtament. Alexander conſilio xlij.in cauſa & lite.columna tertia. volumine tertio.Itidem conſilio lxxj.volumine quinto. Decius in capitulo ex ratione.columna octaua.de appellationibus. Doctores in authēt. & qui.C.de temporibus appellation.& Socinus in xxiij.articulo principali: in præcitato capitulo venerabilis. Doctores omnes in capitulo ex ratione. extrà de appellationibus. Romanus in l.ſecunda.ff.de re iudicata. textus eſt ad id omnium inſignis in l.ſi cùm ipſe. ff.de accuſation.tutor. Paul.

Caſtr

Caſtrenſis conſilio cxxxv. in cauſa deſertionis. columna penultima. volumine ſecundo. Rota deciſione noua cij. itidem deciſione cccclxviij. in antiquis. Albericus poſt Gulielmum à Cuneo in l. vltima, ad finem. C. in quibus cauſ. in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria.

Quartò, ad apertiorem huius quæſtionis nodum, vt noua veteres obſcurent acta triumphos, & ad legis regiæ examen illud pertinet adnotare: quòd † ſi conſtet alium proximiorem aliàs natum fuiſſe, qui nondum excederet centum annos, ſi vitam ageret, quæ longiſsima eſt omnium vita. l. vlt. C. de ſacroſ. eccl. l. an vſusfructus. ff. de vſufructu. dubium eſt, qui tanquam proximior in gradu venerit, teneatúrne is illum, qui re vera, ſi viueret, erat proximior, à vita diſceſsiſſe probare? Quam quæſtionẽ examinat Raph. Cum. pleniori commentario conſilio xliij. qui in ea ſpecie expreſſim adnotat: qui ſe proximiorem dicit, onus probādi alium mortuum eſſe incumbere. 20

Quintò, æquum eſt, ſi æqui interpretis officio fungi velimus, in ſpecie legis regiæ, ſi quis dicat ſe tanquam conſanguineum proximiorem debere ſuccedere defuncto, ac eius necem vindicare, vel pacem inire, ſufficiátne ſe ſimpliciter eſſe conſanguineum mortui probare, an vero opus ſit, vt reprobet nullum alium eo eſſe proximiorem? & exiſtimo, ſi †controuerſia ſit inter duos conſanguineos mota, is quidem qui agit aduerſus alterum, aſtrictus eſt probare ſe eſſe proximiorem, cùm & id ſit intentionis ſuæ potiſsimum fundamentum. l. hoc iure. & inibi Bartolus & plerique alij. ff. de verborum obligationibus. Bartolus & paſsim Doctores in l. in illa ſtipulatione, ſi calendis. eodem titulo. Ioannes Andreas in capitulo ſuper his. de accuſationibus. & in ea ſpecie ita reſpondit Decius conſilio cccxxj. in cauſa quæ Alexandri agitatur. columna ſecunda. & conuiſtiri poſſet, quòd licet aliàs paupertas potius præſumatur, quàm diuitiæ: cùm illa naturalis ſit, hæc aduentitia, ſicuti conſtitutiſsimum eſt nudos nos naſci, ac rerum omnium inopes, ſicuti ſcribit Plinius libro nono, capite trigeſimoquinto. nos rerum natura nudos excipit. capitulo ſicuti hi. xlvij. diſtin. nihiloſecius illa eſt, omnium recepti ſsima ſententia ex gloſſa in l. ſi verò. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſdare cogantur. definiens, ſi paupertas ſit cauſa intentionis agentis, teneri eam agens pro- 21

bare. Quam miris laudibus exaltant doct.inibi, inter quos Bart. Alberic.& Iaſ.Paul.Caſtrenſ. Socin. Alberic.in l.ſi creditores.ff.de priuileg.credit.itidem in l.ei incumbit.nu.8.ff. de probat.& eam exiſtimat meliorem iuris eſſe Bal.in l.non prius.in principio.C.quand.fiſc.vel priuat.definientes ex ea, cùm negatiua eſt cauſa intentionis, ea probanda eſt. Cui ſimilis gl.eſt in verbo, quæro.in c. in præſentia.& inibi Bald. extrà de probation.& in cap.vltimo.extrà de præſump. Florianus in l.ei incumbit.col.ij.ff.de probat. Bal. conſ.ccccciij. non eſt nouum.col.ij.vol.j.Philip. Frâc.in cap. ſemel malus. ad medium.de reg.iuris.libro ſexto.Matth.Afflict.deciſione Neapolit.ccclxxvij. princeps conceſsit. col.vltima. ſcribens illam gloſſ.eſſe ſingularem: quam & eſſe communi conſenſu receptam ſententiam exiſtimo, quando probat in l.pen. §.docere.& inibi Bar.& Bald.ff.ne quis eum qui. cap.primo. & inibi Dominic.notabile ſecundo.de confeſsis.libro ſexto. Alexand.in l.hoc iure.quam legit cum l.in illa.col. ſecunda. de verb.oblig. Guido Papa ſingulari xviij. itidem ſingulari clxxxix. Et rurſus 703.verſiculo negatiua.Iaſ.conſ.xxxiiij.volumine j. Catel. Cotta in memorabilibus iuris, in memorab.incipiẽ.maritus priuatur. Matth. Afflict.deciſ.ccclxxvij. Cæpola conſilio cauſarum ciuilium. xliiij.colum. vltima. & denique generale eſt in omnibus, vtpotè,qui ſe fundat in re quapiam,eam tenetur probare, ex gloſſ. in l. eum actum.ff. de negot.geſt. Et ex nouioribus pleniori cornu, in peculiari tractatu.de negatiua, tradit Ioannes Igneus in l.neceſſarios. §.non alias. numero 55.ff.ad ſenatuſconſultum Syllañ. quo fit in ſpecie,qua agimus,ſi conſanguineus ageret ad defuncti mortem vindicandam,tenetur proximiorem ſe eſſe probare. Angelus Aretinus in §.actionum.columna penult.verſic. ſi ab inteſtato. Inſtit.de actionib. exiſtimat nequaquam ſufficere probare ſe eſſe conſanguineum,niſi & probet eſſe proximiorem. Et huius ſententiæ authores habeo Franciſcum Aretinum in l.ſed ſi de ſua.col.quarta. de acquirenda hæred. Alexander conſilio cxxiiij.columna prima.volum. ſeptimo. Raphaël Fulgoſ.conſilio clxxxiiij.atque ideo, qui probat ſe eſſe conſanguineum, minimè ſufficere ſimpliciter conſanguineum probare,ni & conſanguinitatis gradum probet,ex Decio conſilio cccxxj.columna prima.verſiculo vltimo.Alc. in præſump.tract.reg.prima, præſump.xxviij.nu.9.

Hinc

Hinc deduci videtur, eum † eſſe præferendum in ſpecie l. regiæ, qui probauit ſe eſſe conſanguineum certo gradu, illi, qui ſe ſimpliciter conſanguineum eſſe probat. Et vltra proximè adducta, & illud fortiſsimum huic rei argumentum præſtat, ſi quæſtio agatur de prioritate temporis, aut poſterioritate. Is quidem qui de certo tempore probat, tametſi alter nō probat de prioritate, præfertur ei, qui de incerto tempore probat: vt rem exemplo ſubiiciam, ſi alter de die probet, alter verò de hora eiuſdem diei, hic prior præſumitur, ex Cino, Baldus in l. de rebus. C. de donationibus ante nuptias. Baldus in l. creditor. in lectura antiqua. ff. qui potiores in pignore habeantur. Thomas Parpalia in l. prima. columna ſecunda. & inibi Socinus, & Iaſon, vtrique col. etiam ſecunda. & Ripa. iij. ff. ſoluto matrimonio. Socinus conſilio lxvij. eadem die. libro tertio. Ioannes à Platea in l. prima. C. de iure fiſci. libro decimo. in principio. Salicetus in l. ſi debitor. verſiculo quæro. C. de priuileg. fiſci. & ex iunioribus hāc ſententiam ſequuti fuēre Decius conſilio clxix. diſpenſatio facta. columna vltima. Franciſcus à Ripa in l. ſi debitor. ſi de pign. columna tertia. numero octauo. Hippolytus ſingulari cccxix. hora in inſtrumentis. Felinus in capitulo paſtoralis. columna tertia. verſiculo ratione vnius horæ, & inibi Decius expreſsim adnotat columna ſecūda. extrà de reſcriptis. Itidem in l. in ambiguis. columna ſecunda. ff. de regulis iuris. Alciatus in præſumptionib. tract. regula tertia. præſumption. xliij. ad finem. Catelianus. Cotta in memorabilibus iuris, in memorab. cuius ſubſcriptio eſt, hora quandoque. Rebuffus ſignanter id explicat in tract. de pacificis poſſeſſoribus. numero 299. Matthæus Pac. in tract. quem publicum fecit, de mandatis apoſtolicis. vj. par. nu. I. 22

His omnibus & illud ſubijciam. Primo loco hos citandos eſſe, qui ad accuſandum admitti debēt, anteà quàm alius ad criminis accuſationem admittatur, Baldus & Alexander in lege quamuis. C. de adulteris. Boërius deciſione cxx. numero octauo. quo in loco de curiarum ſtylo quilibet proximior admittitur, vſquequo alius propinquior appareat, aſſeuerat.

Plerunque in controuerſiam incidit quæſtio in homicidiorum materia, præſertim in his regnis, an † & hæres teneatur defuncti mortem vindicare? In quo dubio hæredes 23

teneri conſtitutiſsimum eſt, aliàs ea priuatur, & regio fiſco applicatur, ſicuti diffinitum eſt in l.hæredem.ff.de his, quibus vt indignis.l.j.C.eod.tit.l. cùm mortis. & l.prima. ff.de iure fiſci.l.prima.C.de precibus Imperato. offeren.l. portiones.ff.de his quibus vt indignis. Quibus in locis paſsim id à doctoribus definitur, regia l.in his regnis inſignis. xiij.titulo ſeptimo.parte ſexta.

Quibus ſane conſtat, hæredes teneri, ad defunctorum vindictam, aliàs illorum hæreditate priuantur, & fiſco applicanda eſt. Quamobrem, vt diſputationem iſtam ab ipſis principiis inquiramus, intelligendam fore opinor hunc hæredem mortem defuncti non vindicantem, non ſolùm teneri bona reſtituere, quinetiam & fructus medio tempore perceptos, vt in ea de qua agimus, ſpecie definit textus in dicta l. hæredem. & inibi interpretum maior pars, & in præcitata l.j.C.eodem titulo.

Cæterùm & illud obuium erit, hæredes ſcriptos teneri ad necem defuncti vindicandam ratione ſucceſsionis, tametſi conſanguinei non ſint, ex l.prima. & l.minoribus.& in l.quoniam ſororem. C. de his quibus vt indignis. l. prima. C.de precibus Imperatori offerendis. Alexander ad Bartolum in l.ſecunda.ff.de accuſationibus. l.prima. §. omnium. & in §.ſi fortè.ff.de iniuriis. Aretinus in capitulo in præſentia.de probationibus.Iaſon in l.quarta.§.Cato.de verborum oblig.col.lix.regia l.xiij.titulo ſeptimo.parte ſexta.l.xj.tit. *De las penas*, libro octauo.in ordin.regalibus.

Illud verò prætermittendum non eſt: prius tamen quàm ab hoc egrediamur capite, non erit alienum, ſed iuri conſonum, communem ſententiam intelligere, quando & hæres eſſet iuris ſui, poſſetque hæreditatem acquirere: longè quidem aliter, ſi eſſet ſub poteſtate conſtitutus, vt ſcribit textus in l.qui in aliena.& in l.placet. ff.de acquirenda hæreditate. Ipſe tamen ab ea ſententia diſcedo, quippe qui exiſtimem in perſona filiifamiliàs, hæredis ſcripti, vel ſerui, non tamen patris, vel domini mors defuncti vindicanda eſt.l. qui hæred. in principio l. Meuius. ff. de conditionibus & demonſtrationibus.

Illud tamen non intempeſtiuè diſputatur, ex prima hu-
24 ius capitis radice, infra quod tempus † iſthæc accuſatio proponenda ſit, tametſi Cæſarum ſanctionibus non ſit præfinitum

tum tempus infra quod accuſatoris querela proponenda ſit: nihilominus quàm primùm poterit, accuſatio proponi debet, ex gloſſa Accurſiana in d.l.j.C.de his quibus vt indignis. Quam miris laudibus Bart.Paul.Bal.Salic. Alex. & Iaſ.cum glo. deciſione tranſeunt, in his tamen regnis, infra quinquennium à morte defuncti computandum accuſatio proponi debet.l.j. tit.iij. lib.v. ordinationum regiarum.l. xiij. tit.vij.parte vj.

Ab hac tamen ſententia ſeparatim expendere libet aliquot caſus, qui ab ipſa excipiuntur regula, inter quos & ille ſubiicitur caſus: Filius occiſoris immunis eſt, vt ſi & ab ipſo interfecto hæres fuiſſet inſtitutus, cùm & is minimè teneatur patrem accuſare ſuum, ſicuti in ea ſpecie ſcribit Pilus in quæſtionibus ſuis, quæſt.ij.cuius meminit Albericus in rub. C.de his quibus vt indignis. Ioannes Andr. ad Specul. rubr. de ſucceſsionibus ab inteſt. colum.j. verſic. ſed incidit quæſtio. quorum meminit idem profeſſus Iaſ. in d. l. j. C. de his quibus vt indignis.num.4.

Secundus ſubiicitur caſus, qui non infrequenter diſcuti ſolet, & ſatis compertum eſt ab hac accuſationis pœna minorem vigintiquinque annorum immunem forè: ſiquidem & culpa eius in omittendo conſiſtit, ex l.minoribus. & inibi glo.& interpretum maior pars.C.de his quibus vt indignis. quinetiam ſi dum in minore ætate eſſet conſtitutus hæreditatem adiret, & maior factus adhuc immunis erit, nec in pœnam incidere conſtat, potiſsimum cùm ius accuſandi in eius perſona fuit extinctum, glo.penul.notatu digna in præcitata l.minoribus.

Præter hos & alius ſubiicitur caſus, qui ancipiti controuerſia diſputari ſolet hoc in tractatu: Hæres ſcriptus, qui poſt accuſationem ſuccubuit ex probationis defectu, ab hac pœna immunis erit, adeò quòd nec appellare tenetur, ex Bart. per tex.inibi.in l.propter veneni quæſtionem.§.fin.ff. ad Syllan. itidem Bar.in præcitata l.minoribus. Quibus in locis & plerique alij huic ſententiæ acceſsêre.

Quartus caſus eſt ſubſequenter ad ampliorem declarationẽ: Si & hæres ſcriptus neſciat quis ſit criminis author ipſius defuncti: vel ſi certior factus eſt, deſunt tamen teſtes, & probationes, & is excuſandus eſt, ex Cæſarum conſtitutione in l.ſi ideo. C. de his quibus vt indignis. Et Doctores præcitati in ea

in ea ſpecie pleraque alia congeſsêre, quæ tranſcribere non animus eſt, potiſsimum cùm & aliàs negotium nobis erit.

Ad apertiorem legis regiæ declarationẽ, ſi omnia ad amuſ-
25 ſim declarentur, & illud extricandum eſt, an † & hæredes occiſi poſsint ab accuſatione deſiſtere, & pacẽ inire, ac cõcordiã cum criminis reo? & optimo quidẽ iure poſſe, tametſi in roſtro huius quæſtionis iura legalia obſtare videantur, cùm & mortem defuncti vindicare teneantur, aliàs hæreditate priuandi ſunt: quæ intelligenda ſunt, quando non eſt permiſſa concordia, vel tranſactio per legem. At hodie extat regia lex partitæ xxij. tit. j. par. vij. quæ expreſsim id definit, qua ſtante hæredes priuandi non ſunt hæreditate ineundo pacem, ac concordiam cum criminis reis.

Illud tamen nõ minimam facit dubitationem, infra quod
29 tempus † iſthæc tranſactio debeat fieri inter ipſas partes, vtpote ſuum ſortiatur effectum? & exiſtimo debere fieri ante ipſius ſententiæ definitiuæ prolationem, ſicuti partitæ lex præcitatæ definit, inibi, *tenemos por bien que ſi la auenencia fuere fecha ante que la ſentencia ſea dada, ſobre tal yerro, &c.* Tametſi remiſsio & liberatio certi & liquidi poſt ſententiæ definitiuæ prolationem valeat. l. j. ff. de tranſact. & inibi glo. & paſsim doct. nihilominus conſtitutio regia noluit, quòd poſt ſententiam definitiuam valeret talis remiſsio pœnæ, in cauſis criminalibus: & maximum robur affert, cùm & tranſactio fieri debeat ſuper re dubia, & incerta. Vnde & illud ſequitur, poſt ſententiam definitiuam latam nequaquam valere, perinde ac ſuper re liquida, & certa. l. ij. C. de tranſact. l. ſi cauſa cognita. eodem tit. l. eleganter. verſic. ſi poſt rem iudicatam. ff. de condict. indeb. vnde ipſe exiſtimo hanc tranſactionem poſt ſententiam definitiuam, cùm ſit præiudicialis reipublicæ, nequaquam valere, cui reipublicæ competit ius vindictæ.

Hinc etiam deducitur poſt concluſionem cauſæ hanc tranſactionem ante ſententiam definitiuam minimè valere: cùm & hi caſus æquo libramine æquóque pede à iure æquiparentur. l. ſi rem. §. finali. ff. de euict. Bartolus in l. ſi mater. §. eadem. ff. de except. rei iudic. ad finem. Caſtren. in l. ſi rem alienam. in j. §. finali. ff. de pignor. actio. & his maximo apice deſeruire videntur, quæ & nos tradidimus ſuprà c. xj. num. 9.

Quibus & illud adiiciam tam his, qui foro, quàm ſcholis
27 operam dant, maximè neceſſarium: ſi † ſententia lata fuerit defin

definitiua contra criminis reum, an & pendente appellatione pax & concordia iniri poſsit, vt ſententia lata nullius ſit momenti? & prima fronte Regia conſtitutio videtur, inibi, *ante que la ſentencia ſea dada*, vt locus ſit illi, ſententia ferenda eſt: itaque tranſactio interim fieri poteſt, & criminis reus ad pœnam corporis afflictiuam condemnari non poteſt: cùm & verba prædictæ conſtitutionis patritæ expreſsim repugnent, eò maximè, quia à verbis legis, nec latum quidem vnguem, eſt diſcedendum. l. liberorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de legatis tertio. l. Labeo. ff. de ſupellect. legata.

Nam quorſum ſunt nomina ſeu verba, niſi, vt demonſtrent voluntatem dicentis. cap. is autem. vigeſimaſecunda quæſtione ſecunda. Ariſtoteles idem exiſtimat, ſicuti Andronicus Rhodius de loquutione aſſeuerat, quem citat Baldus in l. j. §. hi autem. columna vltima. de caducis tollendis. & in l. ſed & reprobari. in principio. ff. de excuſatione tutorum. & Tullius libro de Legibus primo, aſſeuerat Orationem eſſe mentis interpretem, & Lucretius lib. 6. ait,

Atque animi interpres manabat lingua cruore.

Et Tullius libro 2. de Inuentione, Verba itaque legis inſpicienda ſunt, ſicuti & nos ſemel adnotauimus ſuprà cap. ij. numero vigeſimo. nec vltra legis verba, eſt ipſius diſpoſitio tradenda. l. quod conſtitutum. inibi, quantum ad verba eius. ff. de teſtamentis. l. ſi ſeruus. §. non dixit prætor. ff. de acquirenda hæreditate. Baldus conſi. ccxxviij. libro iij. & conſilio xcix. columna j. libro iiij. quod lex, inquit, non dicit, nec nos dicere debemus. cuius textus miris laudibus meminit Barbatias in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. columna penultima. ff. de verborum obligationibus. Baldus in cap. inter corporalia, ad medium. de tranſlatione epiſcopi vel elect. & in conſilio ccccxlvij. ad euidentiam. columna iij. volumine quinto. & in cap. ſignificante. columna ſecunda, de appellationibus. itidem in l. ita nobis. ad finem, de adulteriis. & in l. cum ancillis. columna ſecunda. C. de inceſtis nupt. Corneus conſilio cclxxxvij. in hac conſultatione. columna ij. libro primo. Barbatias conſi. lxxxj. præclarè, & luculenter. columna ij. volum. iiij. tenacitérque verbis ſtatutorum, & legum inhærendum eſt, nec licet illis addere, aut detrahere, ſicuti Bal. profitetur in l. maximum. colum. penult. C. de liberis præter. & in conſi. xciiij. viſo ſtatuto, ad finem. Socinus conſilio cviij.

in hac conſultatione.colum.iiij.volum.j.Corneus conſil.xc. ſcrupuloſa videtur. colum. penult. volumine iij. Petrus Anchar.conſi.lxix.cuius initium eſt, Contra donationem. col. ij.Decius conſi.cccxxxiij.columna ij.quinetiam in re dubia, verbis edicti deſeruiendum eſt.l.j.§.is qui nauem.ff.de exercitoria actione.Baldus in cap.vltimo.colum.j.extrà de eo qui mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ. & rurſus in conſilio ccccxxxiij.columna j. volumine v. & id quidem intelligendum fore non ſolum in interpretatione legum, & ſtatutorum,quinetiam ſemper verba conſideranda ſunt,nec ab illis recedere licet,cùm clara ſunt.l.ille aut ille.§. cùm in verbis.& in l.non aliter.in principio, de legatis tertio. cùm in verbis (inquit Iuriſconſultus) nulla eſt ambiguitas, non debet admitti quæſtio voluntatis. cap. vltimo. de verborum ſignificatio.cap. ſi quis presbyter. de conſecratione. diſtinct. vltima.cap. quomodo. xxxj. diſtinctione. atque ideo ſermonem ſtipulationis inſpiciendum eſſe probat textus in l. ſi quis ſtipulatus.in principio.ff.de verborum obligatio.l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus. ad finem, eodem tit. vbi ſcribit, Plerunque enim in ſtipulationibus verba, ex quibus oritur obligatio,inſpicienda ſunt.l. ſtipulatus eſt.inibi, ſecundum ea verba ſtipulationis.ff.de fideiuſſoribus.l.ſancimus.ibi,niſi pacti tenor ad hoc reclamauerit.C.eodem titulo.l.vltima.C. commun.vtriuſque iudi.l.ſi operas.ad finem,ibi, pacti tenor ſeruauit. C. de ſolutio. l. ad probationem. ibi, quem tenor ſcripturæ deſignat.C.de probationibus.cuius meminit Baldus in l.ex hoc iure.colum.ij.in fine vj.quæſtione.ff.de iuſtitia & iure.Itidem in l.quoties.columna j.C. de ſuis & legitimis hæredibus.Baldus conſi.cclxvj.columna ij.lib.iij. Socinus conſi.lxxiiij.columna tertia.volum. ij. & conſi. lxxxviij. conſiderata.in principio. volumine j. Marianus conſi. xviij. Raphaël Cumanus conſilio clxiiij. prælatus. columna vltima.Signorolus de Homodeis conſi.lxj.quæſtio talis eſt.col. iij.Paulus Caſtren.conſi.clxiij.columna j.volumine j.Bartolus in l.Iulianus.columna iiij.verſic.prædicta vera.ff.de condictione indeb.Curtius Senior conſilio xlix. memoriæ recolendæ.colum. ix. quibus admodum in priuilegiis loquens maximo apice deſeruire videtur tex.in cap.porrò. de priuil. & inibi glo.Bal.in l.j.§.ſi is,qui.in lectura antiqua.ad finem. ff.de exercit.actione.cap.recepimus.de priuileg.cap.conſiderabi

rabi

rabimus.extrà de elect.cap.vltimo.ibi,tenor indulgentiæ de tranſlat.epiſc.vel elec.cum pleriſque aliis, quæ congerit Petrus Ancharanus conſilio clxxj.Caſtren. conſil. xxxiij.libro ſecundo. Cæpola conſilio ciuili. lxvj. Titius procreauit. columna ſecunda.& ante hos gloſ.in cap.vt àpoſtolicæ. de priuileg.libro vj. & in clementina prima.in verbo,excolendas. ad finem.de decimis.quibus ſanè ſatis iam ſatis conſtat à verbis legis non eſſe diſcedendum.

Ipſe tamen veriſsimum exiſtimo, in ſpecie legis regiæ, tametſi lata fuerit ſententia, ſi ab ea appellatum fuerit, adhuc,dum ſub iudice appellationis lis eſt,poteſt iniri pax, & concordia cum criminis reo ex textu in l. prima.§. finali. ff. ad Turpilianum,dum ſcribit, quia prouocationis remedio, condemnationis extinguitur pronuntiatum. & inibi Bartolus & plerique alij idem exiſtimant: & maximum robur affert textus in l.ita demum.C.de procuratoribus.vbi appellatio extinguit iudicatum,cuius pro ſingulari meminit Baldus & plerique alij inibi, & fortiſsimum argumentum affert l. eleganter. §. quid ergo. ff. de condictione indeb. vbi definitur,quòd licet poſt ſententiam definitiuam non valeat tranſactio, nihilominus ſi ab ea ſit appellatum, valet.quibus ſanè ſatis perſuaſum habeo, quòd licet regia conſtitutio partitæ expreſsim definiat, quòd poſt ſententiæ definitiuæ prolationem non poſsit fieri tranſactio, nec concordia, in cauſis hiſce criminalibus intelligenda eſt, quando ab ea non eſt appellatum ſin minus, valet, & tenet iſthæc tranſactio.

Et in ea ſpecie ex nouioribus noſtris Hiſpaniæ hominibus idem exiſtimat Antonius Gomezius capitulo tertio, in libro Delictorum.numero ſexageſimo nono.quo in loco firmat in Pinciano prætorio ſententia lata, ita fuiſſe pronuntiatum,& confirmatum.

SVMMARIVM.

1 *Ius accuſandi affinibus de iniuria illata affini, an & competat, diſcutitur.itidem num.3.*

2 *Vxorem, cùm ſit caput affinitatis, homicidij criminis authorem accuſare poſſe.*

4 *Filijs adoptiuis munus accuſandi necem defuncti patris non competere.itidem num.10.*

Caſa

5 *Cæſarum conſtitutionem in l. ſùm acutiſſimi C. de fideicommiſ. in filijs adoptiuis minimè locum vindicare probatur.*

6 *Datur analytica declaratio ad l. filio quem pater. ff. de liberis & poſthumis.*

7 *Stante ſtatuto maſculos fœminis præferendos eſſe, in adoptiuis maſculis non obtinet.*

8 *Perpenditur Auli Gelij locus, de filijs adoptiuis verba agens.*

9 *In dubio verba naturaliter accipienda ſunt, non tamen ciuiliter.*

11 *Filios, quos ex ſanctifico fonte leuamus, necem defuncti patris ſpiritualis vindicare non poſſe, vltrò citróque diſcutitur.*

12 *Iura, quæ coniunctum admittunt ad agendum abſque mandato intelligenda fore de ratione ſanguinis coniunctione.*

Diocletiani & Maximiani Cæſarum conſtitutio in l. de crimine. C. de his, qui accuſ. non poſſ.

CAP. XL.

Extat Cæſarum cõſtitutio in hæc verba, De crimine, quod publicorũ fuerit iudiciorum, mulieri accuſare non permittitur, niſi certis ex cauſis, id eſt, ſi ſuam ſuorúmque proſequatur iniuriam, ſecundum antiqui iuri ſtatuta tantùm, de quibus ſpecialiter ei conceſſum, & non exacta ſubſcriptione: vnde aditus præſes prouinciæ in primis examinabit, an tale ſit crimen, cuius accuſationem mulier ſubire non prohibeatur. Ne perplexo doctorum catalogo in huius legis ſpecie vtar, illud obuium eſt.

1 Affinibus † necem defuncti vindicandi ius competere de iniuria facta affini, & propter matrimonium coniuncti appellantur, ex quo affinitas cauſatur. c. non debet. de conſang. & affinit. §. affinitatis. Inſtit. de nupt. l. non facilè. §. affines. ff. de gradibus. Et quanto gradu cognationis eſt vxori, toto illo gradu erit viro iure affinitatis, ex præcitato §. affines. Baldus in l. ſecunda. C. qui accuſare non poſſunt. verſic. ſuper tertio articulo. Et affines propriè dicuntur viri & vxoris cognati, dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſeſe ſunt, per nuptias copulantur, ſicuti definitum eſt ex præcitato §. affines. Ex quo illud Ciceronis in quinto, in Verrem actione, Vectius tuus affinis, cuius ſororem habes in matrimonio. Et in Oratione pro Publio Quintio, Affinis

nitas liberis iſtius viuis diuelli nullo modo poterit. Itidem libro Officiorum primo: Sequuntur connubia affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Et Valerius Maximus libro 8. cap. 1. Si in eo crimine ſontem illum ipſe comperiſſet, diruptum ſe fuiſſe affinitatem. l. affinitatis. C. commun. de ſucceſsion. affinitatis iure nulla ſucceſsio permittitur. Et Feſtus Pompeius in l. vlt. vbi pupillus educari debeat. nonnunquam affines conſanguinitate coniunctos vocat. l. ius familiarum. C. de relig. & ſumpt. funer. & quem primum cognatum appellauit, eundem poſteà affinem vocat. l. ſi mulier. ff. de donat. inter virum & vxor. & affinitatem quoque pro conſanguinitate accipimus, vti conſtat ex cap. j. xxxv. quæſt. tertia. cap. hæc ſalubriter. xxxv. quæſt. octaua. & apud Plin. libro octauo. Epiſtola ad Rufin. in Epiſtola incipienti, Falſum eſſe. In quo denique omnibus affinitatibus pro cuiuſque officio gratia oblata eſt.

Et inibi verba agit de fratrum filiis. Et Suet. in Iulio Cæſare, cap. primo, per Mamercum Aemylium, & Aurelium Cottam propinquos & affines ſuos veniam impetrauit. Et ita accipitur in cap. primo, de ſponſalibus, libro ſexto, & in l. ſi verò. § hæc autem actio. ff. de his qui deiecerunt. adnotarunt Ioannes Andræas, Archidiac. & Dominic. in præcitato cap. primo.

Quibus peroratis, primò illud obuium eſt, quod in ea ſpecie Baldus adnotauit in præcitata l. ſecunda. C. qui accuſ. non poſſunt. in verſiculo, ſuper tertio articulo, de affinibus. explicans † vxorem homicidij criminis authorem ac 2 cuſare poſſe, cùm & ipſa ſit caput affinitatis. Bald. in l. affinitatis. C. communia de ſucceſſ. prima columna. gloſſa quæ expreſsim hoc ipſum in l. non facilè. ff. de gradib. Bartolus in l. ſecunda, in principio. ff. de accuſationibus. & eſt textus ad id omnium celebris in l. de crimine. C. qui accuſare non poſſunt. Quo in loco Bartolus etiam adnotauit. Nec mirum id alicui videri debeat, cùm & vxor viri corporis pars ſit. cap. admonere. trigeſima tertia quæſtione ſecunda, & ſocia viri diuinæ & humanæ domus. l. aduerſus. C. de crimine expilatæ hæreditatis. cum pleriſque aliis, quæ & nos coniecimus de parricidiorum pœnis tractantes ſuprà cap. xxij. numero 30. eò maximè cùm matrimonium vno eorum ſuperſtite pendere dicatur, in authentica, nec virum, quod ex

Vxor viri corporis pars eſt.

dote. §. nuptialibus. collatione octaua. & conueſtiri poſſet ex l. ſecunda. ff. de accuſationibus. l. lege Iulia, de teſtibus. ff. quibus definitum extat nurum poſſe necem defuncti ſoceri vindicare: ergo multò magis & ipſa vxor poterit de morte mariti accuſare, Alexander in l. prima, §. finali. ff. de iniuriis. Ad huius capitis reſolutionem, ea eſt omnium receptiſsima ſententia, & obſeruatior, quàm ipſe viderim, accuſandi munus vxori competere, ex tex. qui argumento optimo deſeruit in l. tertia. §. cùm verò. inibi, vel etiam vxori adire prætorem. ff. de liberali cauſa. Et inibi Benedictus de Plumbino, vbi definitum extat, vxorem poſſe vindicare maritum in libertatem, quæ eſt appoſita ſeruituti, & morti æquiparare conſtat. l. ſeruitutem. ff. de regulis iuris. Et cùm vxor coniuncta ſit perſona. l. finali. §. cùm autem in confinio. verſiculo, ſi in perſonas ita ſibi coniunctas. & inibi Baldus, Franciſcus de Aretio, Salicetus, & nouiores. C. de furtis. Odofredus in l. ſororem. ff. de his quibus vt indignis. Cinus, Ioannes Faber, Baldus, Angelus, Albericus, Iacobus de Rauenna, aſſeuerantes hanc partem eſſe veriorem in dicta l. de crimine. C. qui accuſare non poſſunt. Bald. idem exiſtimans in l. prima. columna xij. verſic. ſuper tertio. C. qui accuſare non poſſunt. Albericus idem profeſſus in l. prima. ff. de accuſation. definiens idem eſſe cenſendum in ſponſa de præſenti. l. non ſine ratione. C. de bonis, quæ liber. l. quarta. ff. de fundo dotali. etiam ſi non ſit mariti hæres, ſicuti Iacobus Rauennenſis exiſtimat in dicta l. de crimine. quem & inibi cæteri ſequuntur: ex nouioribus huic acceſſère ſententiæ Antonius Gomezius in tractatu delictorum, cap. iij. numero 59. Boërius deciſione ccxxxiij. numero 2. Iacobus Villalpandus in interpretatione l. xxij. titulo primo, parte ſeptima. §. xl. ſecundæ partis, num. 1. Ludouicus Carrerius in practica criminali, §. homicidium. num. 381. tametſi his refragari videatur l. qui accuſare. ff. de accuſation. cap. prohibeantur. ij. quæſt. j. definientes, mulieri de publico crimine accuſandi munus non competere, niſi & ipſa ſuam, ſuorúmue iniuriam proſequatur. l. de crimine. C. qui accuſare non poſſunt. canonizata in cap. de crimine. xvj. quæſt. ij. Salicetus & plerique alij in l. in quæſtionibus. ff. ad legem Iuliam maieſt. & in præcitata l. qui accuſare. Albertus de Gandino in tract. malefic. tit. qui accuſ. non poſſ. poſt princ. verſic.

Sponſa de præſenti viri corporis pars eſſe dicitur.

verſic.item reperitur mulier.Speculator tit.de accuſatore.§. primo,columna octaua,verſic.item quod eſt mulier. Maritus autem appellatione ſuorum non venit, cùm & ſui dicantur, contra quos inuiti teſtimonium dicere non coguntur,glo. in l.ſi fœminæ.C.ad Turpil.l.lege Iulia.ff.de teſtib. l. ſecunda. ff. de accuſation. Angelus in tractatu malefic. in verbo, necnon ad querelam Titij.columna xij. Cinus & Albericus in præcitata l. de crimine. eò maximè cùm & vxor non ſit conſanguinea proxima ſuæ propinquæ ipſius mariti. l.prima.& inibi Paulus Caſtrenſ. & Alexand. C.vnde vir & vxor.notant doctores in l.cùm rem alienam.vbi Corneus, Baldus, Bartolus,& Alexand. C.de legatis. Bertrand.conſil. ccxxxvj.columna vltima.volum.j.Tiraq.de retrac. *lignagier*. §.decimoquarto. gloſ.tertia, numero 16. nihilominus & omnibus affinibus hoc munus competere, qui enumerantur in l.prima,ad finem.ff.de poſtul.&in l.lege Iulia.ff.de teſtib. inter quos & ſocer, ſocrus, gener, nurus, vitricus, nouerca, priuignus, & priuigna, Baldus in l.ſecunda. C.qui accuſare non poſſunt.In horum accuſatione ob necem defuncti vindicandam tria eſſe conſideranda tempora. Aut iniuria facta affini contingit ante affinitatem: Secundò,aut tempore affinitatis iam contractæ: Tertiò, aut poſtquàm affinitas diſſoluta eſt per obitum vel diuortium illius, qui fuit cauſa affinitatis contrahendæ. Primo caſu, non competit accuſatio. potiſsimùm cùm eo tempore,quo iniuria illata fuit affini, ipſe non erat affinis. Atque ideò ceſſat ratio l.lex Cornelia. præcitata. Secundo verò caſu iſthæc accuſatio affini competit, ſi eo tempore delictum commiſſum fuerit, tametſi tempore accuſationis diſſoluta ſit affinis affinitas, durat vtique offenſa, & ius vindicandi. l. quia parentis. ff. ſoluto matrimonio.§.ſacrum.Inſtitut.de nuptiis.Alexand.in l. generaliter.in principio.ff.de in ius vocando.Paulus Caſtrenſ. conſil. lxxxj. Poſtremò,ſi delictum ſit perpetratum diſſoluta affinitate, affini non competit ius necem defuncti vindicandi, nec ius accuſandi, ex l. ſed hoc ita. ff.de re iudic.& inibi gloſ.Bald. eo in loco, cuius & anteà meminimus: & ſoluto affinitatis vinculo,ita &priuilegij beneficio.l.quod ait.ff.de diuortiis. inibi, finita eſt l.cui eorum. §.affinitatis. ff.de poſtulando. nec aliquo iuris apice deſeruire videtur text. qui non infrequenter contra hanc ſententiam adduci ſolet in l.

vnica.§.cùm autem. C.de rei vxoriæ actione. & in l. alia. ff. ſoluto matrim. Quibus iam ſatis definitum extat, ſoluto matrimonio adhuc affinitatem durare. Quibus vnico duntaxat Collirio reſpondeo.l.ſi illa.loqui quo ad reuerentiam, & ius, priuilegium, vel quo ad effectum matrimonij impediendi, Baldus in l.finali, quinto notabili.C.de verborum ſignific. Angelus in §. pœnales.Inſtitut.de action. Ioannes à Platea in §.affinitatis. Inſtitut. de nupt. non verò durat quo ad alia, ex Paulo Caſtrenſ. conſilio lxvj. & ex Alexandro in l.generaliter.ff.de in ius vocando, ſoluto matrimonio. definientes affinitatem durare quo ad ſucceſsiones, & quo ad matrimonij vinculum impediendum: longè quidem aliter quo ad alia. Hinc & alia ſuboritur quæſtio, quaſi appendix
3 præcedentis, filiis † ac parentibus in infinitum ad necem defuncti, filiorum, parentum vindicandam hoc ius competere. In quo dubio ancipiti quæſtione contendunt doctores, an & id in filiis adoptiuis arrogatiſve locum habeat? & prima fronte videtur hoc ius filiis adoptiuis arrogatis competere, ex l. tertia.§.prætor.& in l.adoptiuum. l.ſed ſi hac.§. parentes. ff. de in ius vocando. Ex quibus definitum extat, quod appellatione patris vel filij, adoptiuus etiam filius venit. Itidem, filij adoptiui conſtitutiſsimum eſt patres in ius vocare non poſſe ſine venia.l. adoptiuum. & inibi doctores. ff.de in ius vocando. gloſ.in §.ſed ea omnia.Inſtitut.de hæredit. quæ ab inteſtato deferuntur. Syluest. Aldrobrand. in §.ſed hodie, numero 3. Inſtitut.de actionibus. Gomezius in §. pœnales. numero 24. Inſtitut. de actionibus. Gulielmus Benedictus in cap. Raynutius. in verbo & vxorem nomine Adalaſiam. numero 742. de teſtament. Andræas Tiraquellus in l.ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liber. numero 21. C. de reuocanda donatione. & adoptiuos filios parentibus ſuccedere procul dubio conſtat, ex l. ſi te parens. C. de ſuis & legitimis hæredibus, l.penult.§.& ſiquidem.C.de adoption. Nec id quidem in cæteris rebus, ſed etiam in regno, vt teſtes ſunt fideliſsimi, Cornelius Tacitus, Suetonius, Aelius, Lampridius, Dionyſius, Aurelius, & plerique alij Imperatorum ſcriptores: Sic & Tiberius Auguſto, Traianus Neruæ, Antonius Pius Adriano, Nero Claudio per adoptionem in Imperio ſucceſſerunt: Cùm hæreret hoc in loco, ſubit etiam illud Iugurthæ, qui ex adoptione Micipſæ

cipſæ Numidicorum regis ſucceſsit in regno cum Atherbale, & Hiemſale, filiis naturalibus ac legitimis ipſius Micipſæ, ſicuti definitum eſt apud Saluſtium in bello Iugurthino. Nam & ipſi adoptiui regis filij dicuntur, ſicuti & ſenatoris & decurionis. l. cùm adoptiuum. C. de decurionibus, libro decimo. l. ſenatoris filium. ff. de ſanatorib. Quibus conſtat adoptiuos filiorum priuilegiis potiri, & ad alios hæreditatem tranſmittere, ſicuti & alij naturales & legitimi, gloſſa in l. ſeruus alienus. §. vltimo. gloſſa magna ad finem. ff. de hæredibus inſtituendis. Cuius meminit pro ſingulari Baldus in ſua Margarita, verbo, adoptiuus. verſiculo ſecundo. & quandoque naturales tantùm filios excludunt, Angelus in §. vltimo. ſiquidem in authentica, quibus modis naturales efficiantur ſui. Matthesilanus in tractatu, de ſucceſsionibus ab inteſtato. columna ſexta. verſiculo, item dubitatur. textus in l. ſecunda. §. liber. ff. ad ſenatuſconſultum Tertullianum. & in l. æquiſsimum. in principio, eodem titulo. definientes aſcendentes & vxorem excludere. Gulielmus Benedictus in cap. Raynutius. verbo, & vxorem nomine Adalaſiam. numero 748. extrà de teſtamen. Angelus Aretinus in §. ſed an omnia. columna ſecunda. Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſtato deferuntur. ſúntque patris ſui hæredes, ex l. arrogato. §. vltimo. ff. de adoptionibus. l. cùm in adoptiuis. ibi, ſui iuris habere iura. & ibi Baldus adnotat. C. de adoptionibus. & in l. prima. §. ſuis hæredes. ff. de ſuis & legitim. hæredibus. & in §. inteſtatorum. Inſtitut. de hæreditat. quæ ab inteſtato deferuntur. Itidem Baldus in l. eam quam. columna prima. C. de fideicommiſ. & in l. certum. in principio. ff. de iniuſto teſtamento. Iaſon conſilio cxlj. columna quarta, verſiculo, ſecundò principaliter. volumine quarto. eiſdémque legitima debetur. l. ſi arrogator. ff. de adoptionibus. §. cùm autem. Inſtitution. eodem titulo. & hi quidem impediunt bonorum publicationem, perinde ac naturales & legitimi. l. vlt. §. ex bonis. ff. de bonis damnatorum. & in fraudem alienata reuocant, ex Baldus in l. ſecunda, columna prima. verſiculo, quæro, an filius. C. ſi quid in fraudem patro. l. vltima. ff. eodem titulo. Bartolus ſignanter in l. non vſque. C. ſi quis à parente fuerit manumiſſus. Quinetiam & illud obuium eſt, hos adoptatiuos contra patris teſtamentum venire, ſi

exhæredati fuerint, ac præteriti. §.adoptiui. Inſtitut.de exhæred. liberorum.l. non putauit. §. ſi quis emancipatum.l. prima.in principio.ff.de bonorum poſſeſsione. cõtra tabul. gloſſa in l.filio quem pater.ff. de liberis & poſthum. Salicet. quæſtione xiij. Iaſon col.vltima in præcitata l. ſi arrogator. Hoſtienſ.in ſumma de teſtamen. §.qualiter infirmetur.verſiculo ij. Iaſon his accedit conſ.cxlj.colum. antepenult.vol. iiij.§.j.Inſtitut. quibus modis teſtamen. infirmen. l. filius à patre.§.j.ff.de liberis & poſthumis.& in his locum habet ſenatuſconſultum Syllanianum, ex l.prima.§.domini appellatione.ff.ad Syllanianum.& denique appellatione filiorum veniunt etiam in odioſis.l.lege Iulia.in hoc capite.ff.de ritu nuptiar. & venter in poſſeſsionem mittitur bonorum aui adoptiui.l.prima.§. ſi filius.ff.ſi venter in poſſeſsionẽ mittatur.nec filius adoptiuus decurionis ſubiici poteſt torturæ,ex l.cùm adoptiuum.præcitata,cum pleriſque aliis,quæ congerit Iacobus Villalp.in interpretatione l.xxij.titulo primo. parte ſeptima.§.xxxv.folio 8.columna iij. Nos tamen non poſſumus in hoc dubio ſententiæ doctorum accedere,quinetiam veriſsimum eſſe cenſemus in ſpecie l.regiæ xxij. filios
4 † adoptiuos ad necem defuncti patris vindicandam admittendos non fore, nec alicuius conſanguinei eiſdem patris adoptantis: nec itidem pater illius, qui adoptauit,nec conſanguinei patris ad accuſandum necem filij adoptati vindicandam admittuntur,ex l.qui adoptionem. ff. de adoption. Ex qua definitum extat, quòd licet ius agnationis ex adoptione originem ducat, nulla tamen eſt coniunctio ſanguinis inter eos,id eſt, inter patrem & filium adoptiuum: & nihilominus hæc ſanguinis coniunctio eſt,quæ ius accuſationis,vel vindictæ operetur, ſicuti & nos ſuo loco pleniori manu trademus.l.ſi ita quis.§. finali.ff. de legatis ſecũdo.l.fideicommiſſum.ff.de conditionib.& demonſtratio. Quibus definitum extat conditionem appoſitam de filiis minimè veri facere in filiis adoptiuis.l.ex ea.§.in inſulam. ff.de verborum obligation. nec appellatione filiorũ quo ad ſucceſsionem parentum adoptiui filij non veniunt, capitulo in præſentia.& ibi doctores.de probation.l. fideicommiſſum. ff.de condit.& demonſtratio. Rebuffus ad leges regias.gloſſa ſecunda.numero 27.in tractatu de ſententiis,nec adoptiui con ſequuntur priuilegia, quæ dantur aliis liberis.l.ſecunda.§.

adopt

adoptiui.ff.de vac. munerum.gloſſ.in l.ij.§.j.ff.de excuſatio. tut.§.ſed & adoptiui. Inſtitut.eodem tit.idque conſtat ex ea oratione, quam P. Scipio Cenſor habuit ad populum, ſicuti Gellius refert libro v.c.xix.vbi Scipio reprehenditur, quod contra maiorum inſtituta fieret, quòd filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrum prodeſſet, Cornelius Tacitus libro decimoquinto.

Et conueſtiri poſſet ex §.j.& ibi gloſſ.ad id præſtantiſſima in verbo,quale.in authen.de hęredibus & Falcid.collat. vij.& in §.primo.in verbo, hoc obſeruandum in omnibus. in authent. de triente & ſemiſſe. collatione iij.quæ quidem definiunt,conſtitutionem legitimam filiorum augentē minimè filium adoptiuum comprehendere. Baldus columna tertia.in d.l.ſi arrogator.& inibi Iacob.Butr.Angel.& Bart. & plerique alij idem definiêre per Bened. Capram conſilio lxxx.dubio ij.& cōſ.cxv.col.vlt.Nicol.Vualdenſ. de ſucceſ.ab inteſt.charta 3.in iij.ſpecie filiorum. tametſi ab hac ſententia prorſus diſcedat, & perperam Barbat.in d.c.Raynaldus.col. xxvj.verſ.ſed vnum pondera.& ante eum Petrus,& Cinus,& Alber.in d.l.ſi arrogator. quorum ipſi non meminêre Petrus & Cin.in l.j.C.de adop.Iaſon conſil.cxlj.ad fin. libro quarto. Fabianus Giocli.in rep.auth. nouiſsima.in vj.q.iiij.q. princ. C.de inoffic.teſtamento.

Cæterùm filij adoptiui nō ſunt ſui,neque inter ſuos computantur.§.cùm autem. & in §.at hi. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſtato deferuntur.l.adoptiuum. vbi interpretum maior pars.ff.de in ius vocando. nec filius adoptiuus in feudis non ſuccedit. capitulo primo.§.adoptiuus. ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnatum vaſal.§.adoptiuus. Inſtitut.de excuſatione tutorum.l.ſi quis ita.§.primo.de leg. ſecundo.l.ij.in principio ad Syllanianum.l.ij.§.adoptiui.ff. de excuſation.mune.nec is adoptiuus in emphyteuſim ſuccedere poteſt.l.filio quem pater.ff.de liber. & poſth. Bal.in l. fideicommiſſum.ff.de condit.& demonſtrationib. Bartholomæus Socin. conſ.x.nu.30. inter conſilia Alberti Brun. Alex. conſilio x.vol.v.Philippus Decius conſil.cccxcix.num.3.Rochus Curtius in tractatu iuris patronatus,in verbo, ipſe vel is, à quo cauſam habuit. quæſtione xxxiiij. num.79.Zazius in tractatu Feudorum.v.parte.num.48.& viij.parte.nu.25.& ix. Ioannes Oldendorpius de ſucceſsionibus ab inteſtato.

nu.34.Matth.Afflict.in c.j.§. adoptiuis. nu.3. ſi de feudo fuerit controu.inter dominum & agn.vaſal.

Rurſus fortiſsimum huic rei argumentum præſtant iura ſtatuentia filium grauatum reſtituere, poſſe duas quartas detrahere, ſicuti definitum eſt ex pontificum deciſionibus in cap.Raynaldus.& in capitulo Raynutius.de teſtament.id enim locum non habet in filio adoptiuo.l. Papinianus.§.penultimo.ad finem.ff.de inofficioſo teſtamento.quam pro ſingulari adnotat Campit. in tractatu ſtatutorum repellentium fœminas à ſucceſsionibus, quæſtione quadrageſ. verſiculo quid in filio. ex quo aliqua elicienda ſunt huic rei maximè neceſſaria.

Et primò, non intempeſtiuè deducitur, conceſſa emphyteuſi pro ſe & filiis, adoptiuos non comprehendi, ſcribit Baldus in l.fideicommiſſum.ff.de condit.& demonſt.Specul.tit. de locat.§.nunc aliqua.verſiculo lxviij. Raynerius & Imola in l.ita quis.§.is cui.ff.de leg.j. Decius in l.generaliter. col. vj.C.de inſtitut.& ſubſtitut.Socinus & Alexander in præcit. l.adoptiuum.ff.de in ius vocando. Iaſon in l.ſecunda. colum. lxvij.C.de iure emphyteutico.Georgius Natan in repet.cap. quamuis pactum.de pactis.lib.vj.

Hinc etiam iuris appendix deducitur, l.cùm acutiſsimi. C.de fideicommiſ.non habere locum in filiis adoptiuis.ſcribunt Cynus, Raynerius, Petrus, Albericus, Angelus, Florianus, Iaſon, Guido Papa, in l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſtitut.Socinus in repetitione l.cùm auus. ff.de condition. & demonſtrat.columna xxiij. Decius in c.in præſentia. col. xv.de probation.itidem in l.precibus. columna ſexta. C.de impub. & aliis. Decius conſilio cccxcix. Gulielmus Benedictus pleroſque alios congerens in præcitato c. Raynutius. in verbo, duas habens filias.numero 149.is idem in verbo, & vxorem nomine Adalaſiam.n.740.Et rurſus in verbo, ſi abſque liberis moreretur.in primo.nu.10. de teſtam.tametſi ab hac ſententia prorſus diſcedat Barbatias charta penultima, in præcitata l.cùm acutiſsimi. Cumanus in l.cùm auus. Fulgoſ.in §.cùm autem præcitatis.

6 Rurſus †ab eodem ſtipite ſiue fonte, & illud emanare videtur Analytica declaratio text. in l.filio quem.in principio inibi, ne imagine naturæ.ff. de liberis & poſthumis.ex quo definitur filium adoptiuum non eſſe verum, ac proprium filium,

lium, ſed veluti imaginarium. Alexã. & doctores in præcit. l. adoptiuum. tex. ad id præſtãtiſsimus in l. adoptionis. in verſ. perinde quaſi ex vero filio. & rurſus verb. videatur. ff. de ado ption. l. mulierem. in verſic. perinde. C. eod. tit. & præter hæc adnotari poſſet dictio illa, perinde, quæ improprietatem, ac fictionem denotat, ex gl. Bar. in l. ſacrilegij. §. j. ff. ad l. Iul. peculatus. Bar. in l. j. in princ. ff. de vſucap. tex. ad id omniũ præſtantiſsimus in l. qui à patre. & inibi Bartol. quæ expreſsim hoc ipſum vult. ff. de confir. tut. Cæterùm & ille tex. adnotationem meretur in verbo, videatur, quod improprietatem ſignificat, gl. in l. ſi duo. ad fi. ff. de acq. hær. Cui ſimilis eſt in l. naturaliter. in princ. ff. de acq. poſſ. l. ſi pater filio. & inibi gl. ff. quæ in frau. cred. Bar. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucapion. & in l. j. §. deieciſſe videtur. ff. de vi & vi armata.

Hinc etiam examinari poterit quod & Ioannes Anan. ſcribit conſilio xxvj. viſo caſu ſtatutum † præferens maſculos 7 fœminis in ſucceſsione, nec vtique vires obtinet in adoptiuis maſculis. Ioannes Campegius in tractatu ſtatutorum repellentium fœminas. quæſtione xl. Georgius Natan in dicto capitulo quamuis pactum. in iij. quæſt. iij. quæſtionis princ. xlv. columna de pactis. lib. vj. Decius in c. in præſentia. de probation. Itidem in l. generaliter. C. de inſtitut. & ſubſtitut. & conſilio cccxcix. Et rurſus conſilio lij. columna prima. Lud. Bologninus in additionibus ad Ioannem Anan. cõſilio lviij. Iaſon in l. cùm filiusfamiliâs. ad fi. ff. de legat. primo. Guliel mus Bened. in præcitato verbo, duas habens filias. Franciſc. de Ripa libro primo reſponſorum. capit. iij. incipienti, filia data. columna tertia. & ante hos Bald. Cuius & illi non meminêre. conſ. xxiiij. ſtatuto ciuitatis cauetur. vol. j. Corneus etiam à recentioribus non memoratur, conſilio lxxxv. plura dubia. colum. prima. vol. iij. Albert. Brunus in tract. ſtatutorum repellentium fœminas, in j. q. xij. art.

Ex quo apparet veriſsimum eſſe, quod & Aulus Gell. lib. v. cap. xix. adnotat, † extraneos adoptatos in liberorum lo- 8 cum ſumi, tanquam ipſi non ſint liberi, ſed in filiorum locum aſſumpti. Et ita ſcribit in roſtro illius capitis, cùm in alienam familiam, In qua liberorum locum extranei ſumunt, &c. Et paulò pòſt, Velitis, iubeatis: vti Lucius Valerius Lucio Titio, tam lege iuréque filius ſibi fiat, quàm ſi ex eo patre matréquefamiliâs eius natus eſſet. Hæc ille. Conni-

uentibus oculis conſtat aliud eſſe talem fieri, aliud pro tali, vel loco tali haberi.l.ſi ita quis.§.is cui.de legatis ij.ff.l.fideicommiſſum.ff.de cond.& demonſtration. explicat Bald. in proœmio Digeſtorum,in principio.col.vlt.Alberic.in ſuo dictionario. verbo, liberorum appellatione non contineri adoptiuos ſcribit.

Hinc illud manifeſtum eſt in hoc duntaxat tractatu, verba, quæ † naturaliter & ciuiliter poſſunt intelligi, in dubio debent accipi naturaliter potius, quàm ciuiliter.l.ex ea parte.§.in inſulam.& inibi Bart.& plerique alij.ff.de verb.obl. l.Statius Florus.§.Cornelio Felici.ff.de iure fiſci.gl.in c.placuit.in ij.verbo,mortuus,xvj.q.j.Cui ſimilis eſt in verb. non morte.in c.ſuſceptum.de reſcriptis.lib.vj.quo in loco Domi. notab.iij.& Philippus Francus, eidem ſe ſubſcribunt Alex. conſil.iiij.ponderatis verbis.col.j.vol.iiij. Bald.in c. licet.ad fin.extrà de offic.deleg.Anchar.in c.vlt.in vltima quęſtione
10 princip.extrà de conſtitut. Quibus † admodùm coactus ſum huic accedere ſententię,filium adoptiuum non poſſe necem defuncti vindicare. Et ex nomoribus in ea ſpecie huic accedit ſententiæ Iacobus Villalpandus in l.xxij. titulo primo. par.vij.§.xxxv.nu.2.folio 82. Et pro contraria parte adducta minimo apice his deſeruire videntur, cùm filiorum appellatione abuſiuè(vt vulgò dicunt)ac impropriè adoptiuos comprehendi, propriè tamen ad naturales & legitimos referri, vti conſtat in l. filium cùm diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni.in l.tutelas.in principio. Et ibi Bartolus.ff.de capitis deminutione. Poſſet tamen prior ſententia procedere, ſi filius adoptiuus ab aſcẽdenti ſit adoptatus: & in ea ſpecie in poteſtatem adoptantis tranſit, vt in dicta l. cùm in adoptiuis.& in §.ſed hodie. Inſtit.de adoptionibus.l.filio, quem pater.ff. de liberis & poſthumis. Et in ſpecie, filij adoptiui poſſunt accuſare, ac necem patris vindicare: cùm in eo vltra adoptionis vinculum,ius ſanguinis concurrat:vel ex alio capite poſſet hoc munus eiſdem competere,ex eo,quòd ſuccedunt patribus adoptantibus ab inteſtato,vt in dicta l.cùm in adoptiuis,non ex eo quod filij adoptiui ſint, ſed quia hæredes defuncti exiſtimant.Quibus accuſandi munus competit. Cæterùm libet hoc in loco non incongruè ex his quærere,quid dicendum ſit circa eãdem regiam cõſtitutionem: quod

quod in his regnis non ſemel obuium eſt, An † & filius ſpi- 11
ritualis poſsit necem defuncti patris ſpiritualis vindicare?
Et vt rem exemplo ſubiiciam de patre ſpirituali, qui ex ſacro lauacro fontis infantem leuauit, vel is qui in confirmatione compater(vt aiunt)fuit. Ex quibus ſacramentis compaternitas inter infantes & ipſos leuantes oritur, cap.fin. de cognatione ſpirituali.libro ſexto, quam quæſtionem & Baldus ſcribit in l.prima. num. 25. C. qui accuſare non poſſunt. quos ex ſanctifico fonte leuamus, his necem defuncti vindictam minimè competere, cùm & hi parentibus ſpiritualibus non ſuccedant: ſicuti in ea ſpecie prodidit Antonius in cap. tranſmiſſa.extrà qui filij ſint legitimi. Cardinal. Alexan. in cap.per venerabilem.§.quod autem. in ix. quæſtione principali.& Abbas in cap.tanta. colum. iij. qui filij ſint legitimi. Benedictus conſi.cxlviij.cùm præſupponitur.colum.ij. Nic. Peruſinus huic accedit ſententiæ in tract de ſucceſſ. ab inteſta.char.3.verſic.ſeptima & vltima ſpecies. Et Lodouicus Bologn. in addit. ab Matthefillanum in tract. de ſuccesſio. ab inteſtato.in addit.incipienti, vltimus gradus.Guliel. Bened. inter pleroſque alios in cap.Raynutius.in verbo, & vxorem nomine Adalaſiam.numero 761. quibus in locis ſatis id definitum extat.

Et conueſtiri poſſet, illa ratione ductus: Siquidem inter eos eſt quædam ſancta ac ſpiritualis gratuita neceſsitudo, quæ nihil habet commune cum bonis iſtis externis temporalibus,& prophanis. Ergo ad necem defuncti vindicandam patris ſpiritualis admittendos non fore, eò maximè, cùm & hi ſubſtitutum non excludant. Ioan.Campeg. aſſeuerat in tract.ſtatutorum repellentium fœminas, quæſtio. xl. Decius conſi.ccccxcix.concluſionem. columna j. Georgius Natan in præcitato cap.quamuis.in tertia quæſt.xliij.quæſtionis principalis. Catel. Cotta id exiſtimat notatu dignum in memorabilibus iuris in memorab. incipienti, filius ſpiritualis. Vbi in praxi receptum eſſe exiſtimat, & Gulielmus Benedictus idem profeſſus num. 761. eo in loco, cuius & anteà meminimus. Et rurſus in verbo, ſi abſque liberis moreretur.nu. 10.in d.cap.Raynutius.de teſtamen.& ante hos Bal. in auth. niſi rogati.colum.penult.C.ad Trebel.Cuius meminit idem profeſſus Barb.In cap.Raynaldus. col. xxxvj. de teſta. Franc. Curt.Senior in eo trac.quē publicū fecit de teſtib.in iij.concluſio.

cluſio. Tametſi Barb. in contrariam ierit ſententiam, nouarum opinionum admodum cupidus in repetit. l. cùm acutiſsimi. colum. cxxv. C. de fideicommiſſ. qui aſſerit nimis audacter, quòd paulò anteà proprio marte dilucidáque voce proteſtatus fuerat, id in eundem caſum teſtimonióque proprio aſſerit filium ſpiritualem excludere ſubſtitutos: & de his coniunctis cognatione ſpirituali, quos vulgò patrinos & matrinos filios, & compatres, & commatres vocitamus, ipſi ſibi inuicem non ſuccedunt ex ſententia Antonij in c. tranſmiſſa. qui filij ſint legitimi. Abbas in c. tanta. eodem tit. nec ad retractus ius admittentur, ſicuti in ea ſpecie reſpondit Guliel. Benedict. in cap. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adalaſiam. num. 764. ex nouioribus Petrus Rebuf. in clxxvij. priuileg. ſcholaſtico.

Tametſi iſta ſententia ita probata ſit, & ſtabilita teſtium, & gloſſarum, & doctorum quaſi omnium munita authoritate, vt improbari non poſsit abſque proditionis nota, aliquot tamen ſubiiciam pro contraria parte. quæ priorē euertet: & primò, ex c. j. in princ. xxx. q. iij. Ex quo definitum eſt, adſtrictū eſſe eum, qui de ſacro fonte ſuſcipit diligere, ſicut patrem, glo. in c. ſeq. incip. Pyctatium. xxx. q. iij. verbo, multò magis. expreſsim adnotat patrem ſpiritualem magis eſſe diligendum, quàm carnalem: & affinitas ſpiritualis multò maior, quàm carnalis eſt. c. ſi dormierit. xvij. q. ij. tex. in c. ita diligenter. xxx. q. iij. And. Barb. in c. coram. in j. col. ix. de offic. deleg. Guliel. de Cugneo, Paulus Caſtren. Rom. Bald. Angel. Alexan. & Iaſ. in l. generaliter. ff. de in ius vocan. Ang. & Raphaël Fulg. in præcitata l. adoptiuum. Bal. in c. j. §. fi. iiij. col. de proh. feudi alien. per Feder. definientes non poſſe patrem naturalem filios vocare in ius abſque venia, ita quidem nec patres ſiue matres ſpirituales, qui eos leuant ex ſacro lauacro. exiſtimant Guliel. Cun. Pau. Bal. Ang. Rom. Alex. & Iaſ. in l. generaliter. ff. de in ius voc. Ang. & Fulg. in l. adoptiuum. ff. de eo. tit. & Phil. Fran. in c. poſtremò. col. penul. de appellat. Guliel. Benedict. in cap. Raynutius. in ver. & vxorem nomine Adalaſiam. num. 766. de teſtam. Ang. Aret. in §. pœnales. colum. iiij. verſic. Ex quo inferunt & inibi Iaſ. colum. x. Gomezius colum. xj. Inſtit. de actionibus. Baptiſta à ſancto Blaſio in tract. quem prodidit de actionibus. incipiente, actione. Alexander in l. j. Benedictus in cap. Raynutius. num. 765.

præci

præcitato. Et conueſtiri poſſet, plus eſſe deferendum patri ſpirituali in exhibitione reuerentiæ, quàm carnali, gloſſa in dicto cap. j. xxx. quæſtione iij. cuius meminit pro ſingulari Barbatias in dicta l. cum acutiſsimi. colum. cxiiij. & in l. ij. colum. vij. ff. de verborum obligationibus. Cui ſimilis eſt in dicto cap. qui dormierit. Baldus in cap. j. §. vltimo. columna iiij. tit. de prohibita feudi alienatione. Quibus conſtat minimè poſſe patrem ſpiritualem in ius vocari abſque venia, ſicuti nec patrem naturalẽ & legitimũ, ob quod filios ſpirituales ad necem defuncti vindicandam admittendos fore.

Secundò impetit, quod & Bal. adnotauit in l. generaliter. ff. de in ius vocan. & Salicetus in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. definientes, patrem ſpiritualem, id eſt leuantem ex ſacro lauacro infantem, minimè eſſe admittendum in teſtem in cauſa filij ſpiritualis: idem exiſtimat Raphael Fulgoſ. in l. iiij. §. prætor. ff. de in ius vocan. Alexan. conſi. xliij. volum. ij. num. 7. ex tex. ad id præſtantiſsimo in l. ſi quis alumnam. ad finem. C. de nupt. Philippus Francus in cap. j. in princ. colum. ij. de cogn. ſpirit. lib. vj. Matth. Afflict. in conſtit. Siciliæ incipiente, mores diſſolutæ. verſic. xxx. tametſi ab ea ſententia diſcedat Bart. in conſil. incipienti, in quæſtione vertente. Floria. de Bononia in l. teſtis idoneus. præcitata, Bal. & Salic. in l. parentes. C. de teſtibus. ea ratione ducti, cùm edictum de teſtibus prohibitorium ſit, ex l. j. ff. de teſtibus. qui ad teſtimonium non arceantur, nec prohibiti ſunt à teſtimonio ferendo, teſtes idonei eſſe poterunt. Et huic ſententiæ ſe ſubſcripsêre Alexan. conſilio cxxv. viſo themate. numero 6. volumine vj. itidem conſilio cxliij. quoniam abundè. columna ſecunda. libro ij. & conſilio xxxiiij. columna penultima. volumine iij. Nec obſtant pro contraria adducta parte, ſiquidem eò tendunt quo ad impediendum matrimonium, & quo ad reuerentiam exhibendam.

Tertiò ſuffragatur, qui interimit patrem ſpiritualem non minus puniendus eſt, quàm qui carnalem, Alex. ad Bart. in l. diuus. & inibi Hippol. ad fi. ff. de parric. & nos in ea ſpecie tradidimus de parric. pœnis tractantes. c. & num.

Quartò & illud conuenit quod & Speculator adnotauit in tit. de appellat. §. & nunc dicamus. verſic. circa hoc autem. ij. parte. Et rurſus in titulo de relaxationibus. §. qualiter. Ioannes Andr. & Dominic. colum. penult. in cap. Romana. §.

quod

quod ſi ſubiiciantur.de appellat.lib.vj. aſſeuerantes poſſe recuſari iudicem patrem & filium ſpiritualem aduerſarij. Et huius ſententiæ authores habeo doctores in albo ſupremæ doctrinæ poſitos,inter quos & Firmianus in eo tract. quem publicum fecit de Epiſco.in iiij. par.lib.iiij.colum.viij.verſi. ſecunda eſt,ſi eſt compater is.idem in ſuo indice,verbo,compater.verſic.xiij.Abb.in c.cum ſpeciale. & inibi Innocentius colum.vij.& Decius colum.ij.de appellat.Imola in cap. prudentium.de offic.deleg.Decius in cap.poſtremò.col. vltima, de appellat. Quibus & plerique alij acceſsêre, quos ſeriosè congerit Iaſ.in l.apertiſsimi.colum.iij.C. de iudi. & his ſuffragari videtur, quod & Ioannes Faber adnotauit in §. ſunt prætereà.verſi.ſed & ſi quis.colum.j. Inſtit.de actio. & inibi Ioan.à Plat.& Ang. vterque. colum.j. exiſtimantes huiuſcemodi perſonas neutiquam poſſe conueniri,quemadmodum nec parentes naturales.

Quintò & illud adiuuat huic poſteriori ſententiæ,quod & Faber ſcribit in l.j.C.de alen.lib.& Bal. in authen. niſi rogati.C.ad Trebel.colum.vltima.verſi.ſed tunc ego quæro. definientes hos filios ſpirituales eſſe alendos à patribus in ſchola.Peruſinus idem profeſſus in tract.de ſucceſſ. ab inteſta. eo in loco,& cuius anteà meminimus. Curt. in tract. de teſtib. concluſi.xxx.Catel.Cotta in memoriali incipienti, commater.Budæus lib.j.de Philologia. & ante hos Philipp. Francus in cap.j.de cognat.ſpirit.lib.vj.cum pleriſque, quæ his in locis congerunt doctores,ex nouioribus Boër. deciſi. ccxxxiij. numero quarto.

Filius ſpiritualis alendus eſt.

Poſtremò huic rei fortiſsimum argumentum præſtat quod & Anan. in cap. cùm dilectus. col. vltima. de accuſat. ſcribit commatrem poſſe necem defuncti ſui compatris vindicare, ac ſi proſequeretur ſuorum iniuriam, & Iaſ. in dicta l. apertiſsimi.colum.ij.& in l.generaliter.colum.j. ff. de in ius vocan.idem profeſſus & ante hos Bald.in l. j. colum. xij. verſic. ſed an commater.C.qui accuſare non poſſunt. Catell. Cotta eo in loco,cuius & anteà meminimus,lectorem admonitum eſſe velim,Iaſonem,Baldum mendoſè allegaſſe,in tit.C. vnde vi.ex quo illud obuium eſt, qui promiſit alium defendere aduerſus omnes, nec vtique intelligitur aduerſus ſe & ſuos. cap.petitio.de iureiurando.Caſtren.conſil. ccxcv. viſo ſuprascripto puncto.volumine j.colum.iiij.ita quidem nec contra

comp

compatrem, cùm iſthæc coniunctio compatris eandem vim, quàm carnalis habeat. Quibus non obſtantibus priori ſententiæ me ſubſcribo, tametſi Baldus expreſsim in contrariam ierit ſententiam, in l. j. C. qui accuſare non poſſunt. Iaſ. in l. apertiſsimi. columna ij. verbo, facit quòd ſingulariter. & Bertrandus de Carp. conſil. clxxvij. num. 14. volum. ij. Catel. Cotta in ſuis memoralibus, in verbo, commater. Nicolaus Boerius in deciſio. ccxxxiij. num. 4. definientes commatrem poſſe accuſare occiſorem: quibus nemo vnquam doctorum refragatus eſt. Ipſe tamen Baldi & aliorum ſententię in hoc dubio accedere nõ poſſum ex his, quæ pro priori ſententia adducta ſunt, & eò adiuuat Ioan. Andr. deciſio in cap. nonnulli. §. ſunt & alij. de reſcrip. definiens † iura, quæ dicunt coniunctum admittendum eſſe ſine mãdato, intelligenda de ratione ſanguinis coniunctione, Archid. in cap. ſtatutum. §. cùm autem. de reſcrip. lib. vj. & quoties mentio fit de coniuncto, nec vtique intelligitur de coniunctione ſpirituali, ſicuti ſcribit Felinus in præcitato §. ſunt & alij. num. 55. Iaſ. in l. exigendi. num. 10. C. de procurat. Specul. in tit. de appellatio. §. j. Quo fit, cùm in ciuilibus pertractandis cauſis is non dicatur coniunctus, multò minus quo ad accuſandum & necem defuncti vindicandam admittitur. Anton. huic ſententiæ ſe ſubſcripſit in cap. ex parte decani. de reſcrip. Hoſt. in ſumma, tit. de reſcrip. §. quæ poſſunt. columna xxvj. verſic. nunquid Canonicus. Ioannes Andræas, & Abbas in cap. vltimo, de procuratoribus. definientes eodem marte, quòd licet coniunctus pro coniuncto admittatur ſine mandato, non tamen hæ perſonæ, quibus cùm eſt nobis ſpiritualis coniunctio, Imola, & Antonius, & Abbas in cap. cùm M. Ferrarien. colum. iij. de conſtitut. & inibi Felin. colum. vij. qui ad ambas (vt aiunt) aures, pleroſque alios allegat, & Iaſ. idem profeſſus in l. j. C. de procur. col. iiij. 12

Iam verò ad nonnulla, quæ obiter & non abs re diſcutiunt, & pertractant ſcriptores pro contraria parte, animum intendamus: perquàm neceſſarium eſt, & præter alia fucabam illorum ſententiam multis coloribus.

Et primò, nec aliquo iuris apice deſeruire videtur, quòd de recuſatione iudicis ex hac coniunctione adnotabant, cùm & quacunque leui cauſa iudex reiiciatur. cap. cùm R. Canonicus. cap. inſinuante. de officio delegati. Nec obſtat illud,

illud, quod obiiciebatur filium ſpiritualem minimè poſſe patrem ſuum in ius vocare abſq; venia: cùm & contrarium prorſus ſcripſit Ioan. Faber in præcitato §. pœnales. nec id quod de alimentis filiis ſpiritualibus præſtandis adducunt doct. cùm & illorum maior pars ſubdubitanter loquatur, ſicuti contrarium profeſſus ſcribit Bened. in d. c. Raynutius. verbo, & vxorem nomine Adalaſiam. num. 767. de teſta. Poſtremò nec coadiuuat id, quod de teſtibus adiectũ eſt. Quod quàm ſit à ratione deuium, ſpirituales filios in teſtes eſſe admittendos ſcribit Bart. conſil. xcij. col. iij. & Bald. ſibi contrarius col. ij. & inibi Salic. in d. l. parentes. Alex. ad Bar. in l. in legibus. ff. de teſtib. & conſil. xlij. col. vlt. voto iij. itidem conſil. clxxxvj. viſo proceſſu. col. ij. vol. vij. Franc. Aret. in c. cùm oporteat. col. iiij. de accuſ. Cæp. conſ. cauſarum criminalium. j. col. iij. Corn. conſ. lxvj. vol. iij. col. iij. Albericus in eo tractatu, quē prodidit de teſt. in j. par. j. partis. col. viij. Rom. Alex. & Iaſ. in præcitata l. generaliter. Decius conſ. xliij. col. vlt. Lanfrancus de Oriano in c. quoniã contra falſam. in materia teſtium, extrà de probationibus. Aufredus in tractatu, quem publicum fecit de probationibus teſtium litera P. verſiculo pater ſpiritualis. Ex nouioribus Iaſ. in §. pœnales. & in l. apertiſsimi. C. de iudic. Felinus in cap. cùm nuntius. col. j. de teſtibus. Guhel. Benedictus in præcitato verbo, & vxorem nomine Adalaſiam. nu. 767. de teſtamen. Firmianus in ſuo repertorio verbo, compater. verſic. xiiij. in ea ſpecie mediam viam ſelexit, non hos omnes eſſe repellendos, ſed vtique aliquantulum eorum fides minuitur. Cui accedit Alex. conſi. ccxxxvij. columna vltima. lib. vj. Et Fulg. conſi. xj. Decius colum. ij. in cap. cùm ſpeciali. de appellat. exiſtimat in ea ſpecie iudicantis arbitrio eſſe relinquendum, & ex neotericis Alciatus in l. generaliter. in princip. C. de in ius vocan. Franciſ. Curt. in præcitato tract. de teſtib. conſi. xxx. Ob quod priori ſententiæ magis accederem, filios ſpirituales minimè poſſe necem patris ſpiritualis vindicare. Quam ſententiam & Iacob. Villalpan. in interpretatione l. xxij. tit. j. par. vij. §. xxxvj. ad fi. veriſsimam eſſe exiſtimat, tametſi per Boerium adducta in d. deciſione ccxxxiij. num. 4. quid in hac quæſtione dicendum ſit, me quidem ſatis dubium habet, quæ, ſcilicet, ex his deciſionibus verior ſit: quamobrem ingenuè fateor rem eſſe diſputatione dignam, & quæ ambiguam habet

bet deciſionem ex pluribus, quæ & doctores contrarium tenentes, adducunt.

SVMMARIVM.

1 *Inſignis differentiæ ratio inter naturales filios, ſpurios, manxeres, nothos, eleganter diſcutitur.*
Et inibi ex Plutarchi problematibus, Alciato, Liuio, aliiſque linguæ limatis authoribus quis propriè ſpurius dicatur, diſputatur.

2 *Filios ſpurios eos dici, qui ex parentibus originem ducunt, qui nec tempore natiuitatis nec conceptionis coniugium contrahere poterant.*

3 *Manxeres ex meretricibus & ſcortis dici, ex regia l. definitur.*

4 *Naturalis quidem filius, quis exiſtimatur?*

5 *Filijs naturalibus ex ſoluto & ſoluta natis, munus accuſandi necem defuncti patris competere.*

6 *Naturalibus filijs in regnis parentum nobilitate condonari, tametſi Cæſarum iure contrarium ſit, diſcutitur.*

7 *Filiis nothis, & vulgò quæſitis, cùm patrem certum non habeant, necem defuncti patris vindicare non poſſunt: Et inibi inſignis differentiæ ratio inter naturales & nothos perpenditur.*

8 *In probatione filiationis tria eſſe à teſtibus requirenda, ex Bart. aliiſque deducitur.*

9 *Filius conceptus in ſeruitute, cùm & is ſuccedere non poſſit, nec necem defuncti vindicare.*

10 *Filios ſpurios minimè accuſare poſſe patris mortem ex receptiſſima omnium interpretatione conſtat: nec ita idem num. 27. & 37.*

11 *Spurij nec ex vltima teſtantium voluntate, nec inter viuos, Cæſarum iure, de bonis parentum capere aliquid non poſſunt.*

12 *Statui non poſſe municipali ſtatuto, ſpurium capacem fore teſtamenti, donationis, alteriúſve largitionis paternæ.*

13 *A patre non poſſe filio legitimo ſpurium ſubſtitui ex pupillari ſubſtitutione, vt patris bona conſequatur ſpurius, nec vulgariter, nec fideicommiſſariè ſubſtitui poterit.*

14 *Fraudem legi factam cenſeri, ſi is, cui pater ſpurij bona donauit, incontinenti ſpurio donatoris filio donauerit.*

15 *Nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam ex oneroſo lucratiuóve contractu non poteſt ſpurius à patre aliquid capere.*

16 *Inter viuos præſcribere non poſſe ſpurium in vltima teſtantium voluntate relicta à patre.*

17 *Spurium non poſſe ad bona patris ſui inter pauperes aut coniun-*

ctos diſtribuenda executorem eligere.

18 *Presbyterorum filios in his regnis, nec ab inteſtato nec ex teſtamento parentibus ex parte patris ſuccedunt. itidem num. 19.*

20 *Nepos legitimus ex filio ſpurio poteſt inſtitui ab auo.*

21 *Tametſi à patre filius ſpurius inſtitui non poſſit, nulli tamen hereditatem relinquere poſſet.*

22 *Ita, ſicuti nec ſpurij parentibus non ſuccedunt, nec verſa vice patres ſpurijs filijs.*

23 *Is, qui fidem præſtiterit de reſtituenda hæreditate ſpurio, tanquam indignus hæreditate priuatur, atque etiã fiſco adiudicatur.*

24 *Si nulla parenti promiſsione præmiſſa liberè ſcriptus heres ſpurio tradiderit, in interiori animi iudicio bona parentis poſsidere optimo iure poſſe.*

25 *Minimè teneri deferre bona ad fiſcum, qui promiſerat teſtanti hæreditatem ſpurio reſtituere.*

26 *Si in dubio ſit, an eccleſiaſtico fiſco, an ſeculari adiudicanda ſit hæreditas, fidem hæredis præſtandam eſſe & perſonam.*

28 *Vt quilibet de populo ad necem defuncti vindicandam ſpurij admittendi ſunt, & extraneis accuſare volentibus præferendi.*

29 *Spurium necem matris vindicare poſſe, & criminis authorem accuſare, tametſi patris non poſsit.*

30 *Eleganter diſcutitur quis coitus damnatus dicatur. Itidem numero 34. & 36.*

31 *Natum ex ſoluta & ſacris initiato ordinibus, matri non ſuccedere, Itidem num. 33.*

32 *Presbyterorum filios ſeruos eccleſiæ non effici, & id euanuiſſe per deſuetudinem, diſcutitur.*

35 *Coitũ inter coniugatũ & ſolutũ punibilẽ eſſe dubio procul conſtat.*

De filiis illegitimis necem patris vindicantibus, circa eandem regiam ſanctionem xxij. tit. j. par. vij.

CAPVT XLI.

NEC abs re, meo iudicio, hic tractare conuenit, quod doctores magni mehercule nominis gladiis acutis dimicant; An & filij illegitimi, naturales, baſtardi & ſpurij, ad vindicandam necem defuncti admittantur, & appellatione ſuorum veniant? In quo dubio varij varia adiecerunt, quæ nobis proſequi non lubet: illud tamen præmittam,

tam, filiorum illegitimorum quoſdam eſſe naturales, quoſdam ſpurios: & inter naturales ſpurios diſtingui, à naturalibus nothi, ſpurijs verò manzeres couueniunt, ſicuti definitum eſt in cap. nisi cùm pridem. §. perſonæ. de renunciat. in quo in duas claſſes fit diuiſio: Prima quarum naturales & nothos: ſecunda ſpurios & manzeres coniungit, teſtibus Præpoſito in cap. per venerabilem. §. quod autem. qui filij ſint legitimi. nume. 14. Antonio Cardin. quæſt. ix. in præcitato §. perſonæ. & reiecta filiorum legitimorum nomenclatura, quam ſpeciatim explicat Alciatus libro quarto Parergôn, cap. v. de his igitur filiis illegitimis nobis negotium erit, an & hi ad necem defuncti vindicandam admittantur.

Filiorum illegitimorũ nomen.

Et primò non intempeſtiuè diſputatur de filiis ſpuriis, adulterinis, inceſtuoſis, & hi qui nati ſunt ex coitu à lege punibili, ad accuſationem ob necem defuncti vindicandam admittantur: & ſpurius ex Alciato libro prætermiſſorum, ex eo dictus eſt, qui incertum patrem habet. Theophilus idem ſcribit in §. ſi aduerſus. Inſtitut. de nupt. vel ſpurius dicitur, authore Plutarcho in problem. cap 103. qui primis literis ſcribebantur S.P. id eſt, ſine patre: atque ideo factum eſt, vt ſpurij dicantur nati ex his mulieribus, cum quibus plures coniunxiſſent fœdera Veneris, atque carnale commercium habuiſſent. Theophilus in eo loco, cuius & anteà meminimus, Budæus in l. vulgò. ff. de ſtatu hominum. Ioan. Baptiſta de ſancto Seuerino in l. ſi qua illuſtris, columna prima. ad Orficianum. & plerique alij, quos diligenter congerit Catel. Cotta in vltimis memorabilibus, dictione, ſpurius. Alciatus libro quarto Parergôn, cap. v. exiſtimant hos ſpurios dici, ex eo, quia patrem præ infamia nominare non audent, etiamſi patrem habeant certum. Hinc Liuius libro primo ab Vrbe condita inquit: Natam terra ſibi prolem mentiebantur, quippe humilitate parentes nominare non poſſunt, hominem ignoto genere filium terræ appellatum fuiſſe, ex Tertulliani apologetico capite vndecimo. Eraſmo in prouerbio, Terræ filius. & plerisque authoribus citatis. Idem profeſſus ſcribit Angelus Politianus libro Miſcellaneorum cap. decimooctauo. Cælius libro vndecimo, cap. vigeſimooctauo. Et propriè ſpurij hi cenſentur, qui ex parentibus originem ducunt, qui nec tempore natiuitatis nec conceptionis coniugium contrahere pote-

Quis ſpurius dicatur.

rant. Angelus Aretinus in §. nouiſsimè. Inſtitut. ad Orficianum. Illud tamen ſatis eſt, filium ſpurium eum dici, qui natus eſt ex his parentibus, qui non poterant matrimonium contrahere, tametſi patrem oſtendere poſsint, cap. ad abolendam. de filijs presbyterorum. gloſ. in cap. tanta. qui filij ſint legitimi. & præcitata l. vulgò. ex quibus definitum extat domi ex concubina natum ſpurium non dici, ſed vtique naturalem, tametſi gloſſa in dicto §. perſonæ. refragetur, & Bartolus in l. fin. de his quibus vt indignis. regia l. prima, titulo xv. parte quarta. quod intelligendum fore opinor, ſi ſpurius genericè accipiatur, vt in l. ſpurij. ff. de decurionibus. quo fit, hunc filium nothum appellari non ſpurium. niſi ea ſignificatione, qua ſpurios eos vocitamus, qui patrem certum non habent.

3 Cæterùm filij † manzeres lata ſignificatione nothi, dicuntur ex meretricibus, ſicuti definitum eſt Exodi 23. regia l. prima, titulo xv. parte quarta, propriè tamen hi nati dicuntur ex his, qui iure canonum matrimonium contrahere prohibentur, quod in dicto §. perſonæ. iuxta illius veram interpretationem probatur.

4 Rurſus † filij naturales Cæſarum iure ij exiſtimantur, qui ex vnica concubina, eáque domi cohabitante naſcuntur. l. ſi quis officium. ff. de ritu nuptiarum. l. penultima & finali. ff. de concubinis, & inibi pleniori manu nos adnotabimus ad Bart. gloſſa in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. verſiculo, à naturalibus. regia l. inſignis ſecunda, titulo xiiij. parte quarta. §. ſi quis autem. in authent. quibus modis naturales efficiantur ſui. & naturales dicti ſunt, ex eo, quòd natura ſola eos genuerit, ſicuti definitum eſt ex Stobæo ſerm. 77. vbi apud Euripidem legitur,

Nothum genus nomen habet culpabile, natura verò æqualis eſt.

Itidem apud eundem,

Ego mihi filios adſciſcere nothos non dubito:
Cùm enim legitimis nulla in re ſint inferiores:
Propter leges malè audiunt, quas tu cauere debes:
Fruſtrà mortales ſibi cauent à nothis filijs generandis:
Quiſquis enim bonus fuerit, illius natura non corrumpitur nomine.

Et Sophocles apud eundem ait,

Nothus tantundem valet, quantum legitimus.

Quo

Quo fit, filios naturales dici eos, quos ſola natura genuerit, non honeſtas coniugij, cap.finali xxxij. quæſt. quarta, iure tamen Pontificio, vt naturalis filius quis dicatur, id tantùm exigitur, quòd ſit natus ex his parentibus, qui natiuitatis vel conceptionis tempore matrimonium contrahere poterant, ex cap.tanta.qui filij ſint legitimi.cap.innotuit. de elect. tametſi ex vnica concubina domi cohabitante non ſit natus, definiêre Baldus conſilio ccvj. columna finali, volumine tertio, itidem conſilio cxxix. vol. ſecundo. Aymon. Sabilius conſilio clxvj. columna tertia. & eſſe conſuetudine receptum exiſtimat Abb. in præcitato cap. per venerabilem. ſuper gl. verſiculo, à naturalibus. tametſi rigor iuris ciuilis obſtet: & apud Hiſpanos diu hoc fuiſſe ſeruatum teſtatur Rodericus Suares: quam praxim Regina Ioanna Caroli Cæſaris mater in l. vndecima Tauri comprobauit, & ante hos Iaſ.conſil.lj.volumine tertio, & mox plura.

Et vt huius quæſtionis nodum partim aperiam, partim diffiniam, illa eſt receptiſsima omnium ſententia, † filios naturales ex ſoluto & ſoluta natos, admittendos eſſe ad necem defuncti patris vindicandam, atque ad criminis reum accuſandum, & hos filios naturales omnibus aliis conſanguineis in accuſatione præferendos fore, Baldus in l. prima. C. qui accuſare non poſſunt. in verſiculo, quo ad ſecundum articulum. Baldus in l. ſecunda. & in l. hos accuſare. §. omnibus, ff. de accuſationibus. itidem in l. neganda. C. qui accuſare non poſſunt. Innocentius in cap. nonnulli. §. ſunt & alij. de reſcriptis. 5

Et primò fortiſsimum huic rei argumentum præſtat ratio illa viua & ſpirans, Natura nullam differentiæ rationem conſtituit inter legitimos & naturales. §. ſi quis ergo filios. in authentica, quibus modis naturales efficiantur ſui. & in §. ſi quis verò non habens. in authentica, quibus modis naturales efficiantur legitimi. l. adoptiuus. §. ſeruilis. verſiculo, vnde nec vulgò. ff. de ritu nuptiarum. ex quo Bald. in cap. quæ in eccleſiarum. colum. vlt. de conſtitu. exiſtimat, quòd filiis illegitimis communis eſt amor & natura, ex l. hos accuſare. §. in omnibus. ff. de accuſat. itidem in l. prima, columna quinta, verſic. expedita eſt. C. vnde vi. Ancharanus in conſil. ccxxv. videtur prima facie. col. pen. in ea eſt ſententia, quòd naturale fœdus prolem naturalium habet pro

legitima.nec poteſt conſtitutio naturam immutare,nec naturales ſtimulos coërcere.l. amiciſsimos.§. Lucius.ff. de excuſatione tutorum.l.ij.& iij.ff.de liber.cauſa. ex qua ratione,exiſtimant patrem teneri parricidiorum pœna Bal.Bart. & nouiores in l.parētes.ff.de in ius vocan.idem Bal.in l.ius ciuile.col.ſecunda.ff.de iuſtit.& iure.& in l.cùm acutiſsimi. C.de fideicommiſſ.columna ſecunda.is idem in capitulo naturales.columna vltima.titulo ſi de feudo fuerit controuerſia.& in l.quiſquis. columna ſecunda. verſiculo prætereà de ſpurio. C. ad l. Iuliam maieſtatis. Baldus in l.ius ciuile.ff. de iuſtitia & iure.& in capitulo nonnulli.§.ſunt & alij.de reſcriptis.& hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam aſſeuerat Iacob. Villalpan. in interpretatione l.xxij.titulo primo.par.vij. §.xlij.numero 3.quibus & Imola acceſsit nec admodum grauatus,in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebel.in l.Lucius.§.vltimo.ff.de legat.ſecundo.& ea,quæ nos congeſsimus de parricidiis tractantes ſuprà c.xxij.nu.12.bis conueniunt.

Et his innititur text.in l. parentes.ff. de in ius vocan.definiens naturalem filium, ne vtique poſſe patrem vocare in iudicium abſque venia, ex ratione text.inibi,vna omnibus ſeruanda eſt reuerentia.& inibi Gulielmus Cuneus, Angelus,& Baldus definientes, nihil intereſſe inter filium merè naturalem, & legitimum, in his quæ meram tangunt naturam.& adſtipulantur ea,quæ & Baldus ſcribit in l.prima.columna decimaquarta. pone filius.C.de confeſsis. definiens, ſicuti pater legitimus.& naturalis poteſt criminis confeſsionem à filio factam reuocare, & prorſus probare cōtrarium, ita quidem pater naturalis, cùm & natura omnibus ſit communis.ex pręcitato §.in omnibus.idem Baldus conſ.cclxvij. ad euidentiam præmit.col.iij.vol.iij.

Cæterùm & huic ſententiæ maximum robur affert l.iij. §.prætor.& l.parentes.ff.de in ius vocand. ſcribentes, appellatione patris, & filij naturales etiam venire, tametſi pater, & filius non ſit legitimus.l.tertia.ff.de liberali cauſa. Felin. omnium diligentiſsimè in capitulo in pręſentia.numero 21. de probation.vbi pleniori manu explicat appellatione filiorum naturales etiam venire in contractibus, & in vltimis teſtantium voluntatibus,ſententiis, priuilegiis, in delictis. in diſpoſitione legali ſtatutariáve.

Rurſus

Rurſus & ad id adſtipulatur ſiquidem textus in l.ſecunda. ff.de accuſationibus, ſcribens filios de parentum morte accuſare poſſe, naturales etiam comprehendi: cùm pater, & mater, aut filius, ſint nomina naturæ, non iuris ciuilis. Quo fit in filiis naturalibus etiam cadere id accuſandi munus, ex dicto §.in omnibus.& §.hos accuſare.vbi adnotat Bartolus.ff. de accuſationibus. Baldus in l.tutelas.ff.de capitis deminutione.tertio notabili, etiam filij naturales, & baſtardi (vt vulgò appellant) patribus ſuccedunt, ex authentica, licet.C.de naturalib. liberis. Abb.poſt gloſſam & Præpoſitum, in capitulo tanta.qui filij ſint legitimi. l. octaua. titulo nono. parte ſexta.& regia lex nona Tauri, vbi definitur filios naturales ſuccedere poſſe ex teſtamento excluſis accedentibus: quo fit, & accuſandi munus competere eiſdem excluſis aſcendentibus: argumento ſumpto de ſucceſsione ad accuſationẽ: & in ea ſpecie idem definiuit Iacobus Villalpand. eo loco, cuius & anteà meminimus. Et iſtud munus ad baſtardos filios extendi exiſtimo, cùm naturales filios, & eos (quos baſtardos appellamus) eadem eſſe exiſtimat gloſſa in rubrica.ff.de concubinis. Ludouicus de Sardis in eo tractatu, quem publicum fecit de legitimatione, ſecunda parte, quæſtione prima, volumine ſecundo. ex nouioribus Decius conſilio cccc-xxxiij. Alexander conſilio cxxviij. volumine primo, ad finem. Nec iis refragari videtur regia lex nona, in Taurino conuentu lata, dum diſiunctiuè dicit, baſtardi, aut illegitimi: ſiquidem non ſenſit baſtardos dici quoſcunque illegitimos, ſed vtique baſtardos eſſe quandam illegitimorum ſpeciem; & eſſe rurſus alios illegitimos, qui baſtardi non dicantur, quod ex regia ſanctione conſtat, dum ſubdit, aut illegitimi cuiuſcunq; qualitatis extiterint: ſic enim regia lex intelligenda eſt. Et his ſuffragari videtur, tametſi iure cõmuni baſtardi & filij naturales non exiſtimabãtur de domo vel agnatione: cùm illud eſſet iuris ciuilis, cuius capax non erat: atq; iidem parentum nobilitate ne vtique gaudebant, ex Bart.& Platea in l.j.C.de dignitatibus, libro xij. Bar. in l.pronunciatio. ff.de verborum ſignification. itidem in l.tutelas.ff.de capitis deminutione. & in l.finali. vbi doctores paſsim. C.de verborum ſignificationibus. gloſſa in principio Inſtitut. de ſeruili cognatione. vbi Faber & Angel. & interpretum ferè maior pars huic ſententiæ ſe ſubſcribunt, Baldus in l.gene-

Filijs baſtardis accuſandi munus cõpetit.

raliter.§.cùm autem.C.de inſtit.& ſubſtitut.ſub conditione factis. & in l.ex libera.C.de ſuis & legitimis hæredibus.ſimilis gloſſa eſt apud canonicæ philoſophiæ profeſſores, in clementina vnica.de baptiſ. Bartolus ante hos in l.prima. numero 50.de dignitatib.libro duodecimo.Baldus in l.cùm legitimi.ff.de ſtatu homi. exiſtimantes baſtardos nobilium etiam ex perſona matrum nobilitatem non conſequi; Baldus in l.cum antiquioribus.numero octauo,quæſtione octaua.C.de iure deliberandi. itidem in capitulo innotuit. numero decimoquinto. de electione. Antonius Butricenſis, & Præpoſitus notabili tertio. in capitulo per venerabilem. qui filij ſint legitimi. Florianus in lege,qui teſtamentum.numero vndecimo.ff.de probationib. Aretinus in capitulo ſuper eo.in ſecundo.de teſti.numero vndecimo. & inibi Felin.nu. quinto.itidem in capitulo in præſentia. numero 23.de probationib.Gulielmus Benedictus in capitulo Raynutius.verbo,Raynutius.de cleri. numero 30.de teſtament.Guido Papa deciſione ccccccl.Carolus Ruynus in conſilio lxxvij.nu.7. vol.iij.regia l.tertia.tit.xv.par.iiij.Andr.Tiraq.ſatis diligenter in tractatu nobilitatis,c.xv.nu.10.

Ad apertiorem huis quæſtionis reſolutionem, ipſe quid in ea re ſenſerim, conabor explicare, tametſi Cæſarum iure ſatis incertum ſit, qui filij dicantur propriè naturales,: apud nos tamen Hiſpanos id ſatis apertum eſt, ex l. vndecima.in Taurino conuentu lata à regina Ioanna Caroli Cæſaris matre,cuius legis mens videtur comprehendere caſum.l.finali. titulo decimoquarto, parte quarta. quod etiam ex illuſtre nati & infimæ cõditionis muliere,de quibus & inibi fit mentio,naturales filios etiam appellari,cùm ad inuicem poſſint contrahere matrimonium: & id ſolùm lex conſiderat,vtpote filius naturalis dicatur, duobus inſuper additis, quòd ex concubina naſcatur domi non retenta, ſi & à patre is filius recognoſcatur: quòd ſi ex concubina publicè domi retenta, id ſolum ſufficere pro agnatione filij abſque alia verbali recognitione,ſicuti eleganter explicat Didacus à Couarruuias Archiepiſcopus Sancti Dominici deſignatus, in quarto Decretalium,in ſecunda parte,capitulo octauo,folio 100.& hic naturalis, honoribus ac nobilitate parentum minimè gaudet,ſicuti ex Chaſſæneo in conſuetudinibus Burgundiæ rubrica octaua.§.tertio.in principio.numero decimoſeptimo.

Matth

Matthæus Affiſctus in deciſione Neapolita. cxcv. tradidêre: & id iure regio ita deciſum eſt ex l.finali. titulo decimotertio.& in l.tertia.titulo decimoquinto, parte quarta. quas regias ſanctiones intelligendas fore reor in aliis honoribus cum & fidalguia naturalis natus ex concubina retenta pro ſua(vt ita dixerim)gaudeat,ex l.prima.titulo vndecimo.parte ſeptima.& ſic reſpectu fidalguiæ corriguntur ſupradicta.

Cæterùm id intelligendum eſſe opinor, niſi † & is filius 6 naturalis à rege fuerit legitimatus: cùm & per legitimationem nobilitate paterna condonetur. l. quarta. vj. & nona. titulo decimoquinto.parte quarta.l.xij. Tauri. Et de his loquor naturalibus,quanquàm natis à certa concubina,cùm & hi legitimatione aliqua non indigeant.l.xxj. titulo xxj. lib. iiij.Fori.l.vij.tit.xxij.eod.lib.l.xj.parti.ſupracitatæ.

Rurſus ſi ad amuſsim omnia examinentur, ſubintelligo, quando is filius non eſſet natus ex damnato & punibili coitu , ita tamen vt vtrunque concurrat, quòd ſit damnatus, & punibilis:ſiquidem & clandeſtinum matrimonium punibile eſt,ex capitulo cum inhibitio.de clandeſtina deſpõſat.non tamen eſt damnatum, quinimò valet, & iure ciuili inter ſolutos, ſaltim ſi ſecretus ſit:quòd ſi publicus fuerit concubinatus,extra ordinem punitur,ex l.iuris præceptam.ff.de legib. Quo fit,non ex eo, quòd ſit punibilis , coitus eſt damnatus: & ideo vtrunque requiritur copulatiuè,ſiue ex parte patris, ſiue matris:& hic filius aut eſt ſpurius,vel manzer,aut adulterinus , vel nothus : de quibus agit l.prima.titulo decimoquinto. parte quarta. & hi etiam ſi legitimentur, nobilitate parentum non gaudent , ex pragmatica apud Maiori. anno 1542.quòd ſi filij ſint manzeres & ſpurij.excepto hoc,ſi legitimentur,gaudent fidalguia parentum: licet lege damnetur coitus,non tamen punitur , cùm vtrunque debeat concurrere.vno deficiente pragmaticæ non erit locus,ex l.ſi plures.ff de condit.inſtit.& id colligitur ex pragmatica. de Cordoua.. folio 153.l.finali. titulo xxij. libro quarto Fori. Quibus omnibus ſic perpenſis,& ad pulmonem reuulſis rationibus, exiſtimo naturalem filium poſſe agere ad vindictã ſanguinis pro nece ſui patris interfecti: & in ea ſpecie ita ſcribit Iacobus Villalpan.numero quarto.eo loco, cuius & anteà meminimus.A qua ſententia aliquot caſus excipiũtur, quorum primus,ſi filius eſſet vulgò quæſitus , & non haberet patrem

certum.l. vulgo concepti. ff. de ſtatu homin. vtpote ſi filius eſſet natus ex ſcortis, vel meretricibus, qui nothus diceretur, teſte Alciato libro quarto parergôn, capitulo quinto. Et Quintilianus libro tertio, capitulo quinto à Græcis nothum vocari eum, qui legitimus non ſit, & Budæus in lege vulgo concepti. de ſtatu hominum. ff. nothum, dictionem Græcam adulterium interpretatur. Cui conuenit regia lex, titulo tertio, parte quarta. Apud legum doctores ſtrictius multò magis hoc nomen aſſumitur, vt nothum eum dicamus, qui ex meretricibus natus ſit: ſicuti ex inductione Authenticorum, quibus modis naturales efficiantur ſui, in principio definitur, adiuncto Græco titulo, Cæſarum iure intereſt inter nothos, & naturales: ſiquidem naturales duas vncias inteſtato patre decedente conſequuntur, ex dicta authentica, licet. C. de naturalibus liberis. & in authentica. quibus modis naturales efficiantur ſui. §. ſi quis autem defunctus. & in §. finali. filij verò nothi nullam bonorum portionem patris inteſtati habent. §. ſi verò. in authentica, quibus modis naturales efficiantur ſui. At ex teſtamento tam naturales, quàm nothi æquales eſſe poſſunt, ex Saliceto in authentica ex complexu. C. de inceſtis nuptiis, tametſi in contrariam ierit ſententiam Bartoli. in l. finali. ff. de his quibus vt indignis. Oldradus conſilio cxcvj. Albericus & pleriquè alij in Rubrica de naturalibus liberis. exiſtimantes patrem nothis in teſtamento nihil poſſe relinquere: regia lege vndecima, in Taurino conuentu lata, in his filiis naturalibus exigit, quòd pater eos proprios cognouerit, tametſi ex fœmina ſint nati domi minimè cohabitante, quos nothos appellari conuenit.

Hos tamen, qui ex concubina domi retenta naſcuntur, ſatis eſt domi natos fuiſſe, ex gloſſa in capitulo Michaël. de filiis presbyterorum, tametſi pater eos nō cognouerit. Quo fit, filios nothos ex ſcortis natos, & vulgò quæſitos hoc munus, accuſandi criminis authorem ob necem patris defuncti minimè competere, ex Baldo in lege prima. C. qui accuſ. non poſſunt. quod verum eſſe opinor, ni & filius patrem poſſet probare, tametſi eſſet ex ſcortis natus. Et vt obiter agam in hac probatione filiationis, Bartol. in l. prima. §. idem per contrarium. ff. de lib. agnoſc. & in l. filium. ff. de his qui ſunt

ſui vel

ſui vel alieni iuris.& in l.non nudis.C. de probationibus.aduocatos in filiatione probanda inſtruit, & † tria eſſe à teſtibus inquirenda: quorum primum, an Sempronium eſſe filium Titij ſciant, ex matrimonio legitimo ab eius vxore conceptum. Secundum an creditum ſit, quòd fuerit communis vicinorum fama, Sempronium filium eſſe legitimum dicti Titij. Tertium, an Sempronium eſſe filium Titij agnouerint, atque penes dictum Titium Sempronium in poſſeſſione filiationis extitiſſe. Ita cautè à teſtibus inquiritur, non ex eo, quòd omnia probare ſit neceſſarium: ſed quia teſtis, qui vnum ex his ignorat, aliud fortaſſe aſſeueret: Iaſon ſignanter ita ſcribit conſilio cxiiij. volumine j. & conſilio trigeſimonono.eodem volumine. Alexander conſilio quinquageſimoprimo, volumine etiam j. 8

Secundus à principaliori concluſione excipitur caſus, qui non infrequenter diſcuti ſolet in hoc duntaxat tractatu: Si † filius conceptus fuiſſet in ſeruitute, vt in principio Inſtitut.de ſeruili cognatione, verbo, veniant. cùm is ſuccedere non poſsit, ex l. ex libera. C. de ſuis & legitimis hæredibus. & præcitata authentica ex complexu. C. de inceſtis nuptiis. Bartolus in l.ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Trebellianum. Matthæus de Monte in tractatu, quem prodidit de ſucceſsionibus ab inteſtato, in principio, membro primo. cùm & is ſuccedere non poſsit, nec necem defuncti vindicare, nec contra criminis authorem accuſationem proponere poteſt. 9

His tamen præmiſsis ad quæſtionis reſolutionem, quæ de ſpuriis tradunt Doctores, aliquot exponam concluſiones: quarum prima illa eſt iuris aſſertio, filiis † ſpuriis minimè hoc munus accuſandi mortem defuncti patris competere aſſeuerat Baldus in l.id quod pauperibus. C. de Epiſcopis & clericis. itidem in l.cùm acutiſsimi. C. de fideicommiſſis.& in l.neganda.C. qui accuſare non poſſunt. Et rurſus in l.quiſquis.C.ad legem Iuliam maieſtatis. Ioannes de Imola & Alexander in l.ex facto. §. ſi quis rogatus. hic numero trigeſimonono. ff.ad Trebellianum. Et ex nouioribus in ea ſpecie idem reſpondit Villalpandus numero 6. eo in loco, cuius & anteà meminimus. Et præter alia, quæ doctores adducunt, ipſe pro hac adſtruenda ſententia aliquot proponam: & primò filius † ſpurius iure ciuili, nec inter viuos, nec in vltima teſtantiū voluntate poteſt aliquid de bonis parentis capere, 10 1

tex.

tex.in authen.quibus modis naturales efficiantur ſui. §. fin. collatione vij.authen.ex complexu.C.de inceſtis nuptiis. authontica licet.C.de natural.liberis. regia lex decima, titulo quinto, libro tertio Fori. l. decima. tit. xiij. par.vj. Abbas & paſsim Doctores in cap.cùm haberet.de eo qui duxit in matrimonium,quam pol.per adulterium.Bartolus in l.finali.de his quibus vt indignis.& in l.ſi quis ex bonis.ff. de vulgar. & pupillar.Gulielmus Benedictus cap. Raynutius.in verbo, & vxorem nomine Adalaſiam. numero 112.de teſtamentis.Didacus à Segura in l.cohæredi.§.cùm filiæ.numero 122. ff. de vulgari. Angelus de Gambelionibus in eo tractatu, quem prodidit de teſtamentis,in gloſſa lxxxv.in nouioribus.plerique alij huic acceſsêre ſententiæ,inter quos & Chaſſanæus in conſuetudinibus Burgundiæ,in titulo,de ſucceſsione. rubrica viij.§.tertio.folio 284. columna ſecunda. numero primo. Boërius deciſione ccxxvij. Martinus Laudenſis numero 72. in tractatu de legitimatione. Nicolaus de Vbaldis numero 44.parte j.de ſucceſsionibus ab inteſtato. Matthæus de Afflictis in deciſione Neapolitana xcvj.Rodericus Suarez in lectura legis primæ,titulo vj.libro tertio, Fori, folio 86. pagina 2. verſiculo, qui autem dicantur filij ſpurij. Palatios Rui.in cap.per veſtras.§. decimo. de donatione inter virum & vxorem.Cifuentes in interpretatione legis nonæ,& decimæ in Taurino conuentu latæ: & ante hos Decius in cap. in præſentia.num.105.de probationibus.Ioannes Veſanius in conſuetudinibus Alberniæ,cap.duodecimo,de ſucceſsionibus & teſtamentis, articulo vndecimo. Bermondus in tractatu, de publicis concubinariis,pagina 310. verſic. impropriè. à numero primo ad finem vſque.Paulus Pariſius conſilio vndecimo.num. 10. libro ſecundo. Baptiſta de Caccialupis in l. ſi qua illuſtris.numero 96. C. ad Orficianum. Georgius in repetitione legis qui teſtamentum.numero 5.ff.de probationibus.Ioannes de Garronibus in repetitione legis primæ. numero 101.C.de ſecundis nuptiis. Quibus & plerique alij acceſsêre,ſiquidem & Ioannes Galdenſis idem exiſtimat in tractatu,quem publicum fecit de arte teſtandi, titulo primo, cautela decimaquarta. Laurentius Calcaneus in conſilio lxij.Rolandinus Bononienſis in tractatu de teſtamentis, rubrica decimaoctaua. Corneus conſilio vigeſimoquinto. & conſi. cccx. volumine j. & conſilio ccxvij. libro iij. & rurſus

conſi

conſi.ccxxxvj.libro ij.Bartholomæus Socinus conſi.xcvj.volumine primo. Alexander conſilio lxxiiij. volum. ij. is idem in conſilio cl. libro ij.ex noſtræ tempeſtatis hominibus non ineleganter dominus ac præceptor meus Ioannes Corraſius in l.hæres inſtitutus.num.5.C.de impuberum & aliis.Didacus à Couarruuias in quarto Decretalium.ij. parte. cap. viij. §.v.& vj.aliquot axiomatibus id declarant,adeò quòd neque inter viuos aliquid à patre capere poſſunt filij ſpurij.§.fin.in authentica quibus modis naturales efficiantur ſui. & auth. licet.præcitata,regia l.x.tit.xiij.parte vj. quæ, dum fornicationis verba agit, intelligenda eſt de ea fornicatione, quæ etiam accedente conſenſu fornicantium coniugalis eſſe non poteſt.Salicetus in d. l. j. quòd ſi ſpurio aliquid relinquatur, id legitimis liberis vel cognatis à lege proximioribus defert Bart.in l.fin.de his quibus vt indignis,Baldus, & Salicetus per textum, inibi in l.j.C.de naturalibus liberis. Iaſon in l.ij. numero 9.C. de hæredibus inſtituendis. Bermondus in tractatu de publicis concubinariis,pagina 328.num.21.verſi. ego autem puto contrarium. Et hanc eſſe communem exiſtimat Alexand. in l.hæreditas.C. de his quibus vt indignis. Lectorem tamen admonitum eſſe velim, conſanguineis negligentibus & intra duos menſes defuncti necem non vindicantibus,fiſcus eam vindicat.l. j. §. quibus tacentibus.C. de naturalibus liberis.Bald, in l.certum. num.17.verſic. ſed pone baſtardus. C. vnde legitimi. Ludouicus de Sardis.nec admodum grauatus his accedit in tractatu de naturalibus liberis, ad finem, verſiculo ſecundò videndum eſt. numero 1. Bermondus in tractatu de publicis concubinariis, pag.311. numero 7.Ioannes Garronis numero 101,eo in loco,cuius & anteà meminimus.Rolandinus Bononienſis in tractatu de teſtamentis.rubrica xviij.numero 1.regia l.x. tit.xiij. par.vj. idem ſi pacto,vel renuntiatione conſanguinei excludantur, ex præcitata l. j. C. de naturalibus liberis, quæ tamen in iis filiis procedit, quorum inibi mentio fit, non in aliis: regia tamen lex prima.tit. decimotertio, parte ſexta. apertiſsimè probat illius legis primæ deciſionem in omnibus ſpuriis locum habere:nec aliquid refert, an à patre, vel ab alio patris ordinatione capiat:ſicuti argumento optimo deſeruit textus in l.vnum ex familia.§.j.ff.de leg.j.

Et iſthæc paſsim recepta ſententia, & regio iure comprobata

bata de filiis ſpuriis non admittendis ad patris bona, non ſolùm iure ciuili procedit, quia & diuino, ſicuti definitum eſt Geneſeos capite 21. vbi Abrahæ dictum eſt: Eiice ancillam, & filium: quia non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ: & Apoſtolus ad Galathas capite quarto teſtatur, & iure Pontificio id definitum eſt: ex Auguſtini ſententia in capite quid eſt. trigeſimaquinta quæſtione ſeptima. & in cap. non omnis. trigeſimaſecunda quæſtione ſecunda, cap. dicat aliquis. trigeſimaſecunda quæſtione quarta.

12 Lege † verò municipali ſtatui non poteſt filium ſpurium capacem fore teſtamenti, donationis, alteriúſve paternæ largitionis, ſicuti Socinus cenſuit conſilio xcv. numero 9. volumine iiij. Aretinus in l. teſtamenti factio. ff. de teſtamentis. Baldus & Aretinus in l. cunctos populos. numero 15. C. de ſumma Trinitate. quibus accedit Decius in cap. ſecundo. de conſtitutionibus. notab. ſecundo. quam & eſſe communem profitetur Ioannes Baptiſta in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. folio 11. columna j. nec ſtatutum in contrarium aliquid deſeruiret, cùm fornicandi occaſionem præberet, ex l. conuenire. ff. de pactis dotalibus. cap. quemadmodum. de iureiurando. Iaſ. in l. ait prætor. columna iij, ff. de iureiurando. Federicus de Senis conſilio cclxv, numero 1. Et rurſus conſilio cclxvij. & ex nouioribus hanc profitetur eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam. Ferdinandus Loazes in tractatu de matrimonio, in ſecundo dubio, in ſecundo fundamento, pro parte negatiua, numero ſeptimo: quo in loco pleroſque doctores aſſeuerantes hanc eſſe communem ibi congerit. Idem profitetur Ferdinandus Loazes in tractatu de conuerſione Paganorum. colum. xxij. numero 7. verſic. ex hac ratione. eandem dicit eſſe communem Decius in cap. in præſentia. num. 124. de probationibus. & eſſe communem profitetur Ioannes Galdenſis de arte teſtandi, tit. j. cautela xiiij. numero 1. Boërius deciſione cxxvij. numero 9. Lopius in l, nona. numero 6. in legibus Tauri. Bermondus de publicis concubinariis, pag. 44. numero 63. Gulielmus Benedictus in cap. Raynutius, in princ. num. 39. de teſtamentis. Didacus à Couarruuias num. 6. eo in loco, cuius & anteà meminimus.

Primò, vt res non obſcura clarius clareſcat, & antiquæ difficultatis ratio, reſoluendo ex his, quæ paulò anteà adnotauimus

mus quaſi ex eodem ſtipite, & illud emanare videtur, ſpuriis nihil poſſe relinqui à patre, adeò quòd inſtitutio eſt ipſo iure nulla, cùm incapaces ſint: ſicuti definitur in auth. quibus modis naturales efficiantur ſui. in §. fin. collat. vij. l. ſi pater. & ibi glo. & in l. nec apud. C. de hæred. inſtit. l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati. authen. ex complexu. C. de inceſtis nup.

Secundo, & illud deduci videtur ex his, ſpurium † filium 13
à patre ſubſtitui non poſſe legitimo filio ex pupillari ſubſtitutione, ad hunc effectum, vt patris bona ſpurius conſequatur, tametſi ex illa ſubſtitutione pupilli bona capere poſſit, glo. in authen. quibus modis naturales efficiantur ſui. §. fin. l. ſi is qui. ff. de vulgar. cuius pro ſingulari meminit Bald. in cap. ſolicitudinem. de appellat. columna ij. Itidem in l. eam quam. C. de fideicommiſſis. numero 53. Bartolus, Alex. Paul. & Iaſ. in præcitata l. ſi is qui. Iaſ. poſt pleroſque alios in l. iam hoc iure. num. 5. ff. de vulg.

Tertiò, his itaque explicitis, & illud emanare videtur, ſpurium per patrem ſubſtitui non poſſe vulgariter, nec fideicommiſſarie, ſicuti ex nouioribus præter alios notat Bermondus in tract. de publicis concubinariis. pag. 316. num. 17. verſic. ſed an ſpurius. Didacus à Couarruuias in quarto Decretalium libro, ſecunda parte, cap. viij. §. v. numero 4. ante hos Gulielmus Benedictus in cap. Raynutius. verbo, & vxorem nomine Adalaſiam. num. 690. Et ruiſus num. 128. quibus & illa ratio adſtipulatur, viua & ſpirans: quia directè, nec per interpoſitam perſonam per vulgarem ſubſtitutionem ſucceditur patri, cùm ſit eius teſtamentum, vt in principio Inſtitutionum, de vulgari, nec fideicommiſſariè ſuccedere poteſt, ex l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione.

Quartò, verumenimuerò, & tertiò deducitur † fraudem 14
legi factam cenſeri, ſi is cui aliqua bona pater ſpurij donauit, incontinenti donauerit filio ſpurio donatoris, vel ex interuallo, ſi id expreſsim fiat in donatoris primi remunerationem. Bald. num. 40. in l. eam quam. C. de fideicommiſsis. Ioannes Anan. conſilio xiij. vbi ſignanter explicat, ex quibus coniecturis colligi poſſet, an fraus interuenerit: Ioan. Lop. in rub. de donat. inter. §. xxx. num. 14.

Quando fraus præſumatur legi facta.

Quintò, hinc † verum eſſe apparet, hunc ſpurium non 15
poſſe aliquid à patre capere ex lucratiuo contractu onerpſove,

ſove, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam, ex l. prima, & inibi glo. C. de naturalibus liberis. quo in loco Cin. Bart, Baldus, Salicetus, eidem ſententiæ ſubſcripſere, tametſi glo. in l. qui teſtamentum. in glo. ij. ff. de probat. in oneroſo contractu contrarium prorſus exiſtimauit: quam & Baldus in l. ſi is cui, ff. de vulg. & pupil. idem exiſtimat: ſed à priori ſententia, nec latum quidem vnguem, diſcedendum eſſe exiſtimo, ex Galdenſe de arte teſtan. titulo primo, cautela xiiij. numero 3. Bermond. de publicis concubinariis, pagina 325. numero 32. verſiculo, & prædicta concluſio. Gulielmo Benedicto eo in loco, cuius & anteà meminimus, numero 129. Aret. in l. ſi is cui bonis. numero 6. ff. de vulg. & pupil. & contrariæ ſententiæ gl. in dicta l. qui teſtamentum. in errorem lapſam eſſe exiſtimat Iacobus Butrigarius, Florianus, Salicetus inibi, Iacobus à ſancto Gregorio, illam gloſſam communi conſenſu eſſe damnatam aſſeuerat in dicta l. qui teſtamentum. numero octauo.

Sextò pariter infertur, veram eſſe illorum ſententiam,
16 qua deciſum eſt, filios † ſpurios bona à parentibus relicta in vltima teſtantium voluntate, nec inter viuos præſcribere poſſe, ex gloſ. in l. nemo. ff. de vſucapionib. prælegato, quam miris laudibus exaltat Bald. in l. id quod pauperibus. col. fin. C. de epiſcopis & clericis. & in l. nulla. verſiculo ſecundò quæro. C. de rei vendicatione. quòd ſi errore ductus putans ſe eſſe legitimũ, adhuc præſcribere non poſſet, Salicetus ſignanter in l. nullum. & in l. prima. C. pro hærede. Philippus Corneus conſilio ccxxxvj. numero quarto. volumine ſecundo. Franciſcus Balbus in eo tractatu, quem prodidit de præſcriptionib. iiij. parte quar. principalis. quæſt. xviij. & in repet. l. Celſus. num. 9. primæ partis. ff. de vſucap. Bermondus idem profeſſus, de publicis concubinariis, pagina 315. numero 16. Alexander qui aliquot axiomatibus id declarat conſi. lxxiiij. num. 7. volum. iij.

Septimò ex his colligi poterit, quod eodem iure defendi-
17 tur, ſi † ex teſtantis voluntate bona diſtribui mandauit inter pauperes, vel coniunctos, executorem teſtantis minime poſſe ſpurium illius teſtatoris eligere: Bald. in l. id quod pauperibus. num. 34. quæſt. xxij. C. de Epiſcopis & cler. ex illa ratione triuiali factum executoris iudicari cum facto teſtatoris, ex l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia quæratur. ff. de leg. ij. vbi

vbi text. definiit electum non cenſeri, ab illo capere, qui eum illexit, ſed ab illo cuius iuſſu ac mandato electus fuit. l. ſi is qui. ff. de vulgar. vbi, qui non poteſt capere per ſe, nec alio mediante, & expreſsim id adnotat Baldus in l. ab eo. C. de fideicommiſsis. & huic ſententiæ maximum robur affert lex prima. C. de naturalibus liberis. Laurentius Calcaneus conſilio lxij. numero 7. Corneus conſilio cccxxxvj. numero 10. volumine ſecundo. Galdenſis de arte teſtandi, titulo primo, cautela xiiij. numero 9. Bermondus de publicis concubinariis, pagina 311, numero 8, Gulielmus Benedictus eo in loco, cuius & anteà meminimus, num. 122. Alexand. conſilio liiij. num. 1. vol. vij. ſignanter Ioannes Lopius numero 16. in l. nona, in Taurino conuentu lata, Quibus admodum ſuffragatur tex. ad id præſtantiſsimus in l. prima. C. de natural. liber. Et omnium diligentiſsimè, qui iſtis noſtris non eſt ſatiatus, hanc extricat quæſtionem vltrò citróque ad ambas (vt aiunt) aures, Nic. Boër. in conſil. cxxvij. num. 14.

Octauò his omnibus animaduerſis apparet veritas legis primæ. C. de natural. liber. ad finem. & l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati. diffinientium ſpurios neutiquam ſuccedere parentibus ex parte patris ab inteſtato. Cinus in authent. itaque. C. communia de ſucceſ. Faber in §. nouiſsimè. Inſtitut. ad Orficianum, Baptiſta de Caccialupis in l. ſi qua illuſtris. num. 79. C. ad Orficianum, Ludouicus de Sardis in tractatu de naturalibus liberis. in §. de ſucceſsione ſpuriorum, ſeptima quæſt. num. 12, regia l. xij. tit. xiij. parte ſexta, quibus admodum nec grauatus accedit Ciſuentes numero 4. in l. nona Tauri, in filiis tamen presbyterorum, hi nec ex teſtamento, nec ab inteſtato parentibus ex parte patris ſuccedunt. l. xxij. titulo tertio, libro primo, l. ſecunda, titulo tertio, libro quinto, ordinationum regiar. l. nona Tauri. & inibi, Ciſuentes expreſsim hoc ipſum vult, nec in mare iſthæc ſententia vires obtinet: ſiquidem non extantibus deſcẽdentibus, legitimis, & naturalibus. ſpurius tam ex teſtantis matris voluntate, quàm ab inteſtato ſuccedit. l. ſi ſpurius. l. hac parte. ff. vnde cognati. §. nouiſsimè. Inſtitut. ad Turpillianum. l. prima. §. ſed ſi vulgò. ff. eodem. regia l. nona Tauri, & inibi Ciſuentes numero 1.

Nonò ex eadem ratione expendi poterit dubium illud, hos† filios ſpurios ab eccleſia etiam inſtitui non poſſe, cui 19

Spurius ab eccleſia inſtituinō poteſt in bonis, quæ ipſius pater illi eccleſiæ donauit.

bonā ſua pater donauit: ſi eccleſia deinde ſpurio filio teſtatoris donauerit, nullius eſt momenti iſthæc donatio, ex Bal. num, 4. in l. eam quam. C, de fideicommiſ. Ioan. Lopius in rubrica, de donation, §, xxx. num. 14, vbi in praxi in his regnis eſſe receptum aſſeuerat itidem in rubr. ead. §. lxviij, num. 19. Bald, eo in loco, cuius anteà meminimus exiſtunt, ſi pietatis intuitu donauerit filio ſpurio, remunerationiſve cauſa, donationem vtique valere: cui ſubſcripſit Alexander conſilio liiij. num. 1. vol. vij. Bermondus in tractatu de publicis concubinariis. pag. 312. num. 10.

Decimò attentè & diligenter penſatis his, quæ hac de re
20 tradidimus, cenſendum eſt, tametſi † ſpurius bona capere non poſſit, nihilominus nepos legitimus ex filio ſpurio deficiente prole legitima, poteſt inſtitui ab auo. Bart. num. 3, l. Gallus. §. quid ſi is. de liberis & poſthumis. Itidem in conſilio cxviij. incip. Odoſius habens filium. vbi ſententia lata ita pronuntiatum fuiſſe aſſeuerat Abbas in cap. cùm haberet. de eo, qui duxit in matrimonium. Imola, Aretinus, Alexander, & Iaſon in præcitato §. quid ſi is. Philippus Corneus conſilio xxv. numero 10. volumine primo. & hanc eſſe conſenſu ſtabilitam ſententiam exiſtimat Iaſon in l. hæreditas. numero 8. C. de his, quibus vt indignis. & hanc eſſe communem profitetur Carolus Molineus ad Alexandrum conſilio lxxiiij. numero 2. libro tertio. & Ioannes Galdenſis de arte teſtandi, titulo primo, cautela xiiij. numero 11. Bermondus de publicis concubinariis, pagina 346. numero 65. verſiculo, apud Legiſtas. Et rurſus pagina 359. numero 70. Doctores communiter in l. finali, C. de naturalibus liberis. Et hanc eſſe communem aſſeuerat Rodericus Suares in lectura l. ix. titulo vndecimo, libro primo Fori, folio 73. pagina 2. verſiculo, conſideratum. itidem in lectura l. primæ, titulo ſexto, libro tertio Fori, folio 88. pagina 2, verſiculo, circa hoc quæritur. Boër. idem profeſſus, deciſione cxxvij. numero decimoſexto, ſuffultus gloſſæ authoritate in præcitata l. finali. Signorolus conſilio cxiiij. & eam eſſe communem profitetur Decius conſilio cccclxij. ex noſtræ tempeſtatis hominibus Didacus à Couarruuias in quarto Decretalium ſecundæ partis, capitulo octauo. §. quinto. numero decimotertio. Gulielmus Benedictus loco, cuius & anteà meminimus, numero 131. Didacus Caſtellus in l. nona

Tauri,

Tauri, verbo, ex teſtamento. Tametſi perperam in contrariam ierit ſententiam Chaſſæneus in conſuetudinibus Burgundiæ, titulo, *Des ſiefz* rubrica tertia. §. quinto, numero 7. conſilio quarto, folio 113.

Eodem iure deduci videtur in nepote ex filio clerici, qui poteſt ab auo inſtitui. Decius conſilio cclviij. & hæreditatem optimo quidem iure acquirere, Baldus in l. ſi quis inceſti. numero 2. C. de inceſt. nupt. Petr. Cin. & Salicetus in l. ſecunda. C. de epiſcopis & clericis. Corſetus in ſingulari, verbo, fornicatio. Abbas in cap. cauſam quæ. & in cap. lator. & in cap. ex tenore, qui filij ſint legitimi. Rodericus Suares in lectura l. ix. titulo vndecimo, lib. xiij. Fori, quam eſſe communem profitetur Corſetus loco præcitato, & Cifuentes num. 7. in l. nona, in Taurino conuentu lata. Quod ſi conſtet patris gratia nepotem inſtitutum fuiſſe, præfatam inſtitutionem deficere, ex his doct. quorum & anteà meminimus: & præter alios Aymon Sabilius conſil. clxxxiiij. Hæc tamen concluſio ſecunda non procedit in nepote nato ex filio inceſtuoſo, Baldus in l. ſi quis inceſti. C. de inceſtis nuptiis. per text. inibi, cuius meminit pro ſingulari idem Baldus in cap. in præſentia. de probationibus, num. 35. Corſetus in ſingulari, verbo, hæres. Hippol. in ſingulari cxliij. Quorum opinio communis eſt ex Saliceto in dicta l. ſi quis inceſti. & Corneo conſil. xxv. volumine primo, numero 15. Etſi Iaſ. in dicto §. quid ſi is. velit à Baldo recedere, & Paulus Caſtrenſ. numero 6. in §. quid ſi is. præcitato. ad quos reſpondit Suares eo in loco, cuius & anteà meminimus: Cuius ſententia exploſa, idem exiſtimat Bermondus de publicis concubinarijs, pagina 351. numero 70. verſiculo, iſta concluſio. Gulielmus Bened. in cap. Raynuntius. verſiculo, & vxorem nomine Adalaſiam. deciſione quinta. numero 121. de teſtamentis. Caſtellus in l. ix. Tauri, in verſiculo, ex teſtamento. & inibi Cifuentes numero 7. Suares in lectura l. primæ, titulo ſexto, libro tertio Fori, folio 89, pagina 1. & eſſe communem exiſtimat Martinus Laudanſis in tract. de legitimatione, num. 73. Didacus à Couarruuias in epitome de ſponſalibus. ſecunda parte, cap. viij. §. v. num. 13.

Ex quo inferri poſſet nepotem ex filio poſt ſacros ordines ſuſceptos ab auo presbytero inſtitui non poſſe, cùm clerici filius in ſacris conſtituti ordinibus dicatur natus ex

inceſtu, gloſ. Baldus, Paulus in l. ſecunda. C. de epiſcopis & clericis. ſed tamen inceſtuoſus propriè non eſt hic filius, ex gloſ. in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. Quo fit, nepos legitimus & naturalis ex filio clerici ſacris ordinibus inſignito, poteſt hæres inſtitui, Petrus, Cinus, Salicetus, in dicta l. ſecunda. Baldus in d. l. ſi quis inceſti. Corſetus in ſingulari, verbo, fornicatio. vbi expreſsim fatetur hanc opinionem communem eſſe. Alexand. columna finali, in præcitato §. quid ſi is. Rodericus Suares in l. nona, titulo vndecimo, libro primo Fori. columna ſecunda, atque ita intelligenda eſt concluſio paulò anteà citata,

Vndecimo ad eandem rationem expediri poterit dubium illud, tametſi filius ſpurius inſtitui non poſsit à patre, an & nurui hæreditatem relinquere poſsit? & Hoſtienſ. in cap. primo. columna ſecunda, de teſtament. in ea eſt ſententia, cùm iſthæc inſtitutio cenſeatur fraudulenta, nullius momenti eſſe exiſtimauêre Ioannes Andræas & Cardinalis, numero 9, in dicto cap. primo. à qua ſententia ipſe libenter diſcedo: quippe qui exiſtimem hanc hæredis inſtitutionem minimè
31 fraudem continere, potiſsimum cùm filio † ſpurio nihil quæratur præter alimenta, quæ ex illis bonis donatis vxori conſtante matrimonio habet. l. doce ancillam. C. de rei vendicatione. traditur per doctores neotericos in l. in rebus. C. de iure dot. l. ſeptima, titulo vndecimo, parte quarta, cùm maritus conſtante matrimonio dominus rei dotalis ſit. Et cùm clericus poſsit filio ſuo alimenta relinquere, ne fame oppreſſus pereat. cap. cùm haberet. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adult. & inibi Abb. vltimo notabili. Et huic iuri pontificum, etiam de iure ciuili ſtatur, ex gloſſa in præcitato cap. cùm haberet. ad finem. quam profitetur Cardinalis & Abbas inibi, Corſetus in ſingulari incipienti, ſpurius. Ioannes Galdenſis in tract. de arte teſtandi. Lambertinus de iure patronatus, tertia quæſt. principali tertij libri, à primo artic. ad finem vſque. Et hoc eſſe commune profitetur Iaſon conſilio xxvj. numero 4. volumine primo. & vtroque foro alimenta ſpuriis danda eſſe profitetur eſſe communem Decius numero quarto, in capitulo, clerici. de iudiciis. Itidem in capitulo in præſentia. numero 115. de probationibus. & eſſe communem aſſeuerat Antonius Corſetus in repertorio ad Abbatem, verbo, alimenta.

& in

& in ſingulari incipienti, filij ſpurij, & eſſe communem exiſtimat Ioannes à Neuizanis in ſylua nuptiali, libro tertio, numero 25. Bermondus in tractatu de publicis concubinariis, pagina 347. numero 62. Calcaneus in conſil. lxij. numero duodecimo. Et hanc eſſe omnium receptam ſententiam exiſtimat Franciſcus Ripenſis in l. ſi vnquam. C. de reuocanda donatione. quæſtione xxvij. num. 68. is idem in rubrica, ff. de verborum obligationibus, numero 58. idque non ſolùm in vltima teſtantium voluntate, ſed vtique inter viuos alimenta filiis ſpuriis relinquenda eſſe, ex Bartolo in l. finali, numero 7. ff. de his, quibus vt indignis. cuius meminit idem profeſſus Suares in lectura l. primæ, titulo ſexto, libro tertio Fori, folio 91. pagina prima, regia l. octaua, titulo decimotertio, parte ſexta, idque non ſolùm competere ex bonis patrimonij clericorum, ſed etiam ex bonis intuitu ipſius eccleſiæ acquiſitis, gloſſa in capitulo omnino. trigeſimaprima diſtinct. Bermondus loco præcitato, pagina 337. numero 73. Ioannes Lopius in capitulo per veſtras. §. xxiij. numero 15. de donatione inter virum & vxorem. *Alimenta debentur ſpurijs.*

Duodecimò attentè & diligenter penſatis his, quæ hac in re tradimus, cenſendum eſt filios † ſpurios parentibus ſuccedere non poſſe: & verſa vice, nec patres ſpuriis filiis, Bald. in authentica, licet. C. de naturalibus liberis, ex illa ratione, quæ habet, quia inter eos nullum ius agnationis, vel cognationis reperitur, Azo in ſumma. C. de heredibus inſtituendis. & in ſumma, de legitimis heredibus. cui & Bartolus acceſsit in l. finali, numero 5. ff. de his, quibus vt indignis. Baldus in l. prima. C. de epiſcopis & clericis. notant doctores paſsim in hac parte. & in l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati. Alexander conſilio cl. numero 6. volumine ſecundo. Gulielmus Benedictus in capitulo Raynutius. verbo, & vxorem nomine Adalaſiam. deciſione quinta, numero 133. de teſtamentis. ex nouioribus Matthesilanus in eo tractatu, quem prodidit de ſucceſsion. ab inteſtato. ſecundo membro, ſecundo articulo principali, numero ſexto. Chaſſæneus in conſuetudinibus Burgundiæ, in titulo, *Des ſucceſsions.* rubrica ſeptima. §. primo, numero primo. folio 283. Baptiſta de Caccialupis numero 77. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficianum. ex neotericis Bermondus de publicis concu- 22

binariis, pagina 357. numero 77. Iaſon in §. pœnales. numero 61. Inſtitut. de actionibus. pro quibus adſtipulatur textus in l. licet. C. de naturalibus liber.

23 Decimotertiò, hic definiri poterit, † quòd ſi fides data ſit de reſtituenda hęreditate ſpurio, is qui fidem præſtitit, vt indignus hæreditate priuatur, & fiſco adiudicatur. l. prædonis loco. ff. de petitione hæreditatis. l. in tacitis. l. Lucius. §. finali. ff. de legatis primo. textus optimus in l. non intelligitur. §. ſi quis palàm. l. ita fidei. ff. de iure fiſci. ſin minus non fidem præſtiterit, ſed rogetur reſtituere hæreditatem, iure optimo poſsidebit inſtitutus illa bona: Bartolus qui hoc efficaciter probat in l. finali. ff. de his quibus vt indignis. l. in metallum. ff. de his quæ pro non ſcriptis habentur. textus in præcitata l. non intelligitur. in princ.

24 Decimoquartò, hinc conſtat † ſpurium in animi iudicio poſſe bona parentis poſsidere optimo quidem iure, ſi liberè nulla parenti promiſsione præmiſſa tradiderit ſcriptus hæres. Quod ſi à parente ſibi rehcta donatáve fuerint, obtinere non poteſt, cùm ad capienda bona incapax ſit atque in conſcientiæ foro reſtituere cogendus eſt, nec aliquo iuris apice pro contraria parte deſeruire videtur gloſſa ſatis celebris in capitulo fraternitatis, duodecima quæſtione ſecunda, definiens pœnam legis exterioris non eſſe conſiderandam in interiori animi iudicio, donec fiat eius executio. De cuius intellectu & nos de hæreticorum pœnis tractantes pleniori tradidimus manu: quæ gloſſa vim obtinet in pœnis, iudicis executionem exigentibus: non tamen in his, quæ non requirunt aliquem actum iudicis: vt rem exemplo ſubiiciam, ſi quis ſit incapax aliquorum bonorum, tenetur vtique à poſſeſsione illorum bonorum recedere, ex Caietano in ij. ij. q. lxij. artic. iij.

Ex deciſione illius gloſſæ hinc verum eſſe apparet, ſcriptum hæredem minimè teneri hæreditatem reſtituere in interiori animi iudicio, tametſi filio ſpurio tacitam fidem de ea reſtituenda præſtiterit: ex ea ratione, cùm iſthæc promiſsio contra legem, & in legis fraudem ſit facta, ex ea hæres ſcriptus aſtrictus nō eſt, Fortunius Garſia Hiſpanus ſubtilitatum princeps in lege iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pactis. & fortiſsimum huic rei argumentum præſtat textus in §. generaliter. eiuſdem legis.

Ex

Ex his colligi poterit, quòd non infrequenter diſcutitur apud noſtræ tempeſtatis homines, hæredem, qui promiſerat teſtanti hæreditatem ſpurio reſtituere, ex deciſione gloſſæ præcitatæ non teneri in conſcientiæ foro, illa deferre bona ad fiſcum, nec fiſco id crimen pandere; cùm leges hanc hæreditatem fiſco deferant in pœnam. l. non intelligitur. ff. de iure fiſci. lege prima. C. de his quibus; vt indignis. pœna autem (vt vulgò circunfertur) in conſcientiæ foro non ſoluitur: vnde contra Bartol. ſequitur in lege final. ff. de his quibus vt indignis. columna tertia, contrarium aſſeuerantem, cuius meminit idem profeſſus Didacus à Segura in l. cohæredi. §. cùm filiæ. folio duodecimo. ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitutione.

Cui fiſco adiudicetur, eccleſiaſtico ne an ſeculari hæreditas delinquentis 26

Inſignis eſt in hac re quæſtio, quid agendum ſit in dubio, cui fiſco, an eccleſiaſtico, an ſeculari hæreditas adiudicanda ſit? Ipſe tamen conſiderandam eſſe fidem, & hæredis præſtantis perſonam exiſtimo, cum potiſsimum is, qui delinquit, conſideratur, vt hæreditas auferatur ab eo, qui ſi clericus ſit, eccleſiæ: ſi laicus, regi † defertur hæreditas: Baldus in l. ſi quis presbyter. columna prima. C. de epiſcopis & clericis. & inibi Paulus Caſtrenſis. Felinus in capitulo quia. C. de iudic. columna ſecunda. Segura numero 145. in l. tertia. §. vltimo. ff. de liberis & poſthumis. Ioannes Lopius in rubrica de donatio. §. xxxix. adnotat, & hoc expreſsim Chaſſæneus in conſuetudinibus Burgundiæ. §. quinto. rubrica octaua, numero quarto. quibus ſatis iam ſatis conſtat, hunc ſpurium filium, ad necem defuncti vindicandam, nec ad accuſationem proponendam contra criminis authorem admittendum fore: quam ſententiam in ea ſpecie veriſsimam eſſe exiſtimat Bal. in l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſtatis. & in l. neganda. C. qui accuſare non poſſunt. & in l. id quod pauperibus. C. de epiſcopis & cleric. & in l. cùm acutiſsimi. C. de fideicommiſsis. Ioannes Imolenſis in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Trebellianum. ff. & inibi Alexand. numero 39. Innocentius Hoſtienſis, & Ioannes Andr. Anton. de Butrio. & Imola, poſt Baldum. & pleroſque alios in capitulo nonnulli. §. ſunt & alij. de reſcriptis. Baldus & Angelus, in l. ſed & hæ. ff. de procuratoribus. Diffinientes hos ſpurios agere non poſſe abſque mandato, cùm coniuncti nec vtique cenſeantur,

nec filij hi patrē nominare poſſunt: quo fit ad accuſandum, nec necem defuncti patris vindicandam admittendos fore. & hanc profitetur eſſe communem. Felinus in dicto §.ſed & alij, verſiculo prædictis obſtat. numero 58. quam eſſe communem aſſeuerat Iacobus Villalpandus in interpretatione l.xxij.titulo primo,par.vij.§.xlij.

Ex quo his penſatis, & ad pulmonem reuulſis rationibus
27 communem ſententiam intelligendam eſſe † exiſtimo, non ſolùm filios ſpurios,ſed & filios eorum ſpuriorum arcendos fore ab accuſatione,Paulus Caſtrenſis conſilio clxxxj.in cauſa,quæ vertitur coram vicario. columna quarta. Cuius meminit Felinus in præcitato §. ſunt & alij. numero 56. Quibus admodùm ſuffragatur text.in §.diuerſo. in authentica de hæredibus ab inteſtato venientibus.inibi, radice infecta, & omnimodo maculata, non poſſunt populares rami exinde prouenientes ſuccedere.Ludouicus Bolognon.in additionibus ad Matthæſilanum, in tractatum de ſucceſsionibus ab inteſtato.§.ſecundum membrum.tametſi cōtrariam prorſus tenuerit ſententiam Bartoli, quinetiam ſpurios ad necem defuncti vindicandam admittendos fore exiſtimat Bartol. in l. hos accuſare. §. omnibus. ff.de accuſationibus. Angelus in l.prima.ff.de accuſationibus. Baldus in l.prima. C.qui accuſare non poſſunt. numero 50. vbi expreſsim definiunt, cum pleriſque aliis, quæ serioſè congerit Antonius Gomezius in interpretatione l.xij. numero 52.in Taurino conuentu latæ,& de delictis capitulo tertio.numero.66.Ipſe tamen eorum ſententiam admittendam fore opinor, tam-
28 etſi † filij ſpurij non admittantur,nihilominus tanquam quilibet de populo ad necem defuncti vindicandam admittendi ſunt,& præferendi extraneis accuſare volentibus:cùm maior dolor commoueat eos ad accuſandum,quàm extraneos. l.ſecunda. §. finali.ff. de adulteriis.l.amiciſsimos.§. Lucius. ff.de excuſatione tutorum. Ioannes Imolenſis in l.ex facto. §.ſi quis rogatus.& inibi Alexander columna xxxiij.ad Trebellianum. Felinus pleroſque alios congerens in dicto capitulo ſunt & alij. Quibus tamē refragari videtur, cùm iſthæc actio competat,& intentari debeat per eum,qui integræ opinionis ſit.l.criminis.ibi, ſi tibi integra æſtimatio.C.qui accuſare non poſſunt.l.popularis actio. ff. de popularibus actio. l.infamem.ff.de publicis iudic. At ſpurij quemadmodū ſunt notati

notati infamia, nec integræ æſtimationis ſunt, ex Azone in ſumma. C. de infamibus. Baldus, & Salicetus ſignanter id explicant in l. finali. C. de verborum ſignificatione. & in l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſtatis. Hoſtienſis in ſumma. titulo de filiis presbyterorum. §. quæ in cauſa prohibitionis. Baldus in l. prima. colum. prima. C. de iure aureorum annulorum. Baldus in l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus ſub conditione factis. Alexander conſilio lxx. volumine ſecundo. Iaſon poſt pleroſque alios in l. fratris. numero vndecimo. C. de inofficioſo teſtamento. Pro quorum omnium ſententia eſt textus ad id præſtantiſsimus in l. ex cõplexu. C. de inceſtis nuptiis. Quo † fit 28 ſpurium, vt quemlibet de populo, accuſare non poſſe patris ſui necem. Cui obiectioni, vt pacem diſsidentibus iuribus, ac doctoribus afferam, reſpõdeo, ac intelligenda eſt opinor: Qui ab accuſatione repellitur propter aliquam iuris infamiam, vtpotè in ſpurio, non vtique repellitur, quando ſuorum, ſuámve iniuriam proſequitur. capitulo prohibentur. ſecunda quæſtione prima. in verbo, mortem propinquorum defendant. capitulo omnibus. quarta quæſtione ſexta. l. neganda. C. qui accuſare non poſſunt. l. vxor. eodem titulo. l. prima & ſecunda. ff. de accuſationibus. regia l. ſecunda. titulo *De las accuſationes.* libro quarto fori. Vnde & illud optimo iure ſequitur, hunc ſpurium proſequẽdo ſuorum iniuriam, arcendum non fore à nece defuncti vindicanda, quinetiam præferendum eſſe cuilibet de populo, & extraneo. Angelus in tractatu maleficiorum, verbo, necnon ad querelam. potiſſimum cùm propter ius ſanguinis præferendi ſunt, tanquam propenſiori dolore moti. l. quamuis. verbo, verus dolor. C. ad legem Iuliam de adulteriis. l. amiciſsimos. inibi, naturalis ſtimulus. ff. de excuſatione tutorum. Antonius Gomez. de delictis. c. tertio. nu. 66.

Cæterùm, & ea, quæ diximus de filio ſpurio ob necem defuncti patris vindicandam.

Idem exiſtimo de matris morte aliorúmve aſcẽdentium, adhibita illa iuris diſtinctione, quòd filij legitimi & naturales præferantur ſpuriis. Hanc equidem quæſtionem, lector optime, amplius examinare poteris ex his doctoribus, quorum & nos paulò anteà meminimus. In his etenim, in quibus noſtra diſsidẽt ab his, quæ diligentiſsimè fuêre inibi

a ſnotata, liberum erit cuiuſque iudicium, & nos tantorum virorum cenſurã libentiſsimè admittemus: ne credas tantorum virorum noſtras ſtudio contradicendi refragari: ſed quia in his dubito, & noſtra opera alij diligentius exquirẽt.

Inſignis eſt admodum, & perplexa quæſtio, quæ à iuris
29 vtriuſq; profeſſoribus nõ infrequenter diſcuritur: an & † filius ſpurius necẽ matris vindicare poſsit, accuſationémque proponere contra criminis authorem. Et ea eſt omniũ receptiſsima ſententia, poſſe, cùm & ipſe tam ab inteſtaro, quàm ex teſtamento ſuccedat, non extantibus deſcendentibus legitimis. l. ſi ſpurius. l. hac parte. ff. vnde cognati. l. prima. §. ſed ſi vulgò. ff. ad Tertulianum. §. nouiſsime. Inſtitut. eodem titulo. regia l. nona Tauri, eo maximè, cùm inter hos ſpurios ex parte matris ſit agnatio, etiam quo ad ſucceſsionem: cùm mater ſemper certa ſit, ipſáque natura eos coniungat: a Doctores explicant in lege, cùm legitima. ff. de ſtatu hominum. Ludouicus Bolog. ad Matthelſlanum in tractatu quem prodidit de ſucceſsione ab inteſtato. §. hæc eſt ſecunda concluſio. Tametſi mater ex ſtemmate nobilium illuſtris ſit. Et in ea ſpecie ita reſpondit Baldus in lege quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſtatis. & in l. prima. C. qui accuſare non poſſunt. in verbo, quo ad ſecundum articulum, expreſsim definiens ſpurios poſſe necem matris ſuæ vindicare, accuſationémque proponere contra criminis authorem. Et omnium diligentiſsimè idẽ profeſſus, dilatando chartas quàm plurimis remiſsionibus.

Veriſsimum eſſe exiſtimat Alexander in l. ex pacto. §. ſi quis rogatus. numero quadrageſimoprimo, ad Trebellianum. cui ex nouioribus ſe ſubſcripſit Iacobus Villalpandus in interpretatione l. xxij. titulo primo, particula ſeptima. §. quadrageſimoquarto, numero octauo. Ipſe eorum ſententiam intelligendam fore opinor in his ſpuriis, qui non ſunt nati à matre, quæ propter coitum hunc potuerit accuſari: ſiquidem & in ea ſpecie matri non ſuccedunt, nec accuſandi munus necem ipſius matris competit, ex his quæ congerunt Doctores in l. nona Tauri, & Bologninus præcitato tractatu, tertia parte, articulo tertio, de ſucceſsione tranſuerſalium.

Et quis coitus dicatur damnatus, & punibilis à lege, explic

explicat diligenter & accuratè Didacus à Couarruuias Archiepiſcopus ſancti Dominici meritiſsimus, in Epitome de ſponſalibus,ſecunda parte, cap. viij. §. quinto. numero decimoquinto. & nos infrà pluribus tractabimus. Denique in his caſibus,in quibus & filij ſpurij ſuccedunt,in eiſdem agũt, accuſationémque proponunt: ſicuti in ea ſpecie definiunt Imola,& Alexan.in præcitato §.ſi quis rogatus.l. ex facto.ff. ad Trebellianum.

Ioanna autem Auguſta,Caroli Cæſaris mater,in l.ix.Tauri,expreſsim definit, † coitum damnatum dici eum, ex quo 30 coëunti fœminæ mortis pœna à lege ſtatuta imminet. Quo fit, iure regio filium à coniugato & ſoluta ſuſceptum matri ſuccedere, quamuis ſpurius ſit, tametſi Cæſarum iure ſpurius natus ex damnato coitu matri inteſtatæ non ſuccedat, nec etiam ex teſtamento, licet ſpurius ex coitu non damnato matri non illuſtri ſuccedat pariter cum legitimis, auth. ex complexu.C.de inceſtis nupt.l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfic. & inibi gloſſa Accurſiana expreſsim hoc ipſum vult. Cui ſimilis eſt,& inibi Angelus in §. nouiſsimè. Inſtit. ad Orficianum. Decius ſatis ſignanter conſilio vndecimo. colum. prima.& ante hos Speculator titulo, de ſucceſsio. ab inteſtato. §.primo.numero 22.

Quibus ſanè adiiciam coitum damnatum dici, ſi cum vidua, virginéve ſtuprum contigerit, ex Ioanne Baptiſta, & Ang.Aret.his in locis,quibus & anteà meminimus: potiſsimum cùm exterioris legis pœna puniantur. §.ij. Inſtitut.de publicis iudiciis. regia l.ij. titulo xix. parte vij. textus optimus in l.ſi vxor.ff.de adulteriis.Quorum ſententiam veritati fauere exiſtimo,ſi cum vidua, virginéve infimæ conditionis committatur.l.quæ adulterium.C.de adulteriis.Socinus idem profeſſus conſilio ccxij.columna ij.volumine ij.Ludouicus Gozadin.conſi.xxj. columna ij. & huius ſententiæ authores habeo præter hos, Bald. conſilio ccvj. volumine tertio,ex nouioribus Aymon.Sabilinum conſilio clxvj. colum. ij. & iſthæc ſententia etiam eò tendit, vt ſtuprum hoc punibile ſit, ſi cum vidua inhoneſta rem habeat.l. ſi vxor. ff. de adult.Quòd ſi honeſta ſit,etiam ſi ſit infimæ conditionis,ſtuprum commiſſum punibile omnino eſſe ex neotericis præter alios,exiſtimat Steph. Bertran. conſi.clviij.vol.iij. ex quo id ſequitur,coitum inter à lege coniugali liberos, cùm lege aliqua

aliqua exteriori non puniatur,non eſſe damnatum, ex Bart. in l.fin.col.ij.ff.de his quibus vt indig.

31 Hinc etiam deduci videtur,coitum † inter ſolutam,& ſacris inſignitum ordinibus, cùm pœna exteriori nullibi puniatur,filios ex eo natos matri ſuccedere, Matthæus Afflict. in conſtitutione Neapol.tit.lxxxij. colum.ij. à cuius ſententia ipſe libenter diſcedo, quippe qui exiſtimem prorſus contrarium. Cùm conſtet,quàm exoſa fuerit canonibus clericorum proles,cùm & coitus hic adulterinus appelletur,glo. verbo,adulterinus.in cap.per venerabilem. qui filij ſint legitimi.communiter ibi recepta,vbi Abb.numero 32.Hanc copulam damnatam dici exiſtimat glo.in Pragmatica ſanctione.tit.de concubinariis.§.ipſas.verbo,arcere. Abbas in cap. innotuit.de elect. Nicolaus Vbaldenſis de ſucceſſ. ab inteſta. quarta ſpecie filiorum. Et argumento optimo his deſeruit textus in cap.cùm olim.de clericis coniug.Et conneſtiri poſſet ex concilio Toletano ix.cap.x.quo ſancitum fuit, filium ex coitu clerici & fœminæ liberæ ſeruum effici eccleſiæ: cuius & Gratianus meminit in cap. cùm multæ.xv. quæſtione viij. Marcus de Mantua lib. viij. obſeruationum legalium, obſeruat.lxxiiij.Dueñas in reg.cccxlv.fallen.xij.ex præcitato textu. Romanus ſingul. cccccxx. nimis licentioſus adnotauit clericorum filios eſſe eccleſiarum ſeruos,& ad id miris laudibus illum tex.refert, & in errorem Romanum lapſum eſſe conſtat. Quòd ſi ipſe verba illius text.à capite ad calcem perpendiſſet, non ita audaciter plus æquo loquutus fuiſſet: cùm tamen illa conſtitutio de clericorum coniugio natis loquatur,ſicuti & Abbas in cap.j.colum. fin. de treuga & pace.eam Pontificiam ſanctionem intellexit. & regia l. in his regnis inſignis.iij.tit.xxj.par.iiij.Et vt obiter agam, gloſ.in præcitato cap. cùm multæ. aſſeuerat id abrogatum eſſe, at-

Ludouici Romani lapſus.

32 que euanuiſſe † per deſuetudinem, & hos filios clericorum eccleſiæ ſeruos non effici: cui ſimilis glo.eſt in cap.dominus. in verbo,repellitur.lvj.diſtinct.cuius meminit Abbas num. 11.in cap.cùm ſit.de foro competenti.& in præcitato cap.primo.de treuga & pace.& deciſionem prædictarum gloſſarum ſequitur Gulielmus Benedictus,in cap. Raynutius. in principio. numero 21. de teſtamentis. Dueñas in regul. ccclxvj. Lectorem tamen admonitum eſſe velim, quo ad concilium Toletanum,cuius & paulò anteà mentionem fecimus,nimis

corru

corruptè, ac deprauatè inſcribitur: nam dum legitur, ſuper innocentia, oportet ſcribere, ſuper incontinentia. Cæterum dum Gratiani codex habet referens eundem concilium Toletanum firmari, legi debet reformari. Ruiſus, dum legitur, aliena pollutione, magis integer ſenſus eſt, ſi legatur, tali pollutione: quæ omnia ex Speculatore in tractatu de conciliis.ij.par.tit.xlvj.adnotanda ſunt ac reſtituenda ex ipſo conciliorum Codice.

Ex his conſtat filios † ſpurios clerici in ſacris ordinibus 1 conſtituti, tametſi mater ſit ſoluta à vinculi voto, à legéve coniugij, matri minimè ſuccedere, ex Bermondo Choueronio in tract.de publicis concubinariis, pag. 356. Nec exiſtimo regia lege Tauri.ix.id eſſe ſublatum:& inibi Lopius numero 37. potiſsimum cùm ex mente eiuſdem legis conſtet nihil in ea ſpecie diuerſum à iure veteri ſanciri:cùm & regia lex vetus, quod & nos paulò anteà adnotauimus, ſenſit:idem probat l. xxij. titulo iij.libro iij, ordinan, quòd ſi filius ſpurius ex clerico in minoribus conſtituto ſit natus, etiam ſi beneficium eccleſiaſticum habeat liberos hos matri ſuccedere exiſtimamus, tametſi Suarez in l.j. tit. vj. libro iij. Fori, col. penultima, iure Regio, & Cæſareo vltrò citróque contrarium probare nitatur, imò regia lege filios hos naturales eſſe conſtat, ex Bal. in l. parentes. ff. de in ius vocan. & hanc ſententiam veritati magis fauere exiſtimat Ioannes Andr. in regula, ſine culpa.col.viij.de regulis iuris.lib.vj. Bal.in c. j.§.naturales.ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agna.vaſal. Præpoſi.in cap. tanta. col.ix. qui filij ſint legit. 12 Nicol.de Vbal.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.colum.xx.& glo. pragmaticæ ſanctionis præcitata, verbo, arcere, exiſtimantes omnes in filio nato ex ſoluto & ſoluta, tametſi ſolutus in minoribus ſit conſtitutus beneficiúmque obtineat, id locũ vendicare, etſi Bart.in clerico in minoribus conſtituto eccleſiaſticum beneficium habente contrarium aſſerat in l.penult.ff. de concub. Lud.de Sardis in tract.de legitim.ij.par.§.de legitimatione per ſubſequens matrimonium.quæſt.iij. Ant. Roſel.lib.j.legitimatio.col.iiij.Io. Lop.in l. ix. Tauri, num.89. idem in cap.per veſtras.iij,notab,§.xxj.num.21.de donat.inter vir. & vxo, vbi hanc Bart. opinionem falſo tribuit Ioan. Andr.in dicta regula, ſine culpa. atque ideo ſi conſideremus pontificum ius in vtroque foro moribus receptum, regia

Tauri

Taurina conſtitutione comprobatum, filij hi verè naturales ſunt, ſicuti etiam conſtat ex his iuris profeſſoribus, quos aduerſus Bar, paulo antè citauimus,

34 Rurſus † coitus damnatus dicitur, qui punitur, aliqua lege exteriori, & humana textus in authentica, quibus modis naturales efficiantur ſui, §. finali. Bartolus in l, finali. colum. ij. ff, de his quibus vt indignis. quinetiam coitus cum concubina legitima alterius cùm puniatur lege exteriori, damnatus cenſetur, l. ſi vxor, §, inter liberos, ff. de adulteriis. coitus etiam cum moniali. l. ſi quis non dicam rapere. C, de Epiſcopis & clericis, cap. ſi quis non dicam, de pœniten. diſtinct. j. itidem inter dominam & ſeruum coitus. & pleraque alia his cōgerit Ang. in §. nouiſsimè, colum. fin. ad Orficianum. Inſtitut. Ioan. Bapt, de ſancto Seuerino in dicta l. ſi qua illuſtris. fol. 2. col. j. ex quibus pleraq; alia addere poſſem his, ſed nunquam animo fui complexus aliorum dicta tranſcribere.

Ex quibus inſigne dubium cenſeri ſolet, an & coitus inter ſolutum & coniugatam, damnatus Cæſarum iure ſit cenſendus, & Paulus Caſtrenſis non eſſe hunc coitum damnatum aſſeuerat conſi. xxxiiij, num, 4. volum. j. Alexan. conſilio cxxxix. volum. j. Socinus ſignanter conſilio cxlviij. volum. j. colum. ij. Aymon conſi. clxvj. colum, j. tametſi perperam ea in re dubitauerit Decius conſil. cccxj. & cùm hic coitus aliqua pœna per legem exteriorem minimè puniatur, ex l. j. C. de adult. coitus hic non cenſetur punibilis. Et nos paulò antè adnotauimus, quaſi per tranſennam, ſuprà num. 30.

35 Verumenimuerò ipſe in contraria ſum ſententia, † quinetiam coitum, inter ſolutam, & coniugatum puniendum eſſe: & nemo ſanæ mentis diffitebitur, ex eo, quòd maritus vxori iniuriam irrogat, teſte Bal. in dicta l. j. C. de adulteriis. & hunc coitum regia lege inter damnatos eſſe numerandum, probat lex xxiiij. tit. iij. libro primo, in ordinationibus regiis. & idem recenſet Ioannes Baptiſta in dicta l. ſi quia illuſtris. fol. 3. columna ij. quamuis non diffiteatur, frequentius recipi priorem ſententiam. Angelus, Aretinus in dicto. §. nouiſsimè. colum. fin. hanc tamen vltimam veritati magis fauere exiſtimat Decius conſi. ccvj. quorum ſententia an conueſtiri poſſet, cùm hic coitus ſit verè adulterinus: ex dicta l. j C. de adult. Thomas & Caietanus ij. ij. quæſt. cliiij. art. octauo, ídque definiri poſſet; ex definitione adulterij, argumen-

tum

tum aſſumo, cùm ſit coitus mentalis, vel realis, per quem alterius thorus violatur, cap. lex illa. §. adulterium. xxxvj. quæſtione prima, l. inter ſtuprum. ff. de verborum ſignificat. l. inter. §. j. de adulteriis. Diuus Thomas ij. ij. quæſt. cxliij. articulo octauo, gloſſa in rubrica. C. de adulteriis. Doctores communi conſenſu in rub. de adult. extrà.

Ex his etiam definiri poterit, quòd & ſemel negotium nobis fuit, † natum ex punibili coitu, ex coniugata nempe, ex 36
cuius conſortio ac coitu pœna incurritur mortis, ex l. viij. Tauri. exiſtimandum eſſe ex punibili coitu natum, nec poſſe matri ſuccedere ex teſtamento, neque ab inteſtato, ex his, quæ congerit Bologn. ad Matthæum Matthefil. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtato. iij. parte. iij. articulo, de ſucceſsio. atque ideo necem matris defunctæ accuſare non poteſt, ex Alexan. & Imola in dicto §. ſi quis rogatus. l. ex facto. ff. ad Trebellianum. tametſi pro contraria parte, obſtare videatur Baldi doctrina in l. data opera. col. xv. nu. 114. C. qui accu. non poſſ. definiens adulterij crimen non eſſe capitale, tametſi adulterum & adulterá criminis reos marito occidere liceat: non tamen id neceſsitate, cùm & eis parcere poſsit, ſicuti definitum eſt ex l. j. tit. vij. libro quarto, Fori, quæ exiſtimat marito traden dos fore adulteros, vt pro libito voluntatis faciat: de ſeruis criminis reis, glo. in l. accuſationis. C. quod metus cauſa, cuius meminit ad id Iaſ. in l. qui ſeruum. ad finem. ff. de verborum obligat. Et fortiſsimum huic rei argumentum præſtat, id quod ex voluntate pendet, non exiſtimatur eſſe ex neceſsitate. l. ſæpe audiui Cæſarem. ff. de officio præſid. l. non quicquid. ff. de iudiciis. Quo fit non eſſe expreſsim ſancitum coniugem adulteram occidendam fore, tametſi maritus poſsit eam occidere: & adſtipulari videtur Baldi ſententia in l. j. num. 23. C. de hæred. inſtit. de bannito verba agens: & ex his conſtat, donec mater vltimo ſupplicio afficiatur, hunc adulterinum filium poſſe necem matris ſuæ vindicare, ſicuti & alius ſpurius: ex nouioribus ſe ſubſcripſit Iacobus Villalpandus in interpret. l. xxij. tit. j. par. vij. §. xliij. num. 21.

His etiam & illud obuium eſt duos fratres ex eodem patre conceptos, à diuerſis concubinis tempore diſtincto in contubernio retẽtis, nec iura quidem agnationis nec etiam cognationis habere, atque ideo non competere eis mutuam ſucceſsionem, Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. §. primo, verſic.

quid de natis. nume. 19. Bart. in authent. quibus modis naturales efficiantur ſui.§.ſi quis igitur,nec interempti fratris necem vindicare, nec accuſare poſſe conſtat, cùm & alij, qui ſuccedere non poſſunt ſibi inuicem, nec defunctorum necem vindicare: hoc equidem iure Cæſarum locum babet, at iure regio ſublatum eſſe conſtat ex regia l.finali, tit.xiij. parte vj,& quæ inibi interpretes non inconcinnè tradunt.

SVMMARIVM.

1 *Minimè pacem inire poſſe tutorem nomine poſthumi, antequàm in lucem prodeat. & num.5.*

2 *Qui in vtero ſunt, nec ſuper terram eſſe cenſentur, ex Papinio, Seneca, Plinio, aliiſque authoribus definitur.*

3 *Si ab oppidanis ciuibus ſtatuto municipali cautũ ſit, quòd pro quolibet lupo, qui in nemore capietur, certa pecuniæ quantitas danda ſit: minimè pro fœtibus, qui in vtero lupæ ſunt, pecunia debetur. Itidem numero 4.*

5 *Anima ſola hominem non facit ſine corporis perfectione, & organizatione.*

6 *Nutricem matris loco haberi ex Euripide, & Plauto, Homero aliiſque authoribus conſtat. itidem nu.7. & 9.*

8 *Alumnum minimè poſſe nutricem in ius vocare abſque venia.*

10 *Munus accuſandi mortẽ nutricis alumno nequaquam competere.*

11 *Alumnus & nutrix inter ſeſe inuicem non ſuccedunt.*

12 *Nutrices eſſe idoneas in alumnorum cauſis.*

13 *Monaſterium inire poſſe pacem ſuper nece monachi defuncti, cùm iura ſanguinis monachus retineat.*

14 *Teſtamentum prius conditum per monachum, monaſterium reuocare poſſe, palàm eſt.*

15 *Iniuria monacho illata, monaſterio cenſetur facta, & iniuriarum actione experiri poſſe dubioprocul conſtat.*

16 *Patri monachi interfecti compoſitionem mortis deberi, ex frequentiori doctorum calculo receptiſſimum eſt.*

17 *In vltimis teſtantium voluntatibus monaſterium loco filij cenſeri, non etiam in contractibus.*

18 *Monachũ & ſeruũ æquiparari, æqua lance, æquòque libramine.*

19 *Canonicorum regularium conſanguineis munus accuſandi mortem, ac pacem ineundi, competere.*

20 *Filium ſuper nece defuncti patris vindicanda Abbati preferri monaſteriòve.*

21 *Qđ ex iĩiuria illata acquiritur, nõ cẽſetur pœna, ſed pretiũ vĩdictæ.*

Pec

12 Pecuniam ex compoſitione monachi interfecti, filios ipſos concernere potius, quàm extraneos hæredes.
13 Intra probationis annum, interfecto monacho, conſanguineis ipſius munus vindictæ competere.
14 In labem excommunicationis incidere, qui violentas manus in nouitium ante profeſsionem iniecerit, dubioprocul conſtat.

Adhuc inquiritur circa legem xxij. titulo primo, part. ſeptima, circa quam ſalebroſæ quoque iuris ſpecies inter tranſactionum ſpineta declarantur.

CAPVT XLII.

PRæſtat, cùm & accuſandi munus, & necem defuncti vindicandi ſuis hęredibus competat, & is poſthumus necdum ſuus eſt. l.prima. §. toties. inibi, inter ſuos hæredes futurum erit. & rurſus in §. ſed etſi. ibi, ſuus futurus ſit. ff. de ventre in poſſeſ. mit. l. poſthumo. ibi, qui ſui futuri eſſent, ſi viuo patre nati eſſent. C. de collat. & inibi expreſsim ad id notat Iaſ. & Decius itidem in l. tertia. C. de poſthumis hæredibus inſtituendis. Baldus in l. ſi pater. C. de liberis præteritis. & inibi l. cùm poſthumus. ff. de liberis & poſthumis. Admodum ſuffragatur Imperatoria deciſio in §. cùm autem. Inſtitut. de tutel. vbi definitur, vt ſi viuis parentibus naſcerentur, ſui hæredes fierent: nec & is hæres eſſe poteſt, donec in lucem prodierit, Baldus in l. cùm quidam. columna prima. C. de inſtitution. & ſubſtitut. & in authentica, ex cauſa. C. de liberis præteritis. nec in poteſtate patris dici poteſt, ex l. vltima. ff. de collation. textus ad id omnium celebris in l. vltima. ff. de aſsignand. libertis. nec † & is vterus ad partem hæreditatis admittitur, donec prodierit in lucem. l. vtrum. in principio. ff. de rebus dubiis. inibi, vt quis hæres nondum ſit. l. antiqui. ff. ſi pars hæreditatis petatur. l. ſi hæres. ff. familiæ herciſcundæ. quam in ea ſpecie expendunt Baldus & Cinus in l. ſi nemo. §. vltimo. ff. de teſtamentaria tutel. *Hæres dici non poteſt, donec naſcatur.* 1

Tertiò, & illud innititur, infans dum in vtero eſt, nondum pupillus dici poteſt, l. non eſt pupillus. ff. de verborum ſign. Quin vterus non ſolùm homo non eſt, ſed nec animal quo-

que, ex gloſſa in l. qui in vtero. in j. ff. de ſtatu hominum. per textum in l. prima. §. ſi quis proximior. ff. vnde cognati. Cui ſententiæ ſe ſubſcripſerunt Empedocles, Herophilus, Diogenes, & Stoici omnes apud Plutarchum libro quinto, de placitis Philoſophorum. Baldus poſt hos in dicta l. tertia. & in tractatu ſciſmatis, columna decima. verſiculo, amplius ſciendum. & in l. prima. columna nona. C. qui admitti. Cui & Iaſ. ſe ſubſcripſit in l. quod quis. ff. de condictione indebiti. & in l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ff. de legatis primo. & in l. prima. columna ſecunda. ff. de condict. cauſa data. & nos aliqua de his coniecimus ſuprà cap. xxvj. num. 8.

Quartò ſuffragari videtur, cùm & infantes, qui in vtero ſunt, in rerum natura nec vtique cenſentur eſſe, ex Cæſarea deciſione in l. quod in rerum. ff. de legatis primo. & in l. interdum. ff. de verborum obligat. l. vbicunque. in principio. ff. de ventre in poſſeſsion. mittendo. l. ſi pater. ff. de ſolutionib. l. ſed etſi plures. §. ſi plures. ff. de vulgari. Nec aliquo iuris apice pro contraria parte deſeruire videtur tex. in l. vel viuo. ff. de ſuis & legitimis hæred. & l. qui in vtero. in prima & ſecunda. ff. de ſtatu hominum. definientes, qui in vtero eſt, perinde eſt, ac ſi in rebus humanis eſſet. l. intelligendus. ff. de verborum ſignific. vbi intelligendus eſt mortis tempore fuiſſe, qui in vtero relictus eſt, gloſſa & Bartolus in l. illud. §. vltimo. ff. de bonor. poſſeſ. contra tabulas. vbi infans, qui in vtero eſt ſcripto hæredi ad contra tabulandum edictum aperit. Baldus in l. ſi pater. oppoſit. nona. C. de inſtit. & ſubſtit. Bart. in l. venter. col. j. de acquir. hæred. & is hæres inſtitui poteſt. l. placet. ff. de lib. & poſthu. l. vlt. cum aliis. C. de inſtit. & ſubſtit. Guido Papa conſil. lx. dubia illicita. in iij. dubio. & rurſus conſil. clxxvj. pro definitione. dubio iiij. eique legari poteſt. l. ſi quis in quartam. §. ſi quis. l. qui filiabus. in princ. & in §. ſi quis ita. ff. de legat. j. & ventri quoq; reſtitutio in integrum competit. l. etiam ei. ff. de minor. cuius etiam meminit, & ad id miris laudibus expendit Bal. negans eſſe alibi, in rub. de in integ. reſtit. ad fin. in antiquis. Quibus vt ſatisfaciam, poſthumus impropriè pro nato habetur, ſicuti & doct. definiunt his in locis, quibus & anteà meminimus. Rurſus & qui in vtero eſt, tunc demum pro nato cenſeri, cùm de ipſius fauore & iure quæritur: aliis autem non prodeſſe, antequàm naſcatur. l. quod diximus. ff.

de

de verborum ſignificat. ac nec ipſi quidem parenti, ex l. ſecunda.§.remittit. verſiculo, qui autem in ventre eſt.& inibi Bald. ff.de excuſat. tutor.

Rurſus & quintò huic ſententiæ robur affert, infantes qui † in vtero ſunt, nec ſuper terram eſſe cenſentur, Henric. 2 Boich in cap.maiores. extrà de baptiſmo, textus ad id omnium præſtantiſsimus, cuius & ipſe non meminit in d.l.iij. C. de poſthum. hæred. inſtit. definiens eos tantùm primùm *In terram cadere, pro naſci.* cadere in terram, qui naſcuntur.l.interdum.ff.de verborum obligat.l.quod in eorum.ff.de legat.j. Et vt obiter agam, in terram cadere, pro naſci, apud veteres authores ponitur; ſicuti ex Papinio libro primo ſyllabarum in Epithalamio Stellæ & Violantillæ inſcribitur.

Tellure cadentem
Excepi, fouíque ſinu.

Et libro quinto eiuſdem operis,

Tellure cadentem
Aſpexi, atque vnctum genitali carmine foui.

Ad hunc quoque morem & Seneca meminit in libro, quem publicum fecit, de moribus, Omnes infantes terra nudos excipit. & Plinius libro ſeptimo, in principio, hominem tantùm nudum, & in nuda humo natali die abiicit ad vagitus, &c. Cuius etiam meminit Politianus Miſcellaneorum cap. 89. quo in loco lectorem admonitum eſſe velim, inibi Martianus corruptè citatur, Marcelli loco, cuius rei meminit diuus Auguſt.lib.4.de ciuitate Dei, cap. 11. dicens, ipſe opem ferat naſcentibus, excipiente eos ſinu terræ. Varro libro ſecundo de vita patrum, & Feſtus & Macrobius lib.1.Saturnalium, cap. 10. & Papinius, libro 2.Syluarum in Genethliaco Lucani:

Natum protinus, atque humum per ipſam,
Primo murmure, dulce vagientem
Blandè Calliope ſinu recepit.

Et Macrobius eo libro Saturnalium, cap. 12. tradit ex Cornelij Labeonis ſententia, Maiam deam terræ eſſe. & Alciatus tametſi ſelectiſsimus in his indagator antiquitatibus fuerit, in l. hominis. ff. de verborum ſignific. horum tamen non meminit.

Sextò & illud ſuffragatur Baldi ſententia in dicta l.qui in vtero.ff.de ſtat.hominum.& in l.vltima.C.de liberali cauſa.

3 definiens, ſi † præmium pro quolibet lupo, qui in certo nemore capietur, decretum fuerit ab oppidanis ciuibus, ſicuti & paſsim fieri ſolet, minimè pro fœtibus, qui in vtero lupæ exiſtunt, præmium debetur: ex noſtris hanc ſententiam adſtipulatur Ioannes Andræas in cap. ſicut. columna ſecunda. & inibi Felinus de homicidio. Imola & Alexander in l. lege Falcidia placuit. ff. ad legem Falcidiam. Angelus Aretinus in §. cùm autem. Inſtitut. de tutelis. Alciatus nec admodum grauatus his accedit in l. quod dicitur. ff. de verb. ſign.

4 Septimò, iſthæc ſententia ſtabiliri poſſet, ſi † ex ſtatuto vectigal imponatur pro quolibet animali, nihil eſſe ſoluendum ex eo, quod in vtero eſt, Baldus in l. vltima, ad finem. C. de liberali cauſa. Angelus & Alexander, & neotericorum maior pars, in præcitata l. in l. Falcidia placuit. Platea in §. cùm autem, quem legit cum §. permiſſum eſt. Inſtitut. de tutelis, columna prima. Alciatus in præcitata l. non eſt pupillus. & ante hos ſignanter Bertachinus Firmianus in tract. de gabellis, in v. quæſt. octauæ partis principalis. Baldus in dicta l. cùm inter. C. de fideicom. libert. exiſtimans in vtero exiſtentes, nec vtique repreſalias debere, & vt obiter agam repreſalias (ſi Alciato fides adhibenda eſt, in l. prouinciales. ff. de verborum ſignific.) veteres clarigationem vocabant. Itidem in Epiſtola liminarij C. ad lectores, idem exiſtimat: mihi tamen in ea ſpecie longè alia mens eſt, & ratio ex Liuio ab Vrbe condita, libro octauo, clarigationem aliud eſſe exiſtimat. & Plinius libro 22. cap. primo, & Alexander ab Alexandro libro Genial. quinto, cap. tertio. Petrus Crinitus libro, quem prodidit, de honeſt. diſciplina octaua, cap. tertio. & ex nouioribus Budeus in adnotatione poſter. Pandect. in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. quo in loco etiam id genus præhenſionis dici apud Græcos Androleſiã, vel etiam Androleſum, authoritate Demoſthenis aduerſus Pollucem tradit, & Latinè pignoratio vocetur, ex Gregorio decimo, in cap. primo, de iniuriis. libro ſexto. ibi, pignorationes, quas vulgaris locutio repreſalias nominat, &c. quam locutionẽ noſtræ claſsis viri ſequi malunt: & id quidẽ perperam, ſicuti ex linguę Latinæ limatis authoribus dãnatum fuerit.

Octauò, & huic ſententiæ ſuffragatur, qui in vtero eſt, nondum homo eſt, ex Baldo in dicta l. ſi pater. & l. ij. in prin. C. de poſthumis hæredibus inſtituendis, tametſi, inquit,

habet

habet† animam rationalem infuſam, nihiloſecius ſola anima non facit hominem ſine corporis perfectione & organizatione, ex Ioanne Andræa in cap. ſicut ex literarum. columna ſecunda, de homicid. & nos in ea ſpecie aliquot tradidimus cap.xxvj.numero 8. Cùm & his ex Concilio Neocæſarienſi,cap.ſexto, & cap.54.capitulorum Græcorum ſynodorum à Martino Baccarenſi epiſcopo collectorum, baptizari nec debet, nec poteſt, qui in vtero eſt. gloſſa in cap. ſi ad matris. de conſecrat. diſtinctione tertia. textus in cap. qui in maternis. & inibi Archidiaconus eadem diſtinctione. Angelus à Clauaſio in verbo, baptiſmus. in principio. Alexander Alenſis ſcholaſticorum facilè princeps Theologorum, in quarta parte ſummæ, quæſtione xvij. membro ſecundo. Richard. & Bonauentura in quarto ſententiarum, diſtinctione ſexta: ille articulo ſecundo, quæſtione prima: hic articulo primo, quæſtione prima primæ partis. Quo in loco interpretum frequentior pars ſequuntur Dominicum. Archidiac. in cap.baptizari, de conſecrat. diſtinct.v.quibus* ipſe animum induco meum, in vtero exiſtens, nec eius tutor,non poſſunt pacem facere cum interfectoribus patris huius poſthumi, ex Bal.& Cino in d.l.ij.§.vlt. ff.de teſtam.tut. & Iaſ.qui expreſsim id adnotat in l.pactum curatoris. ad fi. C.de pact. Et ſi in ea ſpecie lõgior fui,quàm quorundam fortaſsis ſtomachus ferat,veniam hoc nomine precor, ſi prolixiori ſtylo nonnulla proſequi videar: ſed cùm iſta toties in ſcholis ventilentur,& per multos ſæpe dies diſputentur,operæpretium me facturum duxi,ſi paulò diligentius enarrem: nec ob prolixitatem negligenda puto, ſi vtilitas inde aliqua & dilucidus ſenſus hauriri poſsit. Reliquum eſt, ne ab inſtituto & recto deuiemus ordine,prout ad rem,de qua quæritur pertinet, & illud extricare, cùm aliquantulum pluris difficultatis habeat, & in obſcuro hucuſque fuiſſe videtur, an & hoc ius competat ineundi pacem alumnis? & prima fronte competere conſtat, cùm alumnos nutrices propriis vberibus educant,& nutrix ſit veluti altera mater, ſicuti ex Euripidis ſententia conſtat apud Stobæum ſerm.76.

Ipſa educatio inter homines frequenter maiorem vim amoris excitat,quàm ipſa generatio prolis.

Et rurſus ex eodem Euripide.

Fortaſsis ad vlnas & pectus meum ſaltitans luſitabit, & baſio-

rum frequentia cor meum ſibi conciliabit. Hinc enim inter mor tales maxima vis amoris eſt. Plurimum pollent, ò pater, huiuſmodi conuerſationes.

Et id conſtitutiſsimũ eſt, quòd nutrix ſit veluti altera mater, vti conſtat ex Plauto in prologo Menegni.

Adeò formula ſimili pueri, vt mater ſua
Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat:
Neque adeò mater ipſa, quæ eos pepererat.

7 Et apud Homerum libro 18. Odyſſeæ, † Eurimone nutrix Penelopes ipſam filiam Penelopen appellat. & rurſus libro 23. Odyſſeæ. Quibus conuenit, vis ſignificationis verborum ſcientiſsimus, & linguæ Latinæ benemeritus Nonius Marcellus, matrem pro nutrice ſæpenumero accipi tradit, & Alciatus in l. vltima. verbo, matris. C. de in ius vocando. quibus admodum & Virgilij locus conuenit, de Lupa verba agens, quæ Remi & Romuli nutrix fuit:

Stirpis ab Aſcanio, pugnatáque in ordine bella
Fecerat, & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuiſſe lupam, geminóſque hunc vbera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem.

Et rurſus Virg. lib. 6. Aenid. alumnus pro filio vſurpatur.

Necnon & Tition terræ omnipotentis alumnum.

Et inibi Seruius ſcribit, Tytion filium terræ fuiſſe, & ſecundum aliquos à terra eſſe nutritum: quo ſit Virgilium verbum, alumni, elegiſſe, quo vtrunque ſignificaret: & his conuenit textus in l. ſi minor. cum aliis. ff. de manumiſſ. vindict. vbi definitum extat, minorem viginti annorum, qui manumittere ſeruum non poteſt, nihiloſecius poterit nutricem & alumnum, ſicuti patrem, & matrem, filiam, ſororémque, & eſt textus in §. eadem lege, verſiculo iuſtè autem. Iuſtit. qui. manu mittere non licet. Quo in loco, & Angelus Aretinus in ea eſt ſententia, aliis ſanguine coniũctis alumnum æquiparari, atque alumnum eſſe de familia aſſeuerat Angelus ex textu ad id omnium præſtantiſsimo in l. ſancimus. C. de nuptiis. in quo lectorem admonitum eſſe velim, Angelum in illius text. allegatione in errorem lapſum eſſe: cùm etſi duæ ſint leges eiuſdem initij in eodem titulo, nullibi tamen id probatur: tamen eſt text. in l. ſi quis alumnam. eo. tit.

Cæterùm & illud obuium eſt, quod & Alciatus aſſerit in
8 d. l. vlt. C. de in ius voc. alumnum † non poſſe vocare in ius nutric

nutricem abſque venia, text.in l.j.ff.de obſeq. à liber.& lib. præſtandis.vbi hęc ſcribũtur verba,in §.vltimo,eiuſdem legis, indignus militia iudicandus eſt,qui patrem & matrem, à quibus ſe educatum dixerit,maleficos appellauerit:cùm & nomine patris & matris, educatorem inibi intelligendum eſſe exiſtimat Alciat. & amorem nutricum, naturalium parentum amorem vincere. & Papinianus libro ij.Syluarum in Epicedio in Glauciam,multis carminibus proſequitur.

Fac mihi ſanctorum venia,dixiſſe parentum
Tùque oro natura ſignas,cui prima per orbem
Iura animis ſociare datum,non omnia ſanguis
Proximus,aut ſerie generis demiſſa propago.
Alligat interius noua ſæpe accitáque ſerpunt
Pignora connexu,natos genuiſſe neceſſe eſt.

Et rurſus inquit,

Nec ſenior Peleus natum comitatus in arma
Troica,ſed charo phœnix credebat alumno.

Et non ſemel lex facit ſimilem matri alumnum,†vt ex l. 9 prima.§.cõſequens.ff.de ſuſpectis tutor. nec alumnus poteſt eum, à quo educatus eſt,accuſare,ex Cæſarea deciſione in l. iniquum.C.de his qui accuſ.non poſ.& quandoque teſtatrix alumnum filio fratris anteponit,vt in l.vxorem.§.Seium.ff. de legat.iij.l.alũno.ff.de alimentis legatis.l.Stichus.in princ. eod.tit.l.quædam cùm filium.ff.de verborum obl.l.à filia.§. j.ff.ad Trebel.ex quibus pleraque in alumnos conſtat, & in l.qui habebat.§.peto.de leg.iij.l.is verbis. §.alumno. eodem tit.l.liberto. §.largius.l. codicillis.§. Sticho.ff. de annuis legat.l.qui vxori.§.idem teſtator.ff.de auro & argento legato. l.pen.§.vltimo.ff.de probationib. & pater non poteſt reniti quin filia nubat filio eius, qui eam educauit. l.patrem. C.de nuptiis.& ex minus ſolenni voluntate teſtantium alũnis legata debentur.l.in teſtamento.ff.de fideicommiſſ. libertatibus.& inter alia educatores poſſunt petere tutores dari, ex l. ſi minores.quę eſt.ij.ff.qui petant tutores.Et his alia pleraq; congerere poſſem, quæ iuſtũ profectò tractatum exigerent: ipſe tamen in contraria ſum ſententia,&†exiſtimo non poſ- 10 ſe pacem alumnum inire: quam rem ego diligentius explicandam aſſumpſi,cùm in nonnullis interpretes noſtros deliraſſe dignouerim. Et primò,nutritores,& nutrices patres nõ eſſe, tametſi vicẽ parentũ obtineant,vti cõſtitutiſsimum eſt

ex l.ſi quis alumnam.præcitata.vbi inquit, nec enim homo ſic impius inuenitur, vt quam ab initio loco filiæ habuit, &c. quæ verba perpenſa Imperatoria deciſione, non veritatem, ſed fictionem ac improprietatem denotant, ex Bal.in proœmio Digeſtorum, col.vlt.in princip.& ex linguæ Latinæ authoribus Seruius aperta fronte oſtendit, enarrans illud Virgil.carmen præcitatum.

Secundo, & illud huic rei maximo iuris apice deſeruire
11 videtur, † cùm hi inuicem non ſuccedant, ex l.nutritoribus. C.communia de ſucceſsio. quo in loco Bald. & Bart. idem exiſtimant, itidem Bald.in l.cùm in eo.ad fin. ff. de pactis. & in l.ſi quis filio.§.eius qui.ff.de iniuſto teſtamento.text.ad id omnium optimus in cap.trāſmiſſæ. qui filij ſint legitimi.ex quo Abbas nominatim notabili primo exiſtimat nutritorem minimè teneri alumnum inſtituere, vt filium, nec verſa vice, educatus legitimam relinquere educatori, ex l.ſancimus.inibi, omnia, quæ habuerint.C.de infantibus expoſitis. & inibi Bald.expreſsim id adnotat.

Educatus nō tenetur legitimā relinquere educatori.

12 Poſtremò & verbo non amplius addam, nutrices † teſtes eſſe idoneos in alumnorum cauſis, ex Bald.in l.parentes.columna ij.& inibi Salicetus.C.de teſtibus. Bart.in l.de tutela. poſt principium.C.de in integrum reſtitut. & huius ſententiæ authores habeo Albertum Malateſt. in eo tracta. quem prodidit de teſtibus, in prima parte primæ partis, columna octaua, verſic.vlterius dubitatur. Lanfrancus ab Oriano, in cap.quoniam contra.de probat.in materia teſtium in cauſa filiorum.& in ea ſpecie nec habere locum in alumno ſenatuſconſultum Syllanianum, probat textus in l.j.§.domini appellatione filiusfamiliàs.ff.ad ſenatuſconſult.Syllania. & inibi Bart.& Bald.exiſtimant, tametſi caſtrum patris liberis proſit etiā emancipatis, nec vtique tamen alūnis, quibus exiſtimo munus accuſandi alumnis nequaquā cōpetere.

His quæ proximè diſcuſsimus, accedit & illud ſatis practicis obuium ad interpretationem legis regiæ xxij.titulo j.
13 part.vij.quæ de tranſactione delictorum agit, an † & monaſterium pro monacho interfecto pacem inire poſsit, atque pecunia ex tranſactione facta Abbati, ac monaſterio ſoluenda ſit? & ſunt, qui exiſtimant, cum loco filij cenſeatur ex his quæ adnotant doctores cōmuni conſenſu in c. in præſentia. de probat.& in auth.ingreſsi.C.de ſacroſanct.eccleſ.gloſ.in

l.ſi ita quis promiſerit.§.ea lege.verbo.intereſt.ff.de verbor. oblig.vbi definitur,prohibitus alienare emphyteuſim, poteſt vtique in monaſterium alienare,cùm loco ſuorum habeatur,ex tex.in §.ſed & hoc præſenti.in authen.de ſanctiſſimis epiſcopis collat.ix. vnde deprompta eſt authent. niſi rogati.C.ad Trebel. Speculator in titu.de locato.§.nunc aliqua.verſiculo cliij.vbi ſcribit,quòd ſi quis pro ſe & ſuis filiis feudum acceperit, atque deinde monaſterium ingrediatur, in monaſterium feudum tranſire. De quo tamen, quia non eſt præſentis ſpeculationis, videto Imol. & Abb. & neotericos in præcitato capitulo in præſentia. & vt obiter agam, gloſſa in dicto §. ea lege exiſtimat, etiam in re certa monaſterium loco filij haberi:cuius meminit pro ſingulari miris laudibus Petrus Anchar. conſil. ccccxx. quidam Antonius. col.iij.verſic.hoc præmiſſo.& Bald.in cap.pen.col. j.extra de præſcriptio.is idem in cap.cùm in magiſtrum.de electio. Et conueſtiri poſſet,cùm & monachi iura ſanguinis retineant, ex Lupo allegatione cix.in quæſtion.propoſita. Abb.in cap. quia nos.de teſtamen.itidem in cap.ij.ad fin. de poſtulando. atque etiam ſuitatis iura,ex l.Deo nobis.§.hoc etiam,& inibi Bald.col.vltima.C.de epiſcop.& cleric. Bald.in l.cùm in adoptiuis.C.de adopt.Bart.in authen.ſi qua mulier. colum. ij.verſic.cùm autem minuatur. C.de ſacroſanct.eccleſ.Bald. & Angel.in cap.nepotes.ff.de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. Paulus Caſtrenſ.conſil.cciij.col.vltima. vol. j. Rom. ſingulari.xxxvij.Iaſ. in l.qui ſe patris.col.iij.C.vnde liberi.pleroſque alios congerens itidem in l.Gallus.§.ſic ius.col.iij.de lib.& poſth.& in l.patre furioſo.col.pe.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.atq; ideo monaſterio ius vindicandi mortem monachi interfecti competere, cùm etiam competat retractus ius,ex Benedicto in c.Raynutius.verbo, & vxorem nomine Adalaſiam..num.220. Chaſſæneus in conſuetudinibus Burgundiæ.titulo de retractatu linagier.§.j.& §.xxv.id quidem iure communi:conſuetudine tamen Galliæ longè receptum eſt,ſicuti inibi definiunt.

Cæterùm huic rei fortiſſimum argumentum præſtat authen.ſi qua mulier, & inibi gl.Petrus & Cinus & Caſtren.C. de ſacroſan.eccleſ.definientes,monaſterium†teſtamentũ re- 14
uocare poſſe prius conditum,Feder.Senenſis conſ.clxv.Referunt in dubium Rom.cõſ.ccxxxvij.oppoſitionẽ hanc, Imol.

in cap.in præſentia.& inibi nouiores,& in l.j.col.vj.ff.de teſtamen. quibus nec admodum grauatus accedit Bened.Capra conſilio cxlvij.in nomine Domini. quin & Baldus in l. filius à patre. §.j.& inibi Imol.ff.de hæred.inſtit. monaſterium loco poſthumi cenſeri exiſtimat.

15 Poſtremò huic †rei accedit,iniuria monacho facta,monaſterio cenſetur facta, eóque nomine iniuriarum actione experiri poteſt, ex cap.cùm deſideres.§.fin.de ſent. excom.quo fit,pecunia monachi interfecti ex tranſactione facta Abbati ſoluenda eſt, non tamen eius patri.& in ea ſpecie ita reſpondit Decius nu.57.in præcitato c.in præſentia.& Rom.conſil. ccccl.quæ communis eſt ex Alciat.in l.iiij.§. Cato.ff.de verb. oblig.cuius ſententiæ & nos meminit ſuprà de iniuriis tractantes.cap.vj.nu.18.& his adſtipulatur gl.in l.ſi ex cauſa. §. Pompon.ff.de minor.aſſeuerans per monachatum filium liberari à patris poteſtate.

Et ſi multiplex tractatus exponatur magnis præconiis ab omnibus doct.in quo plura extant doctorum reſpõſa,cuius doctrinam, & antiqui patres, & neoterici adeò inuoluerunt,vt nulla ferè eorum ſententia ſibi conſtet:& ex his,quæ dubia ſunt, nihil verum teneri,nec falſum euerti poteſt:ſed ego in ea ſpecie veriorem credo partem contrariam, & rem

16 ſubtilius inueſtigando exiſtimo, monaſterio † nec abbati hoc munus nequaquam competere, ſed patri monachi interfecti: atque ideo pecunia ex compoſitione monachi interfecti patri deberi,& hanc eſſe communiorem ſentẽtiam, & veritati magis fauere exiſtimat Boër. deciſione cxxj.numero nono. Federic. conſilio xxxiiij. Angelus in l. prima.§. item aud.de iniur.Abbas & gloſſa,& Felinus in capitulo parochianus. quẽadmodum dominus pro iniuria ſerui illata, ita Abb.agere poſſet c.cùm deſideres.precit.c.dilecti.de purgat.vulg.& in c.contingit.&inibi Abb.& Fel.col.iij.verſ.gl. j.de ſent.exc.& hanc iniuriam monacho illatã poſſet Abbas remittere,Bal.in l.præſens.ad fi.C.de trãſac. Alex.in l.pactũ curatoris.verſ. quid de offenſa illata monacho. de pact.quo fit,monachus agere non poteſt,niſi dum eſt in ſtatuto de Abbatis licentia,& Abb.ab eo loco eſſet abſens,arg.tex.in l.ſi lõgius.§.filiusfa.& inibi gl.& doct.de iud.Abb.conſ.lxxxviij. vol.j.Capel.Toloſ.q.lxxxviij.Felin.c.cùm dilecta.col.xxj.de reſcrip.Boër.n.10.eo in loco,cuius & antea meminimus.Sed

Patri debetur pecunia ex cõpoſitione monachi interfecti facta.

nec vi

ne videar huius quæſtionis nodum onerare materia, non vndique verum eſt, monaſterium loco filij haberi, inter quos & Bar. cõſtanter negat monaſteriũ vllo caſu haberi pro filio: is, inquam, in auth. ſi qua mulier. & in præcitata auth. niſi rogati. C. ad Trebel. poſt Richar. Malumb. & inibi interpretum maior pars. idem Bar. in l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de leg. ij. Rom. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. & Calcan. conſi. vij. & rurſus conſi. xxj. col. iiij. Barb. conſi. xiij. clementiſsimi. col. vij. lib. j. Ant. in d. c. in præſentia. col. xiij. & nullibi probatur, monaſterium loco filij cenſeri, tametſi communiter citetur tex. pro ea ſententia in d. c. in præſentia. quod ſi doct. illius tex. verba perpendiſſent, nõ vtique ad id citarent, cùm quod inibi ſcribitur, nõ eſt dictũ à Papa ſtatuẽte, ſed parte allegante, vt nouiores omnes ibi adnotarũt: & ante hos ſignãter Ang. conſi. lxxx. hæc quæſtio ſubtilis eſt. col. ij. quo fit, ius nõ facere ex Io. And. in c. dilecto. col. ij. extrà de præben.

Cæterùm & ſecundò præter doct. ille tex. nullo iuris apice pro contraria parte deſeruire videtur, cùm inibi nec nutu, nec verbis tex. dicat, loco filij monaſteriũ cenſeri, ſed tantùm hæredis: in quo multum diuerſum eſt hæredis nomine, cẽſeri filij, quod & Bar. in d. auth. niſi rogati. præc. adnotauit. Rurſus etſi ingenuè fateatur doctorum ſententia, monaſterium † loco filij cẽſeri, id procedit in vltimis tantùm volun- 17
tatibus, in quibus & iura ad id allegata loquuntur, nõ etiam in cõtractibus, ex Spec. ſibi cõtrario in tit. de locat. §. nũc aliqua. verſi. cxx. cuius ad id meminit Bal. in l. filium, eum definimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Sal. in præcitata authen. niſi rogati. vbi Richar. id tenuiſſe aſſeuerat Iaſ. ex nouioribus in l. pactum inter hæredẽ. col. j. verſi. iiij. ff. de pact. is idẽ in l. quæ delegato. col. iij. ff. de leg. j. Ant. in d. c. in præſentia. col. vij. Ang. cõſi. ccxxxv. & id qdẽ in caſibus tãtùm expreſſis, monaſteriũ loco filij cẽſeri in vltimis volũtatibus, ex Ful. cõſi. liij. quoniã ſuperius Abb. col. v. in d. c. in præſentia. Bal. in præterita auth. ſi qua mulier. iij. not. & in l. filiũ cũ definimus. cuius & paulò antè meminimus. Verùm quoque ſit in diſſenſu, eã pręferri opinionem, quæ veritati fauet, in qua viri vtiq; maximi nominis alteri ab alteris diſſentiũt: nemo ergo in me acerbè ferat, ſi eã ſim opin. ſecutus, cui rationũ põdus aſsiſtit: ꝓ ſi ex literarũ cœtu quiſpiã ſit, qui mea huiuſcemodi cõuellere, probabilioráq; afferre cõtẽderit, ei (ſi modò quod

quod tentat.præſtiterit)aſſentiar: & quia meus in veritatem amor eſt, à noſtris huiuſmodi diſcedere paratus ſum, duntamen ſciam eam rem non verbis ventoſis, ſed vrgentiſsimis rationibus eſſe peragendam.

Ex quo aliqua coniicienda ſunt huic communiori ſententiæ maximè neceſſaria:& primò, monacho offenſo, eidẽ munus accuſandi vel agendi non competere, cùm pro mortuo habeatur.c.placuit.xvj.quæſt.j.c. in præſentia.præcitato.quo fit, accuſandi munus minimè competere, ex Abb.& pleriſque aliis in c.cùm dilecta.de reſcrip.& inibi Fel. ver.monachus.

Et his ſuffragatur, vulgatum iuris adagium, quod habet,

18 monachum † & ſeruum æquiparari. l. Deo nobis. §. j. C. de Epiſc.& cler.at ſeruus in iudicio eſſe non poteſt.l.quod attinet.ff.de reg.iuris.l.ſeruus.C.de iudi.& in auth.cauſa, quæ fit cum monacho.C.de Epiſc.& cler.ergo nec monachis hoc ius competit, quo fit conſanguineis monachorum, hoc ius competere ineundi pacem, ac tranſactionem. Et in ea ſpecie ita reſpondit Iacobus Villalpandus in ij. parte repetitionis.l. xxij.tit.j.parte vij.§.xxxij. num. 1. ad finem. nec aliquo iuris apice deſeruire videtur illud, monachum haberi pro mortuo, nihiloſecius per monachatum agnationis ius non amittitur, ex Bart.in §.nullam.& inibi glo.in §.huius. in authen. de ſanctiſsimis Epiſcopis.collat.ix.Bald.num.6.in l.iij.C.de hæredibus inſtituen. & eſt tex. ad id ſingularis in l. Deo nobis.C.de Epiſc.& cler.& quæ ibi nouiores adnotant.

Monach.° & ſeruus æquiparãtur.

19 Ex quo & illud obuiũ eſt, conſanguineis † canonicorum regularium hoc munus accuſandi competere, ac pacem ineundi:cùm & monachorũ appellatione hi veniant. c. ex parte.de poſtulat.& Iaſ.in auth.ingreſsi.C.de ſacroſan. eccl. Io. Lopius in rub.de donat.inter.§.xvj.num.4.

Verumenimuerò propoſitæ quæſtioni, à qua digreſsi ſumus, & illa proxima eſt, quæ non infrequenter in iis regnis

20 pertractari ſolet, † an ſi pater, & Abbas, & monaſterium ſimul concurrant in accuſatione mortis monachi occiſi, quis eorum præferatur dubium eſt, an & ambo ſimul admittantur? & quid verſa vice, ſi pater monachi occiſus fuerit, quis præferendus eſt in nece defuncti vindicanda, an filius, vel Abbas pro ſuo intereſſe?& ſunt, qui exiſtiment filium præferendum eſſe Abbati, cùm & is verus ſit hæres, eccleſia, monaſteriúmve iuris fictione tantùm. Quam ſententiam adſtipula

pulatur Federicus Senenſis conſi. clxxiiij. pro cuius ſententia & illud coadiuuat, cùm hæredum appellatione in dubio filius veniat.c.j.§.profectò ille.de lege Conradi,in vſibus feudorum.l.ex facto.§.vltimo.ff.ad Trebellianum.cap.j. de ſucceſsione feudi.ergo.

Secundò,huic ſententiæ adſtipulatur, † quod quis conſequitur ex iniuria ſibi illata,non cenſetur pœna, ſed pretium vindictæ.l. item apud Labeonem.§. ſi quis ſeruo. ff. de iniuriis.monaſterio ſanguinis vindicta non competit, ex iis quæ notant doct.in cap.ſententiam ſanguinis. ne clerici vel monachi.vnde & illud ſequitur,filium præferendum eſſe. 21

Tertiò,pro hac adſtruenda ſententia,vbi legis verba ſunt dubia,& æquiuoca, naturaliter in dubio, non tamen ciuiliter ſunt intelligenda.l. ſi quis ita.§. is cui in tempus liberorum.ff. de leg.ij. at monaſterium iure ciuili ſuccedit monacho.l.Deo nobis.de Epiſc. & cler.§. hoc præſenti.in auth. de ſanctiſ.Epiſco.collat.ix.authen. ingreſsi. de ſacroſanct.eccl. filius tamen naturaliter ſuccedit patri.l.cùm ratio.C. de bonis damnat.ergo.

Et hanc ſententiam adſtipulatur Ant.Butricen.in c.in præſentia.de prob.ſicuti refert Fel.col.vj.inibi,verſi.& per iſtam glo.Franc.de Aret.col.xiiij.poſt princ. verſi. tertiò ponit hîc. Lectoré tamen admonitum eſſe velim,Antonium Butricenſem inibi corruptè allegaſſe.

Ex quo aliqua coniicienda ſunt,huic rei maximè neceſſaria,pecuniam † ex compoſitione monachi interfecti potius concernere filios,quàm hæredes extraneos, ex l.quæſitum.ff. de ſepulc.viol.cùm & hoc ſit pretium ſanguinis & vindictæ: quod lucrum monaſterio non videtur eſſe honeſtum,ex glo. quæ argumento optimo deſeruit in c. fraternitatis. xij.q.ij. eò maximè,cùm iniuria defuncti minimè hęredē extraneum reſpiciat.l.j.verſi.& ſi fortè.& verſi.quoties.ff. de iniur. & inibi Andr.Barb.col.lxj. verſi. item referunt hic ſcribentes. ex tex.in c.ij.de pœnis.Petrus Anch.in c.j.char.44.verſi. procedo vlterius.de conſtit.Paul.Pariſi.fol.15.col.j.verſi.circa quæſtionem.in præcitato c. in præſentia. quòd ſi nō extarent filij ex monacho interfecto,tunc quidem bona interficientis applicantur monaſterio, atque ideo pacem exigendam eſſe à filiis,non tamen à monaſterio,ex Franc.Aret.in l. pro hærede,§.fin.notab.ij. verſi. per hæc iura conſuluit Fredericus.ff. 22

de

de acquiren.hæredit.& id etiam competere filiis, ex Bart.in l.filius qui patri.vltima quæſtione.de acquiren.hæredit.quia ius vindicandi iure communi ita fœminis competit, ſicuti maſculis.l.ſororem.de his, quibus vt indignis.l. fœmina.C. ad Turpillianum.Ludouicus Romanus in l. iiij. §. Caro. & inibi expreſsim Barb.& Andræas Alciat.num. 194. ad finem vſque.de verb.oblig.Romanus & Alexan.in d.l.pro hærede. §.fin.de acquiren. hæred. qui omnes expreſsim id adnotant, & aliàs negotium nobis fuit, & nos pleniori trademus manu infrà cap. xlvj.

23 Et vt obiter agam, monacho † interfecto ante profeſsionem ius vindicandi competere conſanguineis ipſius, potiſſimum cùm quis ante profeſsionem minime dicatur religionem ingredi, ex Bart.in auth. ſi qua mulier.col.vlt. C. de ſacroſan.eccle.Alex.col.vlt.in l.in ſubſtitutione.ff. de vulg. & pupil.Barb.in clemen.j.col.vij.de elect.itidem conſi.xxxviij. difficilè. col.v. volum. nec monachus is, dicitur ante profeſſionem,ex glo.paſsim recepta in c.j.in verbo, deducenda. de religioſis domi. & eſt tex. ad id omnium præſtantiſsimus in c.ad apoſtolicam.inibi, & verè monachus eſt cenſendus. eodem tit.c.ſi ſeruus ſciente.& inibi expreſsim adnotat Dominicus liiij.diſtinct.& in cap.j.xvij.quæſt.ij.Barthol. Brixienſis quæſt.lxix. quidam clericus. Philip. Francus, & Dominicus in cap.j.vterque primo notabili, de regularibus. lib. vj. cum pleriſque aliis. quæ & nos tradidimus de hæreticorum pœnis tractantes, cap. an punitio binas contrahentium nuptias pertineat ad inquiſitionem hæreticæ prauitatis, ad finem.Tametſi iis refragare videatur, id quod adnotat Rayn. à Forliuio, Petrus à Bellapert. Iacob. Rauennenſis, & inibi Cinus in authen.ingreſsi.colum.j.quæſt.ij.C.de ſacroſanctis eccle. definientes nouitium qui intra annum à vita diſcedit ante profeſsionem,bona acquiri monaſterio non hæredibus ſanguinis: & eſt text. ad id omnium præſtantiſsimus in cap. vlt.de ſucceſſ.ab inteſt.Ant.in cap.in præſentia.col.xiij.verſi. quæro,an ſi monachus.& inibi Barb.& Decius,extrà de probat.Anchar.in cap.cùm cauſam.de elect.& in cap.ij. colum.j. not.v.de teſtam.itidem conſil.lxix.circa donationes. colum. iij.& eſt text.in l.quæ religioſis. ff. de rei vend.definiens ea, quæ religioſis adhærēt,religioſa ſunt.c.religioſo.de ſentētia excommunic.lib.vj.Anchar.in rub. de donatio. inter virum

& vxo

& vxorem. quo in loco Ioan. Lopius.§. xxxviij. col. j. idem exiſtimat,& Barbat.in clemen.j.colum.vij.de elect. & Barr. qui id Canonicæ Philoſophiæ hominibus reliquit,in auth.ſi qua mulier.ad finem.C. de ſacroſanctis eccle. & argumento optimo deſeruit tex.in cap.vlt.extrà de ſucceſ.ab inteſtato.

Secundò impetit cap.religioſo.§.j.de ſenten. excommun. libro vj.definiens, †manus violentas in nouitium inijcien- 24 tem ante profeſsionem, excommunicationis labem incurrere,gloſſa in clemen.j.verbo,religioſus.de electio.cap. nullus. eodem tit. libro vj. quinetiam eccleſiaſtica perſona eſſe cenſetur.cap.duo ſunt.xij.quæſtione j.Quo fit,coram iudice eccleſiaſtico conueniendum eſſe,non etiam ſeculari.Archid. Ioan. Andr. Dominic. & Franciſcus in dicto cap. religioſo. Federicus Senenſis conſilio xxxij.quæſtio talis eſt.columna penultima.idem exiſtimat: & huius ſententiæ authores habeo Hoſtien.in cap.ſtatuimus. colum. ij. extrà de regularib. Ioannem Andræam,Dominicum & Philippum Francum in cap.beneficium.de regular. lib. vj. Quibus non obſtantibus priori me ſubſcribo ſententiæ: cùm & monaſterio munus vindicandi mortem non competat,nec accuſandi, ex iis quæ & nos paulò antè adnotauimus, eò maximè, cùm nouitius intra probationis annum non deſinat eſſe de populo,ex Bal. conſi. ccxxvj. lib.j. Calderinus eccleſiaſtico interdicto in ij. membro,quæſt. xxvj. Felinus in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. colum. xxvj. de conſtitut. adhuc etiam in materia odioſa: Quibus ſatis iam ſatis definitum extat,nouitio ius vindicandi intra probationis annum competere,tametſi profeſsione facta,monaſterio minimè hoc munus competat:ſicuti & nos paulò antè adnotauimus. Prolixius fortaſsis, quàm decebat commentationi immoramur, quamobrem veniam hoc nomine precor, ſi quando prolixiori ſtylo nonnulla proſequi videbor.

SVMMARIVM.

1 *Amico maxima amicitia coniuncto accuſandi munus ſui amici interfecti competit.*

2 *Sicuti abſque mandato pro coniuncto ad agendũ coniunctus admittitur,ita quidem & qui maxima amicitia coniunctus eſt.*

3 *Amicitiæ vinculum ſanguinis coniunctio præfertur.*

4 *Reſcripta ad beneficia abſque mandato amicus impetrare poteſt.*

5 *Amic⁹ re⁹ homicidij fact⁹ pœna criminis ordinaria afficiẽd⁹ nõ eſt.*

Cæſa

6 *Cæſarum conſtitutionem in l.cùm acutiſſimi. C. de fideic.in amico maxima amicitia coniuncto præter alios locum ſibi vendicare, diſcutitur.*
7 *Inuaſori iniuſtè amicum aggredienti reſiſti poſſe,diſputatur.*
8 *Si tempore mortis amicitia diſſoluta eſt, minimè amicum poſſe necem defuncti amici vindicare: quod qualiter diſſoluatur, aliquot caſus ſubijciuntur.*

Rurſus agitur an & amico maxima amicitia coniuncto munus accuſandi necem amici cōpetat.

CAPVT XLIII.

Verum enim uerò ancipiti controuerſia diſputari ſolet hoc in tractatu, an & amico munus accuſandi,ac ineūdi pacem interfecti ſui amici competat? quam quæſtionem ex profeſſoribus iuris adnotat Bald.in l.prima.C.qui accuſare non poſſ.num. 49.verſic. quid de ſingulari amico. definiens,accuſandi munus competere. Et huic ſententiæ pleraque alia accedunt,quæ de amicitia adnotari poſſent: & primò,gloſſ. in l.latæ culpæ.§.amicos. ff. de verb. ſignific. iunctis iis,quæ adnotat Alexand.ad Bart.in l.non ſolum. §. qui alieno.ff.de probat. definientes, amicum appellatione ſuorum venire,& amicitiam coniunctioni ſanguinis præponderare,ex l.ſecunda.verſ.amici.ff. qui pet.tut. l.cùm allegas. C.de caſtrenſi peculio.lib.xij.gloſſ.in l.vt vim. ff. de iuſtitia & iure.innuens affectionem conſiderandam eſſe: cuius meminit Bald.in cap.poſtremò.de appel. gloſſ. in l. coloni. C. in quibus cauſis.libr.xij.referens illa carmina.

Amico amici necem munus accuſandi cōpetit.

Nam amicus amico dicit,Tuus ego ſum:
Et me tuum ego recognoſco.

Cuius glo.meminit Rom.in l.ſi verò.§. de viro.ff. ſol. matr. & alibi glo.in c.niſi ſpecialis. de offic. deleg. amicum auro præualere:& id definitū extat primo Regum, cap. 31. vbi armiger Saül videns dominum ſuum à vita deceſsiſſe capulo tenus edidit enſem,ac irruit ſuper gladium, & mortuus eſt. & 2.Regum 3.& 2.Regum 17.& 2.Paralip.19. & Ionatas tunica ſua, qua erat indutus, expoliauit, & dedit Dauid eam propter illorum maximam amicitiā, vti conſtat 1. Reg.c.18. & 1.Machab. 11. Ex quibus ſatis iam ſatis de amicitia definitum extat:& coniicere hic poſſem pleraque alia, quæ & nos adno

Amicus auro prævalet.

adnotauimus ſuprà cap.xxviij. numero 24. & quæ congerit, Franc. Auiles, cap.xliiij. prætorum. Et huic rei robur affert amicitia quæ eſt inter extraneos, potentior eſt, quàm ea, quæ ratione ſanguinis contrahitur; ſicuti ſcribitur Prouerb. 18. viri amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit, quam frater. Cinus in l.exigendi.C.de procurat. vbi definitur, quòd ſicuti coniunctus ad agendum abſque mandato pro coniuncto admittitur, ita quidem maxima amicitia coniunctus. l.ſed & hæ.l.non ſolùm.§.qui alieno. ff.de procur, cap.nonnulli.§.ſunt & alij.de reſcript.Gulielm.Cun.in præcitata l. ſed & hæ, Ioannes Andræas in cap.fin.de poſtulan. Specul.in titulo de aduocato.§. obiicitur.verſiculo, eſt etiam quartus. Salicetus in præcitata l. exigendi. Dionyſius Robinus in l. filiusfamiliàs. §.diui.folio 46. columna ſecunda.ff.de legatis primo. Segura in l. Imperator.ff. ad Trebel. folio 62.Iacobus Villalpandus in ſecunda parte reper.§.xxxvij.præcit. ſuper l.xxij. titulo primo, par. vij. tametſi ab ea ſententia diſcedat Bart.in præcitato §.qui alieno, exiſtimans amicum non admitti vt coniunctus pro coniuncto, nec vtique ſuorum appellatione venire, Ioan. de Imola in l. ex facto. §.ſi quis rogatus, in j.col.xvij, ff.ad Trebel. Rom.in l.ſi verò.§.de viro.ſoluto matrim.xvj.fallen. Alex.in l.j.§.lex Falcidia.ff. ad l.Falcid. itidem in l.ſæpe. ff.de re iudic. & ante hos Ang. in d.l.ſed & hæ.in princ. Raynerius à Forliuio, & Alexand. in præcitata l.exigendi, & inibi Raphaël Fulgoſ. expreſsim adnotat, & in l.tutori. C.de neg.geſt. & ex canonicæ philoſophiæ profeſſoribus, huius ſententiæ doctores habeo Abb. & alios in cap.fin.de poſtul.& inibi Antonius, eundem Abb. in cap.coram. de officio deleg. Butricenſem in cap. cùm M. Ferrarienſis. de conſtitut. Gemin.in cap.qui ad agendum.in princ.de procurat. lib.vj. & hanc eſſe communem opinatur Iac. Villalp. num.1.in ij.parte repetitio[illegible]s præcitatæ, Siquidem nõ eadem eſt ratio in amicitia, quaſi in ſanguinis coniunctione: cùm & amicitia perquàm facilè tollitur. l. iij. ff. de alim. leg. at ſanguinis coniunctio minimè tolli poteſt. l. iura ſanguinis.ff.de reg.iur. Et iis conuenit text.in l.tutori. verſic.amici.iuncto verſic.nec agendi. C.de neg.geſt.vbi definitum extat amicum ad agendum admittendum non fore abſq; mandato. Iis tamen exploſis, exiſtimo amicũ maxima amicitia coniunctum, abſq; mandato ad agendum admitti

pro amico: cùm & contraria ſententia intelligenda ſit in amicitia, non ita ſingulari ex multis retrò temporibus contracta: nam amicus maxima amicitia coniunctus, neceſsitudini conſanguinitatiue anteponendus eſt, ex Platonis ſententia, & Ciceronis libro 1. Offic. dum ait, Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines: magnum eſt enim eadem habere monumenta maiorũ, eiſdem vti ſacris, ſepulchra habere cõmunia: ſed omnium ſocietatum nulla pręſtantior eſt, nulla firmior, quàm cùm viri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. Is idem in Lælio exiſtimat. Ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt, ex amicitia non poteſt, & pleraque alia ex Cicerone obuia erunt, quæ nos adnotauimus ſuprà cap. xxviij. num. 24, ſublato enim beneuolentiæ nomine, amicitia tollitur, propinquitas remanet. Quo fit, in quo beneuolentia neceſſario permanet, anteponendum eſt ei, à quo beneuolentia remoueri poteſt. Iſocrates Orator eximius ad Demonicum effert miris laudibus Hipponicum ipſius Demonici patrem, quod magis approbabat amicos, quàm propinquitate vlla deuinctos: exiſtimabátque ad ſocietatem eſſe potentiorem natura legem, mores genere, delectum neceſsitate. & Valerius Maximus grauiſsimus author eſt ea in re, dum libro iiij. c.
3 vij. ait. Contemplemur † nunc amicitiæ vinculum potens, & prævalidum, nec vlla ex parte ſanguinis viribus inferius. Alberic. vt ex noſtris robur huic ſententiæ afferatur in l. ſed & hæ perſonæ. ff. de procurat. aſſeuerat amicitiam plus ponderis habere, quàm fraternitatem, cui concinnens Homerus libro octauo Odyſſeæ:

Si quis forſan amicus ſit, gratúſque bonúſque:
Quandoquidem is non inferior vel frater putandus.

Ex quibus cenſet amicum non eſſe fratri poſtponendum: & ex Theologis diuus Ambroſius, Thomas ij. ij. q. xxvij. cenſet ſanguine coniunctos, in iis duntaxat, quę naturam ipſam concernunt, amicis anteponendos, in cæteris poſtponendos. Itidem Thomas in eo opuſculo, quod publicum fecit, de dilectione Dei & proximi, ſimpliciter aſſerit amicitiã plerunq; conſanguinitati præponderare: & id conſtat Prouerbiorum 18. cap. Archiepiſcopus Florentinus in quarta parte ſummę, tit. vj. cap. v. §. vj. Andr. Tiraq. de vtroque retractu, in præfatione, numero 24. pagina 11.

Secundò

Secundò & illud coadiuuat l.generaliter. ff. de fideic. lib, quæ ab ordine literæ amicitiam conſanguinitati præponderare dicit.l.ſed & ſi plures. §.in arrogato. ad ſin. ibi, amicus vel cognatus.ff.de vulg,& pup.l. Theopompus.ibi amici mei & cognati. ff. de dote prælegata.l, affectionis. inibi, amicos vel neceſſarios.ff.de donat. & conſtat apud Eſdiam prophetam ſcribam Hebræum cap.4.& Dauid Ode 37.amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt.

Tertio ſtabiliri poſſet,ratione amicitiæ inductum eſt, vtpote amicus † reſcripta ad beneficia ſine mandato pro amico impetret:quod aliàs nec vtiq; permiſſum foret,gl.in cap, nonnulli.extrà de reſcriptis. cuius meminit idem profeſſus Abb.in cap. dura. extrà de crimine falſi. & non mirum eſt, quod ex noſtris plerique cenſuerunt inter cõiunctos ratione affectionis ſanguinis,id quoq; obtinere inter amicos, gl. & inibi Abb.in cap.requiſiſti.extrà de teſtam. Barbat.in cap. cùm M.Ferrarienſis, de conſtit.& in c.coram.de offic.deleg. itidem in repet. cap. Raynaldus. col.cxviij. verſic.vndecimò limita,de teſtam.is idem in cap.nonnulli. de reſcript.& in c. ex parte decani.eod.tit.& rurſus in conſil. lxxv. col.iiij. vol. iiij.Felin.in cap.quoniam Abbas.col. ij. de offic.deleg. nec deſunt doctores ciuilis philoſophiæ, qui huic accedant ſententiæ, ſiquidem & Alexan.in l.exigendi.col.ij.& Iaſ. col.v. C.de procur.idem exiſtimat & Ioan.Monfer.in repet. l.frater à fratre.col.vj.notab.iiij.ff.de cond,indeb.Iaſ.in l, Titia. col.vj.ff.de ver.oblig.& in l.ſi res obligata.col.ij. ff.de leg.j. itidem conſil.lxx. conſtat ex inſtrumento.ad fin.vol.j. Barb. in l.ſciendum.col.xxiiij.ff.de verb.oblig. Hippol. in rub.ff. de fideiuſſ.num.234. Quibus accedit ex nouioribus Alciat, nec admodum inuitus in l.latè.§.amicos.ff.de verb.ſign. 4

Quartò fortiſsimum huic rei argumentum præſtat text. in cap. Petrus, de homicidio. vbi definitum extat, quòd † ſi conſanguineus amici, vel alicuius homicidiũ perpetrauerit, nec vtiq; teneri de homicidio:nam magna amicitia cõiuncti, conſanguineis æquiparari conſtat. l. hæc autem. §.non defendi. ff. quib.ex cauſ.in poſſeſ.eatur, l.aut qui aliter.§.ſi quis denuntiauerit.verſic. & ſi fortè.ff.quod vi aut clàm.tex. in l. cùm alienam.C.de leg.iuncta l.in teſtamento.ff.de fideic.libert. vbi † illius l. diſpoſitio de coniunctis verba agens in magnis amicis locum ſibi vendicat, Bald. in l. ſi iure. C.de 5 6

teſtam.manumiſ. Corn. conſil. cxciiij. videtur in præſenti, col.iij.lib.iij.Guliel.Cun.Fulg.Caſtr.Alex.& Iaſ.in præcitata l.cùm alienam. Barb. in c.Raynaldus.col.cxvij. de teſta. ex nouioribus Dionyſ. Robinus in repet. §. diui. l.filiusfamilias.ff.de leg.j.Segura in l.Imperator.fol.62.ad Treb. Tiraq. in l.ſi vnquã.in verbo,libertis.nu.78.C.de reuoc.don.Quinetiam l.ſi vnquam.de reuoc.don.locum habet in amico maxima amicitia coniuncto,ex Soc.conſil. xxxix.in quæſtione. col.vlt.vol.iij.Bal.in authent.ex cauſa.col.iij.& inibi Corn. col.xj.C.de lib.præt. Quintò,huic ſententiæ accedit,tametſi coniunctio ſanguinis non tanti æſtimãda ſit,vt quis pro altero poſsit ſtipulari,ex gl.verbo,nec enim.l.ſideiuſſoris.& inibi Bar.& in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.oblig. itidem Bar.in l.quod dicitur.ff.eod.tit.cuius glo.pro ſingulari meminit Nic.Neap.in præcitato §.alteri. Bar.in l.j.col.vij. C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt.& eſt text.ad id omnium præſtantiſsimus in l.iij. §.ſed & ſi fortè. ff. iudicatum ſolui, nihiloſecius amicus maxima amicitia coniunctus, pro altero ſtipulari poteſt.gl.verbo,videamus.in l.ſi vnus.§.j.ff.de pactis.& inibi Ang.Bal.& Alex.Iaſ.in l.j.col.ij.ff.de iureiur. exiſtimat,id quod ratione amicitiæ intereſt,multò eſſe fortius eo,quod intereſt coniunctionis ſanguiniſve ratione.

Sextò ſtabiliri poſſet iſthæc ſententia ex cap.requiſiſti. de teſtam.vbi extat de relicto facto clerico à ſuo conſanguineo quarta epiſcopo non deberi, ita quidem de legato facto ab intimo amico:& id,quod Bart.adnotat in l.alimenta. §.j. ſumens rationem ex tex. inibi. ff. de alim. & cibar.leg.tametſi filiorum appellatione, ne vtique veniant filij filiorum, id eſt nepotes.l.filij.l.iuſta.ff.de verb.oblig.l.quòd ſi nepotes. ff.de teſtament. tutela, quòd ſi ſingulari amore teſtator nepotes filios nominat, habita potius ratione amicitiæ,quàm ſanguinis, hos appellatione filiorum venire, Alexander ad Bartolum,& Roman. in l.ſi verò.§.de viro. xxxv. fallentia. ff.ſoluto matrimonio.

Septimò, & præter alia pro hac aſtruenda ſententia adſtipulatur pontificia conſtitutio in cap.niſi ſpecialis.de officio delegati. ex qua definitur principem poſſe propter amicitiam pœnam remittere criminis reo, & inibi gloſſa, cuius pro ſingulari meminit Romanus in l. ſi verò.§. de viro. ſoluto matrimonio ff. & hãc affectionem amicitiæ cauſa inire

exprim

exprimit illud Tibulli libro elegiarum 4.

Quin etiam ſedes iubeat ſi vendere auitas,
Ire ſub imperium ſub titulúmque lares.

Octauò & illud coadiuuat, ratione amicitiæ inductum eſſe, vt teſtamentum vltimo loco conditum à patre inter liberos valeat, tametſi in eo non interueniánt clauſulæ derogatoriæ ſpecialis reuocatio. licet aliàs ſecus ſit, ex l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. iij. id adnotat Rom. in conſil. clxxix. ampliſsime doctor, idque facit ardor liciti amoris inter patrem & liberos exiſtentis, qui etiam codicillarem clauſulam ſupplet, ex gloſſa ad id omnium præſtantiſsima in l. cohæredi. §. cùm filiæ. verbo, non valuit. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitut. & gloſſa ſimilis in l. in teſtamento. ff. de fideicommiſ. libert. ex qua idem adnotat Baldus in l. ſi iure. C. de teſtament. manumiſſ. quòd ardor liciti amoris habet vim clauſulæ codicillaris. Romanus & Alexand. idem profeſsi in l. cùm alienam. col. ij. & inibi Iaſon tertia limit. C. de leg. Socinus, qui in hoc dicit ſingulare conſil. lviij. Ioannes. columna tertia. verſic. accedit cum prædicta. volumine primo. Barbat. in l. cùm acutiſsimi. col. xj. C. de fideicom. itidem in rub. de reſcrip. col. viij. in clem. & in tract. quem publicum fecit, de pręſtantia Cardinaliũ, in iij. q. j. partis. col. j. & rurſus col. xiiij. ad finem. Is idem in rep. cap. Raynaldus. col. cxviij. verſic. vndecimò limita. extrà de teſtamentis. & in conſil. iij. col. v. vol. iij. itidem conſil. lxxviij. præclarè ſcribitur. col. ij. vol. iiij. Iaſ. adnotans illam gloſ. pro ſingulari in l. exigendi. notab. iij. verſic. ſecundò facit. C. de procur. & in l. verbis ciuilibus. col. iij. ff. de vulgari & pupillari. & in l. eam quam. col. vj. & rurſus col. ix. C. de fideicom. itidem in l. prima. C. de ſumma Trin. & fide cathol. ex nouioribus Guliel. Bened. in c. Raynutius. verbo, teſtamentum. in iij. nume. 46. de teſtamen. Alciatus in præcitata l. latæ. §. amicos. ff. de ver. ſign. Anton. Barbier. in repet. l. cùm filio. col. vlt. ff. de legatis primo. Catel. Cotta in memorabilibus iuris, incip. amor licitus. Felinus in cap. primo, ad fin. de teſtib. Pantha. Calde. in repet. l. ſecundæ. col. lxxj C. de reſcindenda vendit. & ante hos Bal. cuius nec ipſi neoterici meminêre, in ſua Margarita, verbo, codicillus. verſic. pen. illius gloſ. meminit pro ſingulari Dionyſius Robinus ex neotericis in rep. l. filiusfamſliâs. §. diui. ff. de leg. j. folio 46. col. iij. ad finem. Didacus &

Segura in l. Imperator.ff.ad Trebel. fol.62.adnotant, quod non ſolùm ardor amoris liciti operatur vim clauſulæ codicillaris in legato,& fideicommiſſo, ſed etiam in inſtitutione, Iaſ.in l.non dubium.C.de leg.

Nonò ſuffragatur, ſicuti liberi non tamen extranei ex minus ſolenni teſtantium voluntate legata capiunt. ex l.vlt.C. familiæ hercîſ.l.hac cõſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſt. ſiquidem in eo teſtamento inter liberos condito codicillaris clauſula ſemper intelligitur, ex præcitata gl.verbo, non valuit.ad finem.l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulgari.& ibi Imol.& pleriquè alij Alexan.in dicto §.ex imperfecto.Imol. in c. Raynutius,col.xxviij.de teſtamen.Didacus à Segura eo in loco,cuius & anteà meminimus,ita etiam amici maxima amicitia coniuncti veluti ius liberorum obtinentes legata ex teſtamento,etiam minus ſolenni,capiunt,ex gl. in præcitata l.in teſtamento.ff.de fideicommiſſ. liberta. Cuius pro ſingulari meminit idem profeſſus Bal.in præcitata l.ſi iure. C.de teſtament.manumiſs.Matthæſilanus notabili xlj.Barbatius conſ.iij.illud referam,colum.tertia.vol.iij. Barb.in l. cùm acutiſsimi. columna xj.C. de fideicommiſſ. itidem in conſ.xxij.clementiſsimum Deum.col.iij.vol.iiij. quo in loco illius gl.pro ſingulari meminit,cui ſimilem addit itidem in d.l.ſi iure. Iaſ.nec admodũ grauatus iis accedit in d.l.cùm alienam.col.ij.limit.iij.is idem in l.non dubiũ.col.vlt. C.de teſt.& in l.j.col.v.C.de ſum.tri.& fide cathol. Diony.Robin. & Didac.à Segura,iis in locis,quibus & anteà meminimus. Barb. in l.cùm acutiſsimi. pro hac aſtruenda ſententia allegat text.in d.l.cùm alienã.C.de legatis. & apertiſsimo marte dilucidáq; voce proteſtatur ad ſua vſq; tempora neminem illum textum perpẽdiſſe,qui memoria lapſus fuit: ſiquidem gloſ.in præcitata l.in teſtamento.ad id citans, & eſt text.ibi conſiderata vi & effectu verborum,carnem & ſuccum ipſius ſuggẽdo, in iis verbis. pios tamen filios debuiſſe manumittere eam, quã pater diligiſſet,cuius pro ſingulari meminit: ne ſim occultator alienæ laudis, Matthæſilan. notabili xlj.& Rom.conſilio clxxix. ampliſsime doctor. columna penultima.verſic.ad quod dicendum.& in repet.l.ſi vero.§.de viro. fallentia xxvj.ff.ſolut.matr.

Decimò ad id adnotari poſſet Andreæ ſiculi doctrina in dicta l.cùm acutiſsimi. col.xj. iterum col.xl.C.de fideicom.

alſeuer

aſſeuerans, quòd illa lex, verba agens in filio hærede inſtituto, & hæreditatem reſtituere rogato, locum ſibi vendicare in valde amico. Alciatus idem profeſſus in dicto §. amicos. Gulielmus Benedictus in capitulo Raynutius. extrà de teſtam. numero quarto. verbo, ſi abſque liberis moreretur. Socinus ante hos in rep. l. cũ auus. col. iij. ff. de cõdition. & demonſtration. & ſi Iaſ. in l. Titia. col. vj. de verborum obligationibus. huic ſententiæ refragari videatur. Sed quia locus non datur ad pulmonẽ reuulcis rationibus id examinare, miſſa facio.

Vndecimò, ſed quò melius quæſtio iſta intelligi valeat, & diſcuti, illud coadiuuat, quod in l. quod ſæpe. §. ſi quis amico. ff. de contrahen. emptio. & vendi. definitur amicum poſſe iure optimo ſeruum amici in fuga conſtitutum venundare, nec in illud ſenatuſconſultum incidere, quo cautum eſt neminem poſſe ſeruum in fuga conſtitutũ vendere: & hoc quidem ratione amicitiæ, quæ ex ſola animorum coniunctione contrahitur l. iij. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & ex conuerſatione nimia augetur l. cùm allegas. C. de caſtrenſi peculio. lib. xij. cuius ad id meminit Bald. in l. imperiale. v. col. de prohibita alienatio. feudi per Federicum.

Duodecimò ſatis iure probatur: ſi quidem quis arcetur propter amicitiam à ferendo teſtimonio, Bart. & Bald. in l. eos. C. de teſtib. Bald. in l. ſi quis. col. vltima. eod. titul. Angel. idem profeſſus in authen. de nuptiis. §. final. ſumẽs rationem ex tex. inibi collatio. iiij. itidẽ in authen. de monachis. §. cogitandũ. Alex. conſ. lxxviij. in cauſa & lite vertente. vol. j. & ante hos ſpeculator in titulo de teſte. §. j. in principio. Angel. in l. ſed hæ perſonæ. in princip. ff. de procu. Ioan. de Imol. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. col. xviij. Bab. in l. j. C. qui accuſare nõ poſſ. Alexand. nec admodum grauatus iis accedit in l. j. §. lex Falcidia. col. j. ff. ad l. Falcid. itidẽ in præcitata l. exigẽdi. doct. in c. corã. de teſti. & in c. cũ M. de cõſtitutio. Didaeus à Segura. & Dionyſius Robinus nec admodum inuiti iis omnibus accedunt, iis in locis, quibus & anteà meminimus, & gl. in d. §. cogitandum. in authent. de monach. collatio. j. exiſtimat de fide teſtis amici, aliquid detrahi ratione amicitiæ, cuius meminit idẽ profeſſus Bald. in l. data opera. col. xj. C. qui acc. nõ poſſ. & regia l. v. tit. iij. par. vij. & l. xxj. titul. xvj. par. iij. definiẽtes amicũ poſſe ferre teſtimoniũ pro amico extra cauſam ſocietatis cõmunis, inibi, *Bien pudra to-*

ſtiguar el vno por el otro, como quier que ſean compañrios y amigos. Et nouiſsimè adnotat Nunius Auêdañus in dictionario legum regiarum, quē admiſcuit poſt tract.de exequē.mādatis regis Hiſpaniæ,ex quo ceſſat,quod Bald.diſtinguit in præcitata l.eos.& Thom.Grā.in voto xxij.Lanfr.in c. quoniā contra.in ver.teſtiū depoſitiones.n.147.Fel.in c. quoties.de teſti. Decimotertiò ſtabiliri poſſet ex gl. ad id notatu digna in c. ij.de teſtam.lib.vj.definiente. quòd ſi quis relinquat executorem teſtamēti amicum ſuum ſub nomine dignitatis, executore à vita diſcedente, hoc munus exequendi ad ſucceſſorem in dignitate ne vtique tranſire, doctores in c.requiſiſti. de teſtam.Abb.nu.24.inibi.

Decimoquartò allegari poſſet Bar.doctrina in l.j.ff.de appellat. recip.aſſeuerans abſque mandato amicum poſſe pro amico appellare. Archid.in c.ſtatuimus.de electiõn. Diony. Robinus,& Didacus à Segura iis accedunt locis præcitatis: & coadiuuat quod & Imola adnotat in præcitata l.j. §.lex Falcidia.ff.ad l.Falcid.quòd ſi ſtatuto ſancitum ſit inter conſanguineos litigantes cōpromittendum eſſe,intelligendum fore id etiam inter amicos:quod & Bar.ibi adnotauit,& pleriq; alij,quos cōgerit Didacus à Segura loco præcit. tametſi Alex. inibi per aliquot iuris pedamenta in contrariam ierit ſententiam. Poſtremò vt colophonem addam,huic rei & illud robur affert,quod & Bal.in l.j.C.vnde vi.adnotauit,& in l.raptores.C.de epiſc.& cler. poſt gl.& Bart.in l.vt vim.ff.de
7 iuſt.& iure.quòd † ſicuti licitum eſt, pro ſe, & filiis ſuis conſanguineiſve,alicui iniuſtè aggredienti reſiſtere,ſicuti & Ioannes Andr.in c.ij.de homicidio, adnotauit Flor.in l.ſcientiam.§.qui cùm aliter.ff.ad l.Falcid. & nos non ſemel admonuimus,in ea ſpecie agentes ſuprà.c.xxviij.n.24.ita quidem pro amico maxima amicitia cōiuncto, licet reſiſtere iniuſtè aggredienti. Bart.in l.prohibitum.notabile iij.C.de iure fiſci. libro x.itidem in l.deuotum. ad finem. C.de metatis.lib.xij. cuius ſententiæ idem profeſſus meminit Iaſ.n.29.in præcit. l.vt vim.& gl.in iis adiuuat in lib.j.C.de ſiccar.definiens in amico occidente non præſumit dolum perinde, ac ſi coniunctum occideret,cuius meminit Rom.in l.j.ff.de in ius vocād. Bal.in l.fi.oppoſ.x.de hæred.inſt.& regia l.in his regnis inſignis in l.vj.tit.iij.par.vij.definiēs amicum poſſe pro amico diffidare,ſicuti quilibet alius conſanguineus.Quibus omnibus

bus animum induco meum in ſpecie l. regiæ xxij.tit.j.part. vij.poſſe amicũ maxima amicitia coniunctum, mortem ſui amici accuſare, ac pacẽ inire.& in ea ſpecie ita reſpõdi, n.49. in d.l.j.C. qui accuſ. non poſſ.& Iaſ.in l.exigendi.C.de proc. & in ea ſpecie ex nouioribus, idem reſpondit Iac.Villalpan. in interpretatione dictæ l.xxij.ij.par.§.xxxvij.ad fi.quod ipſe intelligendum fore opinor in iis amicis, qui maxima coniunctione,ac amicitia cõiuncti ſunt, ſicuti exẽplar eſt in l.vj. tit.xxvij.part.iiij.vbi exẽplum ponit de Piladis amicitia, & Oreſtis,quorũ vtroq; alteri⁹ mortis pœnã ſubire volẽte, neu ter fuit interfectus, quinetiã à rege homicidij immunes facti ſunt. Et vt nihil amplius hac in re deſideretur, opinor ꝙ ſicuti cõſanguineus, qui ab inteſtato occiſo ſuccedit, poteſt necẽ defuncti vindicare,& hęredi quidẽ ſcripto præfertur:ita quidẽ amicus maxima amicitia cõiunctus,ſi accuſationẽ ſuper necẽ defuncti vindicãda proponere velit, hæredi ſcripto anteponẽdus eſt: potiſsimũ cùm amicus appellatione ſuorũ veniat,ex c.requiſiſti.de teſti.vbi gl.& frequẽtior interpretũ pars,Bal.in l.j.C.qui accuſ.non poſ.& nos paulò antè adnotauimus.Cæterùm regiã conſtitutionẽ in ea ſpecie intelligendam fore opinor ex iis,quæ anteà adnotauimus,ni & † mortis tẽpore amicitia diſſoluta eſſet, & id cõſtaret, vtpotè propter abſentiã longinquã,vel propter inimicitias ſuperuenientes,vel pleriſq; aliis modis, quibus diſſolutio amicitiæ contingit,ſicuti ſignanter adnotat Io.de Ligna.in tract. quem de amicitia prodidit in §.reſtat dubitandum. Idque præter alia conſtat,ſiquidẽ tẽpore,quo interfectus fuit amicus, oportebat hunc etiam,qui accuſare vult,amicũ eſſe,ex illo vulgato iuris adagio,Qualitas adiuncta verbo, debet eſſe tẽpore verbi.l.iij.§.ſi extraneus.ff.de noxa.l.quod ait.§.Iulian.eod.tit. l.j.§.tutoris.ff.quod iuſſu.Andræas Tiraq.de vtroque retract. gl.ix.numero 94.pagina parua 170.cum pleriſque aliis,quæ candido lectori obuia erunt. Hunc tamen intellectum nulla tumoris inflectura, nullo ſupercilij faſtu,candide lector,adiecimus, quòd ſi ſtomacho non ſatisfaciat tuo, noli authorem obrepere:in ea enim aſſertione me rationum vehementia, quas ex authoribus vel doctiſsimis deſumpſerim, vel mea ingenij paruitate pepererim,deduxit:& negari non poteſt,ſi opinionibus vltrò,& citrò contrariis veritas fluctuat, eam aſſertionem ſequendam, cui rationum pondus aſsiſtat. 8

1 *Bannitis necem defuncti vindicandi munus ne vtique competere.*

2 *Sicuti ciuitatem bannitus perdit, ita quidem ceteros agnatos & cognatos.*

3 *Ea quæ ſunt iuris municipalis, non tamen quæ ſunt iuris communis, bannitum amittere.*

4 *Si abſque licentia duorum ex proximioribus minori contrahere non liceat ex ſtatuto, minimè licentiam banniti exigi, tametſi ex proximioribus ſit.*

5 *Si lege municipali abſque filij præſentia vltimum elogium mulier condere non poſſit: ſi bannitum filium habeat, poterit quidem teſtamentum condere.*

6 *Cum actiones & accuſationes Cæſarum iure introductæ ſint, bãnito ius accuſandi necem defuncti non competere.*

7 *Pro mortuo bannitum haberi conſtat: & quid de accuſatione inchoata à bannito. nu. 8.*

9 *Qui in iudicio ſtare non poſſunt, procuratorem conſtituere poſſe.*

10 *In labem excommunicationis lapſis mortem defuncti munus vindicandi non competit. Itidem nu. 12.*

11 *Excommunicatio cùm non ſit à iure canonico inuenta, non ſolùm in eccleſiaſtico, ſed & in ſeculari iudicio allegari poterit.*

13 *Excommunicatos à ſacramentorum participatione, à fideliumque communione arcendos eſſe. Itidem nu. 14.*

15 *Excommunicatis retractus ius non competere.*

Bart. ſententia in l. ſeruos. ff. de accuſ. ex legum artium pomeriis elucidata, & ab impudentibus multorum nugulis liberata.

CAP. XLIIII.

Ceterùm his iactis, ac præmiſsis, dubium inſigne ſuboritur, quod non infrequenter à doctoribus hincinde diſcutitur: † an bãniti poſ-
1 ſunt agere accuſaréue de nece ſuorum parentum, aliorúmue conſanguineorũ? & Bart. in l. ſeruos. ff. de accuſation. reſpondit bãnitis accuſandi munus minimè cõpetere. Bald. idem profeſſus in rubrica. C. qui accuſare nõ poſſunt. & pro hac aſtruẽda ſentẽtia aliquot ſubiiciam, quę partim hanc definiant quęſtionẽ, partim aperiant.

Et primò huic rei adſtipulari videtur triuiale iuris adagium, banniti noſtri tẽporis deportatis æquiparantur, ſicuti

Iacobus Aret.in eo tract.bannitorum,in quæſt. incip. Titius
filiusfamiliàs.aſſeuerat & Bart.in ſua diſputatione,incipien-
te,Lucanæ ciuitatis.Bal.conſi.cclxxxix.præmiſsis verbis.vo-
lum.j.Specul.in tit.de inſtrum.editione.§.compendioſe.ver-
ſic.quid de bannito.& huius ſententię authores habeo præter
hos Paulum Caſtren.conſi.ccxj.omiſſo.vol.ij.Anchar.conſil.
celxxix.filio.Fulg.in l.iij.C.de Epiſcopis & cler. Paul.Caſtr.
& Alexan.in l.ex facto.§.ex facto.ff. ad Trebellianum. Ang.
in ſua diſputatione incipienti, duo ad inuicem. Iaſ. conſilio
clxvj.videtur. volum.ij. & cùm amittat ius agnationis ban-
nitus,& filiationis,vti conſtat ex Bart.in l.ſi adulterium cum
inceſtu.§.liberto.ff. de adult.& in l. eos.ff. de receptato.defi-
niente, quòd † ſicuti ciuitatem perdit bannitus, ita quidem 2
patrem cæteróſq; agnatos & cognatos, per l. poſtliminium.
§.filius.ff.de capti.& poſtlim.reuerſis. tradit Alexan. in con-
ſilio lxxv.col.iij.vol.j.igitur ſi id ius amiſerit, ratione cuius
vindicatio necis defuncti competit, conſequens & illud eſt,
& illam criminis accuſationē amittere. Hinc & illud ſequi-
tur,nec retractus ius competere bannito, ex Guliel. Benedi-
cto in c.Raynutius,in verbo.in eodē teſtamento relinquens.
in j.num.141.& id quidem,ſi perpetuò bānitus ſit,ex l. amiſ-
ſione.§.qui deficiunt.ff.de capitis diminu.& inibi expreſsim
adnotat Bart.Iacob.Aret.& Bart.& Bald. in l. ex facto.§.ex
facto. ad Trebellianum. ff. definientes † bannitos beneficia 3
ciuitatis iuriſve municipalis amittere,non tamen iuris com
munis, niſi & hi ſint banno imperiali obnoxij, ex Bart. in l.
certa forma. ſumens rationem ex tex. inibi. C.de iure fiſci.
lib.x.Bar.Bal.Imol.& interpretum maior pars in l.eius qui.
§.j.ff.de teſtam.& tradit Cinus non ineleganter.Bar.Sal.Bal.
& Ang.& alij plerique in l.j.C.de hæred.inſtit. Salic.in l.j.C.
de hæret.& omnium diligentiſsime Ludouicus Bolog. con-
ſilio lxx. in principio. & ante eum Caſtrenſis conſilio lvj.ſu-
per primo quæſito.colum.j.volum.j.Baldus in l.Gallus.§.&
quid ſi tantùm.ad finem.ff.de liber.& poſth.is idem in conſi.
xxv.vol.iiij.Corneus conſil. lv.col.iij. volum.ij.& hanc eſſe
frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam aſſeue-
rat Franc.Curt.Senior conſi.lx.dux.col.v.

Ex qua ratione ſic perpenſa, & illud deducitur, quòd † ſi 4
ex ſtatuto ſancitum ſit minorem non poſſe contrahere ſine
conſenſu,aut licentia duorū ex proximioribus,non exigitur
conſen

conſenſus banniti proximioris, cùm & is bannitus non poſſit intereſſe intra ius dicentis territorium, atque ideo citari non debet, tex. ad id omnium præſtantiſsimus in l. obſeruare. C. de decur. lib. x. glo. ordin. in l. hæc autem. §. j. & in l. ij. ff. ex quibus cauſis in poſſeſsionem eatur. & adſtipulatur tex. in l. ſi longius. §. vltimo. ff. de iudiciis. & authent. quod locum. C. de collat. notant Doctores paſsim in l. vlt. §. neceſsitate. C. de bonis quæ liberis.

Ex eodem fonte & illud deducitur, ſtante ſtatutò municipali, quòd † nulla mulier poſsit ſuum condere teſtamentum ſine filij præſentia, ſi quem fortè habeat: dubium eſt, ſi filium habeat bannitum, ſi poſsit illo abſente ſuum condere elogium, & Baldus conſilio cccxcix. ſtatuto ciuitatis. libro tertio. exiſtimat illo abſente bannito teſtamentum poſſe condere, cùm ad hoc bannitus perinde eſt, ac ſi non eſſet in rerum natura. l. j. ad finem. ff. de bonorum poſſeſsio. contra tabulas. l. ſi necem. §. ſi deportatus. de bonis liberto. ff. tradunt doctores in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. præcitato, explicant doctores in l. ſed Iulianus. §. ſed & ſi filiusfamiliàs. ff. ad Macedonianum. tametſi his refragare videantur gloſſa & doctores in cap. j. in gloſſa prima. titulo, hic finit lex. definientes vaſallum in feudi alienatione adſtrictũ eſſe domini banniti conſenſum exigere. Quam ſententiam veriſsimam eſſe exiſtimat Franciſcus Curtius Iunior in tracta. feudorum, quarta parte principali, char. 45. verſic. xxvij. incip. quæro. & illius glo. idem profeſsi meminêre. Andræas de Iſernia, Bal. Martinus Laudenſis, Iacobus, Bald. Aluar. Card. Alexan. in dicto cap. primo. Cæterùm & illud adſtipulatur: ſiquidem apud bannitum eſt facultas ac authoritas conſentiendi, ex l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellianum. poteſtque is bannitus conſenſum per procuratorem adhibere, ex l. Papinianus. ff. de minor. cuius ad id meminit Baldus conſilio ccj. volum. j. colum. j. ipſe tamen non poſſum in hoc dubio à priori ſententia diſcedere, quippe qui exiſtimem veritati magis fauere, & eſſe iuri, & moribus æquiſsimam priorem ſententiam: poſterior verò ſententia nihil obeſſe videtur, ſiquidem bannitus conſenſit in re ſua, quam & vaſallo ea lege conceſsiſſe videtur: & ideo interponendus eſt eius conſenſus, nec propter bannum amittit dominus iura ſua, ſicuti Bal. definit in præcitato c. j. & eſt tex. ad id præſtantiſsimus in auth. vt nulli iudic

judicum.§. quin verò.ex quo deducitur perperam conſuluiſſe Bald.conſi.liiij.ſtatuto terræ Murciæ, lib.v. ſi ſtatuto municipali ſancitum ſit, vt nullus contrahat matrimonium cum muliere patrem matrémve non habente abſque fratris conſenſu:quòd ſi mulier fratrem bannitum habeat,eius conſenſum requiri, quem & per literas, nuntium, procuratorémve præſtare poterit:cùm & bannitus ea,quæ ſunt naturalia,vtpotè affectionem retineat, Bal.in ea ſpecie in errorem lapſum eſſe exiſtimo.

Quibus ſic perpenſis,exiſtimo bannito ius accuſandi necem defuncti minimè competere, cùm † accuſationes & actiones ſint introductæ de iure ciuili,ex l. ij. §. ex his.ff. de origine iuris. omnium diligentiſsimè Iaſ. in rubrica, Inſtit. de actio,quo ſit,bannito accuſandi munus non competere de morte ſuorum,ex Bartolo in l.ſeruos.ff.de accuſatio.Baldus in rub,C.qui accuſare non poſſunt. cùm extra protectionem iuris ſit:cùm & ſi ipſe offendatur, criminis authorem accuſare non poſsit, ex gloſſa in cap. ſi quis alium. de milite & vaſallo.Bart.in l.vt vim.colum.ij.ff.de iuſtitia & iure. Ang. & Imola,& Neoterici in l.in ſuis. ff, de liberis & poſthum. Quibus nec admodum inuitus accedit Alexan. in l.prima. C.de hæredibus inſtituen.vnde & illud ſequitur, minus † ei competere accuſandi munus pro ſuorum iniuria, cùm & is bannitus pro mortuo habeatur,ex l.actione.§.publicatione. ff. pro ſocio. quòd ſi præteritus fuerit in vltima teſtantis patris voluntate,non poterit fiſcus rumpere teſtamentum eius nomine,cùm tanquam mortuus nihil ad fiſcum tranſmittat: ſicuti exiſtimat Baldus in l. ſi qua pœna. ff. qui ſunt ſui vel alieni iuris. Iaſon in l. ſi filius qui in poteſtate. num.12.ff. de liberis & poſthumis. quinetiam proximioribus in gradu ipſius banniti,locus accuſandi datur:ſicuti ex his, quæ paulò antè adnotauimus,definiri poterit:& in ea ſpecie,ita reſpondit Iacobus Villalpandus in ſecunda parte repet.l. xxij. tit.j. par.vij.§.xliiij.num.20.

6

7

Illud etiam in hoc duntaxat tractatu obuium eſt, quòd ſi coniunctus mortem defuncti vindicans, lite adhuc pendente, propter delictum ſit bannitus, an & ſequens in gradu accuſationem proſequi poſsit? & prima fronte videtur non poſſe procedere ſuper dicta accuſatione, ex l. Vranius.ff. de fideiuſſoribus. inibi, vt quemadmodum incipit, & in l.bos

accu

accuſare.§. hoc beneficium. ff. de accuſationibus.l. poſt finitam.ff. de ſuſpectis tutoribus.l. tertia.§. penult.ff. de liberis agnoſcen.ipſe tamen contrarium veriſſimum eſſe reor.

8 Quinetiam † cœptam accuſationem à bannito ſequens in gradu complere poterit,ex l.neganda.C.qui accuſare non poſſunt.l.is qui reus.ff.de publicis iudiciis.Bartolus in dicta l.Iulianus.Angelus in rubrica.C. de delatoribus.libro decimo.Nec obſtare videntur iura pro contraria parte citata,ſiquidem l. Iulianus. ſuperuenit defectus in cauſa finali, in propria autem quæſtione ſuperuenit in perſona ipſa defectus,id eſt in accuſante,non tamen in cauſa finali : ſiquidem non deſinit eſſe delictum,tametſi accuſatus ſit bannitus, atque ideo per proximiorem, vel per procuratorem finiri poterit. Cæterùm nec aliquo iuris apice deſeruire videtur textus in dicta l. hos accuſare. §. hoc beneficium, ſiquidem inibi ſuperuenit beneficium accuſato, quo vti poteſt : at in ſpecie noſtra,qui excipit contra bannitum, vult vti ex banno accuſantis beneficio, & illo ſe tueri, quod fieri non poteſt. Nec obſtat etiam text. in §.finali.l.iij.cùm defectus ſuperueniat in cauſa materiali,ſicuti Bart. reſpondit in l. pluribus.§.placet.de verborum obligat.ff. & id veriſſimum eſſe exiſtimat Bart.in l.Neratius.ff. de accuſationibus. Abbas in cap.j.numero 5.eodem titulo. Angelus in l. is qui reus. præcitata.atque ideo bannitus per procuratorem poterit proſe-

9 qui accuſationem:cùm † & hi, qui ſtare in iudicio non poſſunt,procuratorem conſtituere poſſunt.Innocen.in cap.cùm I. & A. de ſententia, & re iudicata. Abbas in cap. intelleximus.de iudiciis.Bartolus in l.ſeruos.ff. de alimentis & cibariis legatis. atque ideo proximiori locus non datur, ſed & ipſe cauſam finiet per procuratorem.Simile eſt quòd voluit Iacobus Aretinus in l.moris. ff. de pœnis. quòd ſi ex forma ſtatuti bannitus agere non poſſit.poterit tamen procuratorio nomine alterius: quod Conſultus aſſeuerat obtinuiſſe Albericus in vltima ſtatutorum parte, quæſt. lxiij. cuius eſt initium,Item quæro ſi bannitus.

Conueſtiri poſſet etiam ex cap.fin.de his quæ fiunt à prælat.definiente, qui ad Synodum adſtrictus eſt venire, poſſet vtique per procuratorem comparere. cap. Epiſcopus ad Synodum.xviij.diſt.Franc.Curt.in l. admonendi. col.xxij.ff. de iureiur.Præpoſi.in c.ſi vir.col.j.de cognat.ſpirit,Abb. in cap. bonæ

bonæ.in ij.de poſtulat.prælat.colum.ij. Barbat. in cap. Raynutius.colum.liiij.de teſtamen.Corſetus in ſingul. in verbo, opinio. ex nouioribus Henric. Boteus in tract.quem publicum fecit de Synodo Epiſcopi in ij.par.num.43.

Inſignis eſt & admodum perplexa quæſtio, quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus non infrequenter diſcutitur: an & excommunicatis accuſandi munus competat, ac vindicandi necem defuncti, poſsintne etiam inire pactum? & ea eſt receptiſsima ſententia, hoc munus non competere: ſiquidem iis petentibus ius denegatur.cap.intelleximus.extrà de iudi. cap.j.eodem tit.lib.vj. & in cap.j. de reſcriptis. eodem libro. & † excommunicatus in iudicio eſſe non poteſt.c.pia.de ex- 10
cept.lib.vj.c.dilecti.c.ſignificauit. cap. cùm inter. de except, cap.decernimus.de ſententia excommu.lib.vj.c. excommunicamus.§.credentes.de hæret. nec is, qui labe excommunicationis nodatus eſt, tanquam actor, nec accuſator in iudicio agere poteſt.c.poſt ceſsionem.de probat.regia l.iiij.tit.x.lib. ij.Fori.& l.clxxvj.ſtyli.Ioannes de Lignano ſignanter id explicat in eo tract.quem prodidit de cenſura eccleſiaſtica, numero 26.cum aliis. Chaſſæneus in conſuet. Burgundiæ, tit, *des iuſtices*.rub.j.§.vj. fol.63.col.iiij. num.15. Nepos à monte Albano ſignanter id explicat in tract.exceptionum, articulo vj.Ioannes à Selua in tractatu de beneficio. iij. parte, quæſt. iiij.Hierony.Gigas de penſio.quæſt.xiiij. ex nouioribus Ludouicus Gomez.in cap.j.num.16, de reſcriptis. libro vj. Andræas Tiraquellus de vtroque retractu, de retractu lignagier.glo.ix.num.276.Paulus Paritius in cap. cùm inter. præcitato.itidem in cap.fin.num. 2. de except. Petrus Rebuf. in glo.concordatarum,in rubrica de excommunicatis non vitandis.pagina 383. columna ſecunda. vbi xcj.pœnas excommunicationis congerit.& Montaldus in præcitata l. quarta. in verbo, *Demandar*. Socinus in regul.cxxxij. Felinus in dicto cap.intelleximus. numero 7. Dominicus à ſancto Geminiano in cap.j. de reſcriptis. libro ſexto. Quibus ſane conſtat excommunicatum in iudicio agere non poſſe: & licet iſthæc regula de iure Pontificio introducta fuerit, vendicat ſibi locum iure Cæſareo, ex gloſ. ſingulari in l. prima. C. de iuris & facti ignorantia. quam inibi idem profeſsi ſequuntur Doctores paſsim, inter quos & Iaſon in fine lecturæ, ibi Baldus in l.quoties.C. de iudic,& in l. placet. ad finem.C. de

ſacro

ſacroſanct.eccleſ.itidem in cap. contingit. columna decima, de dolo & contumacia. & in præcitato cap. intelleximus. & eſt textus in cap. poſtulaſti. de homicidio, quem ad id primo notabili adnotauit Geminianus in cap. primo. §. ſecundo. de exceptionibus. libro ſexto. Baldus in l. finali, columna prima. C. ſi à non competenti iudice, & regia l. clxxvj. & clxxvij. ſtyli, & dicta l. quarta. & vt obiter agam de excommunicatorum pœnis tractantes, quantum poterimus admoliemur,
11 excommunicationem † non eſſe iuris canonici inuentum, ideò minimè mirum ſi in foro quoque ſeculari nedum eccleſiaſtico allegari poſsit, ex dicta glo. & inibi Bald. Fulgoſ. qui eſſe ſingularem profitentur inibi: cui ſimilis eſt in cap. primo. §. ſi quis igitur. verbo, opponit. & inibi Ioan. Andr. Hoſtienſis, Dominicus, Archidiac. Anchar. Philippus Franc. Lappus, & interpretum maior pars, de exceptionib. libro vj. gloſ. etiam in capit. præceptum. xxij. quæſt. quinta. Bald. in l. quoties. ad finem. C. de iudiciis. itidem in l. vltima. columna prima. C. ſi à non competenti iudice. & in dicto cap. intelleximus. columna ſecunda. & in cap. exceptionem. verſ. quæro, nunquid. extrà de exceptionib. & in d. capit. contingit. columna ſeptima. in verſic. porrò ſi iudex. de dolo & contuma. Speculator in titulo de exceptionibus. §. nunc dicendum. verſiculo & nota, quòd iudex. & ibi ſignanter Ioannes Andreas, & Bald. in addition. Cuius & Bald. idem profeſsi per text. inibi in l. placet. C. de ſacroſanctis eccleſ. Aufred. in tract. reprobationum teſtium, verſiculo excommunicatus. Guido Papa deciſione Delphinat. ccxx. columna prima. Felinus in c. tuæ. colum. ij. extrà vt lite non conteſtata. is idem in c. prudentiam. §. vj. in princ. & ibi Philipp. Decius notabili ij. de officio deleg. & huius ſententiæ authores habeo Lappum alleg. xcij. inſpeximus. colum. iij. per tex. in cap. decernimus. de ſenten. excommun. lib. vj. & in cap. poſtulaſti. de homic. vbi Ioannes Ananias, & Felinus idem exiſtimant, quibus & plerique alij acceſsêre: inter quos & Romanus ſingul. dclxxxv. Iaſ. in l. eleganter. §. ſi quis poſt tranſactionem. columna ij. ff. de condict. indeb. Decius nec admodum grauatus iis accedit, columna xx. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutio. & eſt textus in cap. domino. titulo hîc finitur lex Corradi. Et vt obiter agam, lex placet, tametſi ad id allegetur. C. de ſacroſanctis eccleſiis. verbo, Acrimoniæ, quo ea lex vtitur, excom

excommunicationem non ſignificat:vt ibi Accurſius exiſtimat, qui in errorem lapſus eſt. Ioannes Monachus idem profeſſus in cap.j.ad finem.de ſtatut.regularium. lib.vj. ſed longè aliud ſignificat Acrimoniæ verbum, ſicuti eleganter definitur ex glo.in cap.licet.de immunit.eccleſ.lib.vj.& Archidiac.in cap.attendendum.xvij.quæſt.iiij.

Quibus admodum perpenſis, hic patet veritas illius controuerſiæ examinari, excommunicationis † ſententia nodatum minimè poſſe accuſare criminis reum, ſed proximiori 12
in gradu locus datur, cùm excommunicatus pro mortuo exiſtimetur,& bannito æquiparetur, ex tex.in c. domino guerram.præcitato.gloſ.finalis in cap.paſtoralis. de appellation. Specul.in tit.de arbitris. §.differt.verſic. quid de bannito. & inibi Ioannes Andræas,quibus & Iaſ.acceſsit, numero 10.in l.j.§.ſublata.ff.ad Trebel.& in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm. numero 3. ff.de liberis & poſthum.& in ea ſpecie excommunicatum proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam minimè admittendum fore ad accuſandum,ex Bal. in ſua Margarita,verſiculo,excommunicatus.poſt Innoc.in cap.à nobis. de except.& inibi Abb. nume.4. & expreſsim hanc ſententiam profitetur gloſ.in cap.omnibus.iiij. quæſt. vlt. & Federicus de Senis in conſil. cxvj.cuius initium eſt,mirandum,Petrus Anchar.in cap.primo.columna quarta, de præſcrip. libro vj. Felinus numero 6. in dicto cap. à nobis. Ipſe tamen præter alios iſtam ſentētiam intelligendam fore opinor in iis, qui in excommunicationis maioris labem incidêre: longè quidem aliter, ſi eſſent minori excommunicatione nodati, cùm & maior excommunicatio à fidelium communione arceat, vt Calixtus Papa, & Martinus aſſeuerant, ad dominos Galliarum epiſcopos:ne cum eis in oratione,aut cibo,aut potu, aut oſculo communicent. Hactenus Calixtus, cuius Gratianus meminit in cap.excommunicatos.xj.q.iij.c.ij.de except. cap. nuper. de ſent. excom. quibus in locis communio cum excommunicatis prohibetur. Id etiam ex Chryſoſtomo definitur in cap.ad menſam. xj.q.iij. qua in quæſtione Gratianus plures tradit authoritates, quibus communio cum excommunicatis prohibetur, regia l. xxxiiij. tit. ix. par. j. & ante hos, de hac excommunicatione meminit Cæſar lib.8. Commentariorum, in hæc verba, Si quis aut publicus aut priuatus eorum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt:

hæc pœna apud eos grauiſsima eſt. Quibus ita eſt interdictum, hi numero impiorum ac ſceleratorum habentur, hi omnes decedunt, aditúmque ſermonémque diffugiunt, ne quid ex cogitatione incommodi accipiant, nec his petentibus ius redditur, nec honos vllus communicatur. Hactenus Cæſar. Deniqne iis communicari prohibetur. cap. ſicut. cap. excommunicato. c. qui communicauerit. cum pleriſq; aliis.
13 xj. quæſt. iij. & nos alibi pleniori manu trademus, itaq; † excommunicati à fidelium communione, & ſacramentorum participatione arcentur, & à iudicio, ex dicto cap. intelleximus. extrà de iudic. cap. exceptionem. de except. cap. primo. eodem tit. libro ſexto. cap. primo. de reſcrip. eodem lib. cap. à nobis. præcitato. longè quidem aliter, ſi eſſet nodatus minore excommunicatione: cùm & is in iudicio adeſſe poſsit,
14 & accuſandi munus competit, cùm † & illa ſolùm à communione ſacramentorum participationéque priuet, gloſſa & paſsim doctores in dicto cap. à nobis. cui ſimilis eſt in cap. placuit. xvij. diſtinct. cap. fin. de clerico excommunicato miniſtrante. & inibi Abb. expreſsim id definit, doctores in cap. præſentium. v. quæſt. ij. & in cap. loco. quinta quæſt. quarta. & l. vj. titulo nono, par. ſexta. Nec aliquo deſeruire videtur iuris apice, ſi quis obiiciat, quando quis ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, incapacitatem perſonæ non conſiderari. c. ſacris. quod met. cau. l. vxor tua. l. negāda. C. qui accu. non poſſunt. regia l. ſecūda, tit. j. par. vij. l. v. tit. v. par. iij. l. ij. tit. xx. libro quarto Fori. Quibus ſanè conſtat, tametſi hic ſanguine coniunctus excommunicatione ſit nodatus, accuſandi munus competit pro nece coniuncti vindicanda. Cui obiectioni ex Bal. poſſet ſatisfieri in rub. C. qui accuſare non poſſunt. num. 3. definiente, licet proſequenti ſuam ſuorúmve iniuriam nulla poſsit opponi exceptio ad accuſationem impediendam. intelligi debet ea lege, vt qui accuſationem propoſuit. capax ſit iudicij, cuius excommunicatus non eſt, ex cap. intelleximus. de iudic. & id conſtat ex l. ſi quis in iudicio. ff. de accuſat. & in l. hi tamen omnes. eod. tit.

Hinc patet veritas illius quæſtionis, quæ paſsim agitari
15 ſolet, an † retractus ius excommunicato competat? & minimè competere exiſtimat Tiraq. de vtroque retractu, de retractu *lignagier.* gloſ. num. 276. tametſi Galliæ vſu longè aliter receptum ſit, ex Fabro in §. quòd ſi tutor. col. pen. Inſti. de

de curat. & Aufredus decisio. Tholoſana clxxxix. cuius initium eſt, item fuit qu æſitum, an excommunicatus. & Boboniæ eſſe ſancitum ſtatuto municipali aſſeuerant Bald. & Iac. Butrig. in l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. & tale ſtatutum, nec conſuetudinem vtiq; valere probat Lappus allegatione xcij. ex cap. decernimus. de ſent. excom. lib. vj. Ioan. Anan. in cap. poſtulaſti. de homicid. expreſsim adnotans ad id ſtatutum nequaquam valere. Dec. ſatis diligenter in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut. & nos alibi in eadem palæſtra luſuri, de excommunicatorũ pœnis tractantes trademus: & futuri anni prouectus (niſi fata inuiderint) mox dabit vberiora.

SVMMARIVM.

1 *In ineũda pace ſuper nece defuncti qui præferēdi ſint, diſputatur.*
2 *Filius aliis conſanguineis ſuper nece patris vindicanda præferendos eſſe diffinitur. Itidem num. 3.*
4 *In nece fratris vindicanda vtroque latere coniunctis, pater præferendus eſt.*
5 *Perpenditur, an & minor poſſit agere abſque tutore curatoréve. Itidem num. 6.*
7 *Tutore tranſigente nomine pupilli, decretum iudicis exigitur.*
8 *Deficientibus conſanguineis hæredibuſve nolentibus necem defuncti vindicare, cuilibet de populo hoc munus competit.*
9 *Diſcutitur regia l. xxij. tit. j. par. vij. itidem num. 10. & 11.*

De prælatione circa necẽ defuncti vindicandã.

CAPVT XLV.

NON † omnino à praxi alienum eſt, qui in vindicanda nece defuncti præferendi ſint: & ea eſt ſententia, primo loco vxori deferendum eſſe, ex Bal. in l. de crimine. ad fin. C. qui accuſ. non poſſunt. quæ præferenda eſt omnibus aliis hæredibus occiſi. Rom. in l. j. §. potuiſſe. ff. ad Syllan. Aretinus, Alexan. Rom. in l. pro hærede. §. fin. ff. de acquiren. hæred. ex nouioribus huic acceſſére ſententiæ Nicolaus Boër. deciſ. ccxxxiij. num. 3. Lud. Carrer. in prac. crimin. §. homicidium. num. 381. Anton. Gomez. nec admodum grauatus his accedit, de delictis, cap. iij. num. 65. Iacobus Villalpandus in ſecunda parte repetitionis l. xxij. titulo primo, parte ſeptima. §. xl. numero 1. Quam ſententiam ipſe intelligendam fore 1

opinor, ni & vxor ad ſecundas conuolauerit nuptias: ſiquidem & ius prælationis in ea ſpecie amittit, cùm id ius competit ex eo, quòd principalis dolor eam tangat, propter mutuum amorem, qui inter maritum & vxorem eſſe debet. cap. gaudemus. §, quia verò. de diuortiis. l. prima. §. fin. l. quamuis indubitati, C. de adult. & pleraque alia de amore coniugali tradidimus ſuprà, cap. xxij. numero 30. & iſthæc ratio in ea, quæ tranſit ad ſecunda vota ceſſat, cùm in virum ſecundum tranſeat, l. lex, quæ tutores. C. de adminiſtr. tut. vnde & illud ſequitur, prælationis ius ceſſare, ex ratione textus in l. adigere. §. quamuis, de iure patron, ff. idem ipſe reor eſſe cenſendum in vxore vidua luxurioſè vitam agente, ex l. iis ſolis. C. de reuocan, donat. gloſ. in authentica, ſacramenta. C. quando mulier officio tutelæ fungi poſsit. Speculator tit. de tutor. §. nunc dicendum, verſ. item excipitur contra matrem. quòd ſi maritus ad ſecundas nuptias tranſeat, pari ratione necem vxoris defunctæ vindicare non poterit: ſicuti in ea ſpecie exiſtimat Iacobus Villalpandus num. quinto, eo in loco, cuius & anteà meminimus: & ante eum Franciſcus Aretinus conſil. lxij. columna ſecunda. Rom. conſil. clxxxij. Oldrad. conſil. xxxiij. & id quidem ratione filiorum: ſiquidem filij ſecundò nubentibus præferendi ſunt: non tamen alij qui poſt filios ad necem defuncti vindicandam accedunt: Quæ reor intelligenda fore, ni & filij primi matrimonij ſecundis nuptiis conſentiant, vel etiam ſi licentiatus ſecundo nubenti à marito primo vxori daretur, ex Baldo in l. filium quem habentem. C. familiæ herciſcundæ. & in l. j. C. de his qui pœnæ nomine, & in l. j. C. de nupt.

Reliquum eſt & illud pertractare, poſt vxorem filios
2 aliis † conſanguineis præferendos eſſe, ſicuti Boër. deciſ. ccxxxiij. num. 3. definit, Anton. Gom. Lud. Carrer. Iac. Villal. iis in locis, quibus & anteà meminimus: & ante hos Bal. in l. ij. num. 17. C. qui accuſ. non poſſunt, ſiquidem filij omnibus aliis conſanguineis in patris ſucceſsione præferendi ſunt, ex tex. in §. ſi quis igitur, in authen, de hæred, ab inteſtato venientibus, collat. viij. auth. in ſucceſsione. C. de ſuis & legitimis hæred, regia l. iij. tit. xiij. par. vj. l. vj. cum ſeq. in Taurino conuentu lata. idémque cenſendum eſſe exiſtimo in nepotibus, ex præcitato §. ſi quis igitur. tex. in §. inteſtatorum. Juſtit, de hæred. quæ ab inteſt. defer. quæ omnia tam in filiis

exiſtent

exiſtentibus in patris poteſtate, quàm in emancipatis intelligenda eſſe reor, ex præcitato §. ſi quis igitur. cùm ſublata ſit differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis: tametſi inſignis ſit differentiæ ratio, in ſuccedendo inter ſuos & emancipatos, ſicuti tradit Matth. à Matthesil. in tractatu, de ſucceſsion. ab inteſt. prima parte, circa primum membrum ſuccedendi. & inibi Ludouicus Bologn. tametſi Bart. priori ſententiæ ſe ſubſcribat in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liberis & poſthumis. & in l. ventre præterito. ff. de acq. hæred. de quo per Iaſ. num. 52. in præcitato §. & quid ſi tantùm. quibus ſatis iam ſatis definitum extat, filios aliis præferendos eſſe, ex l. quæſitum. ff. de ſepulchro viola. in l. pro hærede. §. fin. ff. de acquir. hæred. tametſi ſe abſtineant ab hæreditate paterna, ex l. ſi filius, qui patri. ff. de vulg. definiente, quòd filius licet ſe abſtineat ab hęreditate, nihilominus ex exiſtentia ſui hæredis, quæ in filio remanet, filij commodum operatur. & inibi Alexan. num. 24. eò maximè, quòd in iniuria & offenſa vindicanda, non eſt quid hæreditarium, ſed extra hæreditatem, ex l. pro hærede. §. finali. ff. de acquir. hæred. l. pen. ff. de ſepulchro violato. vnde & illud ſequitur quòd pacem inire poteſt ſuper necem patris tanquam ſuus hæres: & in illa ſpecie ita reſpondit Bartol. in l. damni. §. Sabini. ff. de damno infecto. Ang. & Imola idem profeſsi inibi, Io. Imol. in dicta l. ſi filius, qui patri. quo fit regiam conſtitutionem xxij. titulo primo, parte ſeptima, intelligendam fore, filium pacem inire poſſe, tametſi hæres non ſit: huic ſententiæ ex nouioribus ſe ſubſcripſit Iacobus Villalpandus, nume. 7. ad finem, eo in loco, cuius & anteà meminimus.

Poſt hos † opportunè quæritur, an & conſanguinei, & 3 coniuncti hæredibus ſcriptis amicíſque præferantur in accuſatione? ſiquidem conſanguineo iniuria irrogata eſt, alij eiuſdem ſtipitis conſanguinitatíſve offenſi exiſtimantur, & iniuriæ vindicta ad eos ſpectat. l. lex Cornelia. ff. de iniur. & inibi Bart. tex. ad id præſtantiſsimus in l. j. ff. de liber. cauſa. ibi, ſuo genere. Bald. ſumens rationem ex tex. inibi in l. j. C. ſi quacunque pręd. poteſt. Bar. in l. iij. §. ſi tutor. ff. de ſuſpect. tutor. & hi quidem aliis amicis hæredibúſq; inſtitutis, quibus accuſandi munus competit, pręferendi ſunt: cùm & ipſis propenſior dolor ſit. l. ij. §. fin. ff. de adult. ex ratione tex. in cap. non æſtimamus. xiij. q. ij. & nemo vnquam carnem ſuam

odio habuit:ſicuti & nos de teſtibus in cauſa hæreſis aliquot coniecimus tractantes.& his adſtipulari videtur tex.in l.iij. ff.de alimentis legatis.definiens amicitiam facilè tolli poſſe:at coniunctio ſanguinis tolli non poteſt.l.i s agnationis. ff.de pactis.l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur.& ſuprà in alio celebri loco negotium nobis fuit.

Hinc apparet conſanguineum hæredi ſcripto præferri,ſicuti argumento optimo deſeruit text.in l.ſororem.C.de his, quib.vt indig.nec refragatur,quòd hæres ſcriptus hæreditate priuatur, ni & necem defuncti vindicet, ex l.j.C.de his, quibus vt indignis. quòd ſi is hæres præuentus ſit à cõſanguineo defuncti cõgruo loco,& tempore, ab ea pœna immunis erit,ex iis, quæ adnotat Iaſon in l.j.ij.limit.paulò ante citata,per tex.in l.ſororem.C.de his, quibus vt indignis.& cùm munus accuſandi ratione ſanguinis conſanguineis competat,ab aliquo tolli nõ poteſt.l.abdicatio,vbi gl.C.de patr.poteſtate.l.iura ſanguinis.ff.de reg.iuris. & proximior ſanguine aliis præferẽdus eſt.l.ſi verò.§.hæc actio.ff.de his qui deiecerunt.Rom.in conſ.cxxij.C. de proc.itidem cõſ.xxvj. vol.j.

Illud verò prætermittendũ non eſt,& ex ſuprà iactis definiri poteſt,in nece†fratris vindicanda,vtroque latere cõiun-
4 ctus frater præferendus eſt vni latere coniuncto, cùm & duplici vinculo munitus ſit.l.coniuncti, verſiculo præfertur.& inibi Iaſon nu.17.ff. de leg.tertio.§.affinitatis.Inſtitut.de nuptiis.atque ideo maiori dolore affectus, & diligẽtius necem vindicabit,ex ratione text.in l.ſecunda.§.finali.ff.ad l.Iul.de adulteriis.Ex quo non intempeſtiuè deducitur,quòd ſi teſtator maxima amicitia ſit coniunctus exiſtenti in eodem gradu cum aliis,anteponendus eſt in nece defuncti vindicanda, notat Bal.in ſimili in l.parentes.ad finem. C.de teſtib. Barr. Bal.ad Abbatem in c.poſtremo.de appel. & an id veritati faueat,aliis cogitandum relinquo:quòd ſi ea opinio ſtomacho faciat tuo , maximum robur affert ad ea,quæ & nos adnotauimus ſuprà cap.xliij.numero 3.

5 Hinc etiam deduci videtur, an † & tutor pupilli nomine aliis præferendus ſit?ſed antè quàm in diſputationis huc uſque arenam condeſcendam , illud obuium erit:an ſi minori iniuria irrogatur,poſsitne agere abſque tutore, curatoréve? & illud conſtitutiſsimum eſt, vigintiquinq; annorũ minori accuſandi munus nequaquã cõpetere, cùm accuſatio publici

iuris

iuris ſit, & ad actus publicos minores non admittantur l.ad rem publicam.ff.de mune.& hon.l.ſpurij.§.j.ff.de accuſ.hinc etiam,& is in teſtē in crimine publici iudicij nō admittitur. l.in teſtimoniū.ff.de teſt.l.ij.C.qui legitimā perſonā hab.l. clarum.C.de authoritate præſtanda. definientes minorē vigintiquinque annorum in iudicio ſtare non poſſe, atq; ideo eius tutori & curatori hoc mun⁹ vindicādi cōpetit.l.cæteris. §.pupillus.ff.de accuſ.& inibi Bar.itidē in l.ij.C.qui acc.non poſ.regia l.ij.tit.*De las accuſationes*.lib.iiij.Fori.In quo præter alios tria tēpora eſſe diſtinguēda in hac dūtaxat quęſtione reor:& is quidē,aut eſt minor infante, aut maior,aut pupillus,aut adultus. Primo caſu, cùm & ipſe iudiciū non habeat,vt in l.ſi pupillus fari.ff.de acq.hære.& nos tradidimus ſuprà c.xxxiij.n.1.& in ea ſpecie etiā cū tutoris autoritate accuſare non poteſt, ex iis, quæ notant doct. in l.j.§.adipiſcimur.ff.de acq.poſ.poterit tamen tutor accuſationē proponere,Io.And.ad Spec.tit.de accuſ.§.j.verſ. quid de pubere. Bal. iij.col.in rubr.C.qui accuſ.non poſ.itidē & Bart.in l.ij.§.pupillus.& in l.qui accuſare.ff.de accuſ.Bart.in l.j.ff. de operis noui nunt. Guido de Suza in l.j.C.de precibus Imperat.offerēdis.text.eſt in l. Polla quidem.C.de his quibus vt indignis. & in l.tutorē.ff.eo.tit.Lectorē tamen admonitū eſſe velim,ꝙ ſi tutor accuſet nomine pupilli, proponēda eſt accuſatio eius nomine,ex Bar.cuius meminit Mōtald.in l.vj.tit.j.par.vij.& tex.inibi hanc ſententiā conuenientibus oculis probat,dum ait. *Pero guardador de huerfanos bien puede accuſar a otro,por nome de aquel que tuuieſſe en guarda en razon de vengança de yerro que tangieſſe al huerfano.* Aut adultus eſt,& is quidē cum curatoris cōſenſu accuſare poterit,ex gl.in l.ij.C.qui acc. nō poſ. & inibi Bal.n.19.ex l.clarū.C.de auth.præſt.definiens adultū cum curatoris authoritate in iudicio ſtare poſſe. Bald.idem profeſſus in l.ij.C.qui acc.nō poſ.Iacob.Rauēnenſis, Petrus, Cinus in d.l.ij.Speculator in tit.de accuſatore. verſ.ſed quid de pubere.Bart.in l.qui accuſare.nume.2.ff.de accuſationib.

Hinc etiā definiri poterit,quòd †ſi minor ſit adultus,cum 6
curatoris authoritate tranſactionē, ac concordiā facere poſſet:ſin minus impubes ſit ei⁹ tutor ſolus id facere poteſt,Speculator tit.de homic.ij.col.n.6. Alberic.in l. pactū curatoris. de pactis.Bald.Paul.Salic. Iacob.de ſancto Georg. Decius in l.clarum.C.de authoritate præſtāda. Bald.& Paul.in l.j.C.de

in integr.reſtit. neoterici in l. iuriſiurandi. ff. de iureiur. ex nouioribus Anto.Gome.c.iij.de delictis. nu.66.

Ex quo & illud obuium erit, quòd ſi tutor nomine infantis, vel pupilli criminis remiſsionem faciat, ratam eſſe exiſtimat Gandinus in tract.maleficiorum, titul. de tranſact.& pactis.col.viij.Specul.tit.de homic. verſic. illud autem quæritur. Bald.in l.iuris gentium.§.ſi paciſcar. ff.de pactis.& in l.pactum curatoris.& ibi Guido de Suza.C.de pact. idem Bald.in rubric. de treuga & pace. in qua quæſtione noſtræ claſsis authores in varias ſciſci ſunt ſententias: & ſunt, qui exiſtiment pactum, ac pacem iniri poſſe per tutorē: cùm & is nomine pupilli accuſationē proponere poſsit, argumento tex.in l.is poteſt.ff.de acqui.hær.l.eius eſt nolle. ff. de reg. iur.Bal.in d.l.pactum curatoris.exiſtimat pacem inire, non eſſe ius perdere, ſed vtique recōciliare offenſos.l.furti.§.penult.ff.de iis qui notantur infamia. vnde & illud ſequitur, per tutorem fieri poſſe ſumpto à contrario argumento, in l. contra iuris ciuilis regulas.§.j.ff.de pactis. l.creditor.§.j.ff. mandati.Ang.in l.Imperator.ff.de pactis.Iaſon in præcitata l.contra iuris ciuilis regulas. definiunt, tametſi filiusfamiliâs donare nō poſsit, & adminiſtratores donare prohibeantur, iuxta illius tex.regulam nihiloſecius pro bono pacis poterit donare, cùm & tutor in pupilli cauſa iuiurandum deferre poſsit. l. tutor.ff.de iureiurand.l.videamus.§.ſi tamen. eo.tit.l.ij.§.quod obſeruari. C. de iuramen. calumniæ. definientes tutores de calumnia iurare poſſe, ergo & tranſigere ſuper dicta iniuria pupillo irrogata: cùm tranſactio & iuramentum æquo libramine, æquôque pede procedant. l.j.ff.de iureiuran.& eſt tex.ad id præſtantiſsimus in l.ſi præſens. C. de tranſactio.in l.interdum.§.qui tutelam. ff. de furtis. vbi definitum extat tutorem poſſe tranſigere, cum fure, qui rem
7 ſubtraxit, Bar.in l.nulli.ff.de tranſact. in quo tamen † ipſe exiſtimo decretum iudicis eſſe interponendum, cùm tranſactio ſit ſpecies alienationis, & tutori & prælato alienandi poteſtas abſque decreto non cōcedatur, eiſdem permiſſa non erit abſque iudicis decreto.l.non ſolùm. ff. de præd. min. & remiſsio donationis ſpecies eſt, quæ quidem ſub libera adminiſtratione non cadit.l.filiosfamiliâs. ff. de donat.l.j.poſt princip.ff.de tut.& ratio.diſtr.l.prohibitione.§.planè.ff.quod vi aut clàm.gl.in l.non quicquid.C.ad arbit. tut. Iac. tamen

Butr.in d.l.pactum curatoris.in alia longè cõtraria fuit opinione: aut pacem inire pupillo expedit, & vt rem exemplo ſubiiciam, ſi pupillus vitam ageret, vbi rixæ quotidie eſſent inter offenſores & ſuos: & in ea ſpecie iniuriæ remiſsio valet, eò maximè, cùm propter pacẽ amicitiæ ceſſent: aut non expedit, & in ea ſpecie iſthæc compoſitio vires nõ obtinebit, cùm eſſet dedecus pupilli, inultũ relinquere delictum: & huius ſententiæ authores habeo Bal. Alber. Alex. Pau. & Iaſ. in d.l.pactum curatoris. Bal.in rubr.de treug.& pace.itidem in l.iuriſiurandi.ff.de iureiuran. Ant.in c.j.de colluſio.detegen. & hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam exiſtimat Alex.in d.l.pactum.

Poſtremò omittendum tamen non eſt, hac in controuerſia, deficientibus iis † quibus accuſandi munus competit, vel 8
his nolentibus, competit cuilibet de populo in criminibus publicis.l.qui cœtu.§.fin.ff.ad l.Iuli.de vi public. l.licitatio. §.quod illicitè.ff.de public.& vectigal. Dubium inſigne cenſeri ſolet circa regiam conſtitutionem xxvj.titul.j.par. vj. ſi nullus ſit accuſator ex proximioribus, & is, qui de populo accuſationẽ propoſuit, deſiſtat, pœna corporis afflictiua criminis reo imponenda non eſt: ſi quidẽ paria ſunt, quòd propinquus non accuſet, qui ab accuſatione diſcedere poterat: vel quòd pars abſit, & accuſationi renũtiet.l.ij.§.ſi ſunt ſui. ff.ad Trebel. Alber.in tract. ſtatutorum. q. ccliij. ipſe tamen huic intellectui, quo ad regiam ſanctionem accedere non poſsim: quinetiam in ea ſpecie pœna imponenda eſt ſecundum menſuram delicti. Et iſte intellectus ex eo iuris adagio fulciri poſſet. Quando pars, cui illata eſt iniuria, accuſat, iudicis officiũ extinguitur, ſicuti definiêre Bart. & interpretum maior pars in l.ij.§.ſi publico.ff.ad l.Iul.de adult.dd.in l.querelam.C.de falſis. quòd ſi in ea ſpecie à propoſita accuſatione pars deſiſtat, accuſationis ius ad iudicem reuertitur, qui quidem ex ſuo iudicis officio procedet, ex l.ij.C.de abolit. quod quidem non eſt ita exuberans, ſicuti in parte querelam proponente: potiſsimũ cùm regia lex expreſsim definiat, quãdo ipſa eſt pars, ac deinde ab accuſatione deſiſtit. Cõtraria verò ſententia procedit parte non exigẽte: vnde & illud ſequitur, hunc caſum in diſpoſitione iuris cõmunis remanere, cùm ſit indeciſus à regia partitarũ lege, ex l.cõmodiſsimè.ff.de lib. & poſth.l.ſi extraneus.ff.de cõd.ob cau. potiſsimũ cùm con-

ſtitutio regia ſit iuris communis derogatoria, ſicuti ex ea definitum extat, ob quod ſtrictè eſt interpretanda, nec vltra illius tex. ſpeciē extendēda. & huic intellectui ſe ſubſcripſit in ſtatuto loquens, Nellus in tract. de bānitis. iij. part. ij. temporis. q. xxxj. & iterum q. xlix. definiens, ſi ſtatutum loquatur de pace habenda à perſona offenſa, minimè locum ſibi vendicare, ni pax fuerit inita à defuncto, ſi ſine hærede à vita diſceſsit, explicat Bar. Bald. in l. j. C. de act. & oblig. quæ omnia quo ad intellectum regiæ conſtitutionis maximo apice deſeruire videntur.

9 Prætermittendum † non eſt circa eādem regiam ſanctionem, eius verba intelligenda eſſe quando principaliter delictum eſt perpetratū in perſonam, longè quidem aliter, ſi ſit commiſſum in rem, & ita lex xxij. regis Alphonſi intelligenda eſt in homicidio, iniuria, vel ſimili delicto perſonali, non tamen in furto, & in aliis ſimilibus: & in ea ſpecie ita reſpōdit Paul. Caſt. in ſimili ſtatuto, in l. ſequitur. §. quod autē. ff. de vſuc. itidē in l. ſi homo. e. tit. n. 2. Bal. idē profeſſus in l. ſi quis in tātā. C. vnde vi. n. 11. definiētes, quòd ſi lex ſtatutúmve diſponat de delicto cōmiſſo inter cōiūctas perſonas, debet ſanè intelligi de delicto commiſſo in perſonam, nō tamē in rem.

10 Si ad amuſsim † quo ad regiā conſtitutionē declarētur omnia, intelligenda erit in delicto ſimpliciter cōmiſſo homicidióve, nō tamē in homicidio proditoriè alleuoſéve cōmiſſo, vtpotè cū ſagitta, igne, veneno, vel pleriſq; aliis qualitatibus: ſiquidē in ea ſpecie trāſactio inter partes vires non obtinet, quin iudex criminis reum condēnare pœna ordinaria poteſt, regia l. j. & ij. tit. xj. lib. j. ord. & nos quaſi per tranſennā hac in re aliquot cōiecim⁹. c. xxj. n. 10. & rurſus. c. xix. n. 6.

11 Rurſus † ad apertiorē eiuſdem regiæ conſtitutionis declarationem, intelligendā eſſe reor, quādo quis ſemel commiſit delictum: longè quidē aliter, ſi bis térve delictū perpetrauerit, in quo remiſſum fuit propter trāſactionem partium, vel principis indulgētiam: ſiquidem in ea ſpecie pax inita inter partes nullius eſt momenti: quin & qui iudicandi munus habet, criminis reū condēnare pœna ordinaria poterit, ex tex. in l. iij. C. de epiſc. audien. vbi Imperator inquit, remiſsionē veniæ crimina niſi ſemel cōmiſſa nō habeāt, nec in eos liberalitatis Auguſtæ referatur humanitas, qui impunitatē vere ris admiſsi non emēdationi potius, quàm cōſuetudini deputaue

tauerint.& inibi Cin.Odof. Bar.Bal.Caſtr.illũ text.ad id adnotauêre,cuius meminit pro ſingulari Barb.in c. ſuper literis. de reſcrip. nu. 176. vbi aſſeuerat Bononiæ ita vidiſſe practicari.Iaſ.in l.nec damnoſa.C. de precibus Imper. offer. nu. 13.Ioan.Lup.in repet.c.per veſtras. de donat. inter virum & vxo. nu.25.fol.62.& argumento optimo deſeruit tex. in l.iij. verſic.ſi plures.ff.de re milit.& in l.ſeruos.C.ad legem Iul.de vi publica.l.capitalium.§.ſolent.& in §.graſſatores.ff.de pœnis.definiẽtes,grauiori pœna affici,qui frequentius delictum commiſit, quàm qui ſemel tantum perpetrauerit, regia l.ij. tit.xj.lib.j.ordin.reg.aſſeuerans quòd indulgentia principis non prodeſt ei,qui delictum ſimile perpetrauerit,ni expreſſim principi fiat mentio. Ex quo intelligenda eſt eadem Alphonſi regis deciſio,quando conſanguinei hæredes de offenſi tranſactionem fecêre,vel hi quidem qui proſequuntur ſuam vel ſuorum iniuriam : ſecus verò, quando extraneus accuſator remitteret,ex regia l.ij.tit. xj.lib.ordin.j.

S V M M A R I V M.

1 *Factum à maiori parte conſanguineorũ defuncti vires obtinet.*

2 *Si pacem ineuntes eſſent æquales , & contradicentes paci , propinquiores præferendi ſunt.*

3 *Si plures ſint in eodem gradu filij, qui criminis reum accuſarint in ineunda pace omnium conſenſus exigitur.*

4 *Quid etiam ſi ſunt plures hæredes diſcutitur,itidem nu.5.& 7.*

6 *Quid etiam an exigatur omnium hæredum pax,diſcutitur.*

8 *Mares in ineũda pace ſuper nece defũcti fœminis præferẽdos eſſe.*

9 *Viros potius fœminis,quàm viris fœminas principari.*

10 *Virorum propriè conſilium eſſe,non autem mulierum.*

11 *Non ſtantibus maſculis munus accuſandi fœminis competere. itidem nume.12.*

13 *Perpenditur intellectus regiæ legis 22. tit.1.parti.7.*

14 *Diſcutitur,an & tranſigentes plures hæredes in vnum conueniri debeant,nécne.*

15 *Notificandi verbum Latinum ſit nécne,ex Virgilio perpenditur.*

16 *Si conſanguinei defuncti nolint congregari in vnum , à maiori parte congregatorum factum vires obtinet.*

17 *Verba ſtatuti in plurali loquentia , in ſingulari,nec vtique ſunt intelligenda,itidem num.19.*

18 *His in caſibus,in quibus fides adhibenda eſt medicis, nec vtique ſufficeret vni fidem adhibere.*

Ad

A lhuc inquiritur circa regiam conſtitutionem xxij.tit.j.par.vij.an factum à maiori parte conſanguineorum, hæredúmve ſuper nece defuncti valeat,nécne.

CAP. XLVI.

Factum à maiore parte valet.

HIs, quæ longo ſubſellio tractauerimus, illud obuiam eſt,in hoc duntaxat tractatu, quod doctorum capita nimis anxiè torquet: Si proximiores agnati occiſi ad accuſationis ius citati fuerint,factum à maiori parte conſanguineorum vires obtinet,ex tex.in l.quod maior.ff.ad municipales. & inibi gloſ.& Bar. l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.l.nulli.ff. quod cuiuſque vniuer.nom.c.quapropter. c.auditis. de elect. c.j.de his quæ fiunt à ma.par.capit.glo.in c.paſtoralis.verbo, plures.de reſcrip.cui ſimilis gl.eſt in c.j.in verbo, tractatus. de reb.eccl.non alien.lib.vj.gl. & Canoniſtarum maior pars in cap.cùm omnes.de conſtit.& in l.vbi abſunt.ff.de tutor. & curat.datis ab his.Barthol. Socin. in reg. vj. Bernar. Diaz in regul.ccccxlix. Lambert.in tract. iuris patron.ij. par.ij. lib. viij.art.quæſt.ij.principali num.4.& in ij.par.ar.xvj.ij.quæſt. principalis.num.3.Matth. Afflic.in deciſio.j. in tract. protomiſeos.verſic.idem duplo.num.5.Romanos.num.41.in rub. ff.de arbit. Decius in præcitato c. cùm omnes.in j. lectura, à num.27.vſque ad 41.Iaſ.in l.& ſuum hæredem.§.hodie.num. 8.ff.de pact.Andr.ab Exea in c.cùm omnes. à num.155. vſque ad 204.de conſtit.Pyrrhus Englebermeus in l.aliud eſt vendere.§.refertur.ff. de reg.iur.Lud.Bolog.in repet.authen.habita.C.ne filius pro patre.nu.85.Card.Iacobatius in eo tract. quem prodidit de cōcilio,lib.ix.art.vij.pag.270.col.j. itidem lib.iij.art.j.pag.167.& iterum lib.vj.art.iij.pag.353.Fel.num. 17.in d.c.cùm omnes.Abb.in concilio Baſilien.j.dubio.num. 12.regia l.x.tit.xiiij.par.j.

Quibus admodum ſuffragatur & ſuum hæredem.§. hodie tamen.ff. de pact. vbi definitū extat à maiori creditorum parte factum aliis præiudicare.l.fin.C.qui bo.ced.poſſ.Rom. in ſing.xcix.Fel.in præcitato c. cùm omnes. Matth. Afflic.in deciſi. Neapol.cclxxxviij.regia lex v.tit.xv.par.v. tametſi refragare videatur, quod vulgò circūfertur, factum à maiori parte in his,quæ ſunt communia pluribus, vt ſingulis, nihil

valeat

valent,niſi omnes conſentiant,ex tex. in l. per fundum.ff. de ſeruit.ruſtic.præd.glo.in c. ſi Archiepiſcopus. verbo, ab omnibus.de tempor.ordin.l.fin.ff.comm.præd.cap.quod omnes tangit.de reg.iuris.lib.vj.Fel.in c.cùm omnes.num.15.præcitato.& inibi glo.expreſsim hoc ipſum vult, Bernar. Diaz in regul.cv.Romanus num.41.in rub. ff. de arbit. ex neotericis huic accedit ſententiæ dominus Iacobatius lib. v. de concilio,artic.vij.pag.270.Boërius deciſio.v. Pyrrhus & doct. in l. aliud eſt vendere.ff.de reg.iur.Oldr.ante hos conſi.xxxiiij.& Abb.num.5.in c.fin.de his,quæ fiunt à maiori parte capituli. Quo fit, à maiori parte conſanguineorum in præiudicium ſingulorum factum ne vtique tenet, ni & omnes cõſentiant, ſumens rationem ex glo.in l.ij.verbo,aut legem. verſic. hæc autem conſuetudo.c.quæ ſit longa conſuetudo. Bart. num.5. in proœmio Digeſtorum, Iaſ. in præcitato §. hodie. num.8. Stephanus Bertran.conſi.xxvj.num.1.vol.ij.j.excuſsio. Barb. conſi.xxvij.num. 23. volum.j. Socinus in tract. de citatione, artic.v.num.20.verſic.ſextò fallit.Iacobat.Cardin.in ſuo lib. de concilio,lib.vj.art.iij.col.ix.verſi. & ideo vbicunque.pag. 352.& ante hos Corneus in conſil.clxxvij. num.6. volum. ij. Ang.in conſi. cclxxj. num.1. Iaſ. & plerique alij in dicta l. & ſuum hęredem.Felinus num.18.in x.fallentia.& Andræas ab Exea num. 279. in præcitato c. cùm omnes. à priori tamen ſententia nec latum quidem vnguem diſcedendum eſſe exiſtimo.Poſterior verò ſententia eò tendit,quando facta à maiori parte ſunt communia pluribus vt ſingulis : lõgè quidem aliter,quando eſſent communia pluribus vt vniuerſis : ſiquidem tunc à maiori parte factum minori præiudicat, vt eſt in ſpecie noſtra,quando proximiores agnati citantur ad accuſationis ius : & in ea ſpecie, cùm ius vindicandi mortem defuncti ſit indiuiduum, & penes quẽlibet hæredem conſiſtens inſolidum , remiſsio propinquioris cõſanguinei requiritur, vt explicant doct.in l.iiij.§.Cato.ff.de verb.obl.& in l.ij.§.ex his.eod.tit.l.via.§.penult.ff.de ſeruit.ruſtic. præd.l. hæredes. §.an ea.ff.famil.herciſc.l.fin.ff.de ſeruit.legata.ex quo in ſpecie l. regiæ xxij.tit.j.par. vij. inita pace cùm proximiori in gradu,aliis ſequentibus præiudicat,Bart.in d.§.Cato.& plerique alij in ea ſunt ſentẽtia, tranſactionem factam per maiorem partem accuſatorum , quibus munus accuſandi competit,aliis præiudicare: ſiquidem in ſpecie l. regiæ agitur de

remiſ

remiſsione pœnæ corporis afflictiuæ, in qua ſpecie & Imolæ ſententia adnotanda eſt in præcitato §. Cato. l. maiorem. in ciuilibus loquens, non habere locum, quando per maiorem creditorum partem debitum remittitur: quo fit, neq; in criminalibus intelligenda eſt, quando inita pace, omnis pœna remittitur: quod ſi in totum non remittatur, Bar. ſententia in d. §. Cato. obtinet, vt pace inita & tranſactione facta, criminis reus ab vltimi ſupplicij pœna immunis fiat, & iudicantis arbitrio alia mitiori pœna punitur. l. ij. C. de abolit. & in ea ſpecie, qui iudicandi munus habet, ex iudicãtis officio ad criminis punitionem peruenire poteſt, ex præcitata l. ij. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. de adul. Doct. in l. etiã ſeuerior. C. ex quib. cauſis infam. irrog. definiẽtes, quòd licet criminis author à pœna liberetur inita pace, nihiloſecius alia mitiori pœna iudicis arbitrio afficiendus eſt, Bal. in l. j. ff. de pact. in ſpecie l. regiæ, ſi inita pax cum homicida aliis hæredibus præiudicet, ſiquidem commodum erat eis quærendum: & in ea ſpecie omnium heredum conſenſus exigitur, ex glo. in d. c. cùm omnes. & quæ nos paulò antè aduotauimus. Quo fit, cùm ex offenſione, & defuncti morte, accuſandi munus pluribus competat, licet prius quibuſdã, quàm aliis propter prælationis ius, vt non ſemel antè admonuimus, inita pax à maiori parte illorũ, qui necem defuncti accuſare poſſunt, aliis præiudicat. Et in ea ſpecie ita reſpondit Iac. Villalpan. in repet. l. xxij. tit. j. par. vij. ij. par. §. lij. num. 22. Antonius Gom. cap. iij. delictorum. num. 62.

2 Hinc etiã deduci videtur, ꝙ † ſi eſſent æquales pacẽ ineuntes, & cõtradicentes paci, principaliores & propinquiores in iure accuſationis præferẽdi ſunt, doct. poſt glo. inibi, in d. §.

3 Cato. Cæterùm ſunt, qui exiſtimant, ſi † ſint plures filij in primo gradu, & hi omnes criminis authorem accuſarunt, in ineunda pace omnium conſenſus exigitur, ex Bar. in l. ſi plures. ff. de excuſat. definiente, plures filij occiſi, quos iniuria defuncti tangit, pro vno quidem accuſatore exiſtimantur: cùm & hi omnes repræſentent defunctũ in eodem gradu, eorum conditio in partes ſcindi non poteſt. l. cui fundus. ff. de condictio. & demonſtrat. & Nellus in tract. bannitorum, in xxxix. quæſt. iij. par. ij. temporis, exiſtimans, quòd vbi per plures fit repræſentatio defuncti, in ea ſpecie, omnium, vt iniri poſsit pax, cõſenſus exigitur, nec vnius cõſenſus ſufficeret, nec etiã

maio

maioris partis illorum, ex l. cùm à matre. C. de rei vendi.

Ex quo non inconcinnè definiri poſſet quæſtio illa, vltrò citróque à doctoribus agitata: Stat ſtatutum, quòd qui occiderit, ni & habuerit pacem ab hærede occiſi, occidatur: & vt rem exemplo ſubiiciamus, quidam † pleroſq; habens hære- 4
des, fuit occiſus, criminis author pacẽ iniuit cum vno tãtùm hæredum, an ſtatuto ſatisfactum fuerit, necne, an verò maior hæredum pars exigatur, vt pacem ineant, vel debeántne omnes hæredes in pace conſentire? quam quęſtionem Albert. de Crema, cùm in ea ſpecie Bonóniæ cõtigiſſet, diſputauit, inita pace ab vno hæredum, ſtatuto ſatisfactum fuiſſe, ex l. j. §. denunciari. ff. de ventre inſpic. idem exiſtimat Oldr. in l. ſi plures. ff. de leg. iij & inibi Raynerius de Forliuio idem profeſſus, Alber. de Roſa. in iij. ſtatutorum parte, quæſt. xxiij. incip. item quæro de alia vtili quæſtione. itidem in d. l. ſi plures. Bal. in l. ij. de liber. & eorum liberis. col. iij. & in l. j. in princ. ij. col. ff. de pact. id expreſsim definiens, quando de pœnæ capitalis relaxatione ageretur, longè quidem aliter ſi de particulari præiudicio agatur, aut commodo hæredis occiſi: ſiquidem in ea ſpecie vnus non poſſet remittere iniuriam in præiudicium alterius. l. in concedendo. ſumens rationem ex tex. inibi. ff. de aqua pluuia. arcen. & idem reſpondit Bald. in d. c. cùm omnes. col. x. de conſtitut. & hanc ſententiam præter ea, quæ doct. his in locis quibus & antè meminimus, adnotant, illa etiam coadiuuant.

Et primò perpenſis verbis ſtatuti, quod in ſingulari numero verba agit de hærede, ſufficeret quidẽ pax ab vno haberi, ex his etiam, quæ pleniori cornu congerit And. Tiraquel. de plurali, & ſingulari numero verba agens, in l. ſi vnquam. verſ. ſuſceperit liberos. C. de reuoc. donat. num. 185. cum aliis.

Secũdò ſtabiliri poſſet, ius vẽdicãdi mortẽ defuncti indiuiduum quidẽ eſt, & penes quẽlibet hæredũ cõſiſtit in ſolidum, ex pluribus, quæ & Ant. Gom. allegat c. iij. delictorũ. nu. 63. in princ. ergo & ius pacis ineundæ: quo fit, vnius remiſsionẽ ſufficere, ex his quæ cõgerũt doct. in l. iiij. §. Cato. ff. de verb. obl. l. via. §. pen. ff. de ſer. ruſt. præd. l. hæredes. §. anteà. ff. fam. herc. l. ſi. ff. de ſer. leg. l. iij. §. ex his. de verb. obl. l. ſtipulationes non diuiduntur. verſic. j. l. in executione. verſi. ij. ff. de verb. oblig.

Tertiò huic ſententiæ robur affert lex j. ff. de administrat. tut. definiens actum valere per vnum ex pluribus tutoribus

factum

factum.l.j.C.ſi ex pluribus tutoribus.tale nempe munus tutelæ,vel curæ eſt indiuiduum.l.inter tutores.ff.de adminiſt. tut.quo fit,concordiam initam cum vno heredum ſufficere, cùm ſit ius indiuiduum. Et in ea ſpecie ita reſpondit Bart. num.33. in dicto §.Cato.& inibi Caſtrenſ. col.fin. & doct.omnes paulò antè citati, in ſtatuti ſpecie: & ex nouioribus hanc quæſtionem extricant Lud.Carrer.in pract. crimin. §. homicidium. num.380.Ang.in malefic. tract. in verbo, necnon ad querelam.Iac.Villalp.in interpretatione l.xxij. tit.j. par.vij.ſecundæ partis repetit.§.lij. num.4.Anton.Gomez.c. iij.delictorum.nu.63. Ipſe tamen non poſſum in hoc dubio,
5 Bar.& aliorum ſententiæ accedere, quinetiam † conſenſum maioris partis hæredũ exigi ex his conſtat: ſiquidem lex vel ſtatutum aliquid ab hærede exigens intelligi debet ab omnibus hæredibus,ex l.ſi pluribus.ff.de legat.ij. & in l. ſi plures.de legat.iij.

Secundò ſtabiliri poſſet iſthæc ſententia, quando aliquid pertinet pluribus,vt ſingulis,omnes teneantur cõſentire: nec quidem vnus ſufficeret,nec maior pars,ex l.per fundũ. ff.de ſerui.ruſti.prædio.l.j.§.denuntiari.ff.de ventre inſpici. l.fin. ff.comm.pręd.l.de pupil.§.ſi pluriũ.ff.de ope.no.nunt.at vindicandi ius necem defuncti ad hæredes pertinet vt ad ſingulos,ex l.iij.§.ſi ad plures.ff.de ſepul.viol.l.j.C.de his, quibus vt indig.l.hæres.ff.ad Syllania.quo fit illud ſequi,omnes hęredes teneri conſentire ac inire pacem & concordiam. Nec verba ſtatuti obſtant,ſi & ſtatuti mens conſideretur, cũ carnem & ſuccum iſtius ſtatuti ſuggendo voluerit pacem iniri ab eo,qui perſonam defuncti repræſentat:ſed hæres pro parte ne vtique, niſi in ea parte defuncti perſonam repręſentat, ex glo.in l.ij.§.fin.ff.de prætor.ſtipul.l.cùm à matre.C.de rei vendic,quo fit, de omni hærede ſtatutum intelligẽdum fore.

Alia & iſta fuit Bart.opinio in d. §. Cato. à qua libenter diſcedunt Ang.Ioan.Imol.Paul.Caſtren. Alex. & Iaſ. & Bartholom.Socin.inibi.

6 Alia fuit † ſententia quorũdam exiſtimantium omniũ hæredum conſenſum exigi,inter quos & Raph.Cum. & Rom. in præcitato §.Cato.Sal.in l.ij.C.de liber,& eorũ lib.& Alex. in d.§.& Ant.Gomez.eo in loco,cuius & anteà meminimus: quorum ſentẽtia fulciri poteſt ex c.quod omnes. de reg. iur. lib.vj.cùm omnes tangat prædicta offenſa,omniũ conſenſus exig

exigitur.c.cùm omnes. de conſtitution. & inibi gloſ. & interpretum maior pars, gloſ.iij.in cap. ſi archiepiſcopus. de temporibus ordinan.cap.quia propter. verſi. vice omnium. de electiõn. l. per fundum. ff.de ſeruit.ruſticorum prædior. Bartol.in dicta l.& ſuum hæredem. §.fi.ff.de pactis.in l.nulli. ff.quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.definiens, quod in iure competenti pluribus vt ſingulis, etiam ſi eſſent mille, factum omnium ne vtique nocet vni,ex his quæ & nos paulò antè meminimus in roſtro huius capitis: quo fit in ſpecie,qua agimus,omnium pax exigitur. Et in ea ſpecie ita reſpondit Felin.ſeptima fallen.numero 16.in præcitato c.cùm omnes.aſſeuerans intrepide Bart.ſententiam,in dicto §.Cato. communi conſenſu damnari, quam etiam Oldrad. loco præcitato veriſsimam eſſe exiſtimat. Et præter alia, quæ in ea ſpecie coniici poſſunt,illud potiſsimum coadiuuat: Statutum,† quo agimus,eſt contra ius commune,& in publicę 6 vtilitatis perniciem, quæ delicta puniri vult. l. ita vulneratus.ff.ad legem Aquil.cap.vt famæ.de ſenten.excommun.& notat Bald. in l.quemadmodum. C. de agric.& cenſi. lib.xj. quo fit ſtatutum eſſe intelligendum,vt minus lędat ius commune,cap.cùm dilectus.de conſuetud.l.iij. C.de noxa.atque ideo ſtatutum eſſe intelligendum, vt interueniat omnium hæredum pax & concordia.Quorum ſententia,tametſi iuri conſona ſit, nihiloſecius rigida & dura nimis exiſtimanda eſt,cùm & perquàm difficile ſit, omnium conſenſum interuenire:cùm peculiare ſit humanæ naturæ,homines ab hominibus diſſentire,ex Virgilio Aeneidos lib.ij.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Et ex Horatio Flacco libro Epiſt.j.dum cecinit,

Bellua multorum eſt capitum.

Et illud Ouidij lib.j.de Arte amandi.

Pectoribus mores tot ſunt,quot in orbe figuræ.

Itidem Perſius ait,

Velle ſuum cuique eſt,nec voto viuitur vno.

Et adſtipulatur illud vulgare, Quot capita, tot ſenſus.& eſt text.in c.quia diuerſitatem.ibi, diuerſitatem corporũ diuerſitas ſæpe ſequitur animorum.de conceſ.præben.& inibi gloſ.quæ expreſsim hoc ipſum vult, cui ſimilis eſt in verbo, noua litigia.in procemio Decretalium.Quorum meminère Bonus de Curtili in eo tract.quem publicum fecit de nobi-

litate.iij.parte,nu.73. & Arnal.de Contad. de bonorum poſſeſsione.fol.1.col.iij.& voluntates hominum ſunt variæ, ſicuti definitur ex l.quia poterat.ff.ad Trebel.l.item ſivnus.§.principaliter.ff.de arbit.c.ſicut in ſacramentis.de conſecrat, diſtinctione quarta.

Quòd ſi iſthæc ſentẽtia amplectenda eſſet,opinor prædictum ſtatutum rarò aut nũquam locum ſibi vendicare,cùm omnium conſenſus difficile concederetur.

Alia & quarta fuit opinio frequentiori conſenſu recepta,
7 maiorem † partem hæredũ exigendam eſſe:ſiquidem & inita pax à maiori parte hæredum,ab omnibus exiſtimatur: & iſthæc maior pars pro numero vnciarum intelligenda eſt:ꝙ ſi ſint pares in vnciis, tunc maior pars intelligitur numero: ꝙ ſi omnino ſunt plures,tunc illa obtinet: ꝙ ſi æquales fuerint,pars remittentium iniuriam prçualet fauore liberationis,ex ratione tex.in l.interpretatione.ff.de pœn. & in l.abſentem.eo.tit.& in ſpecie Bar.in d.§.Cato.pro hac aſtruenda ſententia allegat tex.in l.& ſuum hæredem.§.fi.ff. de pact.& in l.fi.C.qui bo.ced.poſ.& ita in ea ſpecie reſpondit Bar. nu. 34.Ang.col.fi.& inibi Soci.col.itidem fi. Flor.in d.l.per fundum.fi.col.Ang.de malef.verbo, comparuerunt dicti inquiſiti.iij.& iiij.col.Bald.in l.cùm inter veteres. C.de fideic.lib. Paul.Caſt.nu.3.§.ex his.l.ij.ff.de ver.oblig.Anchar.in cle.ij. nu.4.de iure patr.& hanc eſſe magis communem exiſtimat Aret.in l.pro hærede.§.fi.ff.de acq.hær.col.ij.Butr.in præcitato §.Cato.nu.161.& inibi Crotus xxxix.col.nu.106.magis communiorem hanc eſſe exiſtimant, & Iacob. Villalpand. nu.9.præcitato.quam verisſimam eſſe exiſtimat Ang.in prçcitato §.Cato.ni in numero minoris partis ſit maſculus, &
8 in numero maioris ſit fœmina: ſiquidem † in ea ſpecie maſculos præferendos eſſe, Par.à Put.in tract. ſyndicat. verbo, compoſitio.verſ.vltimò.Lud.Carrer.nu.380.in practica criminali.§.homicidium.cùm & hæ inimicitiæ vindicari non poſſunt,nec ius vindicandi competit,ex his quæ notat glo.& doctores in tit.qui feud.dare poſ.verſ.hoc autem. Nec dubi-
9 tari poteſt,† naturali iure viros potius fœminis,quàm viris fœminas principari,ex Auguſtino in c.caput.ad fi.xxxiij.q.v. & apertius libro primo de nuptiis & concupiſcentia ad Valerium. c.ix.& in Epiſtolam Pauli priorem ad Corinthios, cap.65.& apud Græcos commendatur ille verſus Senarius

Maſculi præferuntur fœminis.

Alex

Alexidis citante Athenæo libro iij.

Natura non ſinit præeſſe fœminam.

Et huic rei teſtimonia ſunt animalia bruta, quæ veluti id ipſum dictante natura, ita viuunt, vt mares impetent fœminis, ex Plinio lib. viij. c. iij. de ſyluestribus aliuis verba agẽs: Mares, inquit, ſingulis fœminarum gregibus imperitant. & Bal. in l. j. col. vlt. ver. vtrum autem ſtatutum loquitur. C. qui admit. in ea eſt ſentẽtia, ſtatutũ conſenſum authoritatémve coniunctorum exigens ad contrahendum, aliúmve actum conficiendum, fœminas nevtique comprehendere: quia propriè virorum eſt conſilium, non mulierum: & argumento optimo deſeruit tex. in l. quidam decedens. §. Papinianus. ff. de adminiſt. tut. Bal. in l. vlti. & inibi Ang. ff. de fide inſtrum. Bald. conſi. ccj. in prouincia Anconitana. col. vlt. verſ. quo ad articulum. lib. j. & rurſus conſi. cxx. ſuper primo puncto. dubio primo, vol. iiij. l. ij. §. verba. inibi, infirmitas mulierum. ff. ad Velleian. l. regula. ff. de iur. & fac. ignor. l. j. ibi, fœminę infirmitatis. C. quan. mul. tut. offic. fungi poſ. l. deferre. ff. de iure fiſci. l. j. §. accuſationem. inibi, propter ſexus infirmitatem. ff. ad Turpil. l. cuius bonis. ff. de cur. fur. l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſt. l. nullus decurio. C. de iure fiſci. lib. x. §. is conſequens, verſ. vnde volumus. in auth. de qualit. dot. illud Petri Epiſt. j. iij. cap. mulieres vocat infirmius vaſculum. & Ouidiana carmina ad Leandrum ad id alluſiſſe videntur:

Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris,

Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis.

Et Valerius libro rerum memorabilium ix. cap. j inquit, Sed quid ego de mulieribus vlterius loquar, quas imbecillitas mentis, &c. Et Plutarchus in Problemat. cap. cxvj. Quintilianus declamat. cccxxxviij. Imbecilla res eſt, inquit, fœmina, & iterum declamat. ccclxviij. & Ariſtot. lib. Oeconomicôn j. c. iij. & lib. Problem. xxix. c. xj. Quibus admodum exiſtimo ſtatutum non vtiq; intelligendum eſſe de muliere conſenſum propinquorum exigens, ſicuti & Alex. in l. ij. §. voluntate. col. iij. ff. ſol. mat. exiſtimat, & rurſus conſi. xxiiij: colum. viij. libro ij. Anchar. in cap. j. de conſtitut. Caſtrenſis in l. ſi dotem. §. ſi patri. ff. ſoluto matrim. Coro. conſil. lxxiiij. de duobus. colum. vltima, vol. j. & iterum conſil. cccxvj. quo ad primum. col. v. volum. j. & conſi. xciiij. col. j. volu. ij. Fran. Curt. Senior cõſi. ix. Ticinenſi ſtatuto. col. v. Iaſ. in l. ſi quis id

quod.colum.ij.ff.de iuriſdict. omnium iud. itidem in l. tres fratres.verſic.octauò nota. ff.de pactis .Gulielmus Benedict. in cap. Raynutius.verbo.duas habens filias. nu. 24.de teſta. Barbat.in l.cùm acutiſsimi.col.v.C.de fideicom.& in conſil. xlj.col.vj.volum.iiij.itidem in clement.j. charta vj. de elect. quibus & Decius accedit in l.ij.col.vj.& rurſus colum.xij.ff. de regul.iur.& inibi l.j.col.iij.C.vnde vir & vxor. & iterum conſi.clxxxviij. Stephan.Bertrand.conſi.ccxxxvj.multa ſunt. ad finem,volu.j.& ſignanter Alciatus in l.j.verbo,competitis.ff.de verb.ſignific.& tale ſtatutum eſſe ęquitate & ratione plenum,& præ ſe ferre naturalem rationem exiſtimat Bald. in c.ij.col.ij.de probat.itidem in l.ij.q.ix.C.de reſcind.vend. Imol.in c.cùm contingat.de iureiuran. Bald.conſi.cxv.circa medium.volum.j.Iaſ.in l.non tantùm. col. ij. ff.de re iudic. Anchar.conſi.ccxxxj.col.vlti.Decius conſi.lxj.viſo themate. col.vltima.& ante hos Bart.conſi.lv.præclarè ſcribitur.ad fi. Quibus admodùm exiſtimo veriſsimam eſſe Ang. ſententiam in præcitato §. Cato. exiſtimantis, quòd ſi in numero minoris partis ſint maſculi, & in numero maioris partis ſint fœminæ,maſculorum vox præponderat maiori mulierum parti,atque ideo vindicãdi ius maiori mulierum parti non competere. Cuius ſententia aſtrui poſſet ex pleriſque aliis,quæ & Andr.Tiraquel.ſeriosè congerit in legibus connubialibus,in gloſ.iij.nu.160. & Cæſar Lambertinus in tractatu iuris patronatus,in prima parte,lib.j.in ij.artic. vij. q. principal.folio 58.nu.1.itidem iij.parte ij.lib. xix. artic.v.q. princip.folio 361.colum. iiij.nu.1. Chaſſæneus in conſuetudinibus Burgundiæ,tit. *Des inſtices*.rub.j.§.vj.fol. 65. col. ij. numero 40. & iterum in catalogo Gloriæ mundi. ij. parte, conſideratione octaua. Deci. nu.1.ad 55. vſque. & inibi Pyrrhus Englebermeus in l.fœminæ.ff.de regulis iur. Nepos à Montealbano in tractatu de except.artic.vij. Matth.Afflict. in cap.vnico.nu.46.de natura & ſucceſ.feu. Gomez. Hiſpan. in cap.mulieres.de iudic.lib.vj.Marcus à Mantua in tractatu legis Appiæ,quem admiſcuit poſt quingentas epitomas, quas fecit Ioan.Baſianus, in gl.ad conſuetudines Alberniæ, in tit.*Des donationes*.cap.xiiij.art.xj.quibus in locis definiunt doctores pleriſque in caſibus, fœminas deterioris eſſe conditionis,quàm ſint viri: quibus admodum nec inuitus Ang. ſententiæ accedo eo in loco,cuius & anteà meminimus.

Cæt

Cæterùm ex eodem ſtipite ſeu fonte & illud deduci videtur, quod practicis obuium eſt: Si inter hæredes aliqua ſit fœmina, vel nullus maſculus reperiatur, an & fœmina poſsit pacem inire, tranſactionémque homicidij facere? & in ea ſpecie eſt tex. ſingularis in c. j. §. hoc autem. de his qui feud. dare poſ. in vſib. Feudorum. definit hoc munus mulieri non competere. Quem miris laudibus pro ſingulari allegat Angelus de Peruſ. in l. ſi filius, qui patre. ff. de vulgar. & pupil. & argumento optimo deſeruit text. in l. qui accuſare. ff. de accuſationib. Vbi definitur mulierem non poſſe criminis authorem accuſare ratione ſexus: vnde & illud ſequitur, nec pacem inire, tranſactionémue ſuper occiſi morte facere, Ioan. Imolen. in præcitata l. ſi filius. in ea ſpecie diſtinctione vſus ita reſpondit, deciſionem gl. ſtantibus † aliis maſculis procedere, ſin minus maſculi nõ ſtarent, fœminæ munus accuſandi competere, ac ineundi pacem, & concordiam: & Bal. in l. Titia. §. Lucius. ff. de lega. ij. itidem in dicto cap. j. §. hoc autem. præcitato. Illius gloſ. meminit, & exiſtimat eſſe ſingularem Ang. Imol. & Raphaël Cumanus, Paulus Caſtrenſ. in l. iiij. §. Cato. ff. de verbor. obligat. & in l. pro hærede. §. fin. ff. de acquir. hæredit. Angel. in conſi. xxij. viſo facto. Quibus admodum conuenit textus in §. patitur. Inſtitut. de iniurijs. inibi, mulieres per viros defendi oportet, non autem viros per fœminas. Ipſe tamen non poſſum in hoc dubio doctorum ſententiæ accedere, quinetiam fœminis accuſandi munus competere ſuper nece defuncti patris aliorúmve conſanguineorum probat text. in l. quoniam ſororem. C. de his quibus vt indignis. Vbi definitur fœminam accuſare poſſe criminis authorem patris ſui, ac vindictam ſumere. l. prima. C. de his qui ſe deferunt. Aretin. & plerique alij in l. ſi filius qui patri. præcitata, penult. col. nu. 24. & inibi Alex. eodem nu. l. quoniam ſororem. de his quib. vt indig. l. fœmina. C. ad Turpil. Roman. Barb. Andræas Alciat. nu. 194. in d. §. Cato. Roman. & Alex. in l. pro hærede. §. fi. de acq. hæred. ff. Nicol. Boër. ſignanter deciſ. cxxj. nu. 2. prima parte deciſ. Roman. in l. j. §. potuiſſe. ff. ad Syllan. vbi exiſtimat illam gloſſ. præcitatam in errorem lapſam eſſe, itidem Bal. in dicto §. Cato, Rom. Alex. in præcitata l. pro hærede. §. fin. & ex nouioribus huic ſententiæ acceſsère Iacob. Villalp. in ij. parte repetitionis legis xxij. tit. j. par. vij. §. xlj. nu. 9 Anto. Gom. de delictis,

Fœminæ an tranſactionẽ facere poſſint.

11

cap.iij.nume 65.Ludouic.Carrer. alios allegans, in practica criminali.§.homicidium.numero 380. Nec illa gl. pro contraria parte adducta aliquo iuris apice deſeruire videtur, quæ de conſuetudine Longobardorum intelligenda eſt, non verò de iure communi, ſicuti Aretinus & Alexand.in præcit. l.ſi filius,qui patri.ff.de vulgari.intellexère, & ante hos Bal. in authentica dos data.C.de donatio.ante nuptias. & nouiores his in locis, quibus & anteà meminimus:& noſtræ claſſis viri in capitulo translato.de conſtitution. Aluarotus, & neoterici in prima conſtitutione Feudorum. Et ita in ea ſpecie reſpondit Nicolaus Boër.nume.13.loco præcitato, aſſeuerans de iure Lõgobardo fœminas non admitti, vt in l.ſi quis Longobardus de homi.liber.cuius meminit gloſ.vltima in capit.vno.an mutus vel alius imperfectus. Iure tamen ciuili fœminæ admittuntur ex Bald.Ang.in d.l.pro hærede.§.fi.ff. de acquir.hæred. Bald.in d.cap.j.qui feudum dare poſ.Ang. conſ.lxvij.& in præcit.§.Cato.col.vlt.definiens poſſe fœminam iudicialem aſſumere vindictam, ex gl.in d. l. ſororem. & nos de fortitudine, & vindicta fœminarũ pleraq; alia tradidimus.capitulo xxij.numero 30. & tradit pleraque exempla ſacræ ſcripturæ.fol.521.c.de mulierum fortitudine.

Exiſtimant Longobardorum conſtitutiones vim legis, nec vtique habere, & Iaſon contrà illam gloſſ. ſcribit veriſſimam eſſe in l.ſi filius, qui patri. non ſemel citata.itidem in l.cùm filiofamiliàs.ff.de legar.primo.Nec obſtat tex.in præcitata l.qui accuſare. ſiquidem intelligenda eſt, mulieri hoc munus accuſandi non competere de publico crimine, tanquam cuilibet de populo, nihiloſecius proſequẽdo ſuam vel ſuorum iniuriam accuſare poſſet, quinetiam ex iuris neceſſitate: ſi & hæres fuerit, huic accuſandi munus competit.l. non ignorat.C. qui accuſare non poſſunt. l. fœmina. C. ad Turpil.quod ſi accuſare poteſt,pacem vtique inire poterit,ac tranſactionem facere, vti argumento optimo deſeruit text. in l.is,quis hæres.& in l.is poteſt.ff.de acquiren.hæred. l.eius eſt nolle,qui poteſt & velle.ff.de regul.iuris. quæ omnia deſeruire videntur ad interpretationem leg.lxxvj.in Taurino conuentu latæ.Quòd ſi vindicta eſſet manu armata vindicãda,fœminis non cõpeteret:& in ea ſpecie mulierem, faidam leuare non poſſe, ex dicta l.ſi quis Longobardus. ſecundum quam intelligẽda eſt gl.in d.c.j.§.notandum. qui feudũ dare

poſſ.&

poſſ.& hic adnotanda erunt multa, quæ & nos coniecimus ſuprà.cap.xxij.numero 31.

Rurſus † in ea ſpecie legem Regiam xxij.tit.j.par.vij.intelligendã fore opinor: & vim habere, ſi in ineunda pace,& tranſactione facienda maior pars acceſſerit accuſatorũ illorúmve, qui ſunt in primo gradu: ſiquidem illi ſunt propinquiores occiſi, eorum voluntati magis deferendum eſt, ex l. antepen.ff.de pact.deſiniente conſanguineorũ voces in paciſcendo circa debiti remiſsionẽ præferri: cuius tex.meminit pro ſingulari Caſtrenſis in l.maiorem.ff.de pactis.& inibi Alexan.nu.2.poſt Bar.& Ang.in d.l.antepen. Et iſthæc ſententia ſtabiliri poſſet, ex eo, exiſtentibus in primo gradu accuſatio, aliis ſecundo, aut tertio loco competit ius vendicandi: nihilominus non ita ſunt in cõſideratione, ſicuti illi, quibus primo competit munus accuſandi: & adſtipulari videtur, creditores in futurum pendentéve conditione non propriè creditores exiſtimantur.l.creditores.ff.de verb.ſig. Ex quo text. ſumens rationem ita firmat Bartol in ea l.prima.ff.ſi certum petatur, cuius frequentiori calculo recepta eſt ſententia, teſte Alex.inibi,n.46.& Iaſ.in d.l.j.gl.quæ idem probat in l.ij. §.creditum.verſ.poſt nuptias.ff.de pactis,& perquàm manifeſtum eſt, quòd creditor ex delicto propriè creditor exiſtimatur, ſecundum communiorem ſententiam omnium doctorum, teſte Iaſone in dicta l.prima.ff.ſi certum petatur. Pari ratione tametſi his, qui in ſecundo & tertio ſunt loco munus accuſandi competit nihiloſecius, quia non dicuntur ita offenſi, quantum hi qui ſunt in primo gradu accuſationis: dicendum exiſtimo maiori parti illorum, qui ſunt in primo gradu, ſtandum eſſe. Ex quibus ſatis iam ſatis cõſtat † maiori 14 accuſatorũ parti ſtandum eſſe ſuper nece & tranſactione defuncti: quam opinionem intelligendam eſſe opinor, vt veritati magis faueat: ſi & illi, qui maiorem conſtituunt partem, quibus remiſsio iniuriæ competit, in vnum congregati fuerint,& illorum maior pars tranſactionem fecerit, adhuc minori parti remittẽte vim obtinet, ſin minus conſenſus particulariter præſtitus fuerit, ne vtiq; tranſactionẽ valeret: tãetſi qui particulariter cõſenſère, maiorẽ conſtituant partem, nihiloſecius remiſsio facta per eos, ne vtiq; valebit, ex l.& ſuũ hæredem.§.ſi.ff.de pactis.inibi.hodie tamen ita demum pactio huiuſcemodi, creditoribus obeſt, ſi cõuenerint in vnũ,&

communi conſenſu declarauerint, quota parte debiti contenti ſint.& inibi Bartolus Alexander Salicet. ad illum text. perpendunt l.fi.C.qui bonis cedere poſ.& inibi Bal.Iaſon in l.reſcriptum.ff.de pact. & inter alias pleraſque Bartolus in dicta l.& ſuum hæredem.illam aſsignat rationem in actibus tangentibus plures vt ſingulos,& non vt vniuerſos:vt in ſpecie qua agimus,vt maior pars aliis præiudicet,exigitur omnes eſſe conuocandos in vnum: ſiquidem minor pars poſſet ad ſuam ſententiam maiorem trahere, capitulo ſecundo,de arbitr.lib.vj.vbi explicant doctores, & eſt text.in l.ſi tres.ff. de receptis arbitris.tex.in cap.in Geneſi.de elect.Bart.in l.ij. C.de decurionib.lib.x.itidem in l.omnes populi.nu.18.ff.de iuſt.& iure.gloſ.in cap.cùm omnes. de conſtitution.& inibi Abb.nu.8.quod etiam in patronis ad beneficia præſentandis procedit,ex cap.iij.de iure patronatus. & inibi Abbas,& Felinus numero 19. in dicto cap.cùm omnes.aſſeuerans Ferrariæ ita conſuluiſſe, Rochus Curtius in eo tractatu,quem publicum fecit de iure patronat.in xciij.quaſt.verſic. contraria opinio. Bartholo. Bellanz.ad Abbatem, in cap.cura.de iure patron.Tametſi gl.in cap.j.de rebus eccleſ.non alienan. in errorem lapſa prorſus contrarium profiteatur,quam communi conſenſu damnant doct.in d.c.cùm omnes.per tex.in præcitato c.in Geneſi.Hos tamen,qui aduocationis officiũ exercent,admonitos eſſe velim,vt ineunda pace,vel tranſactione ſuper necem defuncti, ſumma ope nitantur,vt omnes in eodem gradu accuſatores, in vnum conueniant locum,tametſi alij conſanguinei contradicant, maiori parti in vnum congregatæ ſtandum erit:& legi regiæ xxij.conſultum erit,ſicuti ex ea definitur inibi, *Apartada la parte.* ſiquidem per omnes fieri dicitur,quod per maiorẽ partem fit,ex l.reſcriptũ.ff. de pactis gl.in l.quicunque.verbo,omnium.C.de omni agro deſerto.lib.xj.quam miris laudibus adnotant Alex.& Iaſ.in præcit.l.reſcriptum.& in ea ſpecie ex nouioribus ita reſpondit Iacob. Villalpandus in ij.parte repetit.legis xxij. præcitatæ.§.liij.numero primo.

Maius dubium ſuboritur,ſi & omnes noluerint cõuenire in vnum, illa erit cautela practicis magis opportuna, quòd illi,qui noluerint cõgregari,& comparere, citẽtur per alios, qui conſtituunt maiorem partem, & eiſdem notificetur: ſiquidẽ notificari ſufficeret,tametſi non interſint. Et vt obiter

agam,

agam, verbum, notificandi, ne quis dubitet, Latinum eſſe exiſtimo, ex Ouidio lib.1. de Ponto,

Atque modum pœne notificare velis.

Et Aulus Gellius lib.9. cap.4. Philippi arma vímque toti Græciæ cauendam, metuendámque, inclitæ illæ Demoſthenis orationes, concionéſque notificant, & conſtat ex l.ſemper. §. demonſtratus. ff. de iure immuni. ex quo admiror nõnullos qui notificandi verbum Latinum non eſſe, ſed vt barbarum reiiciunt. Sed vtcunque ſit, ſatis conſtat id verbum non recens eſſe, ſed linguæ Latinæ limatis vſitatiſsimum, ſicuti ex antiquioribus à Pomponio in Atreo apud Nouium Marcellum definitum extat: nec video, cur non à notum fiat notificare & notificatio, ſicuti à clarum clarifico. Virgil. in illo carmine, quo Fortunam deſcribit.

Nec quos clarificat, perpetuò fouet.

Eſt autem † notificare, notum facere: vt palam eſt, & ex 16
noſtris tradidit Corneus cõſ.lxxv. videtur primo. col.ij. vol. iij. itaque ſi notificetur conſanguineis, ſi noluerint cogregari, ſufficeret à maiori parte cõgregatorum factum, perinde ac ſi omnes interfuiſſent, ea lege ac conditione, vt citatio in aliorum perſonis fiat, ex his, quæ notat Abb. in c.j. num.4. de iud. & ex his, quæ congerit Alex. in l. ſi finita. §. fin. ff. de dam. infecto. Decius in prima lectura, nu.25. & in ſecunda lectura. nu.19. & Franciſcus de Aretio nu.10. in præcitato cap.j. Sebaſtianus Vantius in eo tract. quem prodidit de nullitatibus ſententiarum, in rubr. xij. de nullitate ex defectu citationis. nu.44. pag.246. & eſt text. in l. properandum. §. & ſiquidem. in verbo, requirẽre parte. C. de iudic. qui huic ſententiæ ſuffragatur, & l. fi. C. de bonis authoritate iudic. poſsiden. l. ad peremptorium. ff. de iudi. gloſſ. in l. ſancimus. verbo, per contumaciam. C. ad Trebel. tex. optimus in c. propoſuiſti. inibi, ad petitionem cuiuſdam aduerſarij. de foro competenti. & in cap. licet. de accuſation. Quibus ſatis iam ſatis definitum extat partis citationem requiri: & citati, notificatione facta, ſi noluerint conuenire, factum à maiori parte in vnum congregatorum valet, ex Barr. in dicta l. reſcriptum. ff. de pactis. Bald. in lectura antiqua inibi, ſumens rationem ex text. in l. cùm quidam. in ij. ad fi. cum l. ſeq. ff. de legatis ij. Quorũ ſententia conueſtiri poſſet, ex illo iuris adagio ſatis trito, quod habet, quòd ſemper citari debet ille, de cuius præiudicio agi-

tur, ex l.nam ita diuus.ff.de adopt.l. tres denuntiationes.C. quomodo & quando iudex.l.ſi quãdo C.de teſtibus.l.de vno quoque.ff.de re iudicata.l.final.C. de legitimis hæredibus.c. Romana,de appellation. lib.vj.cap.conſtitutionum. de ſententia excommunic. eodem libro. clement. paſtoralis. de re iudic.clem.ſæpe.de verb.ſign.c.j.& in c.dilecti. de teſtib.cap. delicta.de ſentent.excomm.extrà.cap.porrò. de diuortiis.& inibi gloſſ.quæ expreſsim hoc ipſum vult. Cui ſimilis eſt in c.eccleſiæ ſanctæ Mariæ.de conſtit.& in c.nos in quenquam. & in capitulo Deus omnipotens.ij.quæſtione j. & in capitulo quoniam contra.de probationib.glo.in l.cùm miles.ff.ex quib.cauſ.maio.Albe.poſt Iaco.de aretio, in d.l.reſcriptum. Salycetus in præcitata l.& ſuum hæredem.§.fin.& eſt textus in authen.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hæreditate abſtineat.Bartol. in l.hæredes mei.§.peto.ff.ad Trebel. Thom.Grammatic.in deciſione lxv.Sebaſtianus Vantius in tractat.de nullitate ſententiarum,in rubrica xij.de nullitate ex defectu citationis. Franciſcus Niconutius,verbo.citationes. n.49.in præcitato c.quoniam contra. Paulus Pariſius in conſilio j. numero 32. vol.j.quinetiam ſi illi,de quorum præiudicio agitur, eſſent abſentes,nihilominus vocandi ſunt, ex Luca de Penna in l. nominationum.C.de decurionibus. libro decimo.quem ſequitur idem profeſſus Andræas ab Exea in capitulo cùm omnes. numero 183.& rurſus 214. de conſtitutionib.Contrariam tamen partem quinetiam citationem non exigi, ſi ſint abſentes,probat Angelus, Paulus Caſtren. Fulgoſius in præcitata l.reſcriptum.& Iaſon nec admodum inuitus huic ſententiæ accedit inibi,& ratione text.in §. cùm autem eremodicium.l.properãdum.C.de iudic.vbi definitum extat, quòd eorum contumacia, & abſentia præſentia Dei repletur, & text.in dicta l.reſcriptum.verſiculo abſentes. Quo fit.l.ſi plures. ff. de pactis. conſenſum maioris partis exigit, non tamen abſentium.

Et præter alia horum ſententia conueſtiri poſſet: ille,de cuius præiudicio non agitur principaliter, tametſi in conſequentiam præiudicium inferatur,non requiritur,quòd citetur,ex gl.ſecunda,ad fi.in præcitata l.de vnoquoque.& inibi Imol.Angel.& neoterici.idem exiſtimant Angel.& Imol.in l.filiusfamiliãs.§.diui.ff.de legatis primo. Baldus in rubrica de reſcriptis.columna iiij.Innocen.in capit.humilis.de maiorit.&

ioritate & obedientia.Geminianus ex glo.finali.inibi in cap. quamuis pactum. de pactis. libro ſexto. itidem in cap. in noſtra. de procuratoribus.Bald. in cap.fin. de dolo & contumacia.Quo fit,ex quo in poteſtate maioris partis ad id congregatorum eſt inire pacem,atque concordiam, à maiori parte factum vires obtinere.

Poſtremò, & ideo adiuuat iuris regula, quod poteſt fieri præſente & inuito, poteſt etiam ignorante, abſente etiam non citato fieri.l.prima.in principio.ff.de fideicommiſsis libertatibus.regula,qui poteſt inuitis.ff.de regulis iuris. His tamen explotis priori ſententiæ me ſubſcribo,quæ & veritati magis fauet: quinetiam ne vtique à maiori parte congregatorum, ſpretis abſentibus, prædictam tranſactionem ſeu remiſsionem non poſſe fieri,ni & abſentes citentur, ex Bartoli doctrina in dicta l.ſecunda.C.de decurionibus.libro x.

Nec obſtat regula, quod poteſt fieri inuitis præſentibus, poteſt fieri etiam eis ignorantibus: cùm & in ſpecie noſtra non vendicet ſibi locum, ex ratione textus in l. ſi tres. ff.de arbitris. Siquidem, & ſi præſens eſſet, tametſi actui non poſsit contradicere, nec impedire, nihilominus poſſet ad ſuam trahere ſententiam maiorem partem. Pleriſque aliis poſſet conueſtiri, quæ Doctores adducunt in prima huius quæſtionis parte: etſi vtranque partem multi, & graues authores defendant, ipſe tamen priori ſententiæ inhærendum eſſe exiſtimo.

His ſanè præmiſsis, ac ad pulmonem reuulſis rationibus explicitis ſecundò intelligo in ſpecie legis regiæ, maiorem partem accuſatorum, vel conſanguineorum minori præiudicare, quando æqua lance, æquóque libramine, ex ipſa tranſactione ſuper nece defuncti commodum omnibus euenit, quibus accuſandi munus competit: vel tranſactio in defuncti vtilitatem cedit, vtpotè ſi inita pace in tranſactione actum fuerit, vt conſanguineis certa pecuniæ quantitas detur, vel etiam tot ſacrificia impendantur pro anima defuncti expenſis criminis rei accuſati, vel ſi filiæ mortui certa quantitas pecuniæ conſtituatur, vt nuptiis copuletur: longèquidem aliter, ſi inita pace, illis, qui remittunt iniuriam, detur pecuniæ quantitas, tametſi maiorem partem conſtituant, aliis renitentibus, non valet,

& eis

& eis accuſandi munus competit, non obſtante pace inita à maiori parte. Cuius declaratio ex his, quę Guliel. de Cuneo, Alber. Bald. in d. l. & ſuum hæredem. §. fin. de pact. ff. adnotant, conueſtiri poſſet: & glo. in l. reſcriptum. verbo, creditores. ff. de pactis. adnotat: in ſimili ſpecie & Romanus in ſing. cj. creditores. allegans tex. in l. apud Celſum. in principio. ff. de doli exceptione. Iaſon in dicto §. finali. Quo fit, cùm iſthæc ſententia fundetur ex dicta l. reſcriptum. & in l. ſi plures. ff. de pactis. limitanda eſt, atque intelligenda, ſicut prædictæ leges de creditoribus verba agentes intelliguntur. Practicos tamen admonitos eſſe vellem, à prædicta compoſitione pacis inita à maiori parte, ad ſuperiorem appellent, ex Bartolo in l. finali. ff. de appellationibus recipiendis. Paulus Caſtrenſis, Alexander, & Iaſon, & pleriqne alij in dicta l. & ſuum hæredem. §. ſin. Vide qui ſapis, qui probus es, qui iuris veritatem amas, quàm ancipiti periculo iſta intelligatur opinio: in his conſidera, ne credas tantorum virorum noſtras ſtudio contradicendi refragari. Quod ſi tuo ſtomacho non faciat ſatis, in tuo ſit delectu, quam velis ſequi opinionem. Inſignis eſt admodum & perplexa quæſtio, quæ à iuris vtriuſque profeſſoribus non infrequenter diſcutitur: Stat ſtatutum citandos eſſe proximiores agnatos occiſi ad accuſationem eius, qui illum interemerit: dubium inſigne cenſeri ſolet, ſufficiátne vnum citari, cùm ſtatutum in plurali numero de proximioribus dicat? Ego iſta ex plenioribus Doctorum commentariis petenda arbitror: cùm enim quotidie in controuerſiam veniat, & paucis exactè compræhendi nequeat, ſatius propemodùm fuerit non irritare, quàm non explere ſtudiorum auiditatem: eáque mihi opinio probabilior videtur, minimè † ſufficere vnum agnatum citari
17 proximioréinve, ſed pleroſque eſſe citandos, cùm in plurali numero ſtatutum verba agat. Quam etiam ſententiam comperi eleganti ſubtilique diſputatione Angelum defendere conſilio ducenteſimo octuageſimonono, hoc principio. in primo dubio. & in ſimili ſpecie Ancharanus conſuluit conſilio trigeſimoſexto, viſa quadam petitione. columna prima. Decius in cap. prudentiam. columna prima. verſic. & ſuper iſto textu. extrà de officio delegati. Pro qua ſtruenda ſententia aliquot conijcienda ſunt huic rei maxime neceſſaria. Et primò ſuffragatur textus in l. tranſactionem.

C. de

C.de tranſactionibus. qua definitum extat præſentiam amicorum tollere ſuſpicionem metus, habet locum ſi non vnus tantùm amicus,ſed duo interueniant, ex textu inibi aſſeuerante, amicis interuenientibus, in plurali. Stephanus Bertrandus in ea ſpecie ita conſuluit conſilio quarto, viſis hinc inde. columna octaua, libro tertio. Et ante eum Socinus, cuius & ipſe non meminit conſilio cclxij.capio primum con ſultationis articulum.colum.vj.volum.ij.

Secundo ſuffragatur cap. j. extrà de appellationibus, vbi definit proteſtationem faciendam eſſe in præſentia bonorum virorum,minimè ſufficere coram vno, propter illa verba pluralis numeri. Et inibi expreſsim adnotat Præpoſitus,Abbas,Peruſinus, Decius & plerique alij inibi, Lappus allegat.xxxix.incip.an valeat appellatio.

Tertio argumentum præſtat l.ſemel. C. de re militari. libro xij.vbi definitum extat, his † in caſibus, in quibus fides 18
adhibenda eſt medicis,ne vtique vnum ſufficere, ſed plures, per textum inibi de medicis in plurali loquentem. Petrus Iacobus in titulo de actione ex empto redhibito. columna quarta. Bartolus in prima conſtitutione Digeſtorum, & inibi Baldus columna tertia, quo in loco Alexander ad Bartolum,pleroſque alios allegat Ioannes Ananias in cap. ſignificaſti. columna quinta, de homicid. Guido Papa idem conſuluit conſi.clxxvij.nobilis Petrus.col.ij.

Vlterius altero confirmatur iuris ſtimulo ex l.vbi numerus.ff.de teſtibus.vbi,pluralis enim locutio duorum numero eſt contenta.l.qui quartam.§.vltimo. & ibi Bartolus ff. de legatis primo.l.legato.§.qui plures. de legatis ſecundo. iuncta l.melius.§. eum qui. in ſecundo. & inibi gloſſa in verbo, eandem rem.eodem titulo. expreſsim hoc ipſum vult Bartolus in l.inter illam.§.vltimo.de verborum ſignificat.ff.cap. is qui.§.j.de præbendis.libro ſexto, cap. pluralis. de regulis iuris.eodem libro. & in cap. primo. poſt principium. tit. de notis Feudorum. Bartolus in l. iij. in principio. ff. de annuis legatis.& in l. j.ff.de actione legata. & in l. vltima. ff. ad Trebellianum.l.libertas.§.vltimo. & inibi Bart. ff. de manumiſ. teſtamen.Quibus ſatis definitum extat pluralem numerum vno minimè eſſe contentam.

Quintò ſuffragatur Bal. ſententia in l. iubemus. §. ſinau. tem. C. ad Trebel. aſſeuerantis ſtatutum † certa ac definita 19

pœna

pœna mulctans eos, qui domum alterius cum hominibus armatis ingrediuntur, minimè locum ſibi vendicare in eo, qui cum vno tantùm armato ingreditur, ex eo, cùm ſtatutum de hominibus armatis in plurali loquatur: & multo grauior eſt iniuria, quæ à pluribus committitur, ex l. ſi plures ſerui. ff. de iniuriis. cuius etiam meminit idem profeſſus Decius conſilio ccccl xxj. iuridicam. columna ſecunda. verſic. ſecundo. Nicolaus Boërius deciſione clxxiij. num. 10. parte prima. Cuius ſententia calculo non caret, licet à nemine notetur, ex Cicerone pro Cecinna, dum inquit, Si tu ſolus, aut quiuis vnus cum ſcuto, cum gladio impetum in me feciſſet, atque ego ita deiectus eſſem, auderéſne dicere, interdictum eſſet de armatis hominibus: hic autem hominem armatum vnum fuiſſe. & paulò pòſt, ait, Paucis interiectis, Non maior eſt iniuria, ſi pluribus armatis, quàm ſi vno armato ſit. & inibi pleraque id genus alia, quæ candido lectori obuia erunt, ſcribuntur: & hæc adiectio argutiis quibuſdam viam tacitè claudit, & interpræripit. Secundò altero ſtimulo in priorem ſententiam inſurgo ex l. ſecunda. §. homines. verſic. ſed & ſi vnus. ff. vi bonorum raptorum. vbi ſcribitur, ſed ſi vnus homo coactus ſit, adhuc dicemus homines coactos eſſe. Quorum ratio quominus in hac quæſtione militet, ſanæ mentis nemo vnquam defitebitur: & duorum alterum verius fortaſſis dici poſſe videtur: primò intelligendo tex. illum loqui de damno, non de iniuria perſonæ: nam damnum ex multitudine, ſicuti iniuria, non augetur, vt quibuſdam placuit, Boërius deciſ. clxxiij. num. 10.

Sextò, vt huic opinioni aduerſantia ſubmoueamus, adſtipulatur Florentiæ ſtatutum, quo cautum eſt, non admitti accuſatorem, ni per fideiuſſores idoneos approbatos à communitate ſatiſdederit, non ſufficere vnum fideiuſſorem, ſed plures, tametſi vnus ſoluendo ſit: de quo meminit Angelus idem profeſſus conſilio quinquageſimoſexto quidam non ſuperpoſitus. Nec aliquo iuris apice deſeruire videtur, ſi obiiciatur, ſatisfactum eſſe menti ſtatuentium, quæ vtique voluit ſatis eſſe conſultum indemnitati accuſati, atque ideo vnum idoneum ſufficere, ex l. ſcire oportet. §. qui autem. verſiculo, ſed & ſi maximè. ff. de excuſatione tutorum. & quilibet, qui huiuſcemodi artem mediocriter calleat, ingenuè fatebitur, non ſatis eſſe vnum

ſuffic

ſufficere: nam quò plures ſunt idonei, eò quoque magis cautum eſt.l.quis decedens.§.vltimo.ff.de liber.legata.

Septimo principaliter ad huius capitis reſolutionem adſtipulatur, quod & Oldradus in ea re conſultus reſpondit conſilio centeſimo quadrageſimoſecundo, factum tale eſt. quòd ſi teſtator habuerit vxorem prægnantem, & ſubſtituerit poſthumis ſororem, ſi hi decederent in pupillari ætate, ſubſtitutioni non eſt locus, ſi vnus tantùm natus fuerit, & decederet in pupillari ætate. Ioannes Andræas in additione ad Speculatorem, titulo de teſtamentis.§. primo, columna penultima. Franciſcus Aretinus columna ſecunda, verſiculo pro iſta concluſione.in l.placet.ff. de acquirenda hæreditate. Alciatus nec admodum grauatus his accedit libro tertio, de verborum ſignificat.iij.quæſt.iiij.axiomatis.

Octauò, illud profectò maximum robur affert, quod & Baldus conſuluit conſilio ccxlij. factum tale. volum.iij. vbi definit mandatum Romani Pontificis de præbenda alicui prouidenda ſpectante ad collationem quorumcunque, nequaquam locum habere in beneficio ſpectante ad vnius collationem.ex l.vbi numerus.de teſtibus.

Nonò, præ cæteris illud coadiuuat, quòd ſi quis fortè fortuna iuſſus fuerit à teſtatore diſtribuere inter pauperes, minimè poſſe in vnum tantùm diſtribuere:quod & Baldus in l. prima.C.de ſacroſanctis eccleſiis.columna xj. verſiculo, iuxta hoc quæritur.adnotauit.item in l.vnum ex familia.§.itaque. ff. de legatis ſecundo. & inibi Raphaël Cumanus, & Paulus Caſtrenſis in §.ſi duos.eiuſdem legis.Bartolus ſignanter in l. j.ff.de optione legata. Paulus Caſtrenſis conſilio xcvij. ſuper primo, columna ſecunda, volumine j.Decius conſil. cccclxxj. paulo antè citato. In quo dubio non deſunt, qui contrariam adſtipulentur ſententiam, cùm & Bal. contrarium aſſeuerauerit conſi.clxij.quidam Franciſcus. dubio ſecundo. volum. v.Romanus ſingul.cccclj. teſtator dicit. Alex. in l. qui quartam.§.j.ff.de leg.j.is idem in l.Gallus.§.quid ſi is. ff. de liberis & poſthum.ſed quia non eſt præſentis ſpeculationis, conſultò miſſa facio.

Decimò, eandem opinionem illud plurimum comprobat, quod & Rota antiqua deciſione cccccxxj.incipienti, nota quòd ſi committatur. cenſet, ſi in reſcripto fuerit facta poteſtas citandi in locis vicinis, minimè ſufficere in vno

tant

tantùm in loco vicino, ſed in duobus locis,ex c. pluralis locutio.de reg.iur.lib.vj.Card.Flor.in clem. j.de foro compe. xxxij.quæſtione. Matth. Affictus in conſtitut. Siciliæ incipiente,multæ leges.col.penult.

Poſtremò,& verbo non amplius addam , his omnibus ſic perpenſis coadiuuat,quod & apud Caſtrenſem legitur,conſi. ccxj.hoc initio.in ſecundo dubio , volu.ij. ſi ex teſtantis voluntate conſtet, mandatum eſſe hæredi, ne petat pecuniæ quantitatem , donec ſorores ſuas matrimonio copulauerit, non ſatisfeciſſe vnam maritando,vt ita dixerim. Et ea quæ de plurali locutione adnotauimus , coadiuuat gloſ. in cap. ſtatutum.in §.inſuper. in verb.paucis.de reſcrip.lib.vj. & in clem.ſæpe.verbo,de partium.de verb.ſignific. Quibus ſimilis gl.eſt in §.præiudiciales.in gloſ.magna poſt principium inibi, quia poſteà dicit, cæteræ.Inſtitut. de nuptiis.Et inibi Dinus, Petrus,Faber, & plerique alij, Ioannes Andræas ad Specul.tit.de teſtamen.§.in primis.in additione magna incipienti,huic quæſtioni.Oldrad.conſ.clxxviij. Abb.in c.eccleſia.in ſecundo verſ. nota ad arbitrium bonorum virorum.vt lite pendente.& in conſilio lxv.vol. ſecundo.Corneus conſil. lxij.viſis ſcripturis.libro primo. Socinus conſil.cxxiiij.Sortes habens vnum nepotem.columna prima,volumine quarto.Decius conſilio cclxxxvij.in ciuitate Placentiæ.columna ſexta.Matth.de Afflictis in conſtitutione Siciliæ incipienti, ſuper deciſionibus, columna ſecunda.definiens conſtitutionem Siciliæ importantem pœnã incidenti arbores.non eſſe intelligendam in incidente vnam tantùm arborem.Is idem in conſtitutione incipiente,blaſphemantibus.ſeptima quæſtione. definit illam conſtitutionem punientem ſanctos Dei blaſphemantes, minimè eſſe intelligendam in vnum ſanctum blaſphemantem. Raphaël Cumanus conſilio clxxxix. videtur dicendum.columna ſecunda. volumine primo. Baldus in l. ſecunda. C. de libertis & eorum liberis. apud quos ſatis id definitum extat, in ſtatuto, de quo agimus, citandos eſſe proximiores agnatos occiſi, nec vtique ſufficere vnum citare,cùm ſtatutum de proximioribus in plurali numero verba agat.

Verumenimuerò non deſunt, qui veriorem credant partem contrariam, & in ſpecie ſtatuti numerum pluralem pro ſingulari poni,atque ideo vnum ex agnatis vel conſanguin

guineis ſufficere, ex l. Gallus. §.quid ſi is.inibi, illis verbis. ff.de liberis & poſthumis.& in l.ſecunda.§.exactis.ff.de origine iuris.l.diuus,& ibi gloſſa,Bald.& Angel.ff. de petitione hæreditat.l.ſi is cui.in verbo,his igitur caſibus. ff. de euictionibus.gloſ. in verbo, actiones. in l.quia actionum. ff.de præſcriptis verbis.& in l.prima.§.vt in initio. in verbo, capitibus. ff. de poſtulando. gloſſa in cap. vt priuilegia. & ibi Abbas de priuilegiis.& in cap.j.in verbo,originalia. de pœnitentia.diſtinctione quarta.gloſſa in verbo, poſt mortem. in l.Sticho.§.idem quæſiuit.ff.de vſufructu legato.& in l.falſa.§.vltimo.& ibi Bartolus. ff. de conditionibus & demonſtrationibus. §.primo. verbo, omnes homines. Inſtitut. de iure perſonarum.& in §.ſi verò abſit.in authentico,de hæredibus & Falcidia,collatione prima.definientes,quod profertur pluraliter,vim vtique habere in vno duntaxat.

Secundò, hæc eadem opinio manifeſtam probationem habere videtur ex illo,quod habetur apud Prophetam Pſalmo ſecundo, Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum. Quorum primum de ſolo Herode, alterum de Pilato intelligitur, vt ex actis Apoſtolorum conſtat, cap.quarto. & Matth. cap.xxvij.& Marci cap.decimoquinto, aſſeuerantium latrones fuiſſe CHRISTO conuitiatos,cùm vnus tantùm conuitiatus ſit:& Lucæ teſtimonio definitum eſt, cap. xxiij. quibus in locis Ambroſius & Bernardus expreſsim adnotarunt pluralem pro ſingulari poni.

Tertiò,eandem opinionem comprobat Exod. cap.32. Hi ſunt Dij Iſraël, qui eduxerunt te de terra Aegypti: cùm de vno tantùm vitulo intelligeretur: cujus meminit diuus Auguſtinus in ſuo Enchiridio,cap.liiij. & Magiſter ſententiarum libro ſecundo,diſtinctione xxxiij.

Quartò, coadiuuat illud, quod definitur Pſalmo quinquageſimo, Ecce in iniquitatibus conceptus ſum; de vno tantùm peccato originali intelligitur. & illud Pauli adſtipulatur ad Hebræos cap.vndecimo, ſcribentis, Obturauerunt ora Leonum; & nihilominus de vno tantùm Daniele intelligitur. & Matth.ſecundo ſcribentis, Mortui ſunt, qui quærebant animam pueri: & nihilominus de vno tantùm Herode intelligitur,ſicuti ex his,quæ anteà in eodem capite ſcribuntur.

Quintò, vlterius poſterior hæc opinio probatur ex te-

DD

ætu in cap.conſtitutionem.ad finem,de ſententia excommunicationis. libro ſexto. vbi verba agit de canonica mentione.& in plurali de dierum interuallis loquatur, nihilominus pro quolibet termino neceſſe non eſt duos dies aſsignari, ſed vnum, ſi qui iudicandi munus habet, videbitur, Abbas in cap.ſacro, extrà de ſententia excommunicationis. Ancharanus, Philippus Francus, Gulielmus Laudenſis in præcitato cap. conſtitutionem, quibus admodum ſuffragatur textus in l. ſi conuenerit. ad finem. ff. de pignoratitia actione.& in l.inter accuſatorem. ff.de publicis iudiciis. ex quo datur natiuus intellectus clementinæ primæ, in verbo, ſimul. & rurſus verbo, legitimæ. de appellationibus, quòd textus ille, qui de appellatione à duobus pluribúsve iudicibus loquitur, locum habet, cùm facta fuerit ab vno, qui ſolus eſt iudex: qui intellectus verus eſt ex Imola, columna yltim.inibi,& gloſſa quæ expreſsim hoc ipſum vult verbo, ſimul.in dicta clementina prima.

Sextò, hæc eadem opinio conueſtiri poſſet ex Cini ſententia in l.prima,C,vti poſsidetis.definientis ſtatutum certo modo puniens producentem falſos teſtes locum etiam habere in producente vnum tantùm: Bartol.in l.ſecunda.§, ſi vnus. & inibi Dinus, & Albericus. ff. vi bonorum raptorum.Bartol.& Bald.in l. prima. ff. de procuratoribus. Bald. & Angelus in l.diuus.§.diuus.ff.de petitio. Albericus in ſecunda ſtatutorum parte, quæſtione vigeſimaoctaua incipienti.ſecunda quæſtio eſt. Gandinus in eo tractatu, quem de maleficiis publicum fecit,in rubrica de falſariis. columna tertia. verſiculo, item ſtatutum eſſe in ciuitate. Angelus in l. prima. §. primo. ff. de dolo malo.Baldus in l.Gallus.§, quid ſi is. ff. de liberis & poſthumis. & Virgiliana carmina ad id alluſiſſe videntur,libro ſeptimo Aeneidos,cùm de vno Aenea verba ageret,ſcribit,

Externi veniunt generi qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferant,

Et rurſus eodem libro,

Generos externis affore ab oris.

Et Seruius in priori loco exiſtimat apud Poëtas frequenter accipi pluralem pro ſingulari: quo fit ſtatutum falſos teſtes puniens producentem, intelligendum fore in producente vnum tantùm: ex profeſſoribus iuris idem exiſtimat

mat Ancharanus & Imola in capi. relatum. in ſecundo. de teſtamentis. Matthæus Afflictus in conſtitutione Siciliæ incipienti. multæ leges. columna tertia. verſiculo, tertiò nota. & iterum in conſtitutione incipienti, qui falſitatem. Ioannes Baptiſta Seuerinus in l. omnes populi. in materia interpretationis extenſiuæ, decimquarta fallentia. ff. de iuſtitia & iure. Antonius in cap. vltimo. columna quinquageſimanona. extrà de conſuetudin. Angelus in §. primo. columna ſecunda. de iure perſonarum. Inſtitut. & in tractatu maleficiorum, verbo, falſario. columna ſecunda. Georgius Natan. in cap. quamuis pactum. de pactis. libro ſexto. Curtius Senior conſilio ſexageſimonono, columna quarta. Iaſon conſilio centeſimo quadrageſimoquinto, columna penult. volumine ſecundo. Nicolaus Euerardus in locis legalibus, in loco à ratione legis, in tertio caſu principali. columna nona. verſic. hinc eſt, quòd ſi per ſtatutum.

Septimò, ſtabiliri poſſet ex gloſſa paſsim admiſſa in l. vt perfectius. in verbo, tabulariorum. C. de annali except. definiente, quòd in iuribus, quæ requirunt proteſtationem fieri coram tabellariis, ſufficere vtique coram vno tantùm fieri: cui ſententiæ ſe ſubſcripſit Speculator titulo de primo decreto. §. iam de effectu. verſ. ſed nunquid ſufficeret. Roman. & Alexan. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. de operis noui nuntiat. ff. & huius ſententiæ authores habeo Abb. in cap. paſtoralis. §. prætereà. de officio deleg. & ibi Collectarium Alexand. conſilio lxxxv. animaduerſis. col. j. volum. quarto. Iaſonem conſilio cxlv. columna vltima, volumine ſecundo. tametſi perperam in contrariam ierit ſententiam Baldus in cap. vltimo. col. j. extrà de appellat.

Octauo, fortiſsimum argumentum præſtat, quod & Baldus adnotauit in cap. mandatum. de reſcript. definiens, quòd ſi Papa mandauerit prouideri alicui de beneficio, cum illa clauſula, quæ paſsim adiici ſolet, Si pro aliis non ſcripſerimus, gratia nullius erit momenti, ſi pro vno duntaxat ſcripſerit. Dominicus idem profeſſus in capitulo, quamuis. in primo. de præbendis. libro ſexto. vbi idem voluiſſe Archidiaconum affirmat Cardinalis Florentin. conſilio xxx. itidem & Calderinus in præcitato capitulo, mandatum. Archidiacon. in capitulo, accepimus. de ætate & qualit. Archidiaconus, Ioannes Andræas in cap. primo. de rerum

permutatione.libro vj.& inibi Philip.Franc. & Dominicus.

Nonò, & illud adſtipulari videtur, tametſi Cæſarum deciſio in l.apertiſsimi.C.de iudiciis. in plurali, arbitros eſſe aſſumendos dicat, qui de iudicis recuſatione iudicent. cap. ſuſpicionis.de officio deleg.cap.ſi contra.cap. ab arbitris.eodem titulo,libro ſexto.cap.legitima.de appellationibus.eodem libro.cap.licet.de foro competenti. cap.ſecundò requiris.cap.cùm ſpeciali.de appellationibus,extrà. nihilominus vnum ſufficere eligi, qui de recuſationis cauſa pertractet, probat gloſſa in verbo, aliquos. dum exponit, id eſt, arbitrum, vel arbitros, in præcitato cap. ſecundò requiris. & idem exiſtimat Abbas inibi, columna penultima. & eſt textus ad id præſtantiſsimus in l.cùm ſpeciali.inibi,arbitrum, vel arbitros eligere.C.de iudiciis. Speculator idem ex profeſſo probat in titulo de accuſatione. §. effectus. verſic.ſed nunquid vna pars. Quibus nec admodum inuitus adhæret Georgius Natan in repetitione cap.quamuis pactum.de pactis.libro ſexto.in quarta quæſtione tertiæ quæſtionis principalis.

Decimò, omnibus ſuperius examinatis, adamuſsim perpenſis poterit confirmari ex Baldi ſententia in l. prima. C. de conditionibus inſertis. Quòd ſi ſtatutum municipale arceat fœminas exiſtentibus filiis maſculis,repellendas eſſe fœminas, exiſtente adhuc vno filio,Marianus in praxi ſemper vidiſſe obſeruari aſſeuerat in cap. ſuper eo.de conditionibus appoſitis.columna vigeſimaſecunda.Albertus Brunus idem profeſſus in eo tractatu,quem publicum fecit,ſtatutorum excludentium fœminas à ſucceſsione.in duodecimo articulo princip.quæſt.xiij.Francus in cap. ſi Papa. ſuper gl. verbo, liberis.de teſtamentis. libro ſexto. columna xxvij. Alciatus in l.non eſt ſine liberis. ff. de verborum ſignificat. Decius quarto notabili in l. prima. C. de pactis. Alexander conſilio cix.ſuper prima conſultatione.columna quarta,volumine ſeptimo.Iaſon in l.Gallus.§.quid ſi is.ff.de liberis & poſthum.Barbat.columna trigeſimaprima, in cap. Raynaldus.de teſtament.Georgius Natan in præcitato cap. quamuis pactum.de pac.in ſexto.Iaſon in l. ſingularia.col.quarta. ff.ſi certum petatur.& in authentica,ſi qua mulier. columna decima,C.de ſacroſanctis eccleſiis. itidem conſilio cxlv. volumine ſecundo.

Vnd

Vndecimò, libet hoc in loco pro hac aſtruenda ſententia non incongruè adducere gloſſam illam communi conſenſu admiſſam in l. ſi quis. C. ad legem Iuliam maieſtatis. & inibi Bartol. & alij, definientes leges loquentes de indiciis præcedentibus, ſufficere vtrique vnum, vt criminis author torturæ ſubiiciatur, Iaſon in præcitato conſilio. Et Signorolus conſilio cclx. quæſtio præſupponitur. columna prima. his omnibus ad pulmonem reuulſis rationibus, vt pacem diſsidentibus iuribus afferam, exiſtimo hunc nodum ita diſſoluendum eſſe: quòd ſi pro forma pluralitas alicubi exigatur, nũquam numerus pluralis reſoluitur in ſingularem. ſicuti Baldus definit, conſilio cxxiij. reuerendiſsimus pater. columna tertia, volumine quinto. ex textu in l. Pedius. §. in ſeruum. cum lege ſequenti. & in l. ſicuti tribus. ff. de arbitr. textus optimus in l. Pomponius. ff. de re iudic.

Vel aliter & ſecundò prior ſententia intelligenda eſt, cùm vna eſſet ſtatuẽtium ratio: quòd ſi ex ſtatuentium mente plures exigerentur conſanguinei ad necem defuncti vindicandam, non vtique ſufficeret vnius conſenſus, ſed multorum, vt in ſpecie ſtatuti, ex his, quæ congerit Ioannes Andræas, Archidiaconus, Dominicus & Francus in cap. j. de rerum permutatione. libro ſexto. quod & Tullius aſtruit in ea Oratione pro Cecinna. Baldus, Paulus Caſtrenſis in l. prima, de conditionibus inſertis. Socinus conſilio cclxxviij. columna prima, volum. ij. Alexander in l. qui quartam. §. j. de legat. primo. Franciſcus Aretinus in l. ſi quis ante. colum. ſecunda. ff. de acquirenda hæredit. Iaſon in dicta l. ſingularia. columna quarta. Decius in l. j. notabili quarto. C. de pact. Imol. Cardinal. Florentin. in clementina prima, ille colum. vltima, hic quarta, in ſexta oppoſitione, de renunciat. atque ideo in ſpecie ſtatuti cognatos eſſe conuocandos, nec ſufficere vnum, ſed ad minimum duos conuocare: atque ideo priori me ſententiæ ſubſcribo, & quando pluralis loquutio in ſingularem reſoluatur: & verſa vice, ſingularis in pluralem, vide gloſſam in l. huiuſcemodi. in prima. ff. de verborum obligationib. Gulielmum à Ludo in extrauaganti, execrabilis. in princip. verbo, plures. de præbendis. Bartolum & alios in l. penultima. C. de impuber. & in l. ſi ſeruus. §. ſi plurimum. ff. ſi quis cautionibus. Baldum, Imolam, Iaſonem, Caſtrenſem in l. ſi pater. ff. de vulgar. eundem Paulum conſ-

ſiljo ccix.col.j. Alex.conſil.cxxxvj.col.j.vol.v.Socinum conſ. xliij.viſa prouiſione.col.j.vol.j. Stephanum Bertand. conſil. cxlj.in ij.dubio.vol.j.& præter hos Fabium Quintilianum lib.8.cap.6.Oratoriarum inſtitution.& lib.9.cap.3. vbi definit Oratores atque Poëtas numerum ſingularem pro plurali ſæpenumero, & verſa vice, vſurpare. Eas tamen iuris aſſertiones breuius explicuimus,vſúmque ipſarum offendimus, quominus inde lectori obreperit. Commentitias autem difficultates,ſophiſticas,friuoláſque quæſtiunculas,quæ à quibuſdam maleferiatis ingeniis in iuris diſciplinam extricatæ ſunt.conſultò miſſa fecimus,quo ad Alphonſi regis deciſionem,quæ de delictorum tranſactione agit.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actio cedi non poteſt.*
2 *Quid etiam,an vindictæ ius cedi poßit.*
3 *Diſcutitur an actiones directæ cedi non poßint.*
4 *Quid etiam an operæ officiales.*
5 *Controuertitur adhuc an ius alimentorum futurorum cedi poßit.*

Ex c.ſequenti an ius vindicandi necem defuncti cedi poſsit. CAP. XLVII.

PRAETER alia, quæ in hoc duntaxat tractatu frequenter diſcuti ſolent, & illud non modicam dubitationem affert, an & ius vindicandi mortem defuncti cedi poſſet? & ſunt, qui exiſtiment non poſſe cedi,aut demãdare.& in primis Ioann. gloſſator antiquus, cuius meminit gloſſ.in l.iniuriarum.ff.de iniuriis.& in l.vltima.C. de hæred.vel actione vendita.& in l.ſi nomen.& ibi Salicetus.ff. eodem titulo.
1 exiſtimant † iniuriarum actionem cedi non poſſe, Hoſtien. in ſumm. titulo de aliena. iudicij mutan. cauſa facta.§.vltimo. Speculator titulo de ceſsione actionis. §.j.verſiculo an actio iniuriarum. & inibi Ioannes Andr. in additione incipienti, de actione iniuriarum.Corn. Alberic.in l.j.columna ſecunda,verſiculo, ſed quid erit. C.ne liceat potentio. & huius ſententiæ authores habeo Guid. Papam in ſtatuto incipienti, ſi quis per libertas. in gloſſ. vel quaſi,columna xiiij. verſ.item quia actio.Petrum Iacob.in practica ſua tit.de act.

Iniuriarũ actio cedi nõ poteſt.

iniur.

Iniuri.ex lege Cornel.Alber.in l.j.col.ij.verſ.ſed quid erit.C. ne liceat potentio.Bal.in l.per diuerſas.xvj.q.C.manda.& in l.vltima.& ibi Salic.C.de hær.vel actio.vend. Franciſc. Aret. in l.j.col.antepen.ff.ſol.matr.

Hinc etiam definiri poterit, Ius accuſandi alium de priuato delicto etiam alteri cedi non poteſt, ex Bald.in l.per diuerſas.col.vlt.C.mand.nec actiones populares cedi poſſunt, ex l.ſi cui.ff.de verborum ſignific.l.qui populari.ff.de popul. actio. Albericus ſumens rationem ex text. inibi in l.vlt.col. ij.verſic.quid de aliis actionibus. C.de hære. vel actio. vend. & id quidem,niſi ratione publici damni competat,arg.text. in l. licet. & in l. non cogendum. §. qui ita de publico.ff.de procur.l.eum qui.§. in popularibus. ff.de iureiur. & id quidem,niſi ex ciuili tantùm actione competat,tunc ius vindicandi cedi poteſt, ex Bald.in l.per diuerſas.columna vltima. C.manda.quæſtione xvj.exploſa Rom.ſententia in l.prima. columna vlt.ff.de operis noui nunt. contrarium aſſeuerante ex textu in l.metum.§.ſed licet.ff. quod metus cauſa. Itaque † ius vindictæ cedi non poteſt, nihilominus pater filio ius 2
cedere poſſit,ex Bald.Salic.in l.Gracchus. C.de adulter.quorum ſententiæ ſubſcripſère plerique alij,inter quos Carolus Ruy.conſilio lxxij.cuius initium eſt.viſo.ad fin.libro j.Alex. & Iaſon in §.vſufructuarius.l.j.ff.de operis noui nunt.& Bartolus in l.non ſolùm.§.ſi manda.columna ſecunda,verſic.circa primum.ff.de iniu.ex nouioribus Ant.Gom.c.iij.delicto. nu.42.ad fin.quinetiam in ea ſpecie reſpondit Claud. Seiſ.in rep.l.vt vim.ff.de iuſt.& iure. col.xcij.parua. verſic. ſuccedit alia quæſtio,vt id quidem, non ſolùm intelligendum ſit in filio, ſed in aliis quibus & capellete fas eſt.vtpote in ſeruo, vaſallo, coniuncto, & ſimilibus.ſumens rationem ex tex.in dicta l.Gracchus,inibi,qui patri paruerint.Bartolus in dicto §.ſi manda.qui, tametſi paſsim ad id allegetur, nec nutu, nec verbis id probat, cùm tamen ſolùm de filiis verba agat: nec textus in l. Gracchus. loquitur de aliis, quàm de filiis: & cùm longè ratio ſit diuerſa filiorum, atque cæterorum: cùm & filij eadem perſona cum patre exiſtimentur, ex lege vltima.C.de impube.& nos ſuprà de parricidiorum pœnis tractantes pleraque id genus alia congeſsimus.cap.xxij. nume.10. Quo fit,& illud neceſſe ſequi, cùm electa ſit induſtria perſonæ, filio id delegari poteſt.l. ſciendum. §. legati

Ius vindictæ, cedi nō poteſt.

ff.de legatis.Et id ſolum ſpeciatim in filiis procedere tradit Felin.in c.quæ in eccleſiarum.col.iiij.verſic.hoc intellige.de conſtitut. aſſerens id non poſſe procedere in cæteris, eo maxime, cùm Cæſarea deciſio in dicta l. Gracchus ſit exorbitans, & contra regulas iuris communis, ſicuti definit Alex. in dicto §. vſufructuarius. ideo ſi eſſet quædam ratio ſimilis in cæteris ſubditis, quæ in filiis, non eſſet vtique extendenda,ex ratione textus in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſoluto matrim. quòd ſi lex de cæteris perinde, ac de filiis voluiſſet, æquè parique ratione de illis ſtatuiſſet.l. prima.§.ſin autem ad deficientis. C.de caducis tollendis, capitulo inter corporalia. extrà de tranſlatione epiſcopi, vel electi. & nos aliqua conſecimus de intellectu.d.l.Gracchus.ſuprà c.xv.nu.17.

Secundò hac in quæſtione adnotandum eſt, & præ cæteris intelligendum fore,quòd licet ius vindicandi alicui competens non poſsit alteri cedere demandaréve, poſſet tamen huic vindictæ executioni amicos, ſocios ſibi aſciſcere, ex ea ratione,qua vulgò circunferri ſolet,Cui conceditur aliquid, concedi videtur, vtpotè faciat cum familiaribus, amicis, coniunctis, ſociis, ſine quorum ope id tutè facere non poſſet.l.ſi ſtipulatus fuero per te non fieri.ff.de verborum obligationibus, & hoc vulgatum iuris adagium coadiuuat, Conceſſo vno, videntur ea eſſe conceſſa, ſine quibus id fieri non poteſt.l. prima.ff.de iuriſdictione omnium iudicum. cum pleriſque aliis,quę ad id adnotant Doctores inibi,Paul. Caſtrenſis, Iacob.in l.refectionis. per text. inibi,ego fabrique mei.ff.com.prædiorum.Baldus in repetion.l.j.columna antepen.C.vnde vi.itidem in cap.vltim.col.ij.de iura.calum. & conſilio ccccxxxj. cuius initium eſt, quia in accuſatione. col.ij.libro j.quibus & plerique alij acceſſere nec admodum grauati,inter quos & Cæpol.conſ.iiij.crimin.incip.viſa querela producta.col.iij.verſ.ſecundò ſimiliter.& rurſus conſil. lxxiiij. viſo ſtatuto. col.vlt. Fran. Rip.in l.ij.§. voluntatem. col.vj.nu.30.ff.ſol.matr.Iaſ.in l.ij.col.ij.ff.de iu.om.iud.& in d.§.vſufructuarius.col.iij. Paul.Caſtr.in l.raptor.col.ij.C.de epiſc.& cler.Carol.Ruy.conſ.j.col.j.lib.v.Cæpol. in eo tract. quem publicum fecit ſeruitutum.Vrban.titu.xxiij.col.vlti. vbi definit in ſtatuto Veron. ſe obtinuiſſe, permittente patri,marito,occidere eum,quem cum filia,ſorore vxore turpiter comperirent:rametſi ab hac ſententia Bal.diſceſſerit in.l

vt vim.

vt vim. vj.q.præcitata.definiens ſocios offenſi,nec amicos ad vindictam tutè deuenire non poſſe: cùm iſthæc ſit perſonalis permiſsio,& non egrediatur perſonam:nihilominus,inquit, poſſunt concomitare amicum, eique adeſſe, dum vindictam facere vult: nec equidem tenentur de fauore, vel ſocietate. Cuius ad id meminit Iaſ.in præcit.§.vſufructuarius. Ipſe tamen Bald.vt ab hoc errore immunem reddam, intelligendum fore reor, dum ex ſtatuto vindicta alicui ſit permiſſa,quia tunc non licet amicos ad id aſciſcere.cùm ſit contra rationem text.in l.non eſt ſingulis.ff.de reg.iuris.l.j.C.ne quis in ſua cauſa iudex. Stephanus in ſuo tractatu de legum interpretatione,vltima parte,charta tertia,idem exiſtimat.

Tertiò aduertendum eſt hac in quęſtione ius vindictæ cedi non poſſe, quando ex priuilegio id ius competit contra iuris communis regulas, ſicuti ex dicta l. Gracchus. definitur: longè quidem aliter, ſi iure communi id competeret, Felinus in dicto cap.quæ in eccleſiarum.Alexand.in l.ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur.col. penult. ff.ſol.mat.itidem in d. §.vſufructuarius. cùm qui per alium facit,per ſe ipſum facere videtur.Auguſt.Ari.ad Ang.in tract.maleſic.in verbo, *Che me ay adulterato*.num.64.Scirellus in d.l.vt vim.rationem ſumens ex text.in l.j.ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd. vbi non poſſunt delegari cauſæ, quæ ex ſpeciali priuilegio perſonæ competunt,Stephan.in d.tractat.de legum interpretatione, part. vltima,char. 5.verſic.an liceat patri conuocare. Salicetus à nullo eorum citatus in l.non ideo minus. col.iij. C.de accuſationibus.

Quartò ex præmiſsis animaduerti poterit prędictam ſententiam intelligendam fore, ius vindicandi cedi non poſſe, ni ex ciuili tantùm actione id competat, ſicuti Bal.definit in l.vltima.C.de hæredit.vel actio.vend.tametſi indiſtinctè ius vindicandi cedi poſſe perperam Romanus exiſtimat in l.j. §.vltimo, columna prima.ff.de operis noui nunciatio. cùm cedi poſsit facultas expellendi alium à poſſeſsione propria authoritate,inter quos & Bartolus Angel. Imol.Caſtr. Alex. Romanus & Iaſon in dicto §. vſufructuarius, quo in loco Bartolus aſſeuerat neſcire alium textum, qui bene probet, Angelus adducit conſimilem textum in l.prima.§. penultimo.ff. de remiſsio. tametſi ipſe proprio marte delucidáque voce inibi proteſtetur neutrum textum hoc probare, nec

DD 5

nutu nec verbis, Baldus in l.tertia. & ibi Angelus. C. de pignor.idem Baldus in cap.j.§.ſi quis verò. in tit. de pa.iu. firman.in vſibus feudorum, exiſtimant ius alteri competens expellendi inuaſorem cedi poſſe, Angelus in l.ſi eius. ff.ad Trebellianum.Imol.Franciſc.Aretin.in l. ſi ita ſtipuler per te non fieri.ff.de verbor.obligationib. Socin.conſilio clxvij. non inutilis.columna penultima,libro ſecundo.Decius conſilio cxcj.in cauſa,quæ agitur.colum.penult.& rurſus conſil. ccccxlix.viſis duobus.col. vltima. Barb.conſ.lj.vol.j. Carol. Ruyn.conſilio xlvij.colum.quarta, & iterum conſ.lxxxviij. numero 4.vol.v.Guid.Papæ in deciſione Delphinat.incipienti,ſi quis per literas. in gloſſ.j.col.ſexta. Angel. Aretin.in §. actionum autem.columna x.Inſtit.de action.itidem in §.præterea.in ij.columna,xxij Inſt.de exception.& hi quidem ſuffulti gloſſ.authoritate in l.cùm fundum.ff.de vi & vi armata. definientis ius expellendi inuaſorem poſſe alteri cedi: quam ita intelligit Bartol.ibi. Franciſcus Aretinus & Iaſ. in dicto §.vſufructuarius. Bald.in cap.vltimo,columna ij.de iuram. calum. video tamen in intellectu illius gloſſ.pleroſque doctores in errorem lapſos eſſe: Siquidem gloſſ illa in dicta l.cùm fundum.ff.de vi & vi armata:primo loco inquit, quòd ſicut licet domino per ſe incontinenti recuperare poſſeſsionem,ſic & per alium: mox ſubdit,vel ſecundum Ioannem, non licet ei per alium hoc facere: nihil prætereà, nec nutu,nec verbis, de hac re dicit,tanquam illam poſteriorem ſententiam ſequi videatur,ſecundum gloſſ.frequentiori doctorum calculo receptam in l.qui filium. §. Sabinus. ff.ad Trebellianum, in gloſſ.vltima.ex quibus definiunt communiter doctores,ius vindictæ alteri cedi,vel delegari non poſſe:& inter alios Bald.ibi contrarius hanc profeſſus fuit ſententiam in l.ad officium. ad finem.C. communi diuidundo. is idem & Alexander in l.accuſationis.C.quod metus cauſa. & in d.l. Gracchus.& in l.vt vim.col.iiij.præci.hi omnes in l.ij.col.antepenul. C.de ſerui.& aqua.Quam gl.miris laudibus exaltat Bal.in d.c.vlt.col.ij.de iura.calum.aſſeuerās eam eſſe ſolennem: & in c.ad noſtram. exiſtimat ſingularem,ex quo aliqua coniicienda ſunt huic rei maximè neceſſaria, quæ hanc definiant controuerſiam.

Verùm materiam iſtam vindictæ tractāti in mentem venit,in duello ſingularíque certamine non eſſe licitum alium

ſubſtit

ſubſtituere,ſicuti Bal.definit in c.de cætero.de re iudic. & in c.dilectus.colum.vlt.de appellat.ſuffultus illius glo.authoritate,& in conſi.ccccxxxvj.quidam creditor.col.penult.conſi. j.colum.j.volum.j.itidem in l.ſi cùm dotem.§. tranſgrediamur.& inibi Alex.col.iiij.ff. ſoluto matrim. Angel. in tract. maleficio. in verbo, *che me ay adulterata la mia dona*. num.69. Barbat. in l.j.§.ſi quis ita. col.xv.ff.de verb. obligat. Franciſ. Aret.in d.l.ſi ita ſtipuler per te.Curt.Senior conſi. lxxx. ſuper ar.col.j.Bartullius glo.mentione non facta in l. non ſolùm. §.ſi mandata.col.j.ff.de iniur.Felin.in c. quæ in eccleſiarum. col.iiij.de conſtitut.Bernar.Laud.& Auguſt. Arim.ad Ang. eo in loco,cuius paulò antè meminimus,Paul.Caſtren.in l.ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur.& ibi Alexan.col.iiij.ff. ſoluto matrim.Rom.in l.iij.§.maritus.ff. ad Syllanianum. Ioan. Anan.in cap.ij. ad fi. de homic.

Et vt ad propriam quæſtionem reuertamur, quæ agit de iure ingrediendi vel recuperandi propria authoritate, frequentior recepta eſt opinio,id ius cedi poſſe, ius tamen vindictæ nequaquam:& id, quod diximus de iure ingrediendi poſſeſsionem ea lege intelligendum eſſe opinor, ſi is, cui illud ius ceſſum eſt, ipſum exerceat ciuili modo ſine atrocitate,ex Baldo in cap.j.§.j.tit. de pace iuramento firman. Iaſ. in l.j.colum.xxx.C. de iure emphyteut. quibus in locis ad nauſeam vſque tradunt Doctores,ex quibus ſatis iam ſatis definitum extat, ius vindicandi mortem defuncti cedi nullo modo poſſe:cùm ius vindictæ, nolente vno accuſare, proximiori in gradu munus accuſandi competit:atque ideo actio iniuriarum, quæ ipſam perſonam reſpicit, cedi non poteſt, ex gloſſa in dicta l.iniuriarum.ff. de iniur. & in l. vltima. C. de hær.vel actio. vend. cùm ius ſit in re perſonale, aliis quoque cedi non poteſt, ex Dino in cap. priuilegium perſonale. de regulis iur.Archid.in cap.hinc eſt.xvij.quæſt.j. Ang. in l. quod ſi in diem.§.Iulia.ad fin.ff.de petit.hær.

Ex quo illud deduci videtur † actiones directas, veluti oſ- 3 ſibus noſtris affictas cedere nõ poſſumus.l.quis ergo. & inibi gl.& Paul.Caſtr.itidem in l.ſi Sticho.ff.de pecul.gl. miris laudibus exaltãda, quæ expreſsim hoc ipſum vult in l.iij. in princ.ff.pro ſoc.& in l.j.& inibi doct. paſsim.ff. de act. & obl. Alber.qui ſignanter id declarat in l.ex legato.C.de leg.Paul. Caſtren. conſil.ccccxlij.incip. videtur dicendum. col.ij.vol.j.

Matth

Matth. Afflict. deciſione Neapol. cccxxxv. pro deciſione. col. vltima. Ioannes à Platea, & Iaſon in §. omnium. Inſtitut. de actio. & præter hos huic accedunt ſententiæ Angeli conſilio lxx. cuius initium eſt, Ioannes olim. colum. j. & rurſus conſi. lxxxj. domina Maria. Specul. ante hos tit. de ceſsio. actionis. §. j. verſic. quid ſi habens directum.

Verùm, vt res iſta apertiſsimè intelligatur, ex eodem fonte & illud deduci videtur, iura annexa certis perſonis ſingulariter cedi etiam non poſſunt, ex Bartolo in l. etiam. ff. de iureiurando. argumento tex. in l. cerdonem. ff. de oper. liber. l. ſi ex pluribus. ff. de adminiſtratione tutorum. l. non ſolùm. §. ſi puellæ. ff. de ritu nuptiarum. quo fit, iura ſepulchrorum minimè extraneis cedi poſſe, ex l. quia perinde. §. j. ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum. Ioan. Fab. idem profeſſus in §. j. columna vltima. Inſtit. de acquiſitio. per arrog. tametſi in extraneum hæredem quandoque tranſeant. l. ius ſepulchri. C. de religio. & ſumpt. funerum. l. vel quæ. in princ. inibi, qualeſcunque ſint. ff. eodem tit.

Illud etiam deduci videtur, quod prætermittendum non duxi, ius immittendi mortuum in rem pignoratam ab ipſa lege debitori conceſſum cedi non poteſt, ex l. iij. ad finem. ff. de relig. & ſump. funerum. Rom. conſi. ccccl xxxiiij.

Hinc etiam ex l. non ſortem. §. ſi libertus. verſic. vltimò.
4 operæ † officiales cedi non poſſunt, ex Baldo in l. liberti, libertæque. columna iiij. verſic. item dubitatur. C. de bonis libert. ea ratione ductus, cùm operæ huiuſcemodi perſonæ adhæreant, ex l. operæ in rerum. ff. de oper. libertorum. & ideo delegari non poſſunt. l. j. §. nec autem. C. de caducis tollendis. Quibus addenda ſunt pleraque alia, quæ congerunt Baldus, Iaſon, & Alexander in præcitata §. libertus. ex quo & ius clientelæ cedi alteri non poteſt inuito vaſallo, ex cap. j. §. prætereà ducatus. tit. de prohib. feudi alienat. per Federicum. cap. j. §. ex eadem. & inibi Martinus Laud. tit. de lege Corradi. Alberic. poſt Raynerium in l. ij. columna antepenultima. ff. ſoluto matrimonio. Hoſtien. Ioann. Andr. & interpretum maior pars in cap. dilecti. extrà de maiorit. & obedien. gloſ. in l. inuitus. in principio de fideicommiſ. liber. Cinus, Alber. in l. j. C. de nouat. Bald. conſilio cccxxvij. pridie. columna ij. libro j. & conſilio xxvij. proponitur. volumine iij. Guido Papa deciſio. Delphin. ccccclx. dominus Alexander & Iaſon in d. §

d.§.libertus.ille colum. vltima, hic columna x. Alexand. ad Baldum in l.ſi nominis.& Franc. Aret.in l.ij.colum. vltima. ſoluto matrimonio.ff. Bal. in l.j.col. vj.ff. de ſeruis fugit. & in l.ſi nominis.C.de donat, itidem in l. in teſtamento. C. ad legem Falcidiam,& huius ſententiæ authores habeo præter hos Curt. Iunio, in tract. feudo.vj.parte, colum.j. Ant.Rub. conſilio xcvj.quæſt.Carol. Molin. in conſuet. Pariſien. tit.j. §.j.glo.iij.quæſt.iij.Barbat.in cap.ad quæſtiones.colum.j.de rerum permutat.Felin.in cap.dilecti.de maio.& obedientia. Iaſ.conſi.lvj.colum.j.volum.j.Ioan.à Neuiz.inter conſil. Alber,Bru.conſil.xij,

Ex eadem radice & illud emanare videtur, ius † alimentorum futurorum cedi minimè poteſt, ex Bart.in l. cum Titio.ff.ad legem Falcidiam.Fabia.in tract. emptionis, in xxj. quæſt.iiij.quæſt.principalis. Baldus in l. j. colum. vltima.C. de priuileg.dot.Panor.in cap.præterea.ad finem.extrà,de iure patron,Iaſ.in l.ſi conſtante.colum.vltima.ff. ſoluto matr. Curt,Senior conſil.lviij. ſumma totius. col. ij. & id quidem, quia cohæret perſonæ:& alia ſunt alimẽta in perſona vnius, & alia alterius, ſicuti Bart. & Fabia, definiunt his in locis, quibus & anteà meminimus. 5

Ex his dubium illud celebre explicandum eſt,an & ius ſiue facultas iurandi alteri quidem cedi non poteſt, ex Baldo conſil.cccxiiij.cuius initium eſt,vtrum dictus contractus.dubio iiij.volum.v.cùm iuramentum ſit perſonale, nec ad hæredes tranſit l.generaliter.in prin.C,de rebus cred.not. doct. paſsim in cap.veritatis.extrà de iureiur.

Hinc deducitur intellectus ad text.in l.nemo poteſt.ff. de regulis iuris,quæ deprompta eſt ex l.ſolet.ff.de offic.proconſul. definiente gladij poteſtatem, aut alterius coërctionem ad alium transferri non poſſe: quæ qualiter intelligatur, ſignanter Decius explicat in d.l.nemo poteſt,

Poſtremò & verbo non amplius addam, ius ætatis cedi non poteſt ex Cæſarea deciſione in §.finitur.Inſtit.de vſucap. Bald.in l.cùm antiquioribus.colum.penult,C, de iu. libe. ex tex.in l.peto.§.prædium.ff.de leg.ij.explicant doctores in §. vltimo.Inſtit,de vſufruc. Sunt etiam pleraque alia, quæ his congerere poteram,quæ admodùm (ne lectoris animum fatigemus) miſſa conſultò facio. Et hæc quidem de ceſsione vindictæ commemoraſſe ſufficiant nonnunquam cum veteribus

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM, ET VERBORVM MAXIME' NOTABILIVM, QVAE IN hoc primo Epitomes delictorum libro continentur, ordine Alphabetico digeſtus, tribus elementis diſtinctus,

Quorum primum, ſcilicet a, paginæ cuiuſque principium denotat, b medium, c verò finem.

De litera A.

ABBAS, qui ſine culpa officio depoſitus eſt, nihilominus primum locum in conuentu obtinet poſt Abbatem, pagina 84.c

Abbas Iniuriarum actione agere poteſt aduerſus eũ, qui iniuriam fecerit monacho 87.c

Abbas licet iniuriam eccleſiæ illatam remittere non poſsit, religioſo tamen illatam remittere poteſt 89.a

Abbati an liceat monachum defendere: & verſa vice 487.a

Abolitio, tam principalem, quàm priuatam actionem tollit 642.a

Abolitionis tres ſpecies ibidem

Abolitio principis generalis quid operetur 614.b

Abortioni cauſa dare quando licitum ſit 319.a

Abortioni cauſam dans, an ſit irregularis 444.a

Abſens quis propriè dicatur. pagina 12.c

Abſens qui iniuriam irrogauit, non effugit iniuriarum actionem ibidem

Abſens iure regio damnari poteſt pag. 117.a

Abbas, pater & monaſterium ſi ſimul concurrant, quis præferatur 732.c

Abſtemius minimè idoneus eſt ad ſacerdotium 536.a

Accuſatio ad vindicandam necem defuncti intra quod tempus proponi debeat 666.c

Accuſare mortem defuncti quibus perſonis competat 708.a

Accuſatore mortuo minimè ad hæredes ius accuſandi tranſit. pagina 642.b

Accuſatores multos eſſe in ciuitate cur admodum vtile eſt 14.c

Accurſij error in l. pœna. ff. ad legem Pompeiam, de parric. 341.c

Actus

Aƈtus valet per vnum ex pluribus tutoribus factus 767.c
Actiones directæ an cedi poſsint, pagina 795.c
Aƈtio iniuriarum contra quem detur 73.a
Aƈtio ciuilis & criminalis datur aduerſus iniuriæ reum; vna autẽ electa, altera perimitur. 96.c
Aƈtio iniuriarum quibus modis tollatur 106.b
Aƈtus tres conſiderandi ſunt in homicidio ab ebrio commiſſo. pagina 532.b
Adulterorum pœna. 719.a.b
Adoptiui filij ad vindicandam mortem defunƈti etiam admittuntur 678.b
Adoptiui non ſunt ſui, neque inter ſuos hæredes 679.b
Adoptiui quando veniant appellatione filiorum ibid.
Aduocatus officio depoſitus torturæ ſubiici non poteſt 85.c
Affines debent accuſare de iniuria facta affini 672.b
Alapa bis térve eodẽ impetu inflicta, an iteratio iniuriæ fiat. pagina 31.b
Alapa qui hominem occiderit, an ſit homicidij reus 156.a
Alius, alia, aliud, diƈtio eſt implicatiua 25.a
Allegare leges Cæſareas olim in Hiſpania prohibitum fuit 42.a
Alienare qui non poteſt, an propter deliƈtum eius bona confiſcentur 399.b
Alumnis, an competat ius accuſandi mortem defunƈti 725.b
Alumnus nõ poteſt vocare in ius nutricem 726.c
Alumnus nõ tenetur legitimam relinquere educatori 728.a
Alimentorum ius, an cedi poſsit pagina 794.c
In Alternatiuis debitoris eſt eleƈtio 62.c
Amicitiam facilè ineuntes, facilimẽ eam amittunt 10.b
Amicitia quid ſit 483.a
In Amicitia omnia inſunt, quę homini ſunt expetenda ibid.
Amicitia inter extraneos potentior eſt, quàm quæ ratione ſanguinis contrahitur 737.a
Amico maxima amicitia coniunƈto munus accuſandi mortem amici competit ibidem
Amicus auro præualet ibidem
Amicus poteſt ſeruum amici in fuga conſtitutum vænundare. pagina 743.b
Amicus pro amico abſque mandato appellare poteſt 744.b
Amicum occidens, an præſumitur dolus ibidem.c
Amicum intimũ defendere obligamur 481.c
Amicus appellatione ſuorum intelligitur 484.a
Amicus abſque mandato poteſt impetrare reſcripta ad beneficia pro amico 739.a
Amoris coniugalis quanta vis ſit 367.c & ſeq.
Animus occidendi quónam modo probetur 157.b
Angli Ioannam puellam Rothomagi combuſſerunt, quòd veſte virili

viril i vteretur 76.b
Appellatione pendente, an poſsit tranſigi ſuper nece defuncti, pagina 671.a
Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, vbi legis reſultat prauus intellectus 128.a
Arma ferre non poſſunt conuerſi in Granatenſi prætorio 130.b
Arma preſtans ignoranter, an teneatur ex maleficio 262.a
Arma tam laicis quàm clericis, tam foris quàm intra eccleſias prohibita ſunt 120.a
Arma clericorum, orationes, pagina 123.b.137.c
Arma non exiſtimantur eſſe cultellus 124.b
Arma offenſiua & defenſiua, quæ dicantur 125.c
Arma ferre poſſunt cruce ſignati. pagina 126.a
Arma permittuntur commorantibus in curia ibid.b
Arma ferre poſſunt iter agentes, pagina 126.b
Arma venenata portantes præter regiæ cõſtitutionis pœnam maiori ſupplicio plectendi ſunt, pagina 132.b
Arma vtrum amittat deferens, pagina 133.a
Arma deferre in regiis prætoriis Hiſpaniæ nemini licet, pagina 135.a
An idem in lupanaribus ibid.
Armatos homines cõgregans ad delictum perpetrandum, an ſit duplici pœna plectendus, pagina 129.c
Armatus ad eccleſiam confugiẽs minimè gaudet templorum immunitate 132.a
Armis ſpoliari nõ poteſt, qui fugiens inſequente iudice in domum ſuam ſe receperit 130.c
Armis ſpoliari non poſſunt doctores 132.a
Item nec aduocati ibid.b
Armorum vſus antiquiſsimus, pagina 122.b
Armorum appellatione quæ cõprehenduntur ibidem
Armorum differentia 123.b
Armorum appellatione an defenſoria arma veniant ibid.c
Armorum appellatione an lapides & fuſtes veniant 124.a
Armorum delatio permittitur hæreticæ prauitatis familiaribus 126.a
Armorum delatio poſt campanæ horã qualiter permittatur ibid.
Armorum prohibitio non extenditur ad milites nobilitate decoratos 127.a
Armorum delatio viginti caſibus laicis permittitur 139.a
Armorum delatio non prohibetur iudicem aſſociantibus 129.a
Armorum delatio vbi prohibeatur priuilegium habentibus ea deferendi 133.a
Artifex ſi ſit celebris, magnique nominis, pœna ei remitti poteſt pagina 579.a
Aſſaſsinatus non contrahitur ex ſola ſtipulatione 294.b
Aſſaſsini qui dicantur 285.a
Aſſaſsini etymologia ibid.b

Aſſaſsini omni legum priuilegio carent 189.b
Aſſaſsini qualitas probanda eſt, pagina 310.c
Aſſaſsinorum pœnæ variæ 189.b
Aſſaſsinus is eſt, qui opera hominum infidelium Chriſtianum occiderit 286.b
Aſſaſsinus nomen æquiuocum, pagina 287.b
Aſſaſsinus tenetur pecunias acceptas reſtituere 189.c
Aſſaſsinus non deſinit eſſe, ſi per eum non ſteterit, quominus homicidium ſequeretur 291.a
Aſſaſsinus mandatarius abſque aliis indiciis torqueri poteſt, pagina 297.c
Aſſaſsinus bene quidē poteſt renũtiare ſuis defenſionibus, tanquam publicus hoſtis 300.b
Aſſaſsinus recepta pecunia bannitum occidere non poteſt ibi.c
Aſſaſsinus non gaudet templorũ immunitate 305.b.& 306.b
Neque etiam qui eiſdem opem ferunt 306.b
Aſſaſsinus non comprehenditur ſub lege regia loquente de pace cum offenſo facienda 311.a
Aſsiſtere maleficio in dubio quis non præſumitur 260.a
Atrox iniuria quæ dicatur 82.b
Aureus cuius ponderis fuerit, pagina 51.b
Aureus Iuriſconſultorum à ſolido Iuſtiniani differt, nec fuit eiuſdem valoris 52.c
Auriculam amputans an ſit irregularis 433.b

De litera B.

Baldi ſententia elegãter perpenditur circa intellectum l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc.&& cleric. 302.b
Banniti æquiparãtur deportatis, pagina 745.c
Bannitis an competat ius vindicandi necem defuncti 745.c
Bannito an liceat ſe defendere, pagina 464.b
Bannitum occidentis ignorãter pœna 641.c
Quid ſi bannitus indebitè à banno ſit cãcellatus, an eum interimens ſit immunis 622.b
Bannitus pro mortuo habetur, pagina 749.b
Quid de actione inchoata à bannito 750.a
Bannitus licet occidi poſsit, non tamen veneno 319.b
Bannitus de proximo rebãniendus occidi non poteſt 633.a
Bannitus nõ amittit ea, quæ ſunt iuris communis 747.b
Bannitus vnde ſic dictus 618.a
Bannitus ſi occidat alium bannitum, an immunis ſit 623.a
Bannitus quando occidi à priuato non poteſt 631.b
Bannitus audiendus eſt, ſi intra annum comparuerit 162.b
Baptiſma, an donet immunitatē criminis reis 610.c
Bernardi Diaz de Luco epiſcopi Callaguritani ſummum encomium 46.b
Beneficio renuntiare poteſt accuſatione pendē.e, qui per ſententiam

tiam eſt alioqui priuādus 172.a
Beneficium poteſt impetrari per priuationem vacans. poſt appellationis deſertionem 180.c
Blaſphemus pluries eadem continuatione, vnica tantùm blaſphemiæ pœna plectitur ibid.
Bona vaſallorum in quibus caſibus dominis terrarum applicentur 402.b
Bona occidentis ſe ipſum cui applicanda ſint 394.b
Bonorum duo genera ex Platone 102.a
Bos quod genus monetæ olim fuerit 52.a

De litera C.

Cadauer ſe ipſum occidentis qua pœna afficiatur 403.a
Cadaueri irrogans iniuriam, & hæredibus irrogat 87.a
Cadauera virorum ſupina fluitant, mulierũ verò contrà 557.a
Canis, vipera, gallus gallinaceus & ſimia quare inſuantur in culeo cum parricida 342.a
Canem concitantis pœna 447.a
Cardinalis priuilegiũ in quibus caſibus non procedat 589.b
Cardinales an poſsint damnatũ ad mortem liberare, dũ ad ſupplicium ducitur 586.a
Cardinalium priuilegium minimè procedit in damnato crimine hæreſis 589.a
Carcere detẽtus pro crimine mortis pœna digno, an poſsit licitè remanere in carcere etiam data exeundi facultate 390.c
Caſtrari homines ſub homicidij pœna prohibetur 414.a
Caſtrare ſeipſum ad veram caſtitatem minimè pertinet ibid.c
Cautela, an Latinè dicatur 165.c
Cautione præſtita de non offendendo, intelligitur ni ex noua cauſa rixa orta fuerit 118.a
Cautionem de non offendendo non ſufficit dare nudam, ſed fideiuſſoriam 110.b
Atq; ad id etiam compellere poteſt iudex iniuriam irrogantem parte non petente 111.a
Cautio de non offendendo, non in perpetuũ, ſed ad tempus, dari debet 114.c
Cautio de non offendẽdo cui data eſt, & armorum delatio ex iudicis licentia permittitur 115.b
Cautionem de non offendendo dare non tenetur forenſis inimicus ibid.c
Cautio data de non offendendo iniuriam paſſum, etiam eius familiares comprehendit 117.c
Cicatrix in fœmina nõ nupta an recipiat æſtimationem 99.c
Cicatrix animali facta æſtimationem recipit 101.c
Ciceronis filius binos vini congios hauriebat 535.b
Condemnationes vaſallorum an ad regem, vel ad dominum vaſalli pertineant 402.a
Clerici ebrij pœna 534.a
Clericorum quanta debeat eſſe ſobrietas 536.a
Clericus chirurgus põt ratione malè adminiſtrati officij coram iudice ſeculari conueniri 442.c

Clericus qui pro rerũ defenſione hominem occiderit, an ſit irregularis 50c.c
